S. THOMAE AQVINATIS
IN OCTO PHYSICORVM ARISTOTELIS LIBROS COMMENTARIA,

Ex vetustissimo ac fidelissimo manu scripto exemplari, diligentissimè castigata & locis quamplurimis integritati restituta, Cum duplici textus tralatione, antiqua, et Argyropili recognitis.

ADHAEC ACCESSIT ROBERTI LINCONIENSIS IN EOSDEM SVMMA.

Quibus etiam nuper sunt additi S. Thomae infrascripti libelli ad speculationem Physicam spectantes.

De principijs Naturae.
De natura Materiae,
De Loco,
De Tempore libri Duo,
De Aeternitate mundi,
AC THOMAE DE VIO CAIETANI Quaestio ea quae est, De subiecto Naturalis Scientiae;

Duo item Indices, alter Librorum, Lectionum, ac Capitum summas continens, alter totius libri scitu digna demonstrans.





VENETIIS, MDC VIII.
Apud Haeredem Hieronymi Scoti.

INDEX SVMMARVM LECTIONVM AC CAPITVM QVAE IN TOTO HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summa libri Primi Physicorum.

Naturalium Principia cum ex Antiquorum, tum ex propria opinione venatur, eaque tria esse statuit materiam, ac formã per se, priuationẽ uero per accidens. fol. 1.

Lectio prima. A principiis vniuersalioribus, inchoandum cum hæc nobis prius nota sint. 1

Lect. ij Antiquorum de entibus, ac principiis sententiæ quamplures, quamq illarum improbare, & quomodo ad Naturalem pertinet. 3

Lectio iij. Parmenidis, ac Melissi positio de entium ac principiorum vnitate, cum ex entis, tum ex vnius ratione arguitur. 6

Lect. iiij Ex ignorantia distinctionis vnius Antiqui principia ac entia vnum esse putãtes dictas rõnes soluere etiam nesciebant. 7

Lect. v. Facile esse Antiquorũ rõnes soluere, ut rationis Melissi solutio præsefert, ostendit 8

Lectio vj. Positionem Parmenidis, vnũ omnia asserentis esse, falsam multiplici ratione probatur. 9

Lect. vij Arguitur, qui ne ad entium pluralitatem cogerentur, non ens aliquid esse dictis rationibus cedebant. 11

Lect. viij Opiniones naturalium philosophorum de primis principiis. 12

Lect. ix Rõnes quã plures contra Anaxagoram, infinita principia asserentem afferuntur. 13

Lect. x Quàm plures Antiquorum rationes famosæ prima principia cõtraria esse, enarrantur 16

Lect. xi. Non sufficit prima principia duo cõtraria esse, sed tertiam naturam dari oportet, nec plura tribus principia sunt. 18

Lect. xii. In omni generatione, tam naturali quam artificiali tria reperiuntur, subiectũ, terminus, & oppositum, quæ principiorũ rationem habent. 21

Lectio xiii Materiam ac formam principia per se tam in esse, quam in fieri rerum naturalium esse, priuationem vero per accidens principium esse inducitur. 23

Lect. xiiii. Ex notitia eorum, quæ de materiæ quidditate probantur, Antiquorum dubitationes duplici solutione soluuntur. 25

Lectio. xv. Materiam a priuatione distingui eamque ingenerabilem, & incorruptibilẽ esse ostenditur. 27

Summa libri Secundi Physicorum.

De natura, & naturalium rerum quidditate & earum quatuor cãrum generibus per se, deque Casu, ac Fortunæ causis per accidens, eorumque uariis effectibus ac modis. fol. 30.

Lect. i Quid natura sit, quæve natura aut secundum naturam sint, declaratur, quodque natura sit demonstrare ridiculũ esset, cum eam esse per se notum sit probatur. 30

Lectio. ij. Quot nam modis dicatur natura, quidve magis naturæ nõmine dignum sit materia, an forma, cuius item duplex esse genus dicitur. 32

Lectio. iii. Differentia, quæ est inter Physici, & Mathematici contemplationem de eadem re, traditur. 34

Lect. iiii. Naturalis Philosophus non solam materiam speculatur, sed formam omnẽ in materia vsq. ad humanum intellectũ. 35

Lectio v. Philosophum naturalem de Causis speculari oportet, quæve, & quot numero sint. 37

Lectio vi. Nõnullæ causarum diuisiones ponuntur penes illarũ multiplices modos, & quæ ad ipsas sequantur. 40

Lectio vii. De Casu, ac fortuna agitur, Antiquorũq. tres de his opiniones, cũ suis rõnibus traduntur, & cõtra illas disputatur. 41

Lectio viii. Aliquæ ex parte, tum causarum tum effectuum diuisiones ponuntur, ex quarum notitia casus, ac fortunæ ratio concluditur. 43

Lect. ix. Ea quæ tam ab Antiquis sapientibus de casu ac fortuna dicebantur, quam quæ a vulgaribus rationabilia fuisse ostenditur quidque infortunium, vel eufortuniũ sit. 45

Lectio x. Casus ac fortuna penes ea in quib. sunt, natura, ac discrimen sumitur, eiusque notitia quatuor tantum causarum genera esse, manifestum sit. 46

Lect. xi. Quæ Physicum contemplari oporteat, quem etiam ex omni causarum genere demonstrare ostenditur. 49

Lectio. xii. Quæstiones duas proponit, atque ad alteram earum, illam videlicet, si natura propter finem agit, rationes Antiquorũ inducit, quibus eam non propter hoc operari ostendisse arbitrati sunt. 51

Lectio xiii. Naturam agere propter finẽ quinque validissimis rationibus ostenditur. 52

Lect. xiiii. Naturam propter finem agere ex tribus astruitur principiis, quibus Antiqui ostendisse oppositum visi sunt. 53

Lectio xv. Cuiusmodi sit rerum Naturalium necessitas. 55

Summa libri Tertij Physicorum.

Rerum naturalium cõmunia accidentia determinare quod Physicum oporteat, & de motus, et Infiniti natura, & modis. fo. 57

Lectio i. Speculari motũ, & quæ ipsum consequuntur Naturalis esse nonnullæque entis diuisiones traduntur ad motus definitionem habendam admodum vtiles. 57

Lect. ii. Motus definitio traditur, partiumque eius intellectus tum propriis, ac cõmunib. exemplis, tum rationibus deducitur. 59

Lectio iii. Cum ratione, tum ex aliorum Antiquorum de motu definitionibus examinatis, & exclusis suam rectam, sufficientem, deducit. 61

Lect. iiii. Alia quasi materialis motus definitio ex præmissis deducitur, motum, videlicet & actum mobilis esse, quæ item pacto mouẽtis ac mobilis motus idem sit actus ratione autẽ diuersis, deducitur. 62

Lectio v. In quo nã magis motus in mouẽte an in mobili, deque motus actione & passione discrimine, & identitate, & prædicamentorum distinctione, complura dicuntur. Motum item motoris & mobile, actum esse concludit. 64

Lect vi Contemplari infinitum, Naturalem oporteat, antiquorumque naturaliter, quam non naturaliter, loquutum de illo plurimæ afferuntur opinio. 67

Lectio vii. Rationes infinitum esse apparenter concludentes primo inducit, nec non nullis infiniti acceptionib. expositis tria ꝑ sequitur argumenta, quibus v[illegible] sine infinitum a sensibilibus non esse separatum concluditur. 69

Lect. viii Magnitudinem seu sensibile corpus actu infinitum dari, quod impossibile sit cum logicis, tum validis naturalibus rationibus ex suppositione ostendit 72.

lect. ix. Corpus infinitum actu non dari quatuor astruitur rationibus, Anaxagoræque deluditur opinio, qui infiniti motus ac quietis causã reddidisse arbitratus est. 74

lectio x. Propria ex sententia actu infinitũ nõ reperiri demonstrat, diuersa de infinito rum communia, ac propria [illegible] quonam modo potentia infinitum dicatur, concludit. 76

lectio xi. antiquorum de infiniti definitione refellens, propriam ac ueram [illegible] 78

lectio xii. Quarundam propositionum de infinito inte lectus, eoque modis diuersis mode inuento, quonam modo metræ vtantur. 80

lect xiii. Quinque diluuntur argumenta, quæ probare videbantur dari infinitum in actu. 82

Summa libri Quarti Physicorum.

De Loco, Vacuo, Tempore, cum Antiquorum, tum ex propria sententia disseritur. 83

Lectio prima loci contemplationem ad Naturalem attinere dicitur, priæ [illegible] rationes famosæque adducuntur locũ esse affirmantes. 83

Lectio. ij. Rationes locum esse destruentes, adducuntur. 85

Lect. iij. Opiniones formam, seu materiã locum esse ducentiũ prosequitur, quã plurimis rationibus refelluntur. 86

Lect. iiij. Quot modis quippiam in aliquo esse dicatur inducens, vt prius dicta, de loco dissoluat an aliquid in se esse dicatur, & quomodo dilucidat. 88

Lectio v. Quarundam suppositionum intel-

Index.

lectus præmittitur ad assignandam defini tionem loci necessarius. 91

Lectio vi. Diluuntur ea præmissis locum formam, seu situm aut materiam esse dicentes, veraq. eius ac propria traditur definitio. 92

Lect. vii. Quorumcunque corporum, tã proprius, quam communis assignatur locus, modusque in eo existendi, & præcipue vltimi sphæricum. 96

Lect. viii. Ex hac loci definitione, proposita circa eius dubia omnia soluuntur, eaque eius eandem naturã, mobiliũ motus ac quietis rationem reddi posse asseritur. 98

Lect. ix. Ad philosophum naturalem, quod de vacuo considerare spectat, & quo, rõnes que tam naturales, quam non naturales vacuum esse ostendentes proponit. 99

Lect. x. Variis quibusdam significatis propositis opiniones ipsum esse asserantium, cõ futantur 101

Lect. xi. Vacuum non esse eu natura motus pluribus rationibus ostenditur. 103

Lect. xij. natura velocitatis ac tarditatis, motus eiũ destruit sermonẽ, qui ex ijs, esse vacuum demonstrasse arbitrabãtur. 105

Lect. xiij. Vacuum sic esse vti nomen sonat, tribus rationibus ostenditur. 109

Lect. xiiij. Vacuum corporib. inditum non esse aliter, non irrationabilia item fuisse Antiquum de vacuo dubitata, ratiocinatur, ipiq. omnium solutio ponitur 110

Lectio xv. tempus an sit necne, & an vnum & idem nunc, contingat in toto tempore esse, vlura quæritur. 114

Lectio xvi. Quid temporis inquirens, quamnis ipsum motum non esse dicat, illud tamen sine motu non esse ratiocinatur. 115

Lect. xvii. Tps, cũ aliquid motus esse definiatur, etiam sit eius mot⁹ manifesta 116

Lectio xviii. Quo pacto nũc ipsũ idẽ, vel non idẽ sit toto tp̃e, quo nũc tps respiciat cõtinuet distinguat exactissima redditur ratio. 118

Lect. xix. is nam numerus motus tempus sit, nonnullorum etiam de ipsis dictorum ratio redduntur. 120

Lect. xx. Quid sit in tempore esse. Quæ sint ea quæ sunt in tempore, tempusq. vt mouentia & quiescentia mensurare. 122

Lectio xxi. Quid ipsum nunc, Tunc, Iã, Modo, Olim, Repente significent cum Nunc & temporis ratione insinuatur. 125

Lect. xxii. tempus generationis causam per se, corruptionis autem per accidens dicens, eamdemque mutationem, ac motũ in tempore esse ratiocinatur. 127

Lectio xxiii. Duæ de tempore dubitationes mouentur, ac soluuntur, altera de existentia, alt. de ipsius vnitate. 128

Sum. libri Quinti Physicorum.

Motus diuiditur in spẽs, de ipsius & Vnitate ac pluritate multa dĩr, de Contrarietate item motuum ac quietum agitur. 131

LEctio. Motus per se a motu per accidẽs & ab eo qui est secundum partem distinguitur, quæ cum mobili tunc mouentis, tum termini inductione explanatur, quiq. motus considerandus sit aperit. 131

Lect. ij. Tribus mutationis speciebus propositis duarum, generatio videlicet, ac corruptio a motus ratione excluduntur. 134

Lect. iij. Nullam motus seu mutationis spẽm in substantia, nec in ad aliquid, nec in actione & passione per se esse, multiplicib rationibus ostenditur. 136

Lect. iiij. Motus propriè tribus tantum in generibus esse dicitur. Quot item modis sumatur immobile ostenditur. 140

Lect v. Quorundam terminorum, Simul, Separatim, Tangere, Medij, Consequẽter, & Habiti ad motus vnitatem dignoscendam, vtilissimę definitiones, & ad inuicẽ comparationes proponuntur, 141

Lectio vi. Tribus modis motum unum dici proponitur. 144

Lectio vii. Quibusdam modis propositis, ac probatis, quibus motum vnum, & continuũ, appellari dignũ est, quia motuũ insuper, vnus vel plures dicatur, declarat. 145

Lectio viij. Propositis modis, quibus motus adinuicem contrariari contingit, quis motus cui motui opponatur ostenditur. 148

Lect. ix. Quæ quies cui motui opposita sit, de que quiete adinuicem, & in mutationib. contrarietate sermo habetur. 151

Lectio x. Tres dubitationes circa præmissa proponuntur, ac soluuntur. 152

Summa libri Sexti Physicorum.

Motum ex indiuisibilibus componi quod sit impossibile, sed quod tp̃e cum quiete mensurari ei proprium sit, de diuisione item motus in partes & ipsarum adinuicem ordine agitur. Errores, item nonnulli circa motum destruuntur. 156

LEct. j. Nullum continuũ ex indiuisibilibus componi multipliciter probatur 156

Lectio. ij. Magnitudinem ac motũ, sicut & cõtinuum nullum ex indiuisibilibus compositum, impossibile esse ostenditur. 158

Lect iij. Ad magnitudinis diuisionẽ tp̃a, partitionẽ sequi, multis rõnib. probatur 159

Lect. iiii. Finitum & infinitum, similiter tps, magnitudinem consequi, quodque nullũ cõtinuum indiuisibile sit ratiocinatur. 163

Lectio v. Indiuisibile temporis, ipsum nũc esse, in quo etiam nihil moueri, & quiescere dr̃, quodlibet item mobile diuisibile esse demonstratur. 166

Lectio vi Modos quosdam, quibus motus diuiditur, quæ item simul cum motu diuidũtur per singula exponit. 170

Lect vij. Illud, in quo aliquid primo mutatũ est, indiuisibile esse dr̃, quẽque primum in quo aliquid mutatur dari contingat, multipliciter ostenditur. 174

Lect. viij. Quodcunque moueri præcedere aliquod mutatum & econuerso quibusdam rationibus demonstratur. 178

Lect. ix. Finitum & infinitum quo pacto similiter in tempore, magnitudine, motu, ac mobili inueniantur, ostenditur. 182

Lect. x. Sicut in motu, & eo quod mouetur, primum nõ datur, ita & in quiete, & eo quod quiescit primum non dari ostenditur. 185

Lect xi. Rationes Zenonis motum omnem auferentes diluuntur. 188

Lect. xij. Impartibile quoquo modo moueri non posse triplici ratione ostenditur. 191

Lect. xiij. Nullam mutationem infinitam esse multis rationibus probatur. 193

Summa libri Septimi Physicorum.

Omne motum habere motorem, nec processum in infinitum esse, sed oia ad primum reduci ostenditur. Motum item esse simul cũ eo, quod mouet, inductione probatur, & vtrum omnis motus omni motui sit cõparabilis, & quomodo perquiritur. 195

LEctio prima. Omne motum ab alio moueri proponitur. 195

Lectio. ij In mouentib. ac motis in infinitum non procedi, sed primum motum ac motorem dari cum supposito, tum simpliciter probatur. 197

lect. iij. In motu locali mouens simul esse cũ eo quod mouetur, monstratur. 199

lect. iiij. Alterans, & alteratum simul esse probatur. 203

lect. v. Quæcunq. alterantur, qd̃ non scd̃m primæ vel quartæ speciei qualitates, sed secundũ sensibiles tñ alterentur ostẽdit. 203

lect. vj. Circa animæ habitus ac dispositiones tum morales, tum intellectuales, quod alterationes non sint ostenditur. 205

lect. vij. Quæne proposita vtrum omnis motus omni motui comparabilis sit; bonæ comparationis conditiones declarat. 207

lect. viij. Motus tam genere diuersi, quã idem adinuicem quomodo comparentur deque generis pluralitate, ac speciei vnitate plura dicuntur. 210

lect ix Regulis nonnullis motum adinuicem cõparari docet. 213

Summa libri Octaui Physicorum.

Motum ipsum ex omni parte sempiternum fore cum ostensum fuerit, primum motorem penitus immobilem, perpetuum & vnum esse demonstratur, an etiam continuus detur motus, & quis nam primus sit inquiritur. Primum denique motorem, indiuisibilem, & impartibilem omniq. prorsus magnitudine carere concluditur. 216

LEctio j. De sempiternitate motus in cõi quẽnẽ mouet, eiusq. partes prosequens quãtæ vtilitatis hoc sciire sit ostẽdit. 216

lect. ij. Sententiam de motus sempiternitate ratiocinatur, visque rationum suarum, ex Philosophis discutitur. 218

lect. iij Disputat contra Anax. & Empe. negãtes motus æternitatem 223

lect. iiij. Trium rationum solutiones, quæ apparenter concludunt motum quandoque incepisse, afferuntur. 225

lect. v. Proposita diuisione eorum oĩum, quo ad motum, & quietẽ non oĩa semper quiescere aut sẽper moueri ratiocinatur. 227

lectio vj. Entia quædam esse, quæ nec sp mouentur, sed quandoque mouentur, quandoque quiescunt, docetur. 230

lect. vij Quodcunque motum ab alio moueri multipliciter ostenditur. 231

lect. viij. De grauium ac leuium motore agitur. 234

lect. ix. Nõ esse processum in infinitũ, in mouentibus & mobilibus dr̃ oẽque mouens moueri demonstratur impossibile, sed quod est deuenire ad motorem vel omnino immobilem vel seipsum mouentem. 236

lect. x. Quodcunque seipsum mouens diuidi in duas partes, quarum altera mouens se ipsum reperiri, monstratur. 240

lect xi. Quo partes seipsum mouentes considerari valeãt, & cuius rationis sint, dr. 243

lect xij. Primum mouens perpetuum, & immobile esse, ex animalium seipsa mouentium generatione, ac corruptione monstratur. 245

lect xiij Primum mouẽs esse immobile primumque motum perpetuum multipliciter, insinuatur ex mouentium ratione. 247

lect. xiiij. Motum localem cæteris motibus priorem esse probatur. 250

lect. xv. Omnes alij motus a locali continuos esse non posse insinuatur. 252

lect xvj. Nullum localem motum neque rectum, neque etiam reflexum perpetuum cõtinuum esse posse, sed solum circularem deducitur. 254

lectio xvij. Aliquæ de motus reflexi continuitate quæstiones proponuntur soluunturque. 257

lect. xviij. Quibusdam communibus rationib. ostenditur motum reflexum continuum non esse. 262

lect. xix. Solum circularem motum continuum

vnum esse demonstratur ac primum. 262.
Lectio xx. Motum circularem quibusdam cõmunibus rationibus, & ex Antiquorũ sententiis, primum, continuum ac regularem esse comprobatur. 265
Lectio xxj. Potentiam finitam tempore infinito non posse moouere, neque infinitam potentiam io magnitudine reperiri pro primi motoris vnitate ac natura probanda demonstratur. 267
Lectio xxij. An proiectorum motus contioui esse valeant. 273
Lectio xxiij. Primum motorem indiuisibilem esse & impartibilem nullãque prorsus habere magnitudinem demonstratur. 274

INDEX CAPITVM Librorum omnium, qui nuper huic uolumini additi sunt.

Summa libri de principijs Naturæ.

QVæ principia cãæ & elementa, & quot sint rerum naturalium proprietates, item & causarum nonnullæ diuisiones afferuntur. 286
Caput Primum. Ex natura generationis, quænam principia, causæ, elementa sint rerum naturalium & quid. 286
Caput Secundum Quorundam quæ de causis dici solent redditur ratio 288
Caput Tertium. Causarum nonnullæ afferuntur diuisiones, earum etiam proprietates quædam narrantur. 288

Summa capitũ libri de Natura materiæ.

CApur Primum. Quod materia prima nõ potest nisi per creationem in esse produci, & quod ipsa est primum subiectum in generatione Physica. 290
Caput Secundum Qualiter per mutationem formarum deuenitur in cognitionem materiæ, & secundum quam rationem materia est principium indiuiduationis. 290
Caput Tertium. Quod tria sunt genera formarum. 291
Caput Quartũ. In quo ponitur opinio Cõ. de dimẽsionib. interminatis & reprobatur. 291
Caput Quintũ. Qualiter res naturales, generantur generatione Physica ex materia, et de modo constitutionis rei. 293
Caput Sextum. Quid sint dimensiones interminatæ secundum veritatem. 294
Caput Septimum. Quomodo dimensiones possunt dici interminatæ, et quomodo eædem manent in generato et corrupto. 295
Caput Octauum. Quomodo in homine sunt plures formæ secundũ essentiam, sed una tantum secundum esse. 295
Caput Nonum. Quomodo impossibile est duo substantialia simpliciter esse in eodem composito materiali. 296

Summa libri de Natura loci.

DE loci natura, ac Quiditate quidque naturaliũ corporum locus sit. Qũo item & quibus locus cõueniat, tum ex propria tum ex aliorum sententiis inquiritur. 298
Caput Primum. Locum non esse formã nec materiam, nec spatium, sed immobile primum continentis. Quidque proprius sit locus naturalium corporum tam mixtorum, quam simplicium. 298
Caput Secundũ. Quæ nã sint, vel non sint in loco, multorum etiam afferuntur sniæ, ac diluuntur, qũo videlicet vltimæ sphæræ locus debeatur. Qũo demum superficies ac locus vltimi continentis cum sit, duæ sint species quantitatis diuersæ. 299

Summa libri Primi de Tempore.

CApur Primum. Tẽpus difficilis esse cognitionis ostenditur An item tẽpus sit inquirens, obiicitur ad partes, ipsumq. esse cõcluditur, an demum vnum & idẽ nũc numero sit in tẽpore determinatur. 300
Caput Secundum tempus non esse motum, sed aliquid eius s. numerum eius secundũ prius, ac posterius, ipsum insuper nec velox, nec tardum dici ostenditur. 302
Caput Tertium. Quæ sunt illa quæ mensurantur tempore, & quæ non. 303
Caput Quartum De differentia æternitatis, æui & temporis, & quid sit unumquodq. eorum. 304

Summa libri Secundi de Tempore.

CApur Primum. Quid sit tempus, & qualiter tempus in istis inferioribus participatur, & quæ sit Angelorum, & eorum operationum mensura. 305
Caput Secũdum. Qualiter in toto tempore est instans idem re, differens in rõne. 306
Caput Tertium. Cuius sit mensura instans temporis & æui. 307
Caput Quartum. Quid mensurat operationes Angelorum. 308
Caput Quintum. Quid sit subiectũ æui. 308

Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Sixti.

QVæstio de subiecto totius Naturalis Philosophiæ, 311

INDEX COMMENTARIORVM D. THOMAE AQVINATIS IN OCTO LIBROS PHYSICORVM

ET EORVM, QVAE IN HOC VOLVMINE NVPER ADDIDIMVS.

In quo conclusiones, & omnia adnotatu digna ordinẽ, ac iudicio summo disposita sunt.

Primus numerus paginam, Secundus columnam, p. principium, m. medium, f. finem columnæ designant.



Bstractionem negantes ideas ponere oportet, quemadmodum Plato. 35.1.p
Achilles Zenonis, quo motum destruit. 188.2.f
Accidens infinitum esse non potest. 72.1.p
accidens duplex, separabile & inseparabile. ibid.p
actio & passio vel sunt motus, vel idem motus. 64.2.f
actio & passio re vnũ sũt, diuersa ãtt. 65.2.f
actio & passio, si sint idem, non propterea vnus motus sunt. 65.2.f
actiones denominantur a principiis, passiones vero ex terminis. 33.2.f
actionis & passionis esse motum, nihil est aliud quam motus esse motum. 136.2.
actus est in eo cuius est actus. 63.1.
actum vnius in altero esse non est inconueniens. 64.2.p
actiuæ qualitates passiuis priores. 18.1.m
Aeternitas motus necessaria est ad cognitionem primi principii. 252.1.p
æternorum quædam sunt immobilitatis, ac necessitatis causam habent. 225.1.m
æterna esse mobilia & non motus non esse possibile. 219.2.m
æternitas minus ostendit primi principii esse, quam nouitas motus. 218.1.f
æternitatis rationes ab Arist. adductæ quantũ valeant. 222.2.p
æquiuocationes multæ iuxta gñis. 216.2.m
æquiuoca comparari non possunt. 209.1.
agens quodlibet naturale in agendo repatitur 63.2.p
agere & pati si idem sint, docentem addiscere non necesse est. 65.2.p
agere propter finem cur antiqui naturæ adimebant. 54.1.p
agentia naturalia & voluntaria determinata esse oportet, si aliquam adinuicem actionem seu passionem habere debeat. 100.2.m
agunt & patiuntur adinuicem entinm multa. 60.2.f
Albatio nõ albedo motus est, ad motum. nã sicut mutatio esset. 173.1.m
Aliquid est in potentia tantum quoddam in actu tantum, & quoddam medio modo se habens cui conuenit moueri. 60.1.p
alterantia & alterati nullum est mediũ, præcipue in sensus alteratione. 200.1.m
alteratio est in ad aliquid. 200.2.p
alteratio cur dicatur motus ad qualitatem 137.1.f
alteratio esse ad quartam qualitatis speciem videtur tamen ipsa necessario esse ad qualitates tertiæ speciei. 198.2.m. 200.1.f
alteratio nõ est ad habitus, qui sunt partis animæ appetitiuæ. 200.2.m
alteratio dicitur, & non augmentum vel decrementum, sicut & in certis motib. illa mutatio, quæ ex magis in minus in eandem speciem motus, tendit. 127.2.f
alterari contione aliquid, in manifestis est ambigere. 274.2.m
alterationis principium ipsa loci mutatio videtur esse. 54.1.f
alterationes æque veloces cõtingit esse nedũ tem-

tye equalitatis, sed similitudinis formæ cői idētitate, q̄ similitudo nedū passiuis dupli
cī seruata idētitate, sed subiecti numeralis Vnitate inspicienda est. 207.2.m, 208.1.p
alteratione non existente augmentum fieri non est impossibile. 205.1.p
alterationum similitudinem ex subiecto, & passione diiudicare debemus. 208.2.p
Alteratio, augmētū, neq. aliorū aliquis mot° cōtinuus & perpetuus ē. 273.2.m. 148.1.p
Alterari dr̄ e? qd̄ pficit ridiculum. 200.1.p
alterantur & patiuntur sensus ipsi 202.2.p
alteratio non est motus continuus in infinitū. 151.2.f
alterationes & generationes violentæ & contra naturam sunt. 157.2.p
Amicitiam & litem rerum naturalium principia Empe. asserens sine ratione sufficienti, hoc opinasse videtur. 224.2.m
anaxagoræ principiis aduersari videtur, qđ libet esse in quolibet. 14.2.f
anaximander ita mūdum ait incœpisse, quod ante nunquam fuerat. 13.1.m 69.2.f
anaxagoras falso putabat, ideo quiescere infinitū, quia seipsum fulcire videatur. 75.1.f
anaximander infinitum, diuinum, immortale & incorruptibile esse affirmant. 69.2.f
anaxagoras opinatus fuisse fallum videtur, dum tantum intellectū mouentem supposuit in ipsa rerum constitutione. 224.1.m
anaxagoras recte potuit intellectum impassibilem, & immistum 239.1.p
Animalia imperfecta carent motu. 232.2.f
anima non existente an sit: 118.2.p.119.1.p
animal ipsum seipsum mouet cum prius non moueretur, non secundum quamcunq. mutationē, sed scd̄m lationem tantū. 226.2.p
animalia, quæ neque per artem, aut ex deliberatione agunt, maxime ostendunt ipsam naturam propter finem operari. 53.2.p
animalium multæ fiunt a cōtinente transmutationes. 227.2.p
animalia mouentis seipsum, quod mouetur & quod mouet ab inuicē diuisa. 233.1.p
animatorum proprium esse vi mouere seipsum, quod uitale quoddam est. 233.2.m
animalia, quæ ex seipsis mouentur & natura & extra naturā moueri oportet. 223.2.p
antiperistasi omnia simul moueri, & mouere. 274.1
annuli similitudine ipsa infiniti ratio manifesta fit. 79.2.p
appetitus naturalis quid sit, & quomodo materiæ conueniat. 29.1.m
aqua in cineribus posita vacuum astruere videtur. 101.1.f
Aqua dū est aqua, est in potētia ad leue, i. ad aerē, & similiter eū aer facta est, est in pōt ad actū leuis, qđ est esse sursum. 235.1.m
ars non deliberat, & tamen agit propter finem. 37.1.p
ars ea perficit quæ natura perficere non potest. 13.1.m
ars quæ imitatur naturā, in his quæ natura, & arte fieri valent, talem processum hēt, qđ in illa ea priorib. ad posteriora procedimus quemadmodū in natura. 53.1.m
ars imitatur naturam, in his, quæ possunt arte & natura fieri. 53.1.p
artifex finitpū materiam construit. 37.1.m
artificiata motum non nisi per accidens habent. 30.1.& 2
Artificiatorum oīum finis est homo. 37.1.f
aristoteles generari scientiam sicut Platonici, vult, quod alibi reprobat. 207.1.m
arist. qū materiā fœminæ, formā vero mari assimilat vsus est Platonis metaphoris, vt ipsius damnasse videretur sententiā. 29.1.p
astrologia cum ea cōsideraat quæ Physicus, para physicæ esse videtur. 34.2.p
Atomum cur non posse moueri dicatur aptissima redditur ratio. 193.2.
Atomos posse moueri per se, sine ratione asserint Heraclitus. 192.1
augmentum esse nequit nisi alteratio, & vacuum aliquo modo sint. 160.2
augere aliquid continue est impossib. 229.1
augens & auctum immediata sunt. 203.1
auerroim male exposuisse textum primum secundum & tertium primi Physic. 22.1.f
auerroim quomodo reprobat Expositor in materia creationis. 218.2 & inue.
Auicenna frustra improbasse vī Aristot. rōnes quas ad ostendendum quod demonstrari naturam esse impossibile est attulit. 32.1
auicennæ rōnes tres, quib. improbat Aristot. qui materiā formā appetere dicebat 29.1
auie rōnes quædā afferuntur contra Arist. demonstrationé, probare conantis nullum finitū infinitā habere potentiam, quæ pauci vel nullius valoris esse ostendūtur. 267.2
Bestiæ nihil faciunt fortuna. 47.1.
Brissonis tetragonismus. 6.1
Casus & fortuna ad genus causæ efficientis reducuntur. 48.2
casus, & fortuna nō esse vīr, quia de iis mirādum esset non meminisse antiquos 4.1
Casus & fortuna posteriora sunt intellectu & ipsa natura. 47.1
casus idem quod vacuum, vel vano aliquid propinquius dicit 48.1
casus inter cās p accñs commemoratur. 46.2
casus & fortuna sic differūt, qđ quę a fortuna sunt, a casu esse pnt, nō aūt ecōuersū. 46.2
casum rur neg. iuerunt Antiqui. 41.1
casu quæcunque fiunt, quæ a causa sine extrinseca propter finem, quando non fiunt causa eius quod accidit. 47.2
casus nō solū in iis, quæ voluntarie agūt, reperitur, sed ēt in aliis aīalib. & ēt anima carentib. & in quo nam a fortuna differat. 47.2
causar. determinatio, cur necessaria est. 38.1
causa duplex, per se, & per accidens. 45.m
causar. modi quot sint ostēdūtur, & qūo omnes ad quatuor reducuntur genera. 39.2.41.1
causa vno modo dicitur materia. 35.1
causa dicitur alio modo de principio vnde motus, & re efficiente. 38.2
causa dicitur de ipso fine. ibid.
causa dr̄ p̄ium qđ quid est i. forma. ibid.
cā diuiditur in pōa & actu operante. 41.1
cā in actu simul est cū suo effectu, & simul cū illo corrumpitur, ita tamē qđ ea vtraq parte singularia suscipiātur, cā autem potētia, pereunte, non necessario effect. ine. 41.1.f
cām p accidēs diuidi contingit, sicut & cām p se, & quid sit causa per accidens. 40.2
causarum quomodo vna prior dicatur. 40.1
causæ quatuor tantum sunt. 49.2
causæ plures qūo in vnam coincidunt, 45.2
cā p se, prior est ea, quæ est scd̄m aliter 237.2
causæ sibi inuicem sunt causæ secundum diuersas causarum species. 39.1
causis proportionaliter respōdere debēt effectus ipsi, qđ generalib. generales effectus, & singularib. singulares reddantur. 41.1
causæ naturales in necessitate quomodo ordinentur ex processu necessitatis in scientiis & artibus inuentæ apparent. 57.1
circulo ferri, & circulariter nō est idē. 254.2
circularis motus, non solum quia inter locales annumeratur, in infinitum durare pōt, & quia in eo finis principio copulatur, sed quia solum perpetuus est, omnibus aliis prior, & ipsorum mensura esse ostenditur. 130.1.243.1.254.1.256 1.p.f
Circulari & recto mistus motus posterior, est. 264.2
circularis motus perfectior, & simplicior, quia in eo finis copulatur principio, & in eisdem nequaquam est, rectus autem sæpe in eisdem est. 263.2
circularis motus, vno numero existens per infinitum tempus durare pōt, neque ex hoc aliquod in conueniens sequitur. 195.2.263.2
circulatio prima non est tempus, alioquin circulationis pars circulatio esset, multaque tempore simul essent. 115.2
circulo motum semper est in principio, medio, ac fine. 253.2
circularis motus a seipso in seipsum est, rectus vero ex se in aliud terminatur. 263.2
circularis motus recto prior est natura, ratione, & tempore, & aliquando mensura existens solus regularis & ideo perpetuus & necessario est. 264.2
circularis linea recta æqualis erit, si motus q super ipsa fiunt cōparari possunt. 109 1.m
cognitorum ordo tā scd̄m naturam quam in ratione nostra quomodo sumendus. 2.2.f
communium speculatio prior est ea, quæ de particularibus est. 2.2.p.58.2.m
comparatio fit in atoma specie. 210.2
comparatio vera ibi est, vbi est vnum primū susceptiuum. 210.3
comparabilia sunt quæcunque non sunt æquiuoca, & quæ diuersarum non sunt specierum, &c. 209.1
confusius nobis est motus, ignotius naturæ. 2.1 & ode.
cœlum factū esse a casu quidam credid. 43.2
cœlum esse factum voluit Plato, & cum ipso etiam tempus 221.1
cœlum omnia continere dicitur, nec tamen ab aliquo contineri. 97.2
contentiuum in aliquo ab ipso realiter distinguitur in quo est. 88.1.f
consequēter se hñs, tāgēs, & cōtinuū qd sint & qūo naturæ ordine se respiciant. 143.1.f
contrariorum vna est materia, ac scientia. 220 1
contrarietas est inter duos terminos maxime distantes. 136.2
contrarium aliquid alicui quinque modis cū sit, quinque consimiliter modis motuū cōtrarietas, sumendam esse docet. 140.1
contra iorum eadem est causa. 41.2
contraria secundum locum sunt, quæ maxime distant secundū lineam rectam. 142.1.f
contraria quæ erant in genere positionis figuræ, & ordinis antiqui rerum naturalium principia dicebant. 16.1
contraria quomodo ex inuicem fiant. 13.2
contraria principia antiqui posuerunt cum vno materiali principio. 20.2
contrarietas mutationum ex terminis quidē a quo intendimus tantum, non autem in motibus hoc sufficit. 152.1.f
contrarietas communis perfecti & imperfecti substantia est. 136.2
condensationis ratio vacuum astruens vana esse ostenditur. 103.1
continua ea esse dicimus, quorum vnus est terminus. 143.1
continuitas tempori cōpetit ex motu & magnitudine. 117.1.f
continuatio his tm̄ conuenit quæ scd̄m contactum vnum fieri apta nata sunt. 143.1
continuum si diuisibile esset, partiretur impartibile. 165.2
cōtinuū ex indiuisibilib. minime cōponitur si definitiones continui, & eius, quod est tangere, & consequēter veræ sunt. 156.2
continet locatum ipse locus, ita quod nihil eius. 91.1
continens. i cœlum, seu aer q̄uo plurimas in animalibus causet transmutationes. 227.2
conuersio terminos hēt indeterminat. 262
continuum omne ex indiuisibilibus componi est impossibile. 166.2

Continuatę, magnitudo, motus, & tempus se consequuntur 223.1.p
Cõtinue moueri dr̃ illud, q̃ nõ deficit moueri aliquo ĩ tpe p̃ eãdẽ magnitudinẽ. 172.1
continuari mobilia omnia apud Philosophos dubium est. 194.1
corporu ii sensibilium sensibilia sunt ex elementa. 86 1
corpori cuilibet, cum extra proprium locum est ad ipsum ferri naturaliter & continue, proprium est, & cur etiam naturaliter quiescit in eodem. 92.1
corpus infinitum si est, aut graue, aut leue illud est. 76.1
corpora de necessitate naturæ suis in locis manent, & ex his violentia mouentur. 219.2
corpus habens aliquid extra se corpus ipsum continens, in loco est, quod vero non habet, in loco non est. 96.1
corpus aliquod infinitatem subire inconueniens est. 72.2.f
corpus infinitum, cum sit in oẽm partem dimensiones habens, esse non potest. 73.2
corruptio vocatur ea mutatio, quæ ex subiecto in non subiectum tendit. 135.1
corruptionem corruptioni contrariã esse nihil prohibet, sicut nec gñationi gñationẽ contrariã esse, non est inconueniens. 150.1
corruptum & generatum in atomo corruptũ esse, & generatum oportet. 157.1
corruptionis cã per se est ipsum tẽpus. 223.2
corrumpitur ac generatur quod quandoque est, quandoque non est. 254.2
creationem tuetur Expositor contra Commentatorem. 254.2
DEfinitio est rei, qua decernimus verum idem sit, aut aliud, quod duobus modis, intelligitur. 212.1
definitione quid res sit ostenditur. 91.2
definitione omnia obiecta diluuntur. ibid.
definitione definiti ꝓprietates clarescunt. ibi.
Definitione fit omnium difficultatum manifesta causa. ibi.
definitionibus partes quædã indiuidualis materiæ non conueniunt, sed partes materiæ cões quandoque ipsas ingrediuntur. 72.2
definitiones oẽs partes ad genus causæ formalis reducuntur. 38.2
definitionis communis regula. 11.2
definitiones Physicæ & Mathematicæ defensæ sunt. 35.1.f
definitio declarans speciem quæ sit. 212.1
deliberare non est præcisa agendi propter finem ratio. 55.2
democritus, & Empedocles de forma tantum tractauerunt. 36.1
demonstratio Arist. qua probat finitum non posse per tempus infinitum moueri quantum valeat. 267.2
demonstratio, qua probatur nullam finitam magnitudinẽ habere infinitam potentiam, quanti sit valoris examinatur. 272.2.f
Densitas & raritas principium omnium passionum quomodo sunt. 250.2
densi ac rari discrimina aliarum sequitur differentia qualitatum. 213.2
Densi ac rari quidam uacuum inditum corporibus esse affirmauerunt. 110.2.f
Deorsum cur ferantur grauia non poterit assignari aliqua ratio, si motus sursum vacuum causa sit. 111.2
Diuersitatis sciarum causa duplex est. 1.1
Diuisiua via vtilis est ad definitiones. 52.2.f
Diuisionẽ magnitudinis vltimis carere necesse est, cum in infinitũ diuisibilis sit. 81.2.f
diuisio non per se qualitati, sed & quantitati congruit. 173.2.m
diuisibile, cũ cõtra suam diuisionem distinguatur, Nunc omne indiuisibile est. 167.1.f
diuiditur omne in ea, ex quib. componitur. 158.1.p
Dispõnis rõ ea relatione depẽdet. 204.2.m
docentem addiscere non est necessarium, si agere, & pati idem sint. 65.2.m
duratio motus per infinitum tempus impossibilis est. 195 1.
EMpedocles litem, & amicitiam principia rerũ ponens irrõnabiliter dixit. 22.2.m
empedocles incœpisse mundũ ita quod aliquãdo erat ante opinatus est. 217.2.p
empedocles, & Democritus ex Philosophis formam ea parte tractauerunt. 36.1.f
ens multipliciter dicitur. 2.2.f
entium quoddam naturale, quoddam artificiale est. 30.2.p
entium quædam sunt propter finem deliberatum, quædam minime. 44.1.f
entium propter finem quædam per voluntatem fiunt, quædam vero non. 45.2.f
ens trifariam diuiditur. 50.1.m
entium oĩs diuisio sc̃d̃m motus, & quietis dispositionem q̃uo sit sumenda. 227.2.p
entium quædam aliquando quidem mouentur, aliquando quędam quiescunt. 227.2.p
entia omnia in loco esse, communis est antiquorum sententia. 84.1.p
entium quædam aliquando quiescere quædã vero non. 226.2
ens oẽ mobile esse, & ob id qd̃ vacuũ non est Melissi est fatua & apparens rõ. 101.1.p
Entium multa agunt & patiuntur adinuicem 60.1.f
ens mobile, non aũt corpus mobile, subiectũ est totius Naturalis philosophiæ. 1.1.m
esse & fieri ꝓp aliquid reperitur in rebus naturalibus sicut cõmune quiddam. 51.2.m
esse quando tempus est, & in tempore diuersa sunt. 123.1.m
eufortunium est, quando sequitur aliquod potissimum bonum, infortunium vero, quando maximum malum. 46 2.p
ex alio fieri bifariam intelligitur. 21.2.f
excessus oĩs determinatæ, ac datæ magnitudinis non cõtingit, sicut in diuisione. 72.2.m
expositio Auer. tex 1. Physi primi, secundi, & tertii & eius improbatio. 2.2.f
experientia, particularium scientiam assequimur. 206.1.m
expulsio ex est, cum mouens deserit id quod mouet. 200.1.f
FAcientis & utentis discrimen. 37.1.p
Falsum, quod Zeno in sua ratione motũ, destruente, supposuit. 189.2.f
Fieri ex alio secundum essentiale, & accidentale accidi. 12.2.p
Fieri & esse propter aliquid proprium est rerum naturalium. 57.2.f
Finis est causa causarum. 40.1.m
Finem & ea quæ a fine sunt, cur idem artifex considerare habet. 37.1.m
Fine carens perfectum haud esse põt. 79.2.
Finiti diuisibilis idem est terminus. 115.1.p
Finitũ & ifinitũ propria naturaliũ sunt. 67.1.f
Finitum, quod accipitur in magnitudine, vel secundum appositionem, vel diuisionẽ, permanet, finitum vero quod in successiuis accipitur, corrumpitur. 78.1.p
Finitam magnitudinem æquam potentiã habere cum infinita est impossibile. 273.2.f
Finita magnitudo habere potẽtiam infinitam non potest. 272.2.f
Felices cur a vulgo fortunati dicãtur. 47.1.p
Formam in materiam transmutari inconueniens est. 32.2.p
Formam, materiam mouẽtem Naturalis speculatur. 50.1.p
Formæ ac materiæ speculatio naturalis scientiæ terminus est. 30.1.p
Formæ continere, materiæ vero cõtineri proprium est. 81.1.p
Formæ rei naturalis natura est, artificialis vero non; cum ex naturali naturale fiat, artificiale ex artificiali minime. 32.2.p
forma natura dicitur. 33.1.f
forma & materia, si locus essent, q̃uo vnumquodque in suum pergeret locum, difficile esset videre, & locus erit in loco quod est absurdum. 88.1.f
forma & materia cum non separentur a re locum esse minime posse, quia locus a locato separatur. 87.2.f
forma duplex cõpleta, & incompleta. 34.1.p
forma est magis natura, quã materia. 33.1.f
formam solus Empedocles, & Democrit tractauerunt. 36.1.f
forma in numero causarum est. 38.1.f
forma & fine gñationis, qd̃ idẽ est, oĩa quæ ad ipsam ordinantur ꝑp ipsam fiunt. 33 2.f
formam & materiam ad eandem scientiam contemplari spectat. 36.1.m
fortuna & casus nihil esse uidentur, dum nullus Antiquorum Philosophorum de ipsis sermonem habuit. 41.1 f
a Fortuna nihil faciunt proposito carentes, vt pueri, inanimata, & bestiæ. 47.1.f
Fortuna non est circa ea quæ semper sunt, quemadmodum natura. 54.2.f
fortuna & casus posteriora sunt natura & intellectu. 42.2.m
fortuna a casu in quonam maxime distinguatur. 48.1.f
fortuna sc̃d̃m aliquos, causa quædam est, sed humano intellectu immanifesta. 43.2.p
fortuna est causa per accidẽs in his, quæ fiũt secundum propositum propter finem, in minori parte. 45.1.f 46.2.m
fortunam bonam dicimus, cum bonũ aliquid & ẽ contra malã cũ malũ euenit. 46.1.f
fortuna inuenitur in habentibus dominium suorum actuum. 56.2.p
a Fortuna effecta effectui per se coniunguntur, & ipsa per accidens fiunt. 44.2.f
a Fortuna multa per accidẽs eueniũt. 45.2.m
a fortuna cur aliqua fiant, & q̃uo. 44.1.p
fortunã cęlestiũ cãm esse destruitur. 47.1.p
fortunatos cur vulgus fęlices uocat. 47.1.p
Fortuito facta esse diuiniora corpora, quæ partes mũdi sẽpiternæ sũt, ĩpossibile est. 43.1.f
GEneratio, si generetur, non erit assignare materiam ipsi generationi subiectam, quod est absurdum. 239.2.f
Generationem generationi contrariam esse, sicut nec corruptionem corruptioni, nihil prohibet. 153.2.f
Generationis naturalis necessitas similis, sciẽtiarum demonstratiuarum necessitati uidetur quantum ad id, quod est necessitatis principium. 57.1.f
Generationis naturalis animalium hic naturalis uidetur ordo, ut primum semen, inde animal, postremo homo fiat. 54.2.p
Gñatio unius est corruptio alterius. 83.1.p
Generatio duplex, aliqua simpliciter, aliqua vero secundum quid, ea substãtiæ est, hęc vero accidentis. 134.2 f
Generatio non est motus, quia quod generatur non est hoc aliquid. 135.1.f
Generatio non est motus, quia quod generatur non est in loco. 135.2.m
Generationes & corruptiones rerum necessario cur non sunt. 189.2.f
Generatio cum oppositos habeat terminos, non põt esse in perpetuũ continua. 253.1.f
Generatum omne generabatur prius generatione eum motu præcedente. 181.1.f
Generatum prius alteratur, & accrescit, ultimo localiter mouetur. 251.2.f
Generari imperfectionem dicit in eo, quod generatur. 251 2.f
Generatio dicitur æque uelox, si inæquali tem-

tpe generaĩ idem, & indiuisibile. 213.1.f
Generatum vt statim corrumpatur absurdũ est. 254.1.f
Generationem naturalium continere simpliciter necessarium penes materiam sumptũ inconueniens est. 55.2.f.
Generationes & alterationes violentæ & cõtra naturam sunt. 153.2 p
Generatio videtur in eodem instanti generari, & corrumpi. 255.2.f
Generationis cuiusque oportet esse aliquem terminum ad quem. 136.2.p
Generatium oẽ latione vl'. mouetur. 251.2.f
Generatio dicitur mutatio ex non subiecto in subiectum. 134.2.f
Genus non dicit vnam naturam, species autem sic. 211.2.f
Genus duplex logicum & naturale. ibidem
Genera multas æquiuocationes cõtinẽt. ibid.
Grani milii quodlibet non facit sonum, sicut totus modius. 215.2.p
Graue deorsum tendit, quia aptum natũ est sic moueri. 235.2.p
Graue & leue multipliciter dicuntur esse in potentia. 235.2.f
Grauia & leuia moueri a seipsis absurdum, est. 233.2.p
Grauia & leuia in propria loca natura, inopposita aũt violentia mouentur. 139.2 p
Grauia & leuia, cum mouentur natura, non est manifestum, sicut cum extra naturam mouentur ab alio moueri. ibid.
Grauia & leuia cum continua sunt, non mouent seipsa. 234.1.p
Grauia & leuia ab alio mouentur. 234.1.f
Grauia & leuia quomodo moueantur a generante. 266.1.f
Grauia cum uõ sine sibi ipsis causa quiescis a seipsis moueri nequeunt 232.2.m
Grauia cur deorsũ ferãtur, non erit aliqua rõ si motus sursum vacuum cã sit 111.2.m
HAbitũ illud dr̃ esse, q̃ cum alicui consequenter, sit ipsum tangit. 142.2.m
Habitus, qui sunt in prima specie qualitatis, qui etiam corporei sunt, virtutes, & vitia quædam appellantur 204.2.m
Habitus aiæ appetiuæ ẽ alteratio. 206 1 m
Habitus ac dispositionis ratio ex relatione dependet. 204.2.m
Hesiodus ante omnia Chaos asserens locum affirmasse videtur. 89.2.p
Heraclius male opinatus est atomos per se moueri. 192 1.m
Heraclitus omnia aliquando ignem fore existimauit. 74.1.m
Heraclitus mutationem posuit infinitam 194.1.p
Heraclitus moueri omnia afferens, minus Naturalis scientiæ fines egreditur. 188.2 p
Hesiodi sententia, si uera sit, locum habere mirabilem potentiam constat. 85.2 m
IAm est illud quod propinquum est præsenti indiuisibili nunc. 217.1.p.
Ideas ponere Plato coactus fuit, dum aliquã intellectiua abstractionem non cognouisse videatur. 35.1.m
Ignem quandoque omnia fore putabat Heraclitus. 741.1 m
Ignis cum sursum naturaliter moueatur, terra autem violenter, sursum & deorsum motus naturales sunt. 154.1.f
Ignis motus sursum an contrarius sit eius deorsum violentus motus aut terræ naturalis deorsum. 155.2.f
Indiuisibili tempore non potest aliquid quiescere. 186 2 m
Immobile tribus dicitur modis. 131.1 m
Immobile mouens aliquod esse necesse est. 138.1. m
Immobile omne esse, ex eo arguitur, qđ vacuum non est, ergo nec motus, sicut arguit Melissus. 101.1.p
Impartibile secundum quantitatem non mouetur, nisi per accidens. 198.1 p
Infortunium contingit esse, quando aliquod magnum malum euenit 46.2 p
Impossibile multis intelligiĩ modis. 19 2.m
Impossibile ex possibili quandoque sequi nõ posse, falsum uero hic. 238.1.p
Impulsio est cum mouens non deficit ei, qđ mouetur. 200.1.f
Inanimata nihil faciunt a fortuna. 47.2.f
Infinitum esse quod sit impossibile ex ipsa corporis ratione constat. 83 2.m
Infinitum esse ex quinq ostendi posse vr̃, ex tpe, ex decisione continui, ex perpetuitate generationis, ex rõne eius apparentia, & ex intellectus apprehensione. 70 1 m
Infinitum similarium ex aliorum opinionib. conueniens est. 60.1.p
Infinitum corpus dissimilium partium dari in natura non est possibile. 75.1.p
Infinitum verius Parmenides, quam Melissus intellexit. 81.1.p
Infiniti generica ratio hæc est, quod semper eius sit aliud, & aliud accipere. 77 1.m
Infinitum aliter definitur, quã aliqui Philosophorum definierunt. 82.1.f
Infinitum in tempore in hominibus, in generatione, & magnitudine diuersis inuenitur modis. 61.1.m
Infinitum definire absurdum est. 80 2.m
Infinitum secundũ excessum, sicut secundum diuisionem omnia datæ magnitudinis in natura non contingit. 77.1.m
Infinitam potentiam in magnitudine infinita reperiri non est possibile. 272 1.m
Infinitum in tantis in numeris reperitur, in minus vero non. 81.1 f
Infiniti rationem pari numero Pythagorei tribuebant. 68.1.p
Infinitum non est actu, sed potẽtia. 77.1 m
Infinitum secundum diuisionem datur ibid.
Infinitum reducitur ex potentia in actũ successiue. 75 2 p
Infinitum diuisione & appositione genere cõueniunt. 78 2.f
Infinitum est cuius semper aliquid extra est accipere. 78.2.p
Infinitũ cũ materia similitudinẽ hẽt. 78.2.p
Infinitum secundũ diuisionem & appositionem, quomodo distinguantur. 78.2.m
Infinitũ parti potius, q̃ toti simile est. 70.1 f
Infinitũ in sensibilib. & intelligibilibus eẽ irrationabiliter Plato existimauit. 80.2.m
Infinitũ, in motu tpe, & magnitudine nõ uni uoce; sed analogice reperitur, 81 2.m
Infinitum est sicut materia, cui semper annectitur priuatio. 82.2.m
Infinitum principium ingenitum esse, & omnia gubernare propria dicitur. 69.2. m
Infinitum passio est magnitudinis 71.2.m
Infinitum si est, uel est substantia uel accidens, aut nec accidens nec substãtia. 70.2.f
Infinitum actu esse, & sicut substãtia, & principium rerum absurdum est. 73.3.p
Infinitũ accidens esse est impossibile. 72.1.m
Infinitõ ad finitum nullã rõnem hẽt. 224.1.p
Infinitum quantitati congruit. 6:1.f
Infiniti definitio ex antiquis accepta perfecta potius conuenit. 79.1.f
Infinitum auferentibus, quænam impossibilia accident. 76 2 f
Infinitũ in actu non adstruitur ea ipsa magnitudinum diuisione in infinitum. 83.2 m
Infinitũ ponẽtes oẽs principium reiũ faciũt, q̃ Pythagoricis propriũ fuisse dr̃. 66.2.p
Infinitã mutationẽ posuit Heracli. 94.2.m
Infinitum locum cum non contingat, neque possibile erit esse corpus infinitũ. 76.2.m
Infinitum esse separatum nõ potest, sicut nec magnitudo, nec numerus per se existere separata possunt. 71.1.f
Infinita magnitudo dupliciter infinita eẽ, dr̃ secũdũ diuisionẽ, & secũdũ vltimũ. 164.1 p
Infinitum auferentes, quæ sequantur impossibilia. 70.1.f
Infinitorũ mouentiũ, nõ dari primũ. 137.1.p
Infinitum aut finitum sit naturale omne necesse est. 67 1 m
Infiniti consideratio necessaria est. ibid.
Infiniti definitio a Philosophis assignata in annulo conspicitur. 79.1.m
Infinitũ trãsiri necesse erit, siue in numeris separatis, siue in sensibilib. ponatur. 72 1 p
Infinitum corpus, siue simplex, siue compositum non potest esse. 7.1.f
Infinitum transiri in tempore infinito, quomodo sit possibile. 258.2.f
Infinito tempore motum infinitum esse non est impossibile, ita tamen quod motus, alius, & alius intelligatur. 198.2 m
Infinitum quomodo separatum aliquem inuenisse est impossibile. 71 1.p
Infinitum quod partes eiusdem speciei, habeat non est possibile esse. 74.2.f
Infinitu tpe per magnitudinẽ finitam, nõ eã dum transire non est possibile. 181.2 p
Infinitum, quia toti simile est, ideo omnia cõtinere ei proprium est. 80.2.m
In seipso esse primo & per se nihil p̃t. 90.1.m
In seipso aliquid esse per se, aut per accidens siue secundum partẽ intelligitur. 89.2 m
In seipso aliquid esse per se, aut per accidẽs non contingit. 90.2 m
Intellectum immistum & impassibilem rationabiliter posuit Anaxagoras. 239 1 p
Intellectus dum reducitur in habitum sciẽtiæ non suscipit aliquam alterationem, qa sciens ad aliquid est. 206.1.m
Intellectus & natura priores sunt fortuna, et casu. 48.2 f
Instrumentum mouet, & mouetur, mobile mouetur, sed non necessario mouet, mouens vero vt sic tantum mouet. 129.1.m
Infinitum spatium finito tempore aliquod mobile pertransire non potest. 163 2.f
Infinitam mutationem per se esse, vt asseruit Heraclitus, est impossibile. 194 1 p
Infinitum in actum auferentes Mathematicã scientiam haud euertunt. 82.1.f
In seipso, si aliquid primo sit, idem erit continens & contentum. 90.1.f
Intelligentiæ, siue imaginationi non est credendum. 83.1.f
Impartibile partiretur, si continuum indiuisibile esset. 166.1.p
Indiuisibile diuisibile erit, si quomodo atomum moueatur. 183.2.f
Indiuisibile moueretur, si tempus cõponeretur ex ipsis nunc indiuisibilibus. 193.1.f
Infinitum si non sit aliquo modo, tps principium & finẽ habebit, qđ est inconueniẽs apud opinantes mundũ æternum. 76.2.f
Infinitum corpus si reperiatur, graue illud aut leue erit, qđ est impossibile. 76.1 m
Infinitum si ut elemento competeret omnia alia eo corrumperentur. 83.2.m
Infinitum quiescere, quia fulcire seipsum uidetur impossibile est. 75.2.p
Infinitum, si erit accidens, non erit principiũ 71.1.m
Infinitum multis dicitur modis. ibid.
Infinitum in potentia tantum ex ipsa generatione concluditur. 83.1.p
infinitum esse, uel non esse rõnes ustruentes quantum valent ostenditur. ibid m
infinitum non est, quod est ex termino, in terminum. 194.1.m
in aliquo esse quot modis dicatur. 88.2.f

irre-

Irregularis motus est vnius p inquantum est continuus. 148.2.p
Irregularitas in motu duplex attendéda est, aliquando n. est in medio. i. magnitudine, aliquando in modo motus. 148 1.p
LApis quod deorsum latus, aut manens in terra lateat mirabile est. 229.1.m
Lapis per longinquitatem temporis non fit durior aut mollior. ibid.
Latio cum sit motus in aliquid non est infinita. 290.1.m
Latio prior est alijs motibus secundum subsistendi consequentiam. 251.1.m
Latio perfectione prior est alijs in mutationibus. 252.2.p
Latio omnis scd'm circulum, aut scd'm rectũ aut ex his mista est. 244.1.m
Latio in rectũ cũ ad cõtrarios sit terminos in infinitum continua non est. 255.1.p
Latio circularis tũ principiũ, finem copulet, nõ aũt recta in infinitũ cõtinua erit. 262.1.f
Lationem necessarium est primã esse motuũ. 250.1.f
Latũ ab alio quatuor intelligitur motib. tãtũ, pulsiõe, tractu, vectiõe. & vertigine. 100.1.f
Latio vltima est in vnoquoque quod generatur. 252.1.p
Latio prior est tpe alijs motibus. 251.2.m
Lationum sola circularis perpetua esse potest. 254.2.p
Latione mouẽs sp aliquid mouet, aliquã in tpe ad aliquã spatij quantitatem. 213 2.f
Latio alijs motib. perfectior ideo est, quia mouens seipsum scd'm illã mouetur. 252.1.f
Latio nulla erit, si vacuum sit. 205.2 p
Lationes omnes cur non sint comparabiles. 211.1.f
Leuia cum non possint seipsa oppositis moueri motib. a seipsis non mouentur. 233.2.f
Leuia & grauia ad locum mouentur. 233.2 p
Linea recta circulari æqualis erit, si motus q per ipsas fiunt, cõparari valeant. 208.2.f
Linea nõ cõponitur ex pũctis, sed inter ea ip media, sicut inter nũc tempus. 157.1.p
Litem & amicitiam Empedocles principia posuit, at irrationabiliter. 224.2.m
Loci mirabilis est potentia, si ea quæ dixit Hesiodus vera sunt. 85 2.m
Loci differentiæ sex sunt. 76.2.m
Loco oia congruunt, quæ de ipso dicuntur siue a sapientib. siue a vulgaribus hoĩbus, si rectæ eius definitio suscipiatur. 15.2.p
Loco hoc propriũ esse videtur, vt neque maior neque minor sit locato. 91.1.f
Loci diffinitio qualis esse debeat. 95.2.m
Loci siue magnitudini, prius, & posterius primo insunt. 212.2.p
Locus quid nam sit, primus omnium conatus est Plato assignare. 87.1.p
Loci sententiæ a Platone positæ aduersari videntur ea, quæ de ideis, & numeris dixit, q videlicet in loco non sunt. 88.1.m
Locum & naturam dixit idem esse Plato in Timæo. 87 1.f
Locus naturalis parti ac totũ idem accommodabitur. 74.1.f
Locus forma ideo ẽ quia cõtinet dissimiliter tñ ab ipsa forma, nam illam rem cõtinere dr, locus uero corpus locatum. 93.1.m
Locus siue materia, siue forma sit, difficilis est cognitionis. 87.2.m
Locus si spatium esset, esset transmutabile. 94.2.p
Locus quia continet, & separatur a re non est materia. 94.2.p
Locus terminus est corporis cõtinentis. ib. m
Locus immobilem esse sicuti vas, quõ intelligendum sit. 95.1 m
Locus cur spatium videatur esse. 93.1.f
Locis propijs corpora naturalia; naturaliter quiescunt. 99.1.m
Locus proprius a natura determinatus, est ad quẽ cũcta naturaliter feruntur. 85.1 p
Loci completa definitione appartotes rationes ipsum destruentes soluuntur. 98.1.f
locus cũ vacuo affinitatem habere videatur necessarium fuit de loco differere. 99.2.m
locum posuisse vi Hesiodus, ante oia Chaos affirmans. 85.2.m
loco primum inest ita continere locatum qd nihil sit eius. 91.1.f
loco continetur illud corpus quod aliud extra se corpus habet, quod vero non habet minime in loco est. 95.1.p
loci natura ac differentiæ, ob varias sapientũ sententias obscura sunt. 95.1 p
locum nequaquam quæsiuissent sapientes nisi fuisset motus. 91.2.f
locum aliquem corpus suapte natura habet. 74.2.f
loco aliquo omnia sensibilia corpora continẽtur. 77.1.m
loca; propria de necessitate naturæ corpora nunquam deserunt, & ex his violentia mouentur. 229.2.f
loco separari ita a locato, quod tñ ei non desinat, proprium est. 91.1.m
locus cum naturalib. corporibus communissimus sit, a Naturali contemplandus ideo est. 84.1.p
loci differentiæ non solum quo ad nos, sed ex natura loci in toto uniuerso determinata sunt. 77.1.f
loci mutatio alterabitur, vel datum localiter, aut sic mouebitur, si mutationis mutatio sit 239.1.f
locum infinitum esse, cum non contingat esse infinitum corpus, est impossibile. 79.1.m
locũ esse efficacissime ostẽditur, dũ natura vnumquodque fertur in suũ locum. 85.1.p
locorum aliquis communis, proprius alter. 86.1.f
locus, quia motui extrinsece conuenit, ad Naturalem spectat. 83.2.f
locus quia entibus omnibus conuenire uidetur, Naturalis de ipso determinationem facit. 84.1 p.
locus, quia & secundum se & quo ad nos dubius est, ob hoc necessaria est eius consideratio Physicis. 84.1.f
locus quod sit ex rerum transmutatione videtur. 84.2.m
locus an moles quædam corporis sit aut altera natura certum non est. 85.2.f
locus si daretur duo corpora in eodem essent ibid.
loci tres dimensiones sunt, longitudo, latitudo, & profunditas. ibid.
locus si esset quid a corpore distinctum, loci puncti ad ipsum pũctum aliqua distinctio foret quod est imposibbile. 87.1 p
locus cum neque elementum neque ex elementis sit, nihil esse videtur. 86.1.m
locus cum nullum ex quatuor causarum modis induat, nihil uidetur esse. 86.1.f
locus si esset, & ipse in loco esset, & sic in infinitum quod est absurdum. 86.1.f
locus cum locatis crescere non valeat, quia immobilis est, nihil esse uidetur. 86.2.p
locus cum sit terminus locati forma est quæ terminus est eius, cuius est forma. 88.1.p
locus, quia a locato separat, forma, aut materia, quæ inseparabilia sunt, non esse uidetur. 87.2.f
locus in eo q separatur a re non est forma, prout vero continet nõ est materia. 88.1.p
locus si materia est, aut forma, difficile in suũ quodque perget locum. 89.1.f
locus si materia, aut forma sit, erit in loco ipse locus. ibid.
locus quod erit in loco, si affirmetur esse apparentia quædam fuit Zenoni, quæ facile soluitur. 90 2.f
locus particularis in communi est, sicut pars in toto. 91.2.f
locus aut materia, aut forma, aut spatium aut extrema corporis continentis. 93 1.p
longitudo infinita esse non potest, & tps infinitum. 163.1.m
longitudo in qua aliquid mouetur secũdum locum diuisibilis est. 173.2.f
MAgnes tripliciter, seu triplici rõne trahi a ferro dicitur. 200 2 f
Magno & paruo, quare Plato infinitum attribuit. 68.2.f
Magni ac parui eadẽ est materia. 358.1.p
Magnitudo, & numerus sicut per se separata existere non possunt, sic neque infinitum. 61.1 m
Magnitudo motus, & tps in mensura ac continuitate se inuicem consequuntur. 121.1.f
Magnitudo quælibet cõtinua est. 163.1.m.
Magnitudo ois dupliciter infinita esse põt secundũ diuisionem, & scd'm ultima. 151.2 p
Magnitudinem, si ex indiuisibilibus componi contingeret, motus ex indiuisibilib numero æqualibus motibus componeretur, ex quibus componitur magnitudo, super qua fit motus. 158 1.p
Magnitudinis diuisæ, vltimũ nõ datur, quia in infinitum diuisibilis est. 82.1 m
Magnitudinem finitã habere potentiam infinitam non est possibile. 271.1.f
Magnitudinis datæ non est quicunq. i maius excessus sicut in diuisione. 78 2.m
Magnitudo, tempus ac motus ex indiuisibilibus non componuntur. 158.1.m
Magnitudinem finitam si quod mobile pertranseat, finito in tempore, nihil intulit Zeno contra motum. 108.1.m
Magnitudo finita erit, si tps sit finitũ. 184.1.p
Malitiæ ac virtutes sunt ad aliqd. 104.2.p
Mathematicus abstrahit a materia, & motu, nec tamen mentitur, id quod diuinissime declaratur. 35.1.p. & 36.2.f
Mathematici ac naturalis discrimẽ scire Naturalem oportet. 34 1.m
Mathematicus, ac Physicus eadem licet considerent, non tamen eodem modo. 34.1.m
Mathematicus ac Physicus non eodem modo definiunt. 31.2.f
Materiæ indiuidualis quædã partes definitionem non ingrediuntur at cões eius partes qñq. definitiones rerũ constituunt. 57.2.m
Materia cum ad formã dicatur in numero eorum, quæ ad aliquid dñr cõputatur. 39.2.f
Materia a contrarijs non separatur, nisi forte secundum rationem. 29 1.m
Materia non est alia & alia, quia sub diuersis est contrarijs 29. 1.m
Materia statuæ nõ prædicatur in recto de forma statuæ, sed denominatiue. 203. 2.f
Materiæ ac formæ consideratio eiusdem est scientiæ. 36.2 p
Materiæ ac formæ apta platõis ad appetitum masculi ac fœminæ similitudo. 28.2 m
Materiæ propria priuationi tribuere defectus priscorum est, qñ materiæ, & priuationis nullam distinctionem viderunt. 29.2.p
Materia magis est natura, quã forma. 33.1.f
Materiæ necessitate rebus naturalibus, oia q dam inconuenienter attribuunt, cum illarũ dispositionẽ, sicut artificialium sine principijs materialibus non vidissent. 56.1.m
Materia a loco distinguitur, quia non separatur sicut locus. 87.2 f
Materiæ ac formæ mutationem intelligere factuum est. 32.2 p
Materiæ dispositio naturalibus propria est. 56.1.m

Materiam & locum, quare Plato idem dixit. 87.2.m
Materiæ contineri, formæ vero cōtinere proprium est 81.1.p
materiem formā non appetere arguit Auic. Aristotelem. 29.1.p
materiali principio contraria principia copulauerunt antiqui 20.2.m
materiale principiū qđ poni in natura necessarium est, cuiusnā condōois sit. 24.2.f
medium quodammodo extremorum vtrunque est. 134 1 p
medium illud est, in quod motum continue secundum naturam aptum natū est prius prouenire, quam in vltimum. 141.1 p
media scđm Zenonem cum in motu infinita sint, quæ nequaquam trāsiri possunt motum destruxisse credidit. 258.2.m
mediæ scientiæ quæ sunt. 35.2.p
melissi fatua est, & apparens ratio motum destruens, qua sic arguebat, vacuum non est, ergo nec motus est, omne ergo immobile erit. 101.1 p
melissi error is erat quod principium dupli-
melissi error is erat quod principium dupliciter acceptum simpliciter sumpsit. 8.1.f
melissus verius de infinito opinatus est, quā Parmenides. 80 1 p
mensuratur semper aliquid quodam proximo sui generis. 130.1 m
minimū in numeris scđm multitudinē inuenire est, nō aūt scđm magnitudinē. 121.2.m
mirabile est lapidem deorsum latum aut manentem in terra latere. 229 2.f
mistus motus recto, ac circulari posterior est. 264 2.m
mobile illud perpetuū necessarium est, qđ a mouēte in mobili sp mouetur. 249.1.m
mobilia omnia si sunt facta, ante primā mutationē alia præcesserat mutatio, qua mobile suppositum factum est. 219.2.m
mobile per se, & primum ab vtroque terminorum alterum est. 132 2.m
mobile motum cum partim sit in termino a quo, partim in termino ad quem, diuisibile esse, necesse est. 169 2.m
mobile infinitū minime est, si tps aut magnitudo infinita sint vel finita, aut alterum sit finitum, & alterum infinitum. 184.1.p
mobile infinitū finitam magnitudinem finito in tpe pertransire non potest. 184 2.p
mobile quod reflectitur, in signo a quo reflectitur, quiescere necesse est. 258.1.p
mobilia aut facta sunt, cum prius nō essent, aut sunt perpetua. 219.1.m
mobiliū aliqua per se, aliqua vero per accidens mouentur, quorū aliqua per se moueri etiam possunt, aliqua vero nō. 92.1.p
mobilium aliqua natura, aliqua per violentiam mouentur. 232 1 p.2.p
mobilis vnitas ad vnitatem motus exigitur. 145.1.p
mobile aliqđ, sicut quādoq. mouetur quandoq. aūt nō mouetur, ita in toto hoc vniuerso idē accidere posse videtur. 252.2.m
mobilia oia continuari possibile sit 198 2.f
mobile si æque velociter moueatur impossibile est moueri in magnitudine infinita per tempus infinitum. 183.2.f
mobile sp motui præintelligitur. 218.2.p
mobilia æterna esse, & non motus inconueniens est. 219.2.m
mobile aliquod infinitum spatium tpe finito pertransire non contingit. ibid.2 f
mobilis partes secundum circulū nunquam sunt simul in eodem loco. 191.1.m
mobile q mouetur tardius, vel velocius, an hoc sibi vere cōueniat, posse videlicet moueri velocius vel tardius. ibid.2.f
mobile oē, ac quiescens in tpe mouetur, ac quiescit, non autem in nunc. 168.1.p
mobile oē diuisibile esse ostenditur. 168.1.m
mobile oē, & qđ mutatur distans esse oportet a termino a quo mutatur. 174.1.f
mobile omne alicubi esse necesse est. 174.2 f
mobile omne aliqua specierum motus moueri oportet, & similiter quiescens aliqua quiete ijs motibus opposita quiescere necessarium est. 262.1 p
mobilia omnia mouentur ab aliquo intrinseco, vel extrinseco mouente 236.1.f
mobili ac mouente cōe est, vt scđm omnem speciem motus simul sint. 199.2.p
mobilium per se, aliqua a se, aliqua vero mouentur ab alio, & violentia. 232.2.p
mobilia mota omnia considerationis Physicæ sunt. 50.1.p
mobile cum iam motum est, necesse est esse in termino ad quem, & in eo esse, ad qđ mutatur. 174.1.m
mobilia si se tangant, aut continua sint, non est possibile tempore finito infinita mobilia moueri. 108.2.f
moderamine passionum virtutem consistere opinantur Peripatetici. 205.1.f
monstra & peccata, tam naturæ, quam artis quæ sunt. 54.1.p
modium milij aliquem sonum facit, nec tamen recte intulit Zeno granum milij qđlibet sonum facere. 215.2 p
motum in stadio non sufficienter destruxit motum, quemadmodum Zeno ostendisse putauit 198.2.m
mota secundū eādem speciem magnitudinis eodem in tpe comparabilia sunt. 221.2.p
motum in pleno ad motum in vacuo nullā habet proportionem. 107.1.p
motum circulariter semper est in principio medio, & fine. 265.2.f
motum continue a principio sui motus ad finem ad quem peruenit secundum loci mutationem continue ferebatur, nisi fuerit aliquod impediens. 261.1.f
motum a seipso secundum naturam mouetur. 232.2.p
motum sempiternum facere nō potest quod per accidens mouetur. 248.2 p
motum aliquo in tpe primo in qualibet, illi' temporis parte moueri necesse. 178.1.f
motus quod actus existentis in potentia sit, apta probatio. 62.2.m
motum oēs affirmant quicunque de natura aliquid dignum enunciauerunt. 217.1.p
motui, qui est ex albo in nigrum, contrariatur quies, quæ est in albo. 151.2.m
motui ideo quies contraria est, quia eius est priuatio. 151.1.f
motus non est in substantia, quia in ea nō est contrarietas. 236.2.p
motum plurem vel minorem cum tempore diiudicemus, erit tempus eius aliqua mensura. 118.1.f
motus cum nec in substātia, nec sub actu ponatur inter indeterminata ponendus videtur. 62.1.m
motum in communi, & non motum primū, vt ait Commentator, tractauit Philosoph. in principio Octaui. 216.2.p
motuū velocitates an determinatæ. ibid.2.f
motui quænam quies contrarietur. 151.2.m
motus pulsus, tractionis, & vertiginis ad pulsum tractum traduci videtur. 201.1.f
motu non existente prius & posterius non erunt 221.2.p
motui ex ipsa magnitudine prius & posterius insunt. 117 2 f
motum per exitum definire incōueniens est, cum exitus motum supponat. 59.1.f
motus per se, qui in contrariis & mediis, & contradictione est, considerandus est, non autem qui per accidens. 133.2.m
motus quanto primo mouenti, propinquior tanto est velocior. 275.1 m
motus omnis, cum in tempore fiat, quod est diuisibile, ipsum secundum tempus secari oportet. 172.2.p
motus omnis alicuius est mobilis. 172.2.p
motus quilibet est in tempore. 161.2.f
motum destruxisse videbatur zeno ideo, quia omne mobile ad medium, vt perueniat, prius necesse est, & cū medij medium sit, & sic in infinitum, &c. quod est inconueniens 188.1.p
motus omnes præter localem, cum fiant, per eadem semper non possunt esse continui. 264.1.p
motus speculatio ad rerum naturalium cognitionem necessaria est. 57.1.f
motum negantes scientiis omnibus iniuriantur. 228.1.m
motum infinitum tpe finito esse non est impossibile, ita tamen quod motus, & moueri, alia & alia intelligantur. 198.2.m
motus sursum, si vacuū sit cā, difficile videbitur, cur grauia deorsū moueant. 111.2.m
motum qui non est inter contraria, perpetuū esse non est absurdum. 226.1.m
motu vno semper existēte, durare motus per infinitum tempus potest. 194.2.f
motus nouitas ex quo magis inspicienda est, an ex esse primi principij, an ex eius voluntate. 218 1.m
motuum nullus potest esse continuus, ac perpetuus localis. 253.1.m
motu nō existente frustra locus quæreretur. 91.3.f
motus locales comparabiles sunt, & quare. 211.2.p
motus oēs cur non sunt cōparabiles ibidem.
motus irregularitas dupliciter attēdenda est nam in medio aliquando. i. in magnitudine, aliquando aūt in modo motus. 148.p
motus species alteri erunt, si in quo est motus alterum erit. 144.2.m
motus si ex momētis componitur, & tps idē ex indiuisibilibus componetur. 259.2.m
motus naturalis nulla erit causa si vacuū sit, 204.1.f
motū in actione & passione esse, nihil aliud est, nisi motum esse in motu. 137.2.f
motus nullo in tempore sequetur, si addetur ad mobile, & non ad mouens. 224.2.f
motus scđm quem aliquid seipsum moueat, difficilis est speculationis. 240.1.m
motus primum nō est accipere, nec etiam in statione primam eis partem dari est possibile. 186.1.f
motus ac tempus in potentia tantum infinita sunt. 83.2.p
motus secundum esse, & secundum suā durationem mensuratur a tempore. 122.2.p
motus quo tempore ipso per se mensuretur, quies autem per accidens. 124.2.m
motus scđm partes mobilis diuidit. 271.2.m
motus vbi actu, vel potentia inuenitur, ibi inuenitur tempus. 128.2.p
motus oppositio ex terminis vtriusque attendi oportet. 247.1.m
motum cōtinue semper in aliquo signo quiescere oportet. 257.2.f
moueri oē, si mutatū eē nō pcedat in quolibet nunc tpis, aliquid mutatū erit. 179.2.f
mouentia si quandoque sint, & quandoque non sint, erit aliquid generationis, & corruptionis illorum causa. 63.2.f
mouens primum, si vnum est, perpetuum esse oportet, & si plura, plura perpetua erūt. fol. 246 1.f
mouens seipsum vtraque pars ab altera non mouetur. 241.2.p
motus regularitas, uel irregularitas, quæ sit

&

& quam ei vnitatem præbeat. 172.2 m
motum ignorantes naturam ignorare necesse est. 57 2 f
motui cuilibet quinque necessaria insunt, mouens, mobile, tépus, & duo termini. 32.s p
motuum comparationes differentiarum extguot cognitionem. 51.2.p
motus primum mutatum esse an sit, & quomodo sit. 176.2.m
motus dicitur simpliciter vnus, qui est continuus simpliciter. 146 2.f
motus est tantum mutatio illa, quæ ex subiecto in subiectum. 131.2.p
motum reflexum propriis rationibus quis ostendere poterit perpetuum esse nō posse. 261.1.p
motum cum non aliter definiri possit; eius definitio, optima est. 61.2.f
motum actum esse mobilis, vt sic, ex contrariis est manifestum. 61.1.f
mot. oīs au cuilibet cōparabilis sit. 207.2.m
mot. vnus, cū ex eodē mouet in idē. 144.2.m
motum nunquam deficere eadē ratione probari potest qua ipsum non incœpisse probatum est. 252.1.p
motus, si est motus, doctrinæ generatio, doctrinæ generatio erit. 139.2.m
motus passiones si sint, sicut albedo, difficile est videre 132.1 m
motus ob suam paruam entitatem, difficile cognosci, ac definiri potest. 61.2.p
motum aliquando esse, aliquando non esse, absq. rōne dicere figmentum est. 251.s.p
motus definitio qp optima sit, pbatur. 61.s.p
motus cū cōior sit oībus rebus naturalibus quam continuum & infinitum, de ipsū iō prius determinandum est. 58.1.m
motus non est præter res, ad quas est motus. 59.1.m
motus secatur, quemadmodum & prædicamentá. 59.1.f
motus in quatuor prædicamētis est. 59.1.m
motus est actus existentis in potentia in quātum in potentia. 59.s.f
motus quomodo sit actus. 60 2 p
motus quomodo sit actus existentis in potentia. 63 1 m
motus est actus mobilis secundum qd̄ mobile est. 63.2.p
motus est actus mobilis causatus a mouente. 63.2 p
motus in vacuo nullam habet rationem ad motum, qui fit per plenum. 107 1.f
motus quilibet motui cuilibet in velocitate proportionabilis est. 106.s p
motus circularis mensura est omnium motuum. 130 2.f
motus, qui per accidens, siue ex parte mouentis, siue mobilis aut termini dicitur, quia indeterminatus est, a Naturali dimittēdus est. 133 s.m
motus in qualitate eius alteratio dr̄ 140.s f
motus secundum quantitatem eius non vno, nomine nō nominetur, sicut alii ratio, sed augmentum, & decrementum dr̄. 140.2.p
motus secundum vbi sui generis nomen, cum non habet, sed communi nomine latio nūcupatur. 144.2.p
motus qui sunt in vna generis coordinatione vnus genere dicuntur. 144.1 p
motus qui sunt sub aliqua atoma spē, vnus specie dicuntur. 144.1.f
motus qui in specie, aut genere differūt, habiti esse possunt, at non continui. 146.s.f
motus continuitas, quænam exigat. 146 s.p
motus vnus perfectus, & imperfectus dici potest. 149.2.m
motus a termino a quo, non contrariatur ei, qui est ad terminum ad quem. 151.1.m
motus in idē tēdētes cōtrarii nō sunt. 149.2.p
motum quacūque parte motus semper moueri oportet 158 2.p
motus recipit magis contrarietatem a termino ad quem, quam a termino a quo, cum ab illo speciem accipiat. 149.s.f
motus contrarii sunt, qui in contraria, & qui ex contrariis in contraria sunt. 150 1.p
motus ratio in hoc consistit, quod ex subiecto in affirmatum sit, id est inter duos terminos, quorum vnus a quo, alius ad quem dicatur 150.1.p
motus ex altero extremorū ad mediū motus est in contraria, sed non simplic. 151 1.m
motus sursum & deorsum naturales sunt, nā motus, qui est sursum igni naturalis est, terræ autem violentus. 154.1.m
motus violentus an habeat quietem oppositam. 155.1.f
motus dupliciter diuisibilis est tempore, & secundum partes mobilis 170.s.m
motus continuus continuorum esse oportet. 172 1.p
motus & moueri inter se, & eodem modo diuidi contingit. 172.2.f
motus an sit minuitus infinito in tempore, nec ne. 194 2.f
motus vnus dicitur, aut genere, aut specie, aut numero 198.1 m
motus non diuersificātur per motuum infra, sed per figuras magnitudinum. 211.1.f
motus in communi tangitur a Philosopho, in Octauo hysi dum quærit an generabilis vel corruptibilis sit. 216.2.m
motus uita qdā esse dr̄ rerū oīum. 212.1 p
motus cū corruptibilis sit, cum corruptū, aliquid erit, corrumpi oportebit. 212.1.m
motus magis naturalis esse videtur, quam quies. 219 2.p
motus localis tempore prior est aliis motib. 240.s.m
motus contrarius motui cōtrario scd̄m directam contrarietatem opponitur, quies vero secundum priuationem. 254 1.m
motus reflexus, quia medium habet quietem perpetuus esse non potest 261.1.p
motibus rectis contrarium est moueri ab eodem ad idem, in circularibus autem econtratio. 261.1.f
motus, qui intercipitur statu, vnus esse nequit. 261.2.f
motus vnus est, qui ab vno est mouente, & vnus mobilis. 247.2.m
motus reflexus si sit cōtinuus, & perpetuus, aliquid simul albū erit, & nō albū. 261 1.f
motus diuersarum specierum licet sibi continuo tpe succedant, continui tamen nō sūt sed consequenter se habentes. 265.2.p
motus circularis perpetuus est valens omnibus aliis prior est 265.s.p
motus rectus continuus in infinitū esse non potest, quia principio, medio, & fine determinatus est. 265.1.m
motus proiectionis continuus non est, quia plura in ipso mouentia sunt, licet vnum sit mobile. 274 1.p
motus continui motor vnus est. 255 1.p
motus, qui est a motore immobili, vel solus aut maxime regularis est. 275.1.p
motus in particulari quid sit 67.1.p
motus si fiat in vacuo non poterit assignari causa cur motum alicubi stet. 105.2.p
motum æquè velociter si finitam magnitudinem pertransit in infinito tempore pertrāsire necessarium est. 188.2.f
motū in loco necesse, & ipsum ab altero moueri. 179.1.f
motum & tēpus cum simul sentiamus tempus aliquod motus eē necesse est. 216.2.m
motui naturali igni sursum an cōtrarius sit eius deorsum violentus motus, aut terræ naturalis deorsum. 155.2 f
motuum localium nullus potest esse perpetuus, nisi circularis 254. p
motum ex momentis componi est 169.1.m
motum primo & per se, & non ratione partis vnum, & idem esse illius rei in qua est motus, seu in eadem dispositione in aliqu a tēpore incōueniens est '87. m
motus ad relationē non est, nisi per accidens, inquātū ad aliquā mutationem, semper cōsequitur noua aliqua relatio. 57.1.f
motus est æquè velox cum alio eiusdē speciei. 210.s.m
motus aliqui animalibus insunt, quorum nō præexistit aliqua causa. 248 1.p
motuum contrarietas est quinq modis, quib. aliquid alicui contrarium esse dicitur sumenda est. 149.1.m
motus circularis a seipso in seipsum est, rectus vero ex seipso in aliud. 263.2.f
motus circularis in eisdem minime est, rectus autem sæpius in iisdem est. 263 1.m
motus circularis perfectior, & simplicior est recto cū in eo finis copulet princip. 263.1.f
motus circularis recto prior est natura, ratione, & tempore. 194 1.m
motus circularis terminos habet indeterminatos, rectus autem nōn. 265 1.f
motus circularis omnium aliorum motuum iō mēsura est, quia eis prior est 265 2.m
motus circularis solum cum regularis sit primus est. 265.2.f
motus definitio ab antiquis cur fuit excogitata. 61. m
motus ad tria tantum genera est, cum in substantia non sit. 140.1.m
motus vnitatis numeralis ex medii terminis tpis vnitate numeralis consurg 145 1 m
motus aliquis non sequitur ad diuisionem, mouentis, si mobile non diuidatur 214.2. & inde.
moueri an omnia possint, & quiescere, vel q̄dam sint possibilia moueri & quædā quiescere. 231.1 f
mouentur oīa enunciauit Heraclitus nō solū quædā quorum motus latent nos. 258.2.f
mouentur eu seipsis habentia in se principiū sui motus 232 2.p
moueri oīa quādoq. sub dominio amicitiæ ac litis, quandoque vero quiescere tpib. intermediis, intellexisse, vr. Empedo. 220.s.m
moueri aliquid circulo, & circulariter nō est idem. 251.2.m
mouere attribuitur alicui, vel secundum alterum, vel secundum seipsum, & illud a se ipso, aut ab alio. 248 2.f
moueri alia semper, alia quiescere semper nō est possibile 240.1 m
moueri aliquid tpe infinito per magnitudinē finitam, est impossibile 188.2.p
moueri aliqd in nūc non est possib. 167.2.f
moueri in tempore omne quod est non est, necessarium. 124.1.f
moueri omnia semper, aut semper quiescere aut quædam quiescere, & quædam moueri necesse est. 217.2.p
moueri quippiā in aliquo tpe gemine pōt intelligi, & per se, & per partem. 178.1.m
moueri id continue dr̄, qp non deficit in tpe, per eandē magnitudinem moueri. 142.1.p
moueri per se, & per accidens quæ nam dicātur. 232.1.p
moueri quodlibet mutatum esse præcedit, & econtra. 178 2.f.& 189.2 p.2.f
mouetur aliquid in vacuo ex ratione medii motus, ergo in instanti. 106.1.m
moueri aliquid ad aliquid, & esse in eodem simul absurdum est. 159.1 m
moueri per accidens. i. per alterum inest corruptibilibus. 248 2.f

Mo-

moueri per accidens quō corporibus cœlestibus & orbium motoribus conueniat. ibi.
mouere seipsum, vitale est, & animatorum proprium esse videtur. 233.2.p
moueri omnia asserentes Naturalis Sciētiæ fines egrediuntur, nec non hanc opinionem tuenies. 218.2.p
moueri ab altero quæcūq. oportet, quæ in seipsis p incipiū sui mot. nō hñt. 195 1.f
moueri a seipso nequaquam pōt, qđ ad alterius quietē a suo naturali motu. 196.1.p
mouēri oē moueri, aut per se, aut per accīs cōtingit, & si oē moueatur per se, vel per accñs nihil mouebitur qñque. 238.1.m
mouens primū indiuisibile, impartibile, & omnino magnitudinis expers est. 276.1.f
mouens primum, aut in primi mobilis circunferentia est, aut in centro. 275.1.m
monēs primū impartibile esse necēe 276.1 f
mouens primum, si a seipso non mouebitur in infinitum procedetur. 237.2 m
mouens primum absq. secūdo mouere potest, non autem econuerso 236.2.f
mouens motum an aliquem cōtinuum motum causare possit. 231.2.p
mouentium infinitorum, non datur primū. 237.1 p
mouentium aliquod mouet propria virtute, aliud minime. 236.2.p
mouentium quædam vno tantum motu, quædam vero contrariis moub. mouent, prima naturalia sunt, secūda agentia per intellectum. 280.1.m
Mouens primum, nec finitam, aut infinitam magnitudinem habere potest. 276.1.f
Monens non motum absque labore moueri dicitur. 274.2.m
Mouens cum non semper adsit mobili accidit motum eius terminari. 256.2 p
Mouens bifariam mouet, vt efficiens, & vt finis. 199.2 p
mouens vt efficiens simul est cū moto. ibid.
mouens omne tripliciter transmutatur, quēadmodum & mobile. 135.1.f
mouens secundum lationem sp mouet aliquid in aliquo tempore ad aliquam quātitatem spatii. 252.1.p
Mouens tam primum, quam secundū mouet, at primum magis mouet. 236.2.p
mouens tantum mouet, instrumentum mouet, & mouetur, mobile mouetur, sed nō necessario. 238 2.m
mouens, si necessario moueatur duob. modis accipi pōt, aut quod scd̄m eādē mot' spēm q̄ mouet, aut scd̄m alte. a. 239.1.m
mouens, si moueat seipsum secundum totū idem erit & mobile secundum eundem motum 240 2.p
mouens seipsum secatur in partē oino mouentem, & in partē tm̄ motam. 243.1.f
Mouens seipsum, cum maxime moueat secundum lationem, perfectior ea erit aliis motibus. 251.2.p
Mouens vltimum puta aeris pars, cum non amplius mouet sistit proiectum. 273.1.f
mouens aliquod esse, qđ seipsum moueat inconueniens reputari non debet, cū in genere animatorum & animalium id manifestissime videamus. 233.2.m
monens seipsum diuisum esse videtur in id quod monet, & quod mouetur. 231.2 f
mouens aliquod immobile esse necessarium est. 238.1.m
mouens moueri secundum eādem speciem motus, est impossibile. 240.1.m
mouens motum, an causare cōtinuum motum possit. 275.2.m
mouens quod potentia mobile est. 63 2.f
mouens oē aliqd mouet, & aliquid aut a seipso, aut alio inferiori mouente. 231.2.m
mouentis seipsum pars seipsam non mouet quoquo modo. 241.1 f
mouentis, ac moti localiter a seipso, vel ab alio nihil est medium. 300 1.m
mouens primum aliquod esse necessarium est, si sit motus æternus. 245.1.p
multum idē in aere, & aqua significat, nec in eo comparari illa possunt. 209.1.f
multum cum æquiuocum sit aeri, & aquæ rōnabiliter cōparari nō posse vr̄. ibi.2.p
mutatio quæ ea esse mutationis, quæ in esse est opponitur. 150.2.f
mutatio magis a termino ad quem, quam a termino a quo denominatur. 133.1.p
mutatio eˣ subiecto in nō subiectū corruptio cuʳ dicitur 135.1.m
mutatio eᵃ non subiecto in subiectū generatio vocatur. ibid.
mutatio ex non subiecto in subiectum quō generatio rationabiliter dicatur. 134.1.f
mutatio ex magis in minus in eadem specie qualitatis, non augmētum vel decrementum dicitur, sed alteratio, & sic in cæteris motibus, qui sunt ex magis in minus vel e contra. 140.1.f
mutationis mutationem esse, quot intelligatur modis. 128.1.m
mutationis mutatio nō est, nec ut subiecti neq. vt termini, mutationis autē per accidens aliquam esse mutationē impossibile non est. 137.1.m & 1.p
Mutationibus omnibus hoc proprium est, quod semper in eis omne mutatum esse mutari, præcedit. 180.2. f
Mutationē infinitā posuit Heraclit. 194.1.m
Mutationis contrarietas est in terminis tm̄ ad quos inspicienda est, in minorib. vero præter hoc aliud exigitur. 150.2.m
mutationis, si mutatio sit, loci mutatio alterabitur, aut latum localiter similiter alterabitur. 130.2.f
mutatio localis nulla erit si vacuū sit. 205.1
mutationem aliquam per se infinitam esse vt asseruit Heraclit. falsum est. 194.1.m
mutatio, cum sit inter duos terminos perpetua esse non potest. 215.1.f
mutationis si qua sit mutatio erit in infinitum processus. 139.1.p
mutantum sequitur deficere, vel ipsum deficere est. 174.1.f
mutantur aliqua, & aliqua non, quia aliqua mouentur a perpetuo principio, alia autem non 249.2 f
mutatum esse in mutationem intelligitur esse eˣ parte termini mutationis, non autem eˣ parte principii. 157.1.m
mutatur aliquid quadrifariam, cū ea quodā in quiddam mobile moueatur. 134.1.m
mutatum infinities mutatū, si quodlibet moueri mutatum esse præcedat. 179.1.f
mutatum cū prius mutaretur ante oē mutatum esse præcedit mutari. 180.1 m
mundum sic incæpisse putauit Emped. quod ante aliquando erat. 217.1.m
mundus paruus aptissime dī hō. 226.2.p
mūdi excelliētiores ac superiores, & sēpiternat partes sicuti est cælū, aliaq diuiniora corpora, fortuito facta esse absu. 43.1.f
mundum generatum necessario cum motu ponunt nonnulli. 247.1.p
mundi vnitatem & ipsum generatum asserentes, infinitosque ponentes motum sē per fatentur. ibid.
Natura esse dicuntur subiecta, & illis accidentia 31.2
naturā esse demonstrare ridiculū est. 31.2.f
natura quot modis dicitur. 32.1 m
naturæ processus qualis sit. 53.1.p
naturam, quanquam deliberare non videamus, ipsam tamen propter finem agere certum est. 55.1.f
natura dicitur de forma. 33.1.m
natura est de numero eorum, quæ propter finem agunt. 51.1.f
natura & intellectus priores sunt fortuna & casu. 48.1.f
natura oībus ordinationis est cā. 224. 1.m
natura est de his, quæ semper sunt, non autem fortuna. 54.2.f
natura in animalium generatione quomodo ordinate procedat. 96.1.m
naturam ignorare oportet ignorantes materiam. 57.2.f
naturam non agere propter finem antiqui diaere. 54.1.m
naturam esse male improbasse videtur Auicen contra Aristo. qui eam esse indemonstrabile quoddam dixit. 31.2.
naturæ definitionem frustra conantur corrigere Philosophorum quidam. 31.1.m
naturæ definitio. 31.1.m
A natura quæ nam esse dicantur. 31.2 m
naturam agere propter finem, maxime in animalibus apparet, quæ non operantur eˣ aliqua deliberatione, seu arte. 53.1.p
naturale, cum ea naturali fiat, artificiale autem ex artificiali minime, forma rei naturalis natura ē, artificialis vero ars 31.1.p
naturalis considerationis circa formam, & materiam terminus æ necessitas. 35.2.f
naturale oē finiū, aut infinitū est. 67.1.m
naturalis materialem causam, mouentem, ac formam contemplatur. 60.1.f
naturalium cognitio eˣ cognitione motus pendet, & infiniti. 67.2.m
naturalem oportet scire, an motus æternus sit necne. 219.1.m
naturalis scientia, an de materia tātum, aut de forma, aut eˣ vtrisque composito cōsideret. 36.1.p
naturalia, seu quæ secundum naturam sunt nequeunt inordinata esse. 214.1.m
naturalibus inest potentia ad id, quod est actus in altero. 60.1.f
naturalia omnia ex necessitate materiæ esse inconueniens. 55.2.f
naturalem quomodo per omnes causas demonstrare oportet. 49.2.p
naturalē de loco tractare necesse est. 83.1.f
naturalem scire oportet, si magnitudo sensibilis est infinita. 90.1.f
naturalis scientiæ fines egrediuntur, q oia moueri asserentes tueri conātur. 218.2.p
naturalis non omnes cōtra se instantias soluere debet. 54.p
naturalia an habeant sui motus principiū. 30.2.m
naturalis considerare finem debet, si natura propter finem agit. 50.2.m
naturalis scientiæ debita procedendi modus, quis sit. 1.2.d
naturalis scientiæ subiectum est ens mobile non autem corpus mobile. 1.2.p
naturalis scia circa magnitudinē & tēpus, & infinitum, & motum versatur. 67.2.f
naturalibus agentibus hoc necessarium est si passionem, aut actionem adinuicē habere velint, vt aliqua certa habitudine, determinata sint. 230 1.m
necessitas naturaliū est eˣ suppōne. 56.1.f
necessaria & æterna suæ necessitatis causam habere oportet. ibid.
necessarium duplex, absolutū, & suppositione, quod naturalib. competit. 554.2.m
numerus siue separatur, siue insensibilibus positus si sit infinitus, infinitum transire necesse erit. 96.1.m
numerus si rerum substantia sit, quemadmodum ait Plato quomodo maior, & minor, dicetur. 213.2.p

Numeri

Nnmeri numerati partes eædem nō sunt, numeri autem simpliciter sic. 125.1.m
numero non existente vt sit numerabile impossibile est. 128.2.f
numeri terminum in maius inuenire est, non autem in minus. 81.2.m
numeri minimū sec̄dm multitudinē inuenitur nō autem sec̄dm magnitudinem. 121.1.m
numero pari Pythagorici infinitum attribuebant. 68.1.p
nunc est quoddam successiuum tempus continuans præteritum c. futuro. 125.2.p
nunc secundum quod copulat, & continuat idem est, alterum vero secundum qđ diuidit, id quod primo significare videtur. ib.f
nunc qđ primo & per se, & non qđ secundū alterū dr̄, nunc indiuisibile est. 166.2.m
nunc, cum non possit ab altero distare, vel illi consequenter esse, idem erit in toto tempore, quod principium est futuri, & finis præteriti. 166.2.m
nunc si diuiditur pars futuri erit in præterito, & econtra. 167.1.m
nunc cum ex vtraq. parte tempus habeat sine tempore intelligi nequit. 221.2.p
nunc est mensura temporis q̄a notissimum, 84.1.m
nunc pars temporis non est sicut nec pūctus lineæ. 120.1.f
nunc aliud, & aliud toto tempore esse impossibile est. 114.2.f
nunc aliquid quiescere, an sit impossibile cū in illo prius & posterius non sit, sed temporis indiuisibile sit. 168.1.f
nunc, si idem esset, quæ ulim fuere, & ante mille annos simul cum hic erunt, quæ nūc sunt. 115.1.m
nunc cur non eric si tempus non sit, vel econtra 119.2.f
nunc tm̄ de ipso tempore habemus. 114.2.p
OMnia quādoq. moueri sub dominio amicitiæ & litis intermedijsq. temporib. quiescere volebat Empedocles 230.2.m
omnia quiescere asserentes dimittentes sensum intellectus sui infirmitatem ostendūt 328.1.m
omnia moueri mentes fines naturalis scientiæ egrediuntur. 228.2.p
omnia si vnum essent tria absurda contingerent. 7.2.p
opinio ac phantasia motus quidam esse vidētur. 231.2.f
opiniones Philosophorum tres de principiorum contrarietate 16.1 f
orbium motores quomodo moueantur per accidens. 248.1.f
ordinis omnium causa est natura. 224.1.p
ordinis, figuræ, & positionis contraria contra naturalium principia sunt. 16.2.m
PAri numero infinitum Pytagorici tribuebant. 67.2.f
parmenides in sua ratione, qua vnum & finitum ens ipsum esse probabat, falsas assumpsit propositiones. 9.1.m
parmenides verius quam M. lissus de infinito ratiocinatur 80.1.p
Paron Pythagoricus cur penitus tempus indiuisibile esse docebat. 127.1.f
parti ac toti idem locus accommodāt. 74.1.f
pars materia est totius. 7.2 f
pars mouentis seipsum, non mouet seipsam aliquo modo. 242.2.f
partis & totius discrimen. 7.1.f
particulariū speculatio posterior est ea quæ de communibus est. 58.2.m
parui ac magni eadem est materia. 26.1 p
passio non potest magis esse separata quam eius subiectum sit. 71.2.m
passionum omnium densitas & raritas principium esse videtur. 250.2.f
passionibus sedatis prudens ac sciens anima fit. 206.2.f
passio, & actio, si sint idem non sequitur illas vnum esse motum. 65.2.f
passio & actio motus quidam sunt, vel idem motus. 64 1.p
peccata tam in arte, quam in natura quæ dicuntur. 54 1.p
pellēris & pulsi nullum est medium. 201.2.p
peccatū sicut accidit ijs, quæ sunt sec̄dm artē sic & ijs, quæ sec̄dm naturam sunt. 54.1.p
perfectum imperfecto, ratione, natura, & tēpore prius est. 264.2.f
perfectum non est suo fine quoquo modo, priuatum. 79.2.f
perfecti & imperfecti oppositio, vt generalis contrarietas in substantia est. 136.2.p
perfectum, & totum vel idem sunt, aut secundum naturam propinqua. 79.2.f
peripatetici opinantur virtutem in passionū moderatione consistere. 205.2.m
phantasia & opinio motus quidā sūt. 231.2.f
physicus quæcunque mota mouent considerat. 50 1.p
physicus & Mathematicus non eodem modo considerant. 35.2.p
physicus finalem causam magis, quam materialem considerare habet. 56.2.f
physicus & Mathematicus eadem considerat non tamen eodem modo. 35 1.m
physicus causas omnes speculatur, & per ipsas demonstrat. 49.2.p
plantæ minus ostendunt naturam agere propter finem. 54.2.p
platonis opinio, qua ens vniuoce prædicari asserebat, quid veritatis habeat. 12.1.p
plato in sensibilibus & materialibus magno item, & paruo infinitū qūo tribuat, nec tn̄ eis unquā vsus est. 67.2.p.68.1.f.79.1 m
plato locum & materiā cur idem in Timæo sensit, eiusq. de loco sententiæ quāplurimæ afferuntur, qui item in eo arguitur, qđ ideas & numeros penitus loco abesse affirmat. 88.1.m
plato solum generasse tempus cum ipso cœlo quando factum est. 221.1.m
platonis improbatio circa formæ ac materiæ metaphoras. 28.1 f
platonis, & Aristotelis in principiorum positione discrimen. 20.2.m
plato ideas id voluit, quia singulariū intellectus abstractionem ignorasse vr̄. 35.1.m
platonis opinio de principijs potior est ea, quæ Aristotelis est. 29.1.m
platonici idē sentiētes de principijs naturæ, cū parmenide, multipliciter arguūt. 11.2.p
pleni ad vacuum, si qua sit proportio, æquali tempore quis ea transibit. 107 m
positionis figuræ, & ordinis contraria Antiq dicebāt rerum naturalium principia. 16.1 f
possibili seu contingenti aliquo cōcesso nullum inconueniens accidit, falsum autem sequi potest. 199.1.p.238.1.p
potentia aliqua, si moueat aliquod mobile, in aliquo tpe, per tm̄ spatium, p ipsius dimidiū, in dimidio sane tpe mouebit. 215.1.m
potentia aliqua, si moueat aliqđ mobile, per aliqđ spatiū in aliquo tpe, medietatē illius mobis p duplū spatiū mouebit. 214.1.p
potentia eius, qui non habet scientiā, & eius qui iam habet alia & alia est 223.p
potentia, ens eo quod est in actu sit. 47.2.p
potentia, cum multipliciter dicatur, videre ideo obscurum est, a quo nam grauia & leuia moueantur. 235.2.m
prædicamentis non est aliquod commune vniuocum, sed analogum. 56.1.m
prædicatum formam subiecti dicit. 20.2 p
primo principio immobili permanente, ita quod nec per se, nec per accidens moueatur, rerum vniuersum quandam permanentiam, & sempiternitatem assequitur ex continuitate ad ipsum. 248.2.m
principia oēs fecisse videntur contraria ab ipsa veritate coacti non aliqua rōne moti, qui inter se differre plurimū vīr. 17.1.p
principia prima quædam sunt, quorum nulla est causa, quædam vero, quorum est aliqua causa. 225.1.m
principiorum condōnes ac p̄prietates. 17.1.p
principia quod tanti tria sint, duo per se, & tertium per accidens concluditur. 21.1.f
principia contraria cum vno materiali principio antiqui posuerunt 20.2.m
principia rerum naturalium per se duo sūt. 23.2.m
principia intelligibilia magnitudinem aliquā haud conficiunt. 86.1.m
principia tantum tria esse tribus rationibus ostenditur. 16.2.p
principium materiale necessarium est in natura, & cuiusnam sit conditionis. 24.1.f.
principia non esse infinita probatur. 13 2.f
principium vnum tantū esse impossibile est, & quot nam sint. 18.2.& inde plura.
principia, si plura trib. essent, plures primæ contrarietates forent. 19.2.p
prius & posterius primo insunt loco siue magnitudini. 117.2.p
prius & posterius motui insunt ex ipsa magnitudinis ratione. 117.2.m
prius & posterius esse nequeunt, si motus non sit. 221.1.p
prius secundum subsistendi consequentiam quot modis intelligitur. 251.1.f
prius dicitur natura, quod generatione posterius est. 252.2 p
prius in natura sicut est propter posterius, sic in arte ex prioribus ad posteriora procedimus. 51.2.p
prius & posterius nō sūt in ipso nūc. 168.1.f
priuationi quod est materiæ tribuere, defecisse ostendit antiquos non distinguentes ipsam a priuatione. 27.2.p
priuatio est tertium principium naturæ, per accidens tamen. 29.2.p
proiectio est cum velocior sit motus eius qđ fertur, q̄ sit eius naturalis motus. 201.2.f
proiecta cum non tanguntur a proijciente, quo pacto moueantur. ibid.
proiectum tandiu fertur cum motus mouentis fortior est, quam sit eius naturalis motus. ibid.
pueri, inanimata, bestiæ, & omnino proposito carentes nihil faciunt a fortuna. 47.1.f
pueri ob vehemētem sensuum turbationem difficile addiscunt. 206.2.m
protarchus similitudinis ratione, lapides quibus Deorum aræ fiunt, fortunatos esse dixit. 47.1.f
pulsionis alia species impulsio dicitur, alia uero expulsio. 220.1.f
pulsione & tractu mouentia, ac mota immediata esse probatur. ibid.
pulsione mouens se habet ut terminus a quo in tractu uero vt ad quem. 220.2.p
pulsione tractu, & uertigine vectionis motus fundatur. 200.2.p
pythagoras cum Pla. infinitū nulli accidere, sed per se existens esse sentiebat, quod cōgruere ipsorum positionibus vr̄. 67.2.m
pythhagorici in sensibilibus omne infinitum esse dicebant, econtra platonici. ibid.
pythagorici extra cœlum insensibilibus infinitum ponunt, quod plato negat. ibi.
punctus continuat & diuidit lineam, sicut nunc tempus inquantum est principium vnius partis, & finis alterius. 120.1 f
punctus cū partes non habeat cur non possit alium punctum tangere, seu alij consequenter

quenter ſe habere, ita quod eit aliqualiter valeat longitudo conſtitui. 157.1.f
Punctus locum haberet, ſi eſſet ipſe locus q d a corpore diſtinctum. 76.1.p
punctus & vnitas ſi ſint quædam ſeparata ea dem nihilominus non ſunt. 144 2.f
punctorum vltima vna, vel ſimul eſſe nõ poſ ſunt. 156.2.m

QValitates actiuæ paſſiuè priores ſunt. 32.1.m
Qualitatis quarta ſpecies propria eſt motui alterationis. 203.2.p
qualitatib ſenſibilib. ſiq; q ab illis, quoquo modo pati poſſunt alteratio conuenit ibid.
qualitas, & locus, & paſſiones quæcunq. quas terminos motua eſse dicimus immobiles ſunt. 15.1.m
quantitati diuiſio per ſe conuenit qualitati vero per accidens. 173.2.m
quatuor ſunt cauſæ 49 1.p
Quæſtio circa Ariſto. demonſtrationem: vbi Commentator arguitur. 169.2.m
quæſtio an mouens motum continuum cauſare valeat. 175.2.m
quæſtiu, an verum ſit, tardius & velocius mo tum moueri poſſe. 161.2.f
qõ, an anima non exiſtente tps ſit. 182.2.p
quæſtio an aliquid velocius vel tardius moueri valeat.
quæſtio. Quid nam verius, omnia poſſibilia moueri, & quieſcere, vel quædã ſunt poſſi bilia moueri & quieſcere. 131.1.f
quies cui ſit contraria motui. 151.2.p
quies cur motui contraria ſit. 151.2 p
quies quæ eſt in albo motui, qui ex albo in nigrum contraria eſt, & ea quæ in ſanitate ei, quæ eſt in morbo. 151.1.m
quies in albedine, ſeu quæ eſt in termino ad quem, aut in termino a quo, contrariatur motui, nõ aũt quies q̃ eſt in aliqua alia ſpẽ contraria eſt motui vel quieti, ſicut quies in albedine non componitur albedini, aut quieti, quæ eſt in ſanitate. 151.1.p
quies ſurſum motui ſurſum non deorſum cõ traria eſt. 154.1.f
quietis quæ non ſemper fuit, an ſit generatio. 154.3.m
quies violenta per motum naturalem cũ nõ generetur eſſe non generari conſtat. ibid.
quies in aliquo termino non eſt cõtraria mo tui, quo ab aliquo recedient. ibid.
quies illis conuenit, quæ apta nata ſunt mo ueri, nec tamen mouetur. 186.2 f. & inde.
quies eius ẽ impoſſibile cui mot ineſt. 186.1.f
quies ſi eſſet in ipſo nunc, aliquid ſimul moueretur, & quieſceret. 168.2.f
quies minus naturalis eſt, quã motus. 228.1.f
quieti motus opponitur ſecundum priuatio nis oppoſitionem. 214.1.m
quiete qui intercipitur motus vnus eſſe nequit. 261.2.m
quietis quæ non ſemper fuit, ſi ſit generatio in nunc motum eſſe an ſit poſſibile. 167.2.f
quietis naturalis, ac motus nulla erit cauſa ſi vacuum ſit 104.1.f
quietis menſura eſt ipſum tempus, per accidens tamen. 184.1.m
quieſcere quid nam ſit. 192.2.m
quieſcere omnia dicere infirmitas quædã eſt intellectus. 218.1 m
quieſcere ſcd m ſe totum aliquid ex uno in al terũ locũ mutatũ impoſſibile eſt. 191.1.f
quieſcit illud, quod ſimiliter ſe habet ipſum & partes eius nunc & prius. 168.2.p
quieſcere eſt eſſe eodẽ per aliquod determinatũ tps, in nunc videlicet, quo opinantur falſo Philoſophorum nonnulli. 164.1.p
quieſcere oia ſp aut moueri ſp aut quædam moueri, aut quædam quieſcere rerum naturalium, quædam diſpoſitio eſt. 227.2.p
quieſcere aliquid diuiſibili tempore non poteſt. 286.2.f
quieſcere quædã ſp, alia vero moueri ſpe rerum naturaliũ impoſſibilis diſpõ. 230.1.m
quieſcere ipſum infinitum opinari, quia ſeipſum fulcit irrationabile eſt. 82.2.m
quieſcens ad alteram quietẽ, a ſeipſo nequaquam mouetur. 196.1 m
quieſcens licet motus expers ſit, aptum tamen ſit moueri, quod aliquo modo tempore menſuretur. 184.2.f
quieſcens ea quieſcit quiete, quæ eſt oppoſita ſpeciei alicuius motus. 261.1.p
quieſcens aliquo primo, tempore & non ratione partis in qualibet illius temporis parte quieſcere neceſſe eſt. 186.1 p
quieſcens iterum, q̃ quandoque non mouetur, ſi poſſibile ſit, non erit augmẽtum vel violentus localis motus. 232.2.f

RAri ac denſi diſcrimen aliarum ſequitur differentias qualitatum. 113.2.p
Rari ac denſi ratione nonnulli apparenter cõ cludunt vacuum quoddam corporibus in ditum eſſe. 110.2.f
Raritas ac denſitas principium omnium eſſe dicuntur. 250.2 f
Rectus motus, ſi perpetuus non eſt, nec mi ſtus perpetuus eſſe poterit. 254.2.m
Rectum motum velociorem eſſe circulari, in conueniens eſt, non autem prohibet, illum æque velocem eſſe. 208.2 m
Rectus motus cum principio, medio, ac fine terminetur continuus non eſt. 265.1.f
Rectis motibus contrarium eſt moueri ab eo dem in idem circularibus autẽ nõ. 261.1.f
Rectus motus ex ſeipſo in aliud eſt, circularis vero a ſeipſo in ſeipſum. 263.1.f
Rectus motus in iiſdem ſæpe eſſe contingit circularis autem non. 263.2.p
Rectus motus, quia in eo finis ſuo principio minime copulatur circulari motu imperfectio eſt. 263.2.m
Rectus motus poſterior eſt natura, ratione & tempore circulari. 264.1.m
Rectus motus terminos determinatos habet, circularis vero minime. 265.2.f
Rectum motum, cum ad contrarios contingat eſſe terminos, in infinitum cõtinuum, eſſe eſt impoſſibile. 255.1.m
Recta linea circulari æqualis erit, ſi motus, qui p ipſas ſiũt comparari valeãt. 208.2 f
Rectus motus ac circularis priores ſunt motu ex his mixto. 264.2.p
Reflexum contrarijs moueri motibus neceſſe eſt. 255.1.p
reflexans motus quia mediam includit quietem, perpetuum eſſe nequit. 247.2.p
Reflexus motus continuus, & perpetuus, ſi ſit, erit aliq̃ ſimul albũ, & nõ albũ. 262.f
Regularitas, & irregularitas motus quæ ſit, & quam ei vnitatem præbeat. 147.2.p
Relationis non eſt motus niſi per accidens in quantum ſcilicet motum ſemper nouã ſequitur aliqua relatio. 137.1.f
Relationibus nunquam aduenit noua habitudo, niſi extremorum vtrunque, aut alterũ mutetur. 210.2.f
Repente dicimus, quod ob temporis paruitatem inſenſibile eſt. 243.1.p

SCiẽtia de natura circa magnitudinem, & tps cum ſit quæ ſine infinito nõ contingit eſſe de infinito ſpeculari debet 67 1.m
ſcientia contrariorum vna eſſe vr. 220.1.m
ſcientiarum realium numerus ac partes. 1.1.
ſcientiam acquirentes generari aut alterari minime dicuntur. 207.1.m
ſcientiarum diuerſitas a duplici eſt cã. 1.1
ſcientiam naſciſcimur particularium experimentis. 206.2.m
ſcientijs, tribuitur neceſſarium, ſicut & naturalibus. 56.1.f
ſcientiarum triplex genus ex rerum diuiſione ſumptum. 50.1 p
ſcientiæ mediæ quomodo ſumantur. 35.1.p
ſcientiæ generationem ex Platonicis ſumit Ariſt. quam alibi damnaſſe videtur. 207.1.f
ſemina animalium a natura generantur, quẽ admodum ipſa animalia. 54.2.m
ſempiterna tempori minime ſubijciũtur, ſed ſi quo menſurantur, ipſo vbi menſurari contingit, quia non ſeneſcunt. 184 1.p
ſenium an naturale ſit. 145.1.p
ſenſibilia ſunt quibus corpora ab inuicem differunt, ſecundum quæ ſenſus ipſa alterari & pati neceſſarium eſt. 202.2.p
ſenſibilibus qualitatibus tñ alteratio conuenit, & illa propter alterari dicũtur, quæ ab his aliquomodo pati poſſunt. 203. 3.p
ſenſibilia oia ſemper moueri falſa eſt quorundam Philoſophorum opinio. 216.2.p
ſeparata vel ſeorſum ea dicuntur, quæ in altero loco ſunt. 141.2.m
ſimul ea dicũtur, quæ ſunt in aliquo vno primo loco, & inter quæ nullum eſt medium ibid.
ſpatiũ infinitũ p motũ intrãſibile eſt. 163.2.f
ſpatium ſi locus eſſet, tranſmutaretur ipſe locus. 93.2.m
ſpatium ſuper quod ſit motus, ſi ſit infinitũ tempus non poteſt eſſe finitum. 185.1.f
ſpatium cur locus eſſe videtur. 93.2.f
ſpecies dicit vnam naturam, genus vero non. 211.1.f
ſpecies quando nam eadem, vel diuerſa iudicanda ſit. 212.1.p
ſpecies alia eadem natura in alia, & alio eſt ſuſceptibili. ibid.
ſtadio mota motum non ſufficienter deſtruunt, quemadmodum putauerat Zeno. 189.2.p
ſtoici nullam in anima virtutem ponunt, ſi ſit in ea, vt nulla paſſio cũ virtus apud illos impaſſibilitas quædam ſit. 205.2.m
ſtare in aliquo primo, & non ratione partis, & in qualibet temporis parte non ſtare ta conueniens eſt. 186.2.p
ſphæra vltima partes aliæ actu, aliæ potentia ſunt in loco. 97.2.p
ſphæra vltima an ſit in loco, quo. 96.1.m
ſphæra cum omnia contineat, ſicut & tẽpus, eam nõnulli eſſe tempus dixere, qui dupli cu defectu arguendi ſunt. 115.2.m
ſphæram ipſam falſo quidam cœli motum & eius tempus opinabantur. 115.1.f
ſphæra vltima in loco dicitur eſſe per ſuas partes. 97.2 m
ſubiectum illud dicitur, quod non ſolum formam ſuſtinet, ſed ad omne, quod eſt affirmatione moſtratum. 134.2.p
ſubiectum totius Naturalis Scientię quid ſit. 1.2.p
ſubiectum quantum poteſt eſſe, & quale, vnum quotum per ſe, ad alterum per accidens ſe habet. 234.2.p
ſubiectum & eius paſſio ex ęquo ab inuicẽ ſeparabilia vel inſeparabilia ſunt. 71.2
ſubiectum prædicati materia eſt. 20.1.p
ſubiecta, quam illis accidentia a natura eſſe dicitur. 32.1.p
ſubſtantiæ an aliqua conueniat contrarietas. 236.2.p
ſubſtantię contrarietas eſt, quę perfectionis & imperfectionis ratione, tanquam communi radice contrarietatum omnium ſundatur. ibid.
Ad ſubſtantiam non eſt motus. 14.1.p
ſubſtantiæ ſeparatæ, quies vel motus minime conueniunt. 154.2.f
ſubſtantiæ motus nõ cõuenit, qa illa contrarietate caret, q̃ motui neceſſaria ẽ 136.2.p

Supponere aliquid immanifestũ ad tuendam potest. 10.c.f

Substantia vel existens, nulli accidens esse aliquã opinionẽ maximẽ est vitiũ. 224.1.m

Supposita inductione aut demonstratione probare debemus. ibid.

Suppositionis necessitas naturalibus propria est. 55.2.p

Sursum & deorsum motus naturales sunt, oã motus sursum igni naturalis est, terræ autem violentus. 154.1.f

Sursum cur levia ferantur, deorsum gravia, difficilis est causa, si vacuũ motus sursum causa sit. 111.2.m

Sursum aliquid citius fertur, quanto spatium per quod fertur, vacuum rarius sit. 112.2.f

TAngere ea se dicuntur, quorum sunt ultima simul. 142.2.m

Tangens quid sit. 143.1.f

Tardius & velocius, an aliquid moveri possit. 162.1.f

Tẽpus cœli motũ nonnulli, ut ipsã sphærã arbitrabãt, ut irrationabiliter. 125.1.f. & idẽ

Tempori subesse quando tempus est idem nequaquam est. 123.1.p

tempus & motus, non nisi in potentia infinita sunt. 83.2.p

tempus quia ex partibus, quæ non sunt f. præterito & futuro, compositum est nihil esse videtur. 114.2.p

tempus distinguitur a motu, qui ubique & apud omnia est, non tamen est sine motu, sed aliquid eius, cũ simul ipsum, & motum sentiamus, & quod ns meius sit. 116.1.f

tempus, si esset circulatio, multa tempora simul essent. 115.2.p

tempus, si non componitur ex ipsis nũc, nulla erit Zenonis ratio. 189.1.p

tempore mensurari, quod est esse in tempore, quomodo intelligatur. 123.1.p

tempus numerus motus est, non quo numeramus, sed numerus numeratus. i. prioris & posterioris. 118.1.p

tempus continuatur, ac dividitur ipso nunc. 119.1.

tempus reiteratur secundum easdem partes specie, sed non numero. 121.2.f

tempus mensura durationis motus est, & ipsius esse. 122.2.p

tempus, quomodo per se causa corruptionis sit. 123.2.m

tẽpus est mensura quietis p accidẽs 124.1.m

tempus semper est in sui principio, & quomodo nunquam deficit. 180.2.m

tempus sapientissimum quidam philosophorum appellabant. 127.1.f

tempus existente anima, vtcunq. autem esse dicitur animi non existente. 129.1.p

tempora duo æqualia simul esse est impossibile. 129.2.f

tẽpus, & motus invicẽ mensurantur. 130.1.m

tempus numerus est primæ circulationis, secundum quam mensuratur, & ad quam omnes alii motus temporis mensuratione mensurari oportet. 130.1.f

tempus est continuum, & in semper divisibilia divisibile. 162.1.f

tempus, si est finitum, & magnitudo finita. 184.1.p

tempus ingenitum omnes fatentur, quod Plato solus generare voluit. 211.2.m

temporis partes aliæ, & aliæ sunt, sicut & motus. 118.1.m

temporis continuitas ex motu, & magnitudine est. 117.1.f

tempus cur ubique inveniatur, consideratione dignum est. 128.2.p

tempus infinitum est ac dividitur quemadmodum magnitudo. 157.1.p

tempore finito mobilia infinita moveri non contingit. 197.2.m. & indẽ.

tempus medium est inter ipsa nunc, sicut linea inter puncta. 157.1.f

tempus finitum esse non potest, & longitudo infinita. 165.1.p

tẽpus sicut & motus, & magnitudo ex indivisibilibus minime componuntur. 158.1.p

temporis consideratio qua serie, seu ordine procedat. 124.1.m

tempore infinito infinitum transiri, quomodo sit possibile. 258.2.f

tempus non oĩa entia continere dĩ. 125.1.m

tempore infinito per magnitudinem infinitã non eandem moveri aliquid semper impossibile est. 282.2.p

tempore divisibili aliquid quiescere non potest. 186.1.m

tempus esse absque nunc non potest, & nunc principium habet, & finem. 281.2.p

tempore infinito quomodo aliquid moveri potest. 194.2.f

tempore finito infinitum spatium nullum mobile pertransire potest. 163.2.f

temporis præteriti, ac futuri idem nunc non est. 167.2.f

tempus inter ipsa nunc, intelligi semper oportet. 121.2.p

temporis mensura ipsum nonc est. 119.1.p

tempori subiecta ab ipso pati oportet, q ex cõi loquẽdi more manifestũ est. 123.1.m

Tempus ea continet, quæ sub ipso sunt, sicut locatum ipse locus. 123.2.p

temporis divisionem, motus divisio sequi necesse est. 172.2.p

tempus penitus indisciplinabile Paron Pythagoricus aiebat 127.1.f

tempus cum cælo generari, ac factum esse voluit Plato. 225.1.m

tempus ipsam sphæram esse nõnulli sensere, qui dupliciter arguendi videtur. 113.1.m

tempus tardum, vel velox dicitur, & multũ & paucum, quia numerus est, & longum, & breve, quia continuum. 121.2.f

tempori non subiacent, quæ sempiterna sont, quia non senescunt. 124.1.p

tempus & motus, cum ex æquo cum ipsa magnitudine dividantur, Zenonis destruentis motum apparet fatuitas. 188.2.p

Tpe aliquo primo mutatũ, in qualibet tpis illius parte moveri oportet. 178.1.m

tempore mensurari, & motu quomodo intelligatur. 123.1.p

tempus & motus ex divisibilibus non componuntur. 159.2.m

tempus principium & finem habebit, si infinitum aliquo modo non sit. 76.2.f

tempus, si circulatio esset, pars circulationis circulatio esset, & multa tempora simul esse sent. 115.2.p

tempus cur non sit, si nunc non sit, & econtra. 119.2.m

Tempus an aliquid sit anima non existente. 118.2.m

tempus si cuiuslibet motus mensura est, simul duo tempora æqualia erunt. 129.2.m

tempus, si semper est, & motus semper erit ac perpetuus, cum eius mẽsura sit. 211.1.p

tempus ibi invenitur, ubi motus invenitur sive actu, sive potentia. 118.2.m

termini motuum, sicut moventis, & quod movetur, tripliciter dividuntur. 133.1.f

termini ad quem potius contrarietatis causa esse videtur, quam termini a quo. 150.2.m

terminus ad quem magis, quam terminus a quo cur magis mutationem denominant. 133.1.p

Terminum ad quem attingit omne, quod mutatum est. 174.1.m

terra cum sursum violenter moveatur, ignis vero naturaliter, & econtra, ignis deorsũ violẽter, terra naturaliter, erunt qui sursũ, & deorsum motus naturales. 154.1.m

terræ naturalis deorsum motus, motui naturali ignis sursum an contrarius sit eius, de orsum violentus motus. 155.2.f

tertium principium naturæ est ipsa privatio, per accidens tamen. 29.1.p

Tetragonismi, Brissonis, & Antiphontis, ac Hippocratis descriptiones. 5.2.f

totum & partes an unũ sit, vel diversa. 6.2.f

totum & perfectum, vel idẽ, vel propinqua secundum naturam sunt. 79.2.f

totum an seipsum a se ratione partis, vel totius ratione moveatur. 142.2.m

totum & infinitum cum similia sint, ideo ipsi infinito oĩa continere attribuitur. 80.1.p

totius & partis idẽ naturalis locus est. 141.1.f

totius materia ipsa para est. 80.1.f

tractu, pulsione, ac vertigine vectionis motus fundatur. 220.2.p

trahit ferrum magnes triplici rõne. 200.2.f

trahere dicitur, quod movet alterum ad se. 200.2.m

trahentis ac tracti nullum est mediũ. 201.1.p

transmutatur omne, aut per se, aut per accidens, sive per partes. 132.1.p

tria principia esse tribus rationibus ostenditur. 19.2.p

tunc tempus determinatum, per aliqđ ounc, & cum intra præteritum, & præsens, includatur quandoque tempus, deficere necesse erit. 126.1.f

VAcuum si nõ sit commovebitur aliquid totum, turbabitur cęlum.i.sursum fetetur. 112.2.m

Vacuum quomodo sit in corporibus. 101.1.p

Vacuum ponentes potiores rationes adducunt. 100.2.f

Vacuum quiddam corporibus inditum esse ex ipsa densi ac rari ratione opinati sunt quidam. 100.2.f

Vacuum afferentes necessario locũ ponunt. 85.1.

Vacuum motus aliquo modo causa est, ut in trinsecum corporibus ipsis corpora deferens ut in omnibus videre licet. 111.2.m

Vacuum si quid esset, vidissent illud utique in istis mobilibus infra mundum aliqui vel sapientes. 110.2.m

Vacuum si aliquid sit necessarium non erit, corpora esse in loco, vel locus spatium, qđ dam separatum erit. 110.2.p

Vacuum ponentes contraria supponere negãtibus illud oportet. 109.1.f

Vacuo, si quod mobile ex sui parte quoquo modo moveatur, nihil velocius eius causa erit. 109.1.p

Vacuum si non sit augmentatio vel localis, motus non erit. 100.1.m

Vacuum astroẽtes rationes nullius esse roboris ostenduntur. 104.1.p

Vacuũ esse ex quib rõnib. deducitur. 100.1.f

Vacuum esse ex condensatione, quæ fieri in corporib. videtur quantum valeat. 103.1.f

Vacuum id primo significare videtur, locũ, s. in quo nihil est, sive in quo nõ est corpus tangibile, sive hoc aliquod.i.aliqua substantia corporea. 100.2.m

Vacuum propter augmentumcũ necessariũ nequaquã sit, rationabiliter ergo ponitur. 101.1.m

Vacuum si est nõ assignabitur proiectorum causa, nec quietis eius quod movetur aliqua erit causa. 103.2.m

Vacuum inditum corporibus dupliciter esse intelligi potest. 105.2.f

Vacuum separatum, seu coniunctum non reperitur. 112.1.f

Vacuum ibi natum est esse, ubi corpus tangibile. 113.2.f

Vacuũ cognoſcere volentes contemplari oportet quid nam ſignificet vacuum. 99.2.p
Vacuum corporis materiam, quomodo quidam Platonicorum opinabantur. 101.1.f
Vacuum non corpus ſed corporis ſpatium, quidam eſſe dicunt 101 s p
Vacuum quomodo motum in inſtanti ſi ſit inferat. 102.2 m
Vacuum aſſerentes ſicut negatiuas, ita & affirmatiuas communes rationes adducere neceſſarium eſt. 106.1.m
Vacuum ſi ſit, augmentum, ſeu alimentum non ſit. 101.2.f
Vacuum non eſſe, ex ſui abſoluta ratione manifeſtum eſt. 100.4.m
Vacuum id eſſe dixerunt antiqui, in quo nihil ſenſibus ſubiectum videtur. 100 1.f
Vacui ad plenum cum nulla ſit proportio, neque motus, motus qui per hæc fiunt, nullam inuicem rationem habebunt, ſi qua vero ſit proportio, vtrunque quis trãſire poterit. 107 1.m
Vacui ſiquis motus fiat non erit aliqua cauſa quietis cum mouetur. 105.2 p
Vacuum negãtib. quemadmodũ, & locũ auferentib. motum negare neceſſe eſt. 101.2.f
Vacuum nõ nullis, ideo aliquid eſſe videtur, quia locus aliquid eſt. 104.1.p
Vacui ad plenũ nulla eſt proportio. 106.2.m
Vano caſus propinquos eſſe videtur. 48.1.p
Vectione motum, non per ſe, ſed per accidẽs mouetur, inquãtũ aliquid alterum in quo eſt mouetur, ſi ſit primum mouẽs. 100.2.
Velocius vel tardius an aliquid moueatur. 161.s.f
Vectionis motus, vertigine, tractu, & pulſione fundatur. 100.2.p
Velocitas ac tarditas motus ſpecies nequaquam ſunt, neq. ſpecierum eius driæ neq. idem quod grauitas aut leuitas. 148.1.f
Velocius eſt, quod tempore, æquali etiam, in minori plus tranſit. 160 2.p
Velocius mobile per æqualem magnitudinẽ in minori tempore pertranſit, quam tardius mobile. 161.1 p
Velocius & tardius moueri in tempore omni accidit. 162.s f
Velocior motus eſt, quanto motus primo mouenti propinquior eſt. 275.1.m
Violẽtia corpora ex iis locis moueri dicuntur, in quibus naturaliter manẽt, 210.s f
Violentus motus, an quietem oppoſitam habeat. 155.1.f
Violentus motus nõ erit, ſi quid non mouetur quandoque & iterum quieſcit. 231.1.f
Virtutes finitæ in magnitudine infinita eſſe non poſſunt. 271.2.m
Virtutes & malitiæ ſunt ad aliquid. 204.s p
Virtutes & vitia quædam eſſe videntur, habitus etiam corporei, qui primæ ſpeciei annumerantur. ibi.
Virtus moralis in delectationibus & triſtitiis conſiſtit. 205.1.f
Virtutem in medio conſiſtere Peripatetici, quomodo intellexere. 205.s.m
Virtutem aliquam animæ ineſſe ſi qua in ea ſit paſſio, impoſſibile eſt, ſicut Stoici affirmant. ibid.
Vita quędam rerum omnium motus dicitur. 216.2.p
Vltimum reſpectu partis, vltimum dicitur. 156.2.m
Vniuocum aliquod commune ad prædicamenta non reperitur. 59.1.m
Vnitas ac punctus ſi ſint quædam ſeparata eadem eſſe non poſſunt. 143 2.f
Vniuerſalia priora in doctrina eſſe debent. 31.m
Vniuerſum quandoque moueri, quandoq. autem quieſcere, nihil prohibet. 285.2.
Vnum plura eſſe, quomodo contingat. 7.s.m
Vnum tripliciter dicitur. 6.s.f
Vnum actum duorum eſſe non inconuenit. 65.1.m
Vnum omne inquantum omne indiuiſibile. 81 1.f
Vnum & duo æquiuoca ſunt aquæ & aeri. 209.1.p
Vnũ oĩa eẽ, vt indiuiſibile non poſſunt. 7.1.m
Vnum ſi oĩa eſſent plura contingerent. 7.1.f
Vnum principium eſſe impoſſibile eſſe probatur. 18.2.f
Voluntariis, ſeu naturalibus agentibus hoc neceſſarium eſt, ſi paſſionem vel actionem habere ad inuicem velint, vt certa habitudine determinata ſint. 250.s.m
Vtentis ac facientis diſcrimen. 37.1.p
ZEno Eleates quomodo ex eo quod nulla magnitudo tranſire poteſt, motum nullum eſſe intulit. 163.2.m
Zenonis Eleatis rationes quatuor apparenter motum deſtruentes. 188.s.p
Zeno ineruditè argumẽtabatur ex æquali loco corporis mobilis nihil moueri. 281.m
Zeno qũo mutationem eam, quæ inter contradictoria eſt, auferre nitebatur. 190.s.f
Zenonis ratio qua ſphæricum motum admittere nolebat. 192.1.f
Zeno nihil moueri ob id ſenſit, quod mobile prius ad medium quam magnitudinis ſinem peruenire oportebat. 258.2.p

F I N I S.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN OCTO LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS EXPOSITIO.

LIBER PRIMVS.

SVMMA LIBRI I.

Naturalium Principia tũ ex antiquorũ, tum ex propria opinione venatur, eaque tria eſſe ſtatuit, materiam ſ. ac formam per ſe, priuationem vero per accidens.

LECTIO I.

A principiis vniuerſalioribus inchoandum, cum hæc nobis prius nota ſint.

ARGL.



Vm circa omnes doctrinas quarum ſunt principia, vel cauſæ vel elementa, ex horum perceptione cognitio fiat atque ſcientia. (Tunc enim vnamquamque rem ſcire putamus, cũ cauſas primas, principiaq. prima, & vſque ad elementa cognoſcimus,) patet & ea, quæ ad principia Naturalis ſcientiæ pertinent, enitendum eſſe prius determinare.

ANTIQVA. T. c. 1.

QVoniam quidem intelligere & ſcire contingit omnes ſcientias, quarum ſunt principia aut cauſæ, aut elementa, ex horum cognitione. Tunc enim cognoſcere arbitramur vnumquodque, cum cauſas & prima principia cognoſcimus, & vſque ad elementa, manifeſtum quidẽ, quod quæ ſunt circa principia ſcientiæ, quæ de Natura eſt, prius determinare tentandum.

Cũ diuerſitas ſciẽtiarũ.

QVia liber Phyſicorum, cuius expoſitioni intendimus, eſt primus liber Scientiæ Naturalis, in eiuſdem principio oportet aſsignare quid ſit materia & ſubiectum Scientiæ Naturalis. Sciendum eſt igitur, quod cum omnis ſcientia ſit in intellectu, per hoc autem aliquid ſit intelligibile in actu, quod aliqualiter abſtrahitur a materia, ſecundum quod aliqua diuerſimode ſe habent ad materiam, ad diuerſas ſcientias pertinent. Rurſus, cum omnis ſcientia per demonſtrationem habeatur, demonſtrationis autem medium ſit definitio, neceſſe eſt ſecundum diuerſum definitionis modũ ſciẽtias diuerſificari. Sciendum igitur, quod quædam ſunt, quorum eſſe dependet a materia, nec ſine materia definiri poſſunt, quædam vero ſunt quæ licet eſſe non poſſint niſi in materia ſenſibili, in eorum tamen definitione materia ſenſibilis non cadit. Et hæc differunt ad inuicem, vt curuum & ſimum. nam ſimum eſt in materia ſenſibili, & neceſſe eſt quod in eius definitione cadat materia ſenſibilis. eſt enim ſimum naſus curuus, & talia ſunt omnia naturalia, vt homo, lapis. Curuum vero licet eſſe non poſſit niſi in materia ſenſibili, tamen in eius definitione materia ſenſibilis non cadit. Et talia ſunt omnia mathematica, vt numeri, magnitudines, & figuræ. Quædam vero ſunt, quæ non dependent a materia, nec ſecundum eſſe, nec ſecundum rationem, vel quia nunquam ſunt in materia, vt Deus, & aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ, vel quia non vniuerſaliter ſunt in materia, vt ſubſtantia, potẽtia, & actus, & ipſum ens. De his igitur eſt Metaphyſica. De his vero, quæ dependent a materia ſenſibili ſecundum eſſe, ſed non ſecundũ rationem, eſt Mathematica. De his vero, quæ dependent a materia non ſolum ſecundum eſſe, ſed etiam ſecũdum rationem, eſt Naturalis, quæ Phyſica dicitur. Et quia omne, quod habet materiam mobile eſt, conſequẽs eſt ꝙ ens mobile ſit ſubiectum Naturalis philoſophiæ. Naturalis autẽ philoſophia de naturalibus eſt. Naturalia autẽ ſunt, quorum principium eſt natura. Natura autẽ eſt principiũ motus & quietis in eo in quo eſt. De his igitur, quæ habent in ſe principium motus eſt Scientia Naturalis. Sed quia ea, quæ conſequuntur aliquod commune, prius & ſeorſum determinãda ſunt, ne oporteat ea multoties pertractãdo omnes partes illius repetere, neceſſarium fuit ꝙ præmitteretur vnus liber in ſciẽtia naturali in quo tractaretur de iis, quæ conſequũtur ens mobile in communi, ſicut omnibus ſcientiis præmittitur philoſophia prima, in qua determinatur de iis, quæ ſunt communia enti, inquantum eſt ens. Hic autem eſt liber Phyſicorum, qui ẽt dicitur de Phyſico ſiue de Naturali auditu, quia per modum doctrinæ ad audientes traditus fuit. Cuius ſubiectum eſt ens mobile ſimpliciter. Non dico autem corpus mobile, quia omne mobile eſſe corpus, probatur in iſto libro, nulla aũt ſcientia probat ſuũ ſubiectũ, & iõ ſtatim in principio de Cælo, qui ſequitur ad illũ, incipitur a notificatione corporis. Sequuntur ãt ad hunc librũ alii libri ſciẽtiæ Naturalis, in quibus tractatur de ſpecieb. mobiliũ, puta in libro de Cælo de mobili ſcd'm motũ localem, qui eſt prima ſpecies motus. In libro ãt de Generatione, de motu ad formã & primis mobilibus, ſ. elementis, quantũ ad trãſmutationes eorũ in cõi, quantũ vero ad ſpeciales eorũ tranſmutationes in libro Meteo. De mobilib. vero mixtis inanimatis in libro de Mineralib. de aĩatis vero in lib. de Anima, & conſequentib. ad ipſum. Huic ãt libro præmittit Philoſophus procemium, in quo oſtendit ordinẽ procedendi in Scĩa Naturali. Vnde duo facit. Primo oſtendit, ꝙ oportet incipere a cõſideratione principiorũ. Scd'o, ꝙ ĩter principia oportet incipere a principiis vniuerſaliorib. ibi. Innata ãt. Primo ponit talem rõnem. In omnib. ſcientiis, quarum ſunt principia, aut cauſæ, aut elementa, intellectus & ſcientia procedit ex cognitione principiorum, cauſarum, & elemẽtorũ, ſed ſcientia quæ eſt de natura, hẽt principia, elementa, & cauſas, ergo in ea oportet incipere a determinatione principiorũ. Qđ autem dicit intelligere, refertur ad definitiones, ꝙ vero dicit ſcire, ad demonſtrationẽ. Nam ſicut demonſtrationes ſunt ex cauſis, ita & definitiones, cum completa definitio ſit demonſtratio ſola poſitione differens, vt dicitur in primo poſteriorum. Per hoc autem, quod dicit principia, aut cauſas, aut elementa, non intendit ibidem ſignificare. Nam cauſa eſt in plus quam elementum. Nam elementum eſt ex quo compo-

Eſſentia ſciẽtiarum realium, ex 6. Met. te. c. 1.

Subiectum totius Scientiæ naturalis ex 2. huius te. c. 3.

ὁ φυσικὸς ἀκρόασις.

Lib. 6 le. 5. Tex cõ. 32. Lect. 2. T. com. 1.

Partitio omnium librorũ naturalis philoſophiæ.

Diuiſio lib.

Argumentũ Ariſt.

Lect. 16. Te. com. 1.

componitur res primo, & est in ea, vt dicitur Quinto
Lect. 3. Te.com.4.
Metaphysicæ, sicut literę sunt elementa locutionis, nõ aũt syllabæ. Causæ aũt dicuntur, ex quibus res depẽdet secundum esse suum vel fieri. vnde & etiã quæ sunt extra, vel ẽt quæ sunt in re causæ dici possunt, ex quibus non componitur res primo, non autem elementa. Principium vero importat quendam ordinem alicuius processus. Vnde aliquid potest esse principium, quod non est causa, sicut id, vnde incipit motus, non tamen est cã, & punctus est principium lineæ, non tamen causa. Sic igitur per principia videtur intelligere causas mouentes & agentes, in quibus attẽditur ordo processus cuiusdam. Per causas autẽ intelligere videtur causas formales & finales, ex quibus maxime dependent res secũdũ suum esse & fieri. Per elementa vero proprie proprias causas materiales. Vtitur autem disiunctione non copulatione, ad designandum quod non oĩs scientia per omnes causas demonstrat. Nam Mathematica non demõstrat nisi per causam formalem. Metaphysica demonstrat per cãm formalem & finalem præcipue, & etiam agentẽ. Naturalis aũt per omnes causas. Primam autem propositionem rationis Inductæ probat ex cõi opinione, sicut Primo lib. Posteriorũ dicitur, quia tunc quilibet experitur se cognoscere aliquid, cũ scit omnes cãs

Lect. 4. Tex.com.5. Contra cõmentatoris expositionẽ.
eius a primis vsque ad vltimas. Nec oportet vt aliter accipiamus hic cãs & elementa & principia quã supra, vt Cõmentator vult, sed eodem mõ. Dicit autem vsque ad elementa, quia id quod est vltimum in cognitione ẽ materia. Nam materia est propter formam, forma aũt est ab agente pp finem, nisi ipsa sit finis. Vt puta dicimus, ꝙ propter secare, serra habet dentes, & ferreos oportet eos esse, vt sint apti ad secandum. Secundo ibi.

ARGV.
Hæc autem insita natura nobis est via, vt è notioribus nobis magisque manifestis ad notiora naturæ magisq. manifesta proficiscamur. Non.n. sunt eadem nobis atq. simpliciter nota. Qua propter hoc mõ, ex hisce, quæ naturæ quidem minus sunt manifesta, nobis aũt notiora, ad ea quæ dilucidiora sũt magisq. nota naturæ proficiscamur, necesse est. At confusa primò nota nobis sũt magis ac magis manifesta, Elementa vero principiaq. posterius ex hisce nota per ipsorum diuisionem fieri solent. Id circo ex vniuersalibus ad singularia proficiscamur oportet.

Tex.com.2. AN 1. Probatio minoris.
Innata aũt est ex notioribus nobis via & certioribus in certiora naturæ & notiora. Non.n. eadẽ nobis nota & simpliciter. Vnde quidẽ necesse secundũ modũ hunc procedere ex incertioribus natura, nobis autẽ certioribus, in certiora natura & notiora.
Tex.com.3.
Sunt aũt primum nobis manifesta & certa confusa magis, posterius autem ex his fiunt nota elementa & principia, diuidẽtibus hæc. Vnde ex vniuersalibus ad singularia oportet procedere.
Tex.com.4.

Ostendit quod inter principia oportet prædeterminare de vniuersalioribus. Et primo per rationẽ. Scd̃o
1.part.4.to.
per quædam signa. ibi, totum. Circa primum ponit talẽ rationem. Innata est nobis via vt procedamus incipiẽdo ab iis, quæ sunt nobis magis nota in ea quæ sũt magis nota naturæ, sed ea quæ sunt nobis magis nota sunt confusa, qualia sunt vniuersalia, ergo oportet nos ab vniuersalibus ad singularia procedere. Ad manifestationem autem primæ propositionis inducit, quod nõ sunt eadem magis nota nobis & secundum naturam, sed illa, quæ sunt magis nota secundum naturã, sunt minus nota secundum nos. Et quia iste est naturalis modus, siue ordo addiscẽdi, vt veniatur a nobis notis ad ignota nobis, inde est, quod oportet nos deuenire ex notioribus, nobis ad notiora naturæ. Notandum aũt est, quod non eadẽ dicit nota esse nobis & nota simpliciter. Simpliciter autem notiora sunt, quæ secundum se sunt notiora. Sunt autem secundum se notiora, quæ plus habẽt de entitate, quia vnumquodque cognoscibile est inquãtum ens. Magis autem entia sunt quæ sunt magis in actu,
2.Met.6.cõ. primi.
vnde ista maxime sunt cognoscibilia naturæ. Nobis autem econuerso accidit, eo quod nos procedimus, intelligendo de potentia in actũ, & principium cognitionis nostræ est a sensibilibus, quæ sunt materialia & intelligibilia in potentia. Vnde illa sunt prius nobis nota, quã substantiæ separatæ, quæ sunt magis notæ scd̃m
Lect. 1.
naturam, vt patet 2. Metaphysices. Non ergo dicit nota naturæ, quia natura cognoscat ea, sed quia sunt nota secundum se & secundum propriam naturã. Dicit aũt
Fundamentum S. Tho. de ordine cognitorũ necessario ex quo faciliter soluitur Scoti achilles.
notiora & certiora quia in scientiis non requiritur qualiscunque cognitio, sed cognitionis certitudo. Ad intellectum autem secundæ propositionis, sciendum est ꝙ confusa hic dicuntur, quæ continent in se aliqua in potentia & indistincte. Et, quia cognoscere aliquod indistincte medium est inter puram potentiam & actum perfectum, idõ, dum intellectus noster procedit de potentia in actum, primo occurrit sibi confusum quã distinctum, sed tunc est scĩa cõpleta in actu, quãdo peruenitur per resolutionem ad distinctã cognitionem principiorũ & elementorũ. Et hæc est rõ, quare cõfusa sunt primo nobis nota quã distincta. Qd̃ aũt vniuersalia sint confusa, manifestum est, quia vniuersalia continent in se suas species in potentia, & qui scit aliquid in vniuersali, scit illud indistincte, tunc aũt distinguitur eius cognitio, quando vnũquodq. eorum, quæ continentur potentia in uniuersali, actu cognoscit, qui.n. scit animal, non scit irrationale nisi in potentia. Prius aũt est scire aliqd ĩ potentia quã in actu. Scd̃m igitur hunc ordinem addiscendi, quo procedimus de potentia in actũ, prius quo ad nos est scire animal quã hoĩem. Contrarium aũt huic vi
Contradictionis solutio.
detur esse, ꝙ dicit Philosophus in primo posteriorum, ꝙ singularia sunt magis nota quo ad nos, uniuersalia
Lect. 4. Te.com.5. Responsio. Vide cõtra Zim.
vero naturę, siue simpliciter. Sed intelligendũ est ꝙ ibi accipit singularia ipsa indiuidua sensibilia, q̃ sunt magis nota quo ad nos, quia sensus cognitio, quæ est singularium, præcedit cognitionem intellectus, quæ est vniuersaliũ. Sed quia cognitio intellectualis est perfectior, vniuersalia aũt sunt intelligibilia in actu, non aũt singularia, cum sint materialia, simpliciter & scd̃m naturam uniuersalia sunt notiora. Hic aũt singularia dicit non ipsa indiuidua, sed species quæ sunt notiores secundum naturam, ut pote perfectiores & distinctam cognitionem habentes, genera vero sunt prius nota quo ad nos, vt pote habentia cognitionem in potentia & confusã. Sciendum autem ꝙ Cõmentator aliter exponit.
Expositio commentatoris a ca. 2. vsque ad 4.
Dicit.n. ꝙ ibi, Innata est. Vult ostendere Philosophus modum demonstrationis huius scientiæ, quia.s. demõstrat per effectus, & posteriora scd̃m naturam, vt sic ꝙ ibi dicitur, intelligatur de processu in demonstrando & non in determinando. Deinde cum dicit. Sunt aũt primum. Intendit manifestare. Secundum eum quæ sunt magis nota, quo ad nos, & minus secũdum naturam .s. cõposita simplicibus, intelligens, cõposita per confusa.
Contra eandem tripliciter.
Vltimo autem concludit, ꝙ procedendum est ab vniuersaliorib. ad minus vniuersalia, quasi quoddam corollarium. Vnde patet, quod eius expositio non est conueniens, quia non coniungit totum ad unam intentionem, & quia hic non intendit Philosophus ostendere modum demonstrationis huius scientiæ, hoc enim faciet in Secundo libro secundum ordinem determinandi, iterum quia confusa non debent exponi composita, sed indistincta, nõ.n. posset cõcludi aliquid ex vniuersalib., cũ genera nõ cõponantur ex specieb. Scd̃o ibi.

ARGV.
Ipsum namq. totũ sensu notius est. Vniuersale vero totum est quoddam, quippe cũ multa cõplectatur vt partes.

ANT.
Totũ.n. scd̃m sensũ notius est. Vniuersale aũt totũ quoddam est. multa.n. comprehendit, vt partes vniuersale.

Manifestat propositũ per tria signa, quorum primũ

sumitur

sumitur a toto integrali sensibili, & dicit ꝙ totū sensibile est notius secūdū sensum, ergo & totū intelligibile est notius secundū intellectū. Vniuersale āt est qdam totum intelligibile, quia cōprehendit sub se multa vt partes, s. sua inferiora, ergo vniuersale est notius quo ad nos. Videtur aūt hæc probatio inefficax, quia vtitur toto & parte & comprehensione æquiuoce.

Dubium Responsio. Dicendum est aūt, ꝙ totū integrale & vniuersale conueniunt in hoc, ꝙ vtrunq. est confusum. Sicuti. n. qui apprehendit genus, non apprehēdit spēs distincte, sed in potentia tantum, ita qui apprehendit domum nōdum distinguit partes, vnde cum ratione conclusionis totū sit prius cognitū quō ad nos, eadem rō est de vtroq. toto, esse autem compositū non est cōe vtrique toti, vnde manifestum est quod signanter dixit supra, confusa & non composita. Secundo ibi.

Contra cōmentatorē.

ARGL. *Sic ēt & nomina quodammodo sese habent ad definitionē, totum. n. quoddam indistinctumq. significant ceu circulus. At ipsius definitio in partes singulas diuidit.*

Te. com. 5. *Substinēt aūt idē hoc quodammodo & nomina ad rōnē, totum. n. quodāmodo & indistincte significant, vt puta circulus. Definitio autē ipsius diuidit in singularia.*

Secundum signum. Ponit aliud signum de toto integrali & intelligibili. Definitum. n. se habet ad definientia quodammodo, vt totum integrale, inquantum actu sunt definientia in definito, sed tamen qui apprehendit nomē, vt puta hominē aut circulū, non statim distinguit definientia, vnde nomen est sicut quoddā totū & indistinctū, sed definitio diuidit in singularia. i. distincte ponit principia definiti.

Contradictionis solutio. Videtur aūt hoc esse contrarium ei ꝙ supra dixit. Nā definiētia videntur esse vniuersaliora, quę dixit prius esse nota nobis. Sed dicendum, ꝙ definiētia secūdū se sunt prius nota nobis quam definitū, sed prius est notum nobis definitum, quā ꝙ talia sint definientia ipsius, sicut prius sunt nota nobis animal & rōnale, quam homo. Sed prius est nobis notum homo confuse, quam ꝙ animal & rationale sint definiētiā ipsius. Tertio ibi.

Pueri quoq. primum quidem viros omnes patres, & quasuis mulieres matres appellant, posterius horum vtrūque discernere distinguereq. videntur.

Et pueri primū appellant oēs viros patres, & fœminas matres, posterius aūt determinant horum vnumquodq:

Ponit tertium signum sumptum ex vniuersaliori sensibili. Sicut. n. vniuersalius intelligibile est prius notum nobis secundū intellectū, vt puta aīal hoīe, ita cōius sēsibile est prius notū nobis secundū sensū, vt puta hoc animal, quā hic homo. Et dico prius secundū sensū, & secundū locū, & secundū tps. Scdm locū quidē, quia, cū aliquid a remotis videmus, prius percipimus ipsū esse corpus quā esse aīal, & hoc priusquā ꝙ sit homo, & vltimo, ꝙ sit Socrat. Et similiter secūdū tps, puer prius apprehēdit hūc vt quendā hoīem, quā vt hunc hoīem, qui est Plato, qui est pr̄ eius. Et hoc est ꝙ dicit, pueri primū appellāt oēs viros patres & feminas matres, sed posterius determinant id est determinate cognoscunt vnū quodq. Ex quo manifeste ostenditur, ꝙ prius cognoscimus aliquid sub confusione, quam distincte.

LECTIO 2.

Antiquorum de entibus & principiis sententię quamplures, quamque illarum improbat, & quomodo ad Naturalem pertinet.

Necesse est itaq. aut unum esse principium, aut plura. Et si sit vnū, aut immobile, vt Parmenides Melissusque dicit, aut mobile esse oportet, vt Naturales censere uidentur, quidā aerem, quidā aquam primum principium esse dicentes. Si plura sint, aut finita, aut infinita esse necesse est. Et si finita sint pluraq. vno, duo vel tria, vel quatuor, vel in alio quodā numero esse oportet. Si infinita, aut genere quidē vnum, figura vero uel forma diuersa, perinde atq. Demo. asserebat, aut contraria etiam necesse ē esse.

Te. com. 6. *Necesse autem est aut vnum esse principium, aut plura. Et si vnum aut immobile, sicut dicunt Parmenides & Melissus, aut mobile, sicut Physici, hi quidē aerem dicentes esse, alij vero aquam primum principium. Si autem plura, aut finita, aut infinita & si finita, plura aūt vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut secundum aliū aliquem numerum. Et si infinita, aut sic, sicut dixit Democritus genus vnum, figura autem & specie differentia, aut etiam contraria.*

Posito proœmio, in quo ostensū est quod Scientia Naturalis dēt incipere a principiis uniuersaliorib hic secundū prædictū ordinē incipit prosequi ea, q̄ pertinēt ad Scientiā Naturalem. Et diuiditur in duas partes. In quarū prima determinat de principiis vniuersalib. Sciētiæ Naturalis. In scda determinat de ente mobili in cōi, de quo intendit in hoc lib. Et hoc in Tertio li. ibi. (Quoniā aūt natura est principiū.) Prima in duas. In prima determinat de principiis subiecti huius sciæ .i. de principiis entis mobilis inquātū hmōi. In scda de principiis doctrinæ. In scdo li. ibi. Eorū quæ sunt prima āt in duas. In prima prosequitur opiniones aliorū de principiis cōib. entis mobilis. In secunda inquirit ueritatem de eis ibi. (Oēs igitur contraria principia.) Circa primū tria facit. Primo ponit diuersas opiniones antiquorū Philosophorū de principiis cōib. Scdo ostendit, qd aliquas earū prosequi nō pertinet ad naturalē ibi. (Id quidem igitur.) Tertio ꝓsequitur opiniones improbādo eorū falsitatem ibi. Principiū aūt. Circa primū duo facit. Primo ponit diuersas opiniones Philosophorum de pricipis naturę. Scdo ostēdit eādē diuersitatē esse circa opiniones Philosophorū de entib. ibi. (Similiter aūt quærūt.) Dicit ergo primo, ꝙ necesse est esse unū principiū aut multa, & utraq. habuit Philosophos opinantes: Quidā. n. eorū posuerunt vnum principium, quidā multa. Eorū, qui posuerunt vnum, quidā posuerunt illud esse immobile, sicut Parmenides & Melissus, d quorum opinione infra patebit, quidā vero posuerūt illud esse mobile. s. Antiqui Naturales. Quorū quidā posuerunt aerem esse principium Naturalium, vt Diogenes; quidam uero aquam, vt Thales, quidam vero ignē, vt Heraclitus, alii vero aliud mediū inter aerem, & aq̄, vt uaporem. Nullus uero eorū, qui posuerunt principium unū tantū, dixit illud esse terram pp eius grossitiem. Hmōi aūt principia mobilia dicebant, qa per horū aliquius rarefactionē & condēsationem alia fieri dicebāt. Eorū vero, qui posuerunt plura principia, quidam posuerunt ea finita, quidem posuerunt infinita. Eorū aūt qui posuerunt ea finita, licet plura vno quidā posuerūt ea esse duo, s. ignem & terrā, vt infra dicet Parmenides, quidā vero tria. s. ignem, aerem, & aquam. nā terrā quasi cōpositā existimabant pp eius grossitiem. Alii uero posuerunt ea esse quatuor. s. Emp. vel ēt scdm aliquem aliū numerum, quia & ipse Emped. cum quatuor elementis posuit duo alia, s. amicitiam & litem. Qui uero posuerunt plura infinita diuersificati sunt. Democr. n. posuit indiuisibilia corpora quæ dicuntur atomi esse principia omnium rerum. Sed huiusmodi corpora posuit esse omnia vnius generis secūdum naturam, sed tamen differebant secundum figuram & formā. Et non solum differebant, sed contrarietatem adinuicem habebant. Ponebat enim tres contrarietates, vnum secundum figuram, quæ est inter curuum, & rectum, aliā secundum ordinem, quæ est prioris, & posterioris, aliam secundum positionem, scilicet ante & retro, sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum. Et sic ex illis corporibus unius naturæ existentibus diuersa fieri ponebat, secundum diuersitatem figuræ positionis, & or-

Te. com. 1.

Te. com. 12.

Te. com. 4t. Parte scda. Tex. com. 8. Te. com. 13.

Nullus, inquam, terrā solam, principium posuit.

Lect. 10. in. principi.

ὁ ἄτομος τοῦ indiuisibilis.

dinis atomorum. Ex hac autem opinione dat intelligete oppositam opinionem, s. Anaxagoræ, qui posuit infinita principia, sed non vnius generis secundum naturam. Posuit.n. principia esse infinitas partes carnis & ossis minimas, & aliorum huiusmodi, ut manifestum erit inferius. Aduertendum autem q non diuisit plura principia per mobilia & immobilia, quia nullus ponens prima principia plura, potuit ponere ea immobilia. Cũ.n. omnes ponerent contrarietatem in principiis, cõtraria autem nata sunt se alterare, cum pluralitate principiorum immobilitas stare non poterat. Secundo ibi.

Notandum
Lect. 8.
Tex. cõ. 32.
Solutio dubitationis tacitæ.

ARGI.

Pari modo quærere videntur & hi, qui quærunt quot nam sint ea quæ sunt. Nam ea primum quærunt, ex quibus constant ea quæ sunt, vtrum vnum an plura sint, & si sint plura, vtrum sint finita an infinita. Quare principium quærunt ac elementum, vtrum sit vnum an plura.

Lib. 7.

Similiter autem quærunt, & quæ sunt quærentes quot sunt. Ex quibus enim sunt quæ sunt, quærunt primum, vtrum hæc vnum aut plura sint, & si multa aut finita aut infinita. Quare principium & elementum quærunt vtrũ vnum aut multa.

Ostẽdit quod eadem diuersitas opinionum est circa entia, & dicit, q similiter Physici inquirẽtes de iis, quæ sunt.i. de entibus, quærunt quot sunt, vtrum, s. unũ, aut plura, & si sint multa, vtrũ sint finita, vel infinita. Et rõ est, quia antiqui Physici non cognouerunt nisi causam materialem, de aliis autem parum tetigerunt. Ponebãt autem formas naturales esse accidẽtia, sicut & artificiales. Sicut ergo tota substantia artificialium est eorum materia, ita sequebatur secundum eos, quod tota substantia naturalium esset eorum materia. Vnde, qui ponebant tantum vnum principium, puta aerem, putabãt q alia entia essent aer secundũ suam substantiã, & similiter est de aliis opinionib. Et hoc est q dicit, q physici quærunt ex quibus sunt quæ sunt.i. inquirẽdo de principiis inquirunt cãs materiales ex quib. entia esse dicũtur. Vnde patet q quando inquirunt de entib. vtrũ sit vnum aut plura, eorum inquisitio est de principiis materialibus, quæ elementa dicuntur. Deinde cum dicit.

ARGY.

Considerare igitur, si id quod est, vnum sit atque immobile, non ad naturalem Physicum pertinet. Nam vt Geometræ non est ad eum ratio, qui geometriæ principia tollit, sed aut ad aliam scientiam attinet, aut ad communẽ omnium facultatem, sic & illi nulla est ad eum ratio, qui principia tollit. non est enim principium si vnum est tantum, atq. vnum hoc modo. Principium enim alicuius aut aliquorum, principium esse constat.

Te. com. 8.

Id quidem igitur, si vnum & immobile sit quod est, intendere, non de natura est intendere, Sicut enim Geometræ non amplius ratio est ad destruentem principia, sed est aut alterius scientiæ, aut omnibus communis, sic neque alicui de principiis. Non enim amplius principium est si vnum solum & sic vnum, principium enim cuiusdã aut quorundam est.

Ostẽdit, q aliquam istarum opinionum improbare non pertinet ad naturalem, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod improbare opinionem Parmenidis & Melissi non pertinet ad Scientiam Naturalem. Secũdo assignat rationem, quare ad præsens est vtile eam reprobare ibi. (Sed, quoniam de natura.) Circa primũ duo facit. Primo ostendit quod non pertinet ad Scientiam Naturalem improbare prædictam opinionem. Secũdo q non pertinet ad eam soluere rationes, quæ ad probãdum ipsam inducuntur ibi. (Aut soluere rationem.) Primum ostendit duabus rationibus, quarum secunda incipit ibi. (Simile igitur.) Dicit ergo primo, quod non pertinet ad Scientiam Naturalem intẽdere ad perscrutandum de hac opinione, si ens est vnum & immobile. ibi. n. ostensum est, q non differt secundũ intentionẽ antiquorum Philosophorum ponere unum principiũ immobile, & ponere vnum ens immobile. Et qđ improbare hanc opinionem ad Naturalẽ non pertineat, sic ostendit. Ad Geometram non pertinet inducere rõnem contra destruentem sua principia, sed hoc vel pertinet ad aliquam aliam Scientiam particularẽ, si tamen Geometria sit subalternata alicui particulari scientiæ, sicut Musica Arithmeticæ subalternatur, ad quam pertinet disputare contra negantem principia musicæ; vel hoc pertinet ad Scientiam coẽm, s. Logicã uel Metaphysicam. Sed prædicta positio destruit principia naturæ, quia si sit solum vnum ens, & sic unum.s. immobile, vt sic ex eo fieri alia non possint, sic tolletur rõ principii, quia omne principiũ aut est principium alicuius, aut aliquorũ. Ad positionem igitur principii sequitur multitudo, quia aliud est principiũ, aliud cuius est principiũ. Qui igitur negat multitudinem, tollit principia; non igitur debet contra hanc positionẽ disputare Naturalis. Secundo ibi.

Te. com. 12.
Te. com. 10.
T. com. 9.

ARGY.

Simile est itaque si hoc modo sit unum considerare, & de alia quauis positione differere, quæ sermonis causa dicitur, qualis est Heracliti, vel quispiam id, quod est, vnum hominem esse dixerit.

Tex. com. 9.

Simile igitur intendere est, si sic vnum est, & ad aliam positionem quamlibet disputare sermonis gratia dictam, vt Heracliteam, aut si aliquis dicat hominem vnum, quod est, esse.

Ostendit idem alia ratione. Non enim requiritur ad aliquam scientiam vt inducat rationem contra opiniones manifeste falsas & improbabiles. Nam quolibet proferente contraria opinionibus Sapientis, solicitum esse stultum est vt dicitur 1. Top. Hoc est ergo q dicit, q intendere ad perquirendũ, si ens est sic unum.s. immobile, simile est ac si disputaretur contra quamlibet aliã positionem improbabilem, ut puta contra positionem Heracliti, qui dixit omnia semper moueri, & nihil esse verum, vel contra positionem alicuius, qui diceret, q totum ens est unus homo, quæ quidem positio esset omnino improbabilis. Et tamen qui ponit esse ens unũ tantum immobile cogitur ponere totum ens esse aliquod vnum. Sic igitur patet, quod non est huius scientiæ contra hanc positionem disputare. Deinde cum dicit.

ARGY.

Aut contentiosam soluere rationem, quod quidem ambæ rationes habent & Parmenidis, & Melissi. Nam falsa sumunt, & forma sunt vitiosa. Inepta autem magis est ratio ipsius Melissi, nec dubitationem habet, sed vno absurdo dato cetera accidunt. Hoc vero nullam habet difficultatem.

T. com. 10.

Aut soluere rationem litigiosam, quod sane vtraque quidem habent rationes & Melissi, & Parmenidis, & enim falsa recipiunt, & non syllogizantes sunt. Magis autem Melissi onerosa est ratio, & non habens defectũ. Sed vno inconuenienti dato alia contingunt, hoc autem videre nihil difficile.

Ostendit quod non est Naturalis etiam soluere prædictorum Philosophorũ rationes. Et hoc propter duas rationes, quarum secunda incipit ibi. (Nobis autem subiiciantur.) Probat ergo primo propositum per hoc, quod non exigitur in aliqua scientia ut soluantur rõnes sophisticæ, quæ manifestum defectũ habẽt uel formæ, vel materiæ. Et hoc est quod dicit, q simile est intẽdere ad improbabiles rationes, aut etiam soluere litigiosam rationem. s. sophisticam. Hoc autem qđ sint sophisticæ habent utræque rationes & Melissi, & Parmenidis peccant enim in materia unde dicit, q falsa recipiunt. i. falsas propositiones assumunt. Et peccãt in forma. Vnde dicit, quod non syllogizãtes sunt. Sed positio

Tex. 11.

Melissi

Melissi (est magis onerosa).i. vana,& fatua;& non habens defectum,idest non inducens dubitationem, & hoc infra ostendetur. Non est autem inconueniens q vno inconuenienti dato alia sequantur. Sic igitur cóclu di potest, quod non requiritur ad Philosophum Naturalem, quod soluat huius rationes. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY.

Aut nobis ea, quæ natura constant, aut omnia, aut aliqua moueri subijciantur, quod quidem patet inductione. Et insuper nec omnia sunt soluenda, sed ea tantum, quæ quispiam ex principijs ostendit falsa. Quæ vero hanc conditionem egrediuntur, non sunt soluenda. Veluti quadrationem eam quidem, quæ per partes extruitur, ad Geometram dissoluere pertinet. Antiphontis autem, non ad Geometram redarguere spectat.

Te.com. 11.

Nobis autem subijciantur, quæ sunt natura, aut omnia tantum quædam moueri. Est autem manifestum hoc ex inductione. Similiter autem neq. soluere omnia conuenit, sed aut quæcunq. ex principijs aliquis demonstrans mentitur. Quodcunq. vero non, minime, vt tetragonismum, eũ quidem, qui per decisiones, Geometrici est dissoluere, illum autem qui Antiphontis, non Geometrici est.


Secunda rõ. Obseruatio litteræ.

Quæ talis est. In Scientia Naturali supponitur q naturalia moueantur vel omnia vel quædã (quædã) dicit, quia de quibusdam est dubium si moueãtur, & qualiter moueantur, puta de anima, de centro terræ, de polo Cœli, & formis naturalibus, & aliis huiusmodi. Et quod naturalia moueantur potest manifestum esse ex inductione, quia ad sensum apparet quod res naturales mouẽtur. Est etiam necessarium motum supponi in Scientia Naturali, sicut necessarium est supponi naturã in cuius definitione ponitur motus, est. n. natura principiũ motus, vt infra dicetur. Hoc autẽ habito quod motus supponatur in Scientia Naturali, vlterius procedit ad propositum ostendendo per hoc, quod non omnes rõnes sunt soluendæ in aliqua scientia, sed solum quæ concludunt aliqđ falsum ex principiis illius scientiæ, quæcũq. vero non concludunt ex principii sciẽtiæ, sed ex cõtrarijs principiorum, non soluuntur in illa scientia. Et hoc probat per exemplum in geometricis dicẽs, vt tetragonismum, i. quadraturam circuli, hunc quidẽ, qui est per decisiones circumferentiæ dissoluere pertinet ad Geometram, quia nihil supponit contrarium principiis sciẽtiæ. Voluit enim quidam Brisso inuenire quadratum æquale circulo, diuidendo circunferentiã circuli in multas partes, & singulis partibus supponere lineas rectas, & sic inueniendo aliquas figuras, sicuti rectilineas æquales alicui illarum figurarum, quæ continẽtur a decisione circunferentiæ, & corda, vt pluribus aut omnibus æstimabat se inuenisse figuram rectilineam æqualẽ toti circulo, cui facile erat inuenire quadratum æquale per principia geometriæ, & sic putabat se inuenire posse quadratum æquale circulo. Sed non sufficiẽter argumentabatur, quia licet decisiones illæ consumerent totam circunferentiam circularem, non tamen figuræ contentæ a decisione circunferentiæ & lineis rectis cõprehendebant totam superficiem circularem. Sed dissoluere quadratum Antiphontis non pertinet ad Geometram, quia vtebatur contrariis principiorum geometriæ. Describebat. n. in circulo aliquam figuram rectilineam, puta quadratum, & subdiuidebat arcus, quibus substentabantur latera quadrati, singulos in duo media, & a punctis decisionũ deducebat lineam rectã ad omnes angulos quadrati, & sic resultabat in circulo figura 8. angulorum, quæ plus accedebat ad æqualitatẽ circuli quam quadratũ. Iterum diuidebat arcus quibus sustentabantur latera figuræ 8. angulorum, singulos in duo media. & sic ducendo lineas rectas a punctis decisionum ad singulos prædictæ figuræ resultabat figura 16. angulorũ quæ adhuc plus accedebat ad æqualitatẽ circuli. Semper ergo diuidendo arcus & ducẽdo lineas rectas ad angulos figuræ præexistentis consurgit figura propinquius se habens ad æqualitatem circuli. Dicebat ãt, q non est procedere in infinitũ in decisione arcuum. Erat ergo deuenire ad aliquam figuram rectilineam æqualem circulo, cui poterit quadratum equari.

Lib. 2. Te. com. 3.


ο τιτραγωνισμός: quadratio vel quadratura & dicitur a τιτραξις quaternitas & γωνία angulus. Sol. argumẽti Brissonis ad Naturalem spectat.

Argumentũ Antiphõtis.





Hippocratis Chij Tetragonismus.



Quia igitur supponebat q arcus nõ sẽp diuidũt in duo media, q est cõtra prĩcipia Geometriæ, hmõi rõnẽ dissoluere nõ ptinet ad Geometrã. Quia igitur rõnes Parmenidis & Melissi supponunt ens esse immobile, vt infra patebit, hoc aũt est contra principia supposita in Scĩa Naturali, sequitur q soluere huiusmodi rõnes nõ pertinet ad Philosophũ Naturalem. Deinde cũ dicit.

Geometra non hẽt soluere rõnem, sed metaphisicus.

ARG I. *Verum, cum non de natura quidem, naturales autem dubitationes ipsos accidat dicere, bene res sese habebit fortasse, si parum de ipsis disseruerimus. hæc enim considerationem Philosophiam nimirum habet.*

T.c.12 *Sed, quoniam de natura quidem, non autem naturales defectus contingit dicere ipsos, fortassis bene se habet aliquantulum disputare de ipsis, habet enim Philosophia hũc respectus.*

Assignat rationem quare disputet contra prædictã positionem. Et dicit, quod quia prædicti Philosophi loquebantur de rebus naturalibus, licet non inducerent defectus, i. dubitationes naturales, utile est ad propositum disputare de huiusmodi opinionibus, quia & si non sit Scientiæ Naturalis disputare contra huiusmodi positiones, pertinet tamen ad Philosophiam Primam.

LECTIO 3.

Parmenidis ac Melissi positio de entium ac principiorum unitate, cum ex entis, tum ex unius ratione arguitur.

ARG I. *Atque ut a principio omnium accommodatissime nostra hæc proficiscatur oratio, cũ id, quod est, pluribus modis dicatur, quonam modo dicunt unum omnia esse, utrũ ut substantiam cuncta, an ut quantitatem, an qualitatẽ? Et rursus, utrum substantiam quidem, unam autem esse cuncta, velut hominem unum, aut equum unum, aut animam unam. An qualitatem, & hanc identitatem unã, ut albedinem, aut caliditatem, aut aliquid tale, hæc enim nomina inter se nimium differunt, ut dici non possint, nã, si est substantia, & qualitas, atque quantitas, sive separata seiunctaque sint ea quæ sunt, non unum, sed plura profecto sunt. Sin vero qualitas sint universa, vel quantitas, sive sit substantia sive non sit, absurdum est sane, si id, qđ esse non potest, absurdum oportcat appellare. Nihil.n. ceterorum præter substantiam separatam per se esse potest, universa enim hæc de subiecto dicuntur de substantia quidem ipsa. Atqui Melissus id, quod est, infinitum asserit esse. Id ergo quod est, quantitas est quædam. Infinitum .n. in quantitate nimirum est. Substantia autem infinita, aut qualitas, aut effectus infinitus esse non potest, nisi per accidens, si simul & quanta sit quædam. Infiniti namque ratio quantitate utitur, non substantia, non qualitate. Si igitur & substantia sit & quantitas, id, quod est, non unũ, sed duo esse uidentur. Si vero sit solum substantia, infinitũ sane non est, neque magnitudinem ullam habebit, erit.n. quantitas quædam.*

T.c.13 PRincipium aut maxime est oĩum propositum, quoniam multipliciter dicatur quod est, quo dicunt dicentes unũ esse omnia, utrum substantiam unam omnia, aut quantitatem, aut qualitatem? Et iterum utrum substãtiam unã omnia, ut hominem unum, aut equum unum, aut animã unam, aut qualitatem unam erunt hæc, ut album, aut calidum, aut aliquid aliorum talium? hæc enim omnia differũt multum, & sunt impossibilia dictu. Siquidem .n. erũt
T.c.14 & substantia & quale & quantum, & hæc sive resoluta adinuicem, sive non, multa sunt quæ sunt. Si vero omnia, aut quale, aut quantum sunt, sive cum sit substantia, sive cum non sit, inconueniens est, si oportet inconueniens dicere impossibile. nullum aũt aliorum separabile est ex-
T.c.15 tra substantiã. Omnia nanq. de subiecto dicuntur, ipsa substantia. Melissus autem, quod est, infinitum dicit esse. quãtum itaque aliquid est quod est, infinitum enim in quantitate est. Substantiam autem infinitam, aut qualitatẽ aut passionẽ esse, non contingit nisi secũdum accidens, si simul & aliquæ quantitates sunt. Infiniti autem ratio quantitati congruit sed non substantiæ neq. qualitati. Siquidem igitur substantia est & quantum, & duo & non unũ est, ꝙ est, si uero substantia solum, non infinitum est, neq. magnitudinem habebit ullam, quantum.n. quoddam erit.

Postquam posuit opiniones Philosophorũ de principiis, hic disputat contra eos. Et primo cõtra illos, qui non naturaliter de natura sunt locuti. Secundo contra illos, qui naturaliter de natura sunt locuti ibi. (Sicut autem Physici.) Circa primum duo facit. Primo disputat T.c.13. contra positionem Melissi & Parmenidis. Secundo cõtra rationes eorum ibi. (Ex quibus demonstrant.) Cir- Secunda pars te xx. ca primum duo facit. Primo disputat contra positionẽ hanc ens est unum, per rationem sumptam ex parte entis, qđ est subiectum in propositione. Secundo per rõnem sumptam ex parte unius, quod est prædicatũ ibi. (Amplius quoniam.) Dicit ergo primo, quod id, quod T.c.16. maxime accipiendum est pro principio ad disputandũ contra positionem prædictã, est, ꝙ id quod est. i. ens, dicitur multipliciter. Quærendum.n. est ab eis, qui dicunt ens esse unum, quo accipiant ens, utrum. s. pro substantia, vel pro qualitate, vel pro aliquo aliorum generum. Et, quia substantia diuiditur in universalẽ, & particularem. i. substantiam primam, & secundam, & iterum in multas species, quærendum est, utrum dicãt ens esse unum, ut hominem unum, aut ut equum unũ, aut animam unam, aut ut qualitatem unã, aut albũ, aut calidum, aut ut aliquod huiusmodi, multum enim differt quodcunque illorum dicatur. Oportet igitur, quod si ens est unũ, ꝙ vel sit substantia & accidens simul, vel accidẽs tantum, vel substantia tantũ, si autẽ sit substantia & accidens simul, non erit unum ens tantũ sed duo. Nec differt quantũ ad hoc, utrum substãtia & accidẽs sint simul in uno, ut unum uel diuersa, quia licet sint simul in uno, non tamen sunt simpliciter unũ, sed unum subiecto. Si uero dicatur, ꝙ sit accidens tantum, & non substantia, hoc est omnino impossibile, nam accidens sine substantia omnino esse non potest. Omnia .n. accidentia de substantia dicuntur, sicut de subiecto, & in hoc ratio eorum consistit. Si uero dicatur, ꝙ sit substãtia tantũ sine accidẽte, sequitur quod non sit quãtitas; nã quantitas accidens est. Et hoc est contra positionẽ Melissi, posuit.n. ens esse infinitum, unde sequitur ꝙ sit quantũ, quia infinitũ per se loquẽdo nõ est nisi in quãtitate. Sed substantia & qualitas & huiusmodi non dicuntur infinita nisi per accidens, in quantum. s. sunt simul in quantitate. Cum ergo Melissus ponat ens infinitum non potest ponere substantiam sine quantitate. Si ergo est substantia & quantitas simul, sequitur, ꝙ non sit tantum unum ens, sed duo. Si uero sit solum substãtia, non est infinitum, quia non habet magnitudinẽ neque quantitatem. Nullo igitur modo potest esse uerum quod Melissus dicit, ens esse unum. Secundo ibi.

Præterea cum multipliciter & ipsum unum, sicut & ARG I. *id, quod est, dici soleat, considerandum est quonam modo ipsum Universum unum asserant esse. Atque unum dicitur, partim continuum ipsum, partim indiuisibile, partim ea quorum eadem atque una est ratio, ut temetum ac uinum. Si igitur est continuum ipsum unum, multa profecto est, continuum enim in infinitum est diuisibile. Existit autem dubitatio de parte ac toto non ad sermonẽ* Quam soluit in fine *fortassis accommodata, sed per ipsam consideranda, utrum* 7.met. *unum an plura sint pars atq. totum, & quo pacto sint unum uel plura, & si sint plura, quonam mõ sint plura. Et de partib. non continuis eadem sunt quærenda, & si utraque pars & ipsum totum sint unum, perinde atq. indiuisibile, ipsæ profecto partes unum identidem erunt.*

T.c.16. *Amplius, quoniam, & ipsum unum multipliciter dicitur, quemadmodum & quod est, intendendum quo dicũt unum esse omne. Dicitur.n. unum, aut continuum, aut indiuisibile, aut quorum rõ una & eadem, quæ aliquid erat esse, quemadmodum napa & uinum. Si quidem igitur cõ-* al. merum. *tinuum, multa sunt quod est, in infinitum.n. diuisibile, est* T.c.17. *continuum. Habet autem dubitationem de toto & parte, fortassis autem non ad hanc rationem, sed ad ipsam se-*

eundum seipsam. Vtrum vnum aut plura, pars & totum & quomodo vnum aut plura, & si plura quomodo plura & de partibus non continuis. & si toti vnum vtrunq. est sicut indiuisibile, quoniam & eadem eisdem erunt.

Ponit secũdam rationem acceptam ex parte vnius, Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem. Secũdo ostendit qũo quidam errauerunt in solutione ipsius,

T. com. 10.

ibi. (Cõturbati.) Dicit ergo primo, ꝙ sicut ens dicitur multipliciter, ita & vnum. & ideo considerandum est quõ dicantur omnia esse vnum. Dicitur.n. vnum tripliciter,

Vnum tripliciter.

vel sicut continuum est vnum, vt linea & corpus, vel sicut indiuisibile est vnũ, vt punctum, vel sicut vnũ dicuntur illa, quorum ratio est vna, seu definitio, sicut vappa & vinum dicuntur vnum. Primo ergo ostendit, ꝙ non possunt dicere, ꝙ omnia sunt vnum continuatione, quia continuum est quodammodo multa, omne .n. continuum est in infinitum diuisibile, & sic cõtinet in se multas partes, & qui ponit ens continuũ, necesse est qđ ponat quodammodo multa, & non solum propter multitudinem partium, sed etiam propter diuersitatẽ, quæ videtur esse inter totũ & partes, est.n. dubitatio vtrum totũ & partes sint vnũ aut plura. Et licet forsitan hæc dubitatio ad propositũ non pertineat, tamẽ per seipsam vtilis est ad cognoscendũ, & non solum de totis continuis, sed ẽt de totis contiguis, quorũ partes non sunt continuæ, sicut partes domus, quæ sunt vnum

Hinc & ex 7. Met. c. 60. elicitur quęstio de indẽptitate reali totius & partis.

contactu & compositione. Et intelligendum est, quod totũ secundũ quid est idem parti, & non simpliciter, si ẽt simpliciter totum esset idem vni partium, eadem rõne esset idem alteri partium. Quæ aũt vni & eidẽ sunt eadẽ sibi inuicẽ sunt eadem. Et sic sequitur quod ambæ partes, si ponantur simpliciter esse idem toti, ꝙ sint idem adinuicem. & sic sequeretur, quod totũ sit indiuisibile non habens diuersitatem partium. Secundo ibi.

ARGY.

Atqui si vnum est vt indiuisibile, nulla sane quantitas nulla qualitas erit. Neq. igitur infinitum est id quod est, vt dicit Melissus, neq. finitum, vt Parmenides asserit, ipse

T. c. 18.

namq. finis est, vt patet indiuisibile, non ipsum finitum.

At vero, si est indiuisibile, nullum erit quantum neq. quale, neq. iam infinitum quod est, sicut Melissus dicit, neque finitum. sicut & Parmenides. Terminus enim indiuisibilis finitus non est.

Ostendit, qđ omnia nõ possunt esse vnum, sicut indiuisibile est vnum, quia quod est indiuisibile non põt esse quantũ, cum omnis quantitas sit diuisibilis, & per consequẽs non potest esse quale, vt intelligatur de qualitate, quæ fundatur super quantitatẽ. Et si non est quantũ, non potest esse finitũ, sicut dixit Parmenides, neque infinitum, sicut dixit Melissus, quia terminus indiuisibilis, vtpote punctus, est finis, & non finitus; quia finitũ & infinitum conueniunt quantitati. Tertio ibi.

ARGY.

At vero, si omnia quæ sunt, ratione sunt vnum, vt vestimentum ac tunica, fit vt Heracliti sententiam dicant eadẽ .n. erit boni malique ratio, & nõ boni ac boni. Quare idem erit bonum atque non bonum, & homo ac equus idem, & homo atque non homo. At sermo ipsorum, non vnum ea quæ sunt, sed nihil asseret esse. Et eadem insuper ratio qualitatis, ac quantitatis erit.

T. c. 19.

At vero si ratione vnum sunt omnia quę sunt, sicut est tunica & indumentum, Heracliti rationẽ contingit dicere idẽ.n. erit & bono & malo, & non bono esse & bono. Quare idem erit bonũ & non bonũ, & homo & equus. Et non solum de eo, quod vnum sunt quæ sunt, ratio erit, sed de eo quod nihil. Et tali igitur esse & tanta idem.

Ostendit quõ non potest dici, omnia esse vnum per rationem, quia, si hoc esset, sequerentur tria inconuenientia. Et primo, ꝙ contraria essent unum secundũ rationem. s. qđ eadem ratio esset boni & mali, sicut Heraclitus ponebat eandem esse rationẽ cõtrariorũ, ut patet in Quarto Meta. Secundum inconueniens est, ꝙ eadem esset ratio boni & non boni, quia ad malũ sequitur non bonum, & sic sequeretur, quod esset eadem rõ

a text. 10. c. Infra.

entis, & non entis, & sic sequeretur, quod omnia entia non solum essent unum ens, ut ipsi ponunt, sed etiã nõ ens uel nihil, quia quæcunq. sunt unum secundum rationem, ita se habent, quod de quocunque prædicatur unum & aliud, unde, si ens & nihil sunt unum secundũ rationem, sequitur, si omnia sunt unum ens, quod oĩa sunt nihil. Tertium inconueniens est, quod diuersa genera, et qualitas, & quantitas sint eadem secundũ rõnẽ. Et hoc inconueniens ponit cum dicit. (Et tali & tanto) Aduertendum uero, quod sicut Philosophus dicit in Quarto Metap. Contra negantes principia non potest

Lect. 6. T. c. 69. circa fin.

adduci demonstratio simpliciter, quæ procedit ex magis notis simpliciter, sed demonstratio ad contradicendum, quæ procedit ex iis, quæ supponuntur ab aduersario, quæ sunt interdum minus nota simpliciter. Et sic philosophus in hac disputatione utitur pluribus, quæ sunt minus nota, quam hoc, quod est, entia esse multa non unum tantum, & ad quod rationes adducit.

Quę demõstratio sit cõtra negãtes principia.

LECTIO 4.

Ex ignorantia diffinitionis, Antiqui, principia ac entia vnũ esse putantes, dictas rationes soluere etiam nesciebant.

At.n. posteri quoq. perinde atq. Veteres turbabantur

ARGY.

ne ipsis eueniat, vt res eædem simul sint vnum, & plura. Quapropter alij, est ipsum auferebant, vti Lycophron. Alij dictionem transformabant, hominem non albũ esse dicentes, sed albere. neq. ambulantem esse, sed ambulare, ne ipsum, est, adiungentes, id, quod est unum, aut id, quod est, vnũ diceretur. Multa uero sunt ea quę sunt aut rõne, non aliud est album, aliud musicum ratione. Idem autem est utrunq. ipsum, igitur unum plura nimirum est. Aut diuisione, ut totum ac partes. Sed hoc loco iam hæsitabant atq. ipsum unum multa esse iam fatebãtur, proinde quasi non posset unum ac plura esse, non tamen ea, quæ opponũtur. Est.n. ipsum unum & potentia & etiam actu. Hoc igitur modo nobis aduersus hanc sententiam proferentibus, quæ sunt, non posse unum esse uidentur.

Conturbati sunt autem & Posteriores quemadmodũ & Antiqui ne forte contingat simul idẽ unũ esse

T. c. 20.

& multa. Vnde alij quidem est, auferebant, quemadmodum Lycophrõ. Alij autem dictionem mutabant, ut quoniam homo non albus est, sed albatur, neque ambulãs est, sed ambulat, ut non, est, adijcientes, multa faciant esse unum. Tanquam singulariter dicto uno aut ente. Sed multa sunt quæ sunt, aut rõne, ut aliud albo esse musico, eisdẽ

T. c. 52.

uero utraque, multa itaque unum, aut diuisione, quemadmodum totum & partes. Hic autem iam deficiebant, & confitebantur unum multa esse, tanquam non conueniret idem unum & multa esse, non opposita autem sunt. Et

T. com. 21.

enim unum & potentia, & endelechia. Hoc igitur modo facientibus impossibile uidetur, quæ sunt unum esse.

ἐνδελέχεια actus vel perfectio.

Postquam Philosophus improbauit positionem Parmenidis & Melissi ponentium ens esse unum, hic ostẽdit, quod ex eadẽ radice quidã Posteriores Philosophi in dubitationem inciderunt quandam. Errauerunt.n. Parmenides & Melissus, eo quod nesciuerunt distinguere uerũ, unde quæ aliquo mõ sunt unũ, simpliciter esse unum enunciabant. Posteriores aũt Philosophi nesciẽtes distinguere unum pro inconuenienti reputabãt, ꝙ idem aliquo modo sit unũ & multa, ꝙ tamen cõuicti rõnibus confiteri cogebantur. Et ideo dicit, ꝙ (posteriores Philosophi turbati sunt) idest in dubitationẽ inciderunt, quemadmodum & Antiqui. s. Parmenides & Melissus, ne forte cogerẽtur hoc dicere, quod idem sit unum & multa, ꝙ inconueniens uidebatur utrisque. Et ideo primi, ponentes omnia unum, totaliter multitudi

nem auferebant. Posteriores vero multitudinem auferre conabantur a quibuscunq., quæ ponerent esse vnū. Et ideò quidam in propositionibus (vt Lycophron) auferebant hoc verbum, est. dicebant.n. ꝙ non est dicēdum, homo est albus, sed homo albus. Considerabant enim ꝙ homo & albus sunt quodammodo vnū, alioquin album de homine non prædicaretur. sed videbatur eis, ꝙ hęc dictio, est, cum sit copula verbalis, inter duo copularet, & ideo totaliter ab eo, qđ est vnū, multitudinem auferre volentes, dicebant nō esse apponendum hoc verbum, est. Sed quia imperfecta oratio videbatur, & imperfectum sensum generari in animo auditoris, si ponant nomina absq. additione alicuius verbi, hoc volentes corrigere, alii mutabant modum loquendi, & non dicebant homo albus, propter imperfectionem orationis, nec homo est albus, ne daretur intelligi multitudo, sed homo albatur, quia per hoc, ꝙ est albari, non intelligitur res aliqua, vt eis videbatur, sed quędā subiecti transmutatio. Et similiter dicebant non esse dicēdum homo est ambulans, sed homo ambulat, ne per additionem huius copulę verbalis, est, id, quod reputabant vnum. s. hominem album, facerēt esse multa, ac si vnū & ens dicerentur (singulariter) idest vno modo, & non multipliciter, sed hoc est fallum, quia id, quod est vnum vno modo, pōt esse multa, alio; sicut qđ est vnū subiecto, potest esse multa ratione, sicut album & musicum idem sunt subiecto, sed rōne multa. alia.n. est ratio musici, & alia albi, vnde cōcludi potest ꝙ vnū sit multa. alio etiam modo contingit ꝙ id, qđ est vnū toto & actu, sit multa secundū partiū diuisionē. Vnde totū est vnum in sua totalitate, sed habet partium multitudinē. Et quāuis ad id, qđ est vnum subiecto & multa rōne, aliquod remedium adinuenirent auferentes hoc verbum, est, vel continuantes vt supra dictum est, tamē in hoc. s. toto & partibus omnino deficiebant, respondere nescientes, & confitebantur tanq̄ aliquod inconueniēs vnum esse multa. Sed hoc non est inconueniens, quando vnū & multa nō accipiuntur vt opposita. Vnum.n. in actu. & multa in actu opponuntur, sed vnum in actu, & multa in potētia non sunt opposita. Et propter hoc subdit, quod vnum dicitur multipliciter. s. vnum in potentia, & vnum in actu, & sic idem nihil prohibet esse vnum in actu, & multa in potentia, sicut patet de toto & partibus. Vltimo autem inducit conclusionem principaliter intentam. s. quod ex prædictis rationibus patet, quod impossibile est omnia entia esse vnum.

LECTIO 4.

Facile esse ostendit Antiquorum rationes soluere, vt rationis Melissi solutio præ se fert.

ARGI. *At qui neque difficile est eas soluere, quibus illi homines hanc suam sententiam ostendebant, vterq..n. contendendo ratiocinatur & Parmenides, & Melissus. nam falsa sumunt & rationes. forma vitiosas efficiunt. Melissi tamen ratio magis est inepta, neq. vllam dubitationem habet profecto. Sed, vno absurdo dato, cætera accidunt, quod quidem nullam habet difficultatem.*

ANTI. Parmenidis hanc sententiam & i sophista, & in parmenide. Plato reijcit.

ET ex quibus autem demonstrant soluere non difficile est, vtrique enim sophistice syllogizant & Parmenides & Melissus, & namq. falsa recipiunt, & non syllogizantes sunt. Est autem magis Melissi onerosa ratio et nō habens defectum, sed vno inconuenienti assignato alia cōtingunt. hoc autem nihil graue est.

Postq̄ Philosophus improbauit positionem Parmenidis & Melissi, hic incipit soluere eorum rōnes. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ rationes eorum sunt soluendę. Secundo soluit rōnes Melissi ibi. (Quod quidem igitur.) Tertio soluit rōnem Parmenidis ibi, (Et ad Parmenidem.) Dicit ergo primo, ꝙ nō est difficile soluere rōnes, ex quibus syllogizant Parmenides & Melissus, quia vtriq. sophistice syllogizant, & in eo ꝙ assumunt alias propositiones, & in eo ꝙ non seruāt debitam formam syllogismi. Sed ratio Melissi est magis onerosa. i. vana, & fatua (& non habens defectum) idest non inducens dubitationem. Assumit.n. quod cōtrariatur naturalibus principiis, & manifeste falsum. s. quod ens non generetur. Vnde non est graue, si vno inconuenienti dato, alia sequantur. Secundo ibi.

T. com. 23. T. com. 25.

ARG Y: *Patet itaq. vitiose Melissum argumentari. Putat.n. sūpsisse, Si omne quod factum est, principium habet, id quod factum non est, principium non habere.*

ANT I. T. c. 23 *Quod quidem igitur Melissus paralogizat, manifestū est. Opinatur enim accipere, si quod factum est omne habet principium, quoniam & quod non est factum non habet principium.*

Rō Melissi. Soluit rationem Melissi, quæ talis erat. Quod factū est habet principium, ergo ꝙ non est factum non hēt principiū, sed ens non est factum, ergo non hēt principium, & per consequens non habet finem, sed ꝙ non habet principium & finem, est infinitum, ergo ens est infinitum. Quod aūt est infinitum est immobile, nō.n. haberet extra se quo moueretur. Iterum ꝙ est infinitū est vnum, quia, si esset multa, oporteret esse aliquid extra infinitum, ergo ens est vnum, & infinitū, & immobile. Ad ostendendum aūt ꝙ ens non generatur, inducebant quandam rōnem, qua etiam vtebantur quidam Philosophi Naturales, vnde ponit eam infra circa finē huius Primi libri. Hanc autem rōnem improbat quātū ad quatuor. Primo quantū ad hoc, quod dicit, quod factum est habet principium, ergo quod non est factum non habet principium. Hoc autem nō sequitur, sed est fallacia consequentis, Arguit.n. a destructione antecedentis, ad destructionem consequentis, cum recta forma argumentandi sit econuerso arguere. Vnde non sequitur, si est factum habet principium, ergo, si non est factum non habet principium, sed sequeretur, ergo si non habet principium, non est factum. Secundo ibi.

Lect. 15. Contra Melissi rationē quadrupliciter.

ARGI. *Deinde hoc etiā est absurdū cuiuslibet esse principium rei, & non temporis & generationis (non simplicis) sed etiam alterationis, quasi non fieret vlla mutatio simul.*

ANTI. *Postea & hoc inconueniens, omnis esse principiū rei, et non temporis & generationis (non simplicis) sed alterationis, tanquam non momentaneæ factę mutationis.*

Improbat prædictam rōnem quantum ad illam illationem, non hēt principium, ergo est infinitum. Principium.n. dicitur dupliciter, vno mō dicitur principium temporis & generationis, & sic accipitur principiū cū dicitur, ꝙ factum est, habet principiū, vel quod nō est factum non habet principium. Alio modo est principium rei vel magnitudinis, & sic sequeretur, si non habet principium, est infinitum. Vnde patet, ꝙ accipit nomen principii, ac si esset vno modo dictum. Et hoc est ꝙ dicit, ꝙ inconueniens est dicere (ꝙ principium omnis.) i. cuiuscunq. habentis principium (sit principium rei) i. magnitudinis, & quod non sit alio modo dictum principium temporis & generationis, non tamen ita ꝙ simpliciter generatio & momentanea, quæ est inductio formæ in materia habeat principium, quia simplicis generationis nō est accipere principium, sed totius alterationis, cuius terminus est generatio, est accipere principium, cum non sit momentanea mutatio, & aliquādo generatio dicatur ꝑ suum terminū. Tertio ibi.

ARGI. *Præterea cur si est vnū, immobile est? Cur.n. & vniuersū non perinde atq. pars qua quidē est vnū? hac inquam aqua in codē loco mouetur. Deinde cur alteratio nō erit?*

ANTI. T.c. 24. *Postea propter quid est immobile si vnū est? Sicut.n. et pars vna, cum sit hæc aqua, mouetur in ipsa, quare non et omnes? Postea propter quid alteratio non erit?*

Impro-

Improbat prædictam positionem quãtum ad tertiã illationẽ, qua infertur, est infinitum, ergo est immobile & ostendit quod hoc non sequitur, dupliciter. Primo quidem in motu locali, quia aliqua pars aquæ potest moueri in seipsa, ita q; non moueatur ad locum extrinsecum, sed secundum congregationem & disgregationẽ partium, sicut si totum corpus infinitũ esset aqua, esset possibile, quod partes eius mouerentur infra totum, & non procederent extra totũ locũ. Itẽ im ꝓbat quantũ ad motũ alterationis, qa nihil ꝓhiberet infinitum alterari vel in toto vel in partib. Non enim propter hoc oporteret ponere aliquid extra infinitum. Quarto ibi.

A R G Y. *At vero neque specie vnum esse potest, nisi eo, ex quo fit ortus, hoc aũt pacto nonnulli etiam Naturales vnum esse omnia dicũt. Sed illo modo esse non põt homo, namq; specie differt ab equo, & contraria inter sese simili modo.*

A N T I. *At vero nec specie possibile est vnum esse, sed sicut ex quo. Sic enim & Physicorum quidam vnum dicunt, illo autem modo non. Homo namque ab equo alterum est specie, & contraria inuicem.*

Improbat prædictam rationem quo ad quartam illationem, qua concludebatur, quod si ens est infinitũ quod sit vnum. Nõ enim sequebatur quod sit vnum secundum speciem, sed forte secundum materiam, sicut quidam Philosophorum Naturalium posuerũt omnia esse vnum secundum materiam, non autem secundum speciem. Manifestũ est enim quod homo & equus differunt secundum speciem, & similiter contraria sunt differentia ab inuicem secundum speciem.

L E C T I O VI.

Positionem Parmenidis, vnum omnia asserentis, esse falsam multiplicatione probatur.

A R G Y. *Idem & ad Parmenidem modus est rationum, & si qui alii proprii sunt. Atqui solutio est partium ex eo, quia falsa sumit, partim ex eo, quia non concludit.*

T.c.25. *ET ad Parmenidem autem idem modus rationum est & si aliqui alii proprii sunt. Et solutio partim quidem quia falsa est, partim autem quia non concludit.*

Ratio Parmenidis. Postquam Philosophus improbauit rationẽ Melissi, hic Improbat rationem Parmenidis. Et primo improbat eam. Secũdo excludit dicta quorundam, qui male obuiabant rationi Parmenidis ibi (Quidam autem rationibus) Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus obuiandum est rationibus Patermenidis. Secundo illis modis eam soluit ibi. (Falsa quidem.) Circa primum sciendum quod ratio Parmenidis talis erat, vt patet primo Meta. Quicquid est præter ens, est non ens, sed quod est non ens, est nihil, ergo quicquid est præter ens, est nihil, sed ens est vnũ, ergo quicquid est præter vnũ, est nihil, ergo est tantum vnum ens. Et ex hoc concludebat quod esset immobile, quia non haberet a quo moueretur, nec haberet extra se, quo moueretur. Ex ipsis autem eorum rationibus patet, quod Parmenides considerabat ens secundum rationem entis, & ideo ponebat ens esse vnum & finitum. Melissus autem considerabat ens ex parte materiæ. considerabat enim ens secundum quod est factum, vel non factum, ideo ponebat ens esse vnum & infinitum. Dicit ergo quod idem modus est procedendi contra rationem Parmenidis, & contra rationem Melissi. Nam sic ratio Melissi soluebatur ex eo quod assumebat propositiones falsas, & ex eo quod non recte concludebat secundum rectam formam syllogisticã, sic & ratio Parmenidis soluitur, partim quia falsa assumit, & partim quia non recte concludit. Dicit autem & esse alios modos proprios disputandi contra Parmenidem, quia contra eum disputari potest ex propositionibus ab eo sumptis, quæ sunt aliquo modo veræ & probabiles. Sed Melissus procedebat ex eo, quod est falsum & improbabile, scilicet q̃d ens non generatur, vnde non disputauit contra eum per propositiones ab eo sumptas. Secundo ibi.

Secunda parte. text. 30. Lect. 9.

Secunda parte. 25. text. T. c. in fine seu immediate antecedens. T.c.1.

A R G Y. *Nam falsa quidem sumit, quia id quod est, plurib. modis dicitur; ipse verò simpliciter illud accipit dici.*

Falsa quidem quoniam simpliciter accepit quod est dici, cum dicatur multipliciter.

Improb. rõnis Parmenidis. Prosequitur prędictos modos. Et primo primum. Secundo secundum ibi. (Non concluditur autem.) Dicit ergo primo, q; Parmenides assumit propositiones falsas, (quia accepit, q; est ens dici simpliciter). i. vno mõ, cum tamen dicatur multipliciter. Dr̃ enim ens vno modo substantia, alio modo accidens. & hoc multipliciter secundum diuersa genera. Potest etiam accipi ens, prout est commune substantiæ & accidenti. Patet autẽ q; propositiones ab eo sumptæ in vno sensu sunt veræ, & in alio sensu sunt falsæ. Nam, cum dicitur quicquid est præter ens, est non ens, verum est, si ens sumatur prout est commune substantiæ, & accidẽti, si autem sumatur pro accidente vel pro substantia tantum, falsum est, vt infra ostendetur. Similiter, & cum dicit, q; ens est vnũ, verum est, si accipiatur pro aliqua vna substantia, vel pro aliquo vno accidente, non tamen verum erit in illo sensu, q; quicquid est præter illud ens, sit non ens.

Hic imm. coditate.

Secundo ibi.

A R G Y. *Non concludet aũt, quia si sola alba sumãtur, ipso albo vnum significante, non minus alba plura erunt & non vnum. Nam album ipsum, nec continuatione erit vnum nec ratione. alia namque rõ erit albi, alia eius, quod album suscepit. Atque non erit præter album ipsum separabile quicquam. Non. n. hoc rationem propriam habet, quo separabile est, sed albi ratio & eius, in quo est, non est eadẽ sed diuersa. At Parmenides nondum idipsum videbat.*

Peccat in forma Parmenidis ratio. *Non concludit autem, quia, si sola alba accipiantur, significante vnum albo, nihilominus multa alba sunt, nõ vnum. Non. n. continuatione erit vnum album, neque ratione. aliud. n. erit esse, albo, & susceptibili, & non erit extra album nihil diuisum. non enim in quantum est separabile, sed esse alterum est, albo, & et cui inest. Sed hoc Parmenides nondum vidit.*

Prosequitur secundum modum solutionis, quòd. s. rõ Parmenidis non rectè concludebat. Et primo ostendit in simili. Secundo adaptat ad propositum ibi. (Necesse igitur.) Dicit ergo primo, q; ex hoc sciri potest, q; ratio Parmenidis non cõcludit recte, quia forma argumentandi non est efficax in omni materia, quod oporteret, si esset debita forma argumentandi. Si. n. accipiamus album loco entis, & dicamus, q; album significat vnum tantum, & non dicatur æquiuoce, & dicamus sic. Quicquid est prętor album est non album, & quicquid est non album, est nihil. non sequitur quod album sit vnum tantum. Primo quidem, quia non erit necessariũ vt omnia alba sint vnum continuum, vel aliter. (Nõ. n. erit vnum album cõtinuatione). i. ex hoc ipso quòd est continuum, non erit vnum simpliciter, quia continuũ est quodammodo multa, vt supra dictum est. Et similiter nõ erit vnum ratione. Alia enim est ratio albi, & susceptibilis: & tamẽ non erit aliquid præter album quasi ab eo diuisum. non est. n. aliud album a susceptibili, quia album sit separabile a susceptibili, sed quia alia est ratio albi & susceptibilis. Sed hoc nondum erat consideratum tempore Parmenidis. s. q; aliquid esset vnum subiecto & multa ratione. & ideo credidit, quod si nihil sit extra aliquod subiectum, quòd sequatur id esse vnum. Sed hoc falsum est, tum propter multitudinem partium, tum propter diuersam rationem subiecti, & accidentis. Secundo ibi.

Te. co. 26.

Lect. 3.

Necesse est igitur eos sumere, qui, id quod est, vnum inquiunt esse, non solum vnum significare id quod est, de quo prædicabitur, sed etiam quod proprie est ens, &

quod

quod proprie vnum est. Accidens enim de subiecto aliquo dicitur. Quare illud cui id, quod est accidit, non erit, est enim aliud ab eo quod est. Erit ergo quippiam quod non est. Nõ ergo id, quod proprie est ens, alii inerit. Non enim rationem entis subibit, nisi id quod est. plura significet, hoc pacto, vt quodque quippiam sit. At id quod est vnum significare supponitur.

Tex.cõ.26. *Necesse est igitur accipere eos qui dicunt, quod est unũ esse, non solum vnum significare quod est, de quo vtique praedicet, sed & quod verè est, & quod verè vnum accidens enim de subiecto quodam dicitur. Quare cui accidit quod est. non erit. alterum enim est ab eo, quod est. Erit itaque aliquid cum non sit. Non itaque inerit alii existẽs quod vere est. Non enim erit ens aliquod ipsi, nisi multa quod est, significet., sic quod sit aliquod vnum quodque. Sed supponitur quod est, significare vnum.*

al. nõ itaque erit aliud existens quam quod vere est.

Adaptat similitudinem ad propositum, & quod dictum est de albo, ostendit similiter se habere circa ens. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, ꝙ non sequitur ens esse vnum simpliciter propter hoc, ꝙ subiectum & accidens sunt diuersa secundum rationem. Secũdo propter multitudinem partium ibi. (Neq; igitur magnitudo.) Circa primum duo facit. Primo ostendit, ꝙ cum dicitur, quicquid est præter ens, est non ens, hoc ꝙ est ens, non potest accipi pro accidente tantum. Secundo ꝙ non potest accipi pro substantia tantũ ibi. (Si igitur ꝙ vere.) Dicit ergo primo, ꝙ, cum dr̃, ꝙ quicquid est præter ens, est non ens, si ens dicatur vnum significare, oportebit ꝙ significet nõ quodcunque ens, vel de quocunque prædicetur, sed significet (quòd vere est) idest substãtiam, & significet (ꝙ verè est vnum). s. indiuisibile. Si. n. ens significet accidens, cum accidens prędicetur de subiecto, oportet quod subiectum non sit, cui accidit accidens. ꝙ ponitur ens. si. n. quicquid est pręter ens est non ens. i. præter accidens, & subiectum est alterum ab accidente, ꝙ significat hoc, ꝙ dico ens, sequitur, ꝙ ens prædicetur de non ente. Et hoc est, ꝙ concludit. (Erit itaq; aliquid, cum non sit.) Ac si dicat. ergo sequitur ꝙ non ens, sit ens. Hoc autem est impossibile, quia hoc est primum supponendum in scientijs, ꝙ contradictoria non prędicentur de se inuicem, vt in Quarto. Meta. dicitur. Vnde concludit, ꝙ si aliquid sit vere ens, supposita hac propositione, quicquid est præter ens est non ens, sequitur ꝙ illud non sit accidens, inhærẽs alij, quia tunc nõ contingeret ipsi subiecto sic esse aliquod ens, i. ꝙ ipsum subiectum haberet rationem entis, nisi ens multa significaret. ita ꝙ vnumquodque illorũ multorum esset aliquod ens. Sed supponitur a Parmenide ꝙ ens significat vnum tantum. Secundo ibi.

T.com. 28.

Te.com. 27.

Tex.cõ.27.

ARGE. *Si igitur id, quod proprie est ens, non accidit cuiquam, sed aliquid illi aliud accidit, cur id; quod est ens proprie ens significat potius, quàm non ens: nam, si id erit, quod proprie est, ens erit etiam album. Album autem non est proprie ens. Neque enim id quod est, ipsi accidere potest. nihil est. n. ens quod non est proprie ens. Album ergo non est ens. Atque non hoc quidem pacto, vt quippiam non sit, sed vt omnino non sit. Si igitur vti diximus, id quod est proprie ens, erit etiam album, fit vt id nõ sit ens, quod est proprie ens. vere. n. dicemus, si illud album esse dixerimus. At hoc non ens vti supponebatur, significabat. Quare si album etiam proprie ens significat, non vnũ id, quod est, sed plura sane significat.*

Te.com. 27. Idem contr. c. 20. Vera propositio in vniuocis & de accidente, quod est e regione a subiecto.

Si igitur quod vere est nulli accedit, sed illi aliquid, magis quod vere est significat quod est, quam quòd non est. Si enim erit quod vere est, idem & album, & albo autẽ esse non est, quod vere est. neque enim accidere ipsi possibile est, quod est, neque enim quod est, est quod non vere est. Non ergo quod est, est quod album est. Non sic autem sicut cum aliquid non sit, sed omnino non sit. Quod vere itaque est, non est. verum enim est dicere, quoniam album est, hoc autem non quod est significauit. Quare, si & album significat quod vere est, multa ergo significat quod est. — stantia se iũgitur.

Postquam cõclusit, ꝙ cũ dr̃ quicquid est pręter ens, est non ens, per ens non põt intelligi accidẽs, ostẽdit ꝙ nec ẽt substantia. Vnde dicit. Si igitur ꝙ vere est, nõ sit accidens alicui, sed illi aliquid accidit, oportet, ꝙ in hac propositione, quicquid est præter ens, nõ ens (magis significetur quod vere est). i. substantia per ens, quã per non ens. Sed nõ potest hoc stare. Ponatur. n. ꝙ id, quod vere est ens. i. illa substantia sit album: album aũt non est ꝙ vere est. Iam. n. dictum est, ꝙ id ꝙ vere est, non est possibile accidere alicui. Et hoc ideo, quia (qd non vere est). i. ꝙ nõ est substantia (non est quod est) idest non est ens. Sed quicquid est præter ens, idest præter substantiam est non ens. Sic ergo sequitur quod album non sit ens. Et non solum ita ꝙ non sit hoc ens, sicut homo non est hoc ens, quod est asinus, sed quod omnino non sit, quia ipse dicit, quod quicquid est pter ens, est non ens, & quod est non ens, est nihil. Ex hoc ergo sequitur quod non ens prædicetur de eo, quod vere est, quia album prædicatur de substantia, quæ vere est, & tamen album non significat ens, vt dictum est. Vnde sequitur quod ens, sit non ens. Et hoc est impossibile, quia vnum contradictoriorum non prædicatur de altero. Vnde, si ad euitandum hoc inconueniens dicamus, quod vere ens non solum significat subiectũ, sed etiam ipsum album, sequitur vt ens multa significet. Et ita non erit tantum vnum ens, quia subiectum & accidens plura sunt secundum rationem. Deinde cũ dicit.

Neque igitur magnitudinem habebit id quod est, si id sit quod est proprie ens. Ratio namque partis vtriusque diuersa nimirum est. ARGE.

Neque igitur magnitudo erit quod est, siquidẽ quod vere est, est quod est. Vtriusq. enim alterum est esse partiũ. T.c. 28.

Ostendit, quod nõ sequitur ex ratione Parmenidis quod sit tantum vnum propter multitudinem partiũ, & primo quantũ ad partes quantitatiuas. Secũdo quantum ad partes rationis ibi. (Quod autem diuiditur) Dicit ergo primo, quod ens tantum vnum significet, non solum non poterit esse accidens cum subiecto, sed neq. etiam ens erit aliqua magnitudo, quia omnis magnitudo est diuisibilis in partes, vtriusque autem partis non est eadem ratio, sed altera. Vnde sequitur quod illud ens vnum non sit substantia corporea. Secundo ibi. — Parte secunda 28. Tex. c. 29. & 30.

Diuidi autem id quod est proprie ens in aliquid aliud proprie ens, ex ratione etiam patet. Veluti si homo ens proprie quippiam est, & animal necesse est proprie quid esse, & itidem bipes, nam si ita non sit, accidentia erunt profecto. Aut igitur homini, aut alii subiecto cuipiam accidunt. At neutrum esse potest. Accidens enim aut dicitur quod inesse potest, ac non inesse, aut id in cuius rõne id cui accidit sumitur, connexũ quidẽ est illud quod separatur, simitas autem id, in cuius ratione sumitur nasus, cui simitatem dicimus accidisse. Praeterea in eorũ ratione quæ in definitiua ratione cuiuspiam insunt, aut eorum ex quibus quippiam constat, nunquam ipsius totius ratio inest, ceu in bipide ratio hominis, aut in albo ratio hominis albi. Si hæc igitur ita sunt, atque homini bipes accidit, separabile ipsum esse, necesse est, quare fieri potest vt homo bipes non sit. Vel in ratione bipedis inerit ipsius hominis ratio, at fieri nequit, illud. n. in ratione hominis inest. Quod si bipes ac animal alii cuipiam accidunt, & neutrum est quod proprie ens, homo quoque ex his erit profecto quæ alii accidit. At quod proprie est, nulli sit accidens — ARGV.

dens, & de quo ambo dicuntur atque vtrunq. dicatur, et id quod ex illis componitur. Ipsum igitur vniuersum ex indiuisibilibus constat.

ARGY. *Quod autem diuiditur quod vere est, in quod vere est aliquid aliud ratione, manifestũ est, vt homo, si est quod vere est aliquid, necesse est & animal quod vere est aliquid esse. & bipes. Si.n.quod vere est, aliquid est, accidentia erunt: aut igitur homini, aut alij alicui subiecto, sed impossibile est. Accidens.n. dicitur hoc, aut quod contingit esse & non esse. aut cuius est in ratione hoc, cui accidit, vt sedere quidem sicut separabile, in simo autem est ratio naris, cui dicimus accidere simum. Amplius quęcunque in* Te. com. 29. *definitiua ratione insunt, aut ex quibus sunt, in ratione horum nõ est ratio totius, vt in bipede ratio hominis, aut in albo quæ est albi hominis. Si igitur hæc hunc habent modũ, & homini accidat bipes, necesse est separabile esse ipsum, quare contingit vtiq; nõ bipedẽ esse hominem, aut in ratione bipedis inerit hominis ratio. sed impossibile est, illud.n.in illius ratione inest. Si autem alij accidunt bipes & animal, & non est vtrunque quod vere est aliquid, et* Lect. 30. *hõ vtiq. erit accidentiũ alteri. Sed quod vere aliquid est,* Accidens dupliciter. *sit accidens nulli, & de quo ambo, & vtrunque & quod est, ex his dicatur. Ex indiuisibilibus itaque est omne.*

Ostendit, quod nõ possit esse ens substantia definibilis. Manifestũ est.n.ex definitione ꝙ id (qđ vere est) .i. substantia, diuiditur in plura, quorum vnumquodq. est quod vere est.i.substantia, & illud secũdum rõnem. Vt ponamus, ꝙ id vnum quod vere est, sit homo: cum sit animal bipes, necesse est ꝙ animal sit, & bipes sit: & sic vtrunq; eorum erit (quod vere est).i.substantia. ꝙ si non sint substantiæ erunt accidentia, aut igitur homini aut alteri alicui, sed impossibile est, ꝙ sint accidẽtia homini. Et ad hoc ostendendum duo supponit. Primum est, ꝙ accidens dr̃ dupliciter. Vno modo accidens separabile, quod cõtingit inesse, & nõ inesse, vt sedere. Alio modo accidens inseparabile & per se: & hoc est accidẽs in cuius definitione ponitur subiectũ, cui accidit, sicut simum est per se accidens nasi, quia in definitione simi ponitur nasus: est, n. simum nasus curuus. Secundum quod supponit est, ꝙ si aliqua ponuntur in definitione alicuius definiti, aut in definitione alicuius eorum, ex quibus constat definitio, impossibile est, quod in definitione alicuius horum ponatur definitio totius definiti. sicut bipes ponitur in definitione hominis, & quædam alia, quæ ponuntur in definitione bipedis vel animalis, ex quibus definitur homo, impossibile est, quod ponatur homo in definitione bipedis, aut in definitione alicuius eorum, quæ cadunt in definitione bipe- Cap. 4. dis vel animalis. alioquin esset definitio circularis, & esset idem prius & posterius. & notius & minus notum. Omnis.n. diffinitio est ex prioribus & notioribus, vt in Sexto Top. dr̃. & eadem ratione, cũ in definitione hominis albi ponatur albũ, non est possibile quod in definitione albi ponatur homo albus. His igitur positis, sic argumentatur. Si bipes est accidens homini, necesse est vel ꝙ sit accidens separabile. & sic contingit hominem nõ esse bipedem, quod est impossibile, vel erit inseparabile, & sic oportebit ꝙ homo ponatur in ratione bipedis, quod est ẽt impossibile, quia bipes ponitur in ratione eius. impossibile est igitur, ꝙ bipes sit accidens homini, & eadem ratione neq. animal. Sed, si dicatur, ꝙ ambo sunt accidẽtia alicui alij, sequeretur ꝙ ẽt homo accidat alicui alteri. sed hoc est impossibile, iam enim supra dictum est, ꝙ illud, ꝙ vere est, nulli accidit; homo autem supponitur esse illud, quod vere est, vt ex superioribus patet. Quod autem sequatur, hominem accidere alteri, si animal & bipes alteri accidunt, sic manifestatur, quia de quocunq. dicũtur ambo seorsum.s.animal & bipes, de eodem dicetur vtrunq. simul.s.animal bipes. & de quocunque dicitur animal & bipes, dicitur ꝙ est ex eis.s.homo, quia nihil est aliud homo quã animal bipes. Sic igitur patet, quòd si ponatur vnum tãtũ ens, nõ possunt poni partes quantitatiuæ, neque partes magnitudinis, neque partes rationis, sic igitur sequitur, ꝙ omne ens sit de numero indiuisibilium, ne ponẽtes vnũ ens cogamur ponere multa propter partes. Com. autem dicit, ꝙ ibi. (Sed quod vere est.) ponit secundã Expõ Auerro. Com. 30. rationem Parmenidis, ad ostendendum, ꝙ ens sit vnũ, quæ talis est. Ens, quod est vnum, est substantia & non accidens, & per substantiam intelligit corpus, si aũt corpus illud diuidatur in duas medietates, sequitur ꝙ ens dicatur de vtraque medietate & de congregato ex eis. Et hoc vel procedit in infinitũ, quod est impossibile secundum ipsum, aut erit diuidere vsque ad puncta, ꝙ etiam est impossibile, vnde oportet quòd ens sit vnum indiuisibile. Sed hæc expositio est extorta, & contra intentionem Arist. sicut satis apparet literam inspicienti. Improbatio eiusdem.

LECTIO VII.

Arguuntur, qui ne ad entium pluralitatem cogerentur, non ens aliquid esse dictis rationibus cedebant.

Quidam autem vtrisque rationibus concesserunt. Et quidem, qui omnia vnum esse concludit, si id, quod est vnum significat id, quod haud est, esse dicentes. Et vero, quę ex partitione procedit indiuiduas magnitudines facientes. ARGY.

QVidam aũt rationibus vtrisque acquieuerunt. Huic quidem quoniam omnia vnum sunt, si quod est vnũ significat: quoniam est & quod non est. Et autem, qui decisione indiuiduas facientes magnitudines.

Postquam Philosophus improbauit rationem Parmenidis ducendo ad quædam inconuenientia, hic improbat positionem quorundam, qui prædicta inconuenientia concedebant. Et circa hoc duo facit. Primo ponit positionem eorum. Secũdo improbat eam ibi. (Manifestum autem.) Considerandum primo, quòd supra Te. cõ. 31. Philosophus contra rationem Parmenidis duab. rationibus vsus est. Vna ad ostendendum, ꝙ ex ratione Parmenidis nõ requiritur omnia esse vnum propter diuersitatem subiecti & accidentis. quæ quidem rõ ducebat Lect. 6. ad hoc inconueniens, quòd non ens, est ens, vt ex superioribus patet. Alia verò ratio procedebat ad ostendendum, ꝙ non sequitur omnia est vnum, pp hoc, quòd si esset magnitudo, sequeretur magnitudinem esse indiuisibilem, quia, si sit diuisibilis, erunt quodammodo multa. Platonici vero vtrique rationi acquieuerunt, cõcedẽdo impossibilia, ad quæ deducunt. Acquieuerunt ergo Plato acquieuit rõnibus Parmenidis. primæ rationi, quæ ducebat ad hoc, quod non ens esset ens, si aliquis diceret, quod ens significet vnum, vel substantiam tantum vel accidens tantum, & per hoc vellet dicere ꝙ omnia sunt vnũ. Huic rationi dico acquieuerunt ꝙ non ens esset ens. Dicebat.n. Plato, quòd accidens est non ens, & propter hoc dicitur in Sexto Metaphy. ꝙ Plato posuit sophistica circa non ens, quia ver- Tex. com. 4. satur maxime circa ea, quę per accidens dicuntur, Sic ergo Plato intelligens per ens substantiã, concedebat primam propositionem Parmenidis dicentis, quod quicquid est pręter ens est non ens, quia ponebat accidens, Tex. com. 4. quod est præter substantiam, esse non ens, non tamen concedebat propositionem hanc scilicet, quicquid est non ens, est nihil. Licet enim diceret accidens esse non ens, non tamen dicebat accidens esse nihil, sed aliquid. Et propter hoc secundum ipsum nõ sequebatur, quòd sit vnum tm̃. Sed alteri rationi, quę ducebat ad hoc, qđ magnitudo esset indiuisibilis, assentiebãt, faciendo magnitudines esse indiuisibiles ex decisione.i.dicendo ꝙ magnitudinum diuisio ad indiuisibilia terminatur. Ponebat enim corpora resolui in superficies, & superficies

in

in lineas,& lineas in indiuisibilia,vt patet in Tertio de Cœlo & Mundo. Secundo ibi.

T.c.5. ARGY.

Patet autem & verum non esse. si id quod est, vnum significat,& fieri non potest vt simul sit contradictio,nõ fore quicquam non ens. Nihil.n.obstat, vt id,quod non est non sit absolute non ens sed non ens quippiam sit.

T.c.31.

Manifestum autem est,& quoniam non verum est,q si vnum significat quod est,& non possibile est simul contradictionem esse,non erit nihil,quod non est. Nihil enim prohibet quod non est,non simpliciter esse,sed non ens aliquid esse,quod est.

3.li.de Cœ. & Mũ.& 6. huius. Duplex improbatio prędictæ positionis.

Improbat prædictam põnem quãtum ad hoc, quod concedebat,q non ens est aliquid. Nam quantum ad illud,quod concedebat, indiuiduas esse magnitudines, improbat suo loco in sequentibus scientiæ Naturalis. Improbat autem primum dupliciter. Primum ostendẽdo,quod nõ sequitur ex ratione Platonis, quod nõ ens sit aliquid. Secũdo quantũ ad hoc,quod dicebat,q nihil hoc ponatur.s.quod si non ens,quod est accidens,non sit aliquid,sequitur omnia esse unũ ibi.(Dicere igitur) Dicit ergo primo manifestum esse,quod non est verũ, quod illa ratio Platonis sequatur, qua sic deducebat. Ens vnum significat.ponebat.n.ens esse genus, & vniuoce dictum de omnib. secundum participationem primi entis. Et iterũ ponebat quod cõtradictoria nõ sunt simul vera. Ex his duobus arbitrabatur sequi non ens non esse nihil,sed aliquid.Si.n.ens significat vnum, qđ est substantia, oportebit quod quicquid est non substãtia sit non ens, quia, si esset ens,cum ens non significet nisi substantiã, sequeretur quod esset substantia,& tũc esset simul substantia & non substantia, qđ est cõtradictoria simul vera esse.Si igitur impossibile est contradictoria simul vera esse , & ens significat vnum,quod est substantia,sequetur, quod quicquid est non substantia est non ens:sed aliquid est non substãtia.s.accidẽs; igitur aliquid non est ens.& sic non est verum quod non ens, sit nihil. Ostendit autem Aristot.quod hoc non sequitur, quia, si ens significat principaliter vnum, quod est substantia,nihil prohibet dicere quod accidens,qđ non est substantia , non sit simpliciter ens , sed tamen non propter hoc oportet quod illud,quod non est aliquid.i.substantia,dicatur absolute non ens. Licet ergo accidens non sit ens simpliciter, non tamen potest dici absolute non ens. Secundo ibi.

ARGY.

Dicere quoque si non quippiam aliud erit præter id ipsum,quod est, vnum omnia fore , perabsurdum est sane. Quis enim ipsum quod est aliud quicquam esse intelligit quam id quod est proprie ens? Quid & si ita est, nihil tamen prohibet multa esse ea,quæ sunt, vt diximus . Patet igitur impossibile esse, vt id,quod est, hoc modo sit vnum.

Dicere igitur extra ipsum quod est, nisi aliquid erit aliud, vnum omnia esse,inconueniens est. Quis enim addiscit ipsum quod est,nisi quod vere est,aliquid sit? Si autem hoc,nihil tamen prohibet multa quę sunt esse sicut dictum est. Quod quidem igitur,sic vnum esse quod est , impossibile sit,manifestum est.

Cõcludit vlterius,quod non sequitur, si non ens,qđ est accidens,non sit aliquid,quod omnia sint vnum. Et hoc est quod dicit, quod non inconueniens est dicere, quod sequatur omnia esse vnum , nisi aliquid sit extra ens,quia per ens nõ potest intelligi nisi substantia quæ vere est.sed, si substantia sit,nihil prohibet esse multa, sicut iam dictum est,etiam remota magnitudine & accidente , quia definitio substantiæ diuiditur in multa , quæ sunt de genere substãtię. s.homo,animal,& bipes. Et vlterius sequitur quod secundum diuersas differentias generis sint multæ substãtiæ in actu. Et vltimo infert conclusionem in tertiam , quod non omnia sunt vnum, sicut dicebat Parmenides & Melissus.

LECTIO VIII.

Opiniones Naturaliũ Philosophorũ de primis principijs.

ARGY.

Vt Naturales autem dicunt , duo sunt modi. Quidam .n.id quod est,vnum subiectum corpus fecerunt , aut triũ vnum aut aliud,quod igne quidem spissius,aere vero subtilius est. Cætera autem generari dicunt dẽsitate, raritate que multa facientes.hæc autem sunt contraria,& vniuersaliter excessus atque defectus, quemadmodum Plato magnum dicit & paruum. verum hic quidem hæc materiam facit,ipsum autem vnum formam . Illi vero vnum quidẽ ipsum,inquam,subiectum materiam, contraria vero differentias,atque formas. Quidã autem ex ipso vno cõtrarietates,quæ quidem in ipso sunt,sequestrari dicunt,vt Anaximander. Et qui vnum & plura principia inquiunt esse, vt Empedo.ac Anaxag. ex ipsa namque congerie cætera segregant. Differunt tamen. Alter.n.conuersationem horum,alter semel segregationis principium facit. Et alter infinita ea,quæ sunt similium partium atque contraria,alter ea,quæ vocantur elementa tantummodo sumit.

Te. com. 32.

Sicut autem Physici dicunt,duo modi sunt. Hi quidem enim vnum facientes,quod est corpus subiectum, aut trium aliquod,aut aliud,quod est igne densius , aere autẽ subtilius,alia autem generant densitate & raritate multa facientes,hæc autem sunt contraria. Vniuersaliter autem excellentia & defectus,sicut magnum dicit Plato & paruum. nisi quod hic quidem hęc facit materiam,vnum autem speciem . Alij vero vnum quidem subiectum materiam,contraria autem differentias & species. Quidam autem ex vno inhærentes contrarietate segregant quemadmodum Anaximander dixit, & quicunque vnũ & multa dicunt esse,sicut Emp.& Anax.ex commistione namque segregauit alia. Differunt autem abinuicem , eo quod hic circulationem facit horum,hic autem semel. Et hic quidẽ infinitas similes partes & contrarias,ille uero uocata elementa solum.

Postquam Philosophus improbauit opinionem de principijs eorum qui de natura non naturaliter sunt locuti, hic prosequitur opiniones eorum, qui de principijs naturaliter sunt locuti non remouentes motum,& ideo vocat eos Physicos, i.Naturales . Et circa hoc duo facit. Primo ostendit diuersitatem opinionum. Secundo prosequitur vnam earum ibi. (Videtur autem) Dicit ergo primo,quod secundum opinionẽ Naturalium Philosophorum duo sunt modi,secundum quos generantur res ex principijs. quorum vnũ tangebant Philosophi Naturales ponẽtes vnũ tantum principium materiale: siue esset vnum de tribus elementis,s.igne,& aere,& aqua,quia terrã solam nullum posuit principiũ,vt supra dictum est,siue aliquod medium inter ea,vt puta q esset dẽsius igne,& subtilius aere. Ab isto aũt vno principio dicebant oĩa generari secũdum raritatem & densitatem,vtputa,qui ponebant aerem principiũ dicebãt, q ex eo rarefacto generatur ignis,ex eo aũt condensato generatur aqua.rarum aũt & densum sunt cõtraria, & reducuntur ad excellentiam & defectum vt ad quędam vniuersaliora.nam densum est,q habet multũ de materia:rarũ aũt,qđ parũ, & sic quodãmodo concordabãt cũ Platone, qui ponebat magnũ & paruũ principia,quę ẽt pertinẽt ad excellentiã & defectum. Sed in hoc differebãt a Platone,quia Plato posuit magnum & paruũ ex parte materiæ, quia ponebat vnum principiũ formale , quod est quædam idea participata a diuersis secundum diuersitatem materiæ . Antiqui vero Naturales ponebant contrarietatem ex parte formę,quia ponebant primum principium vnam materiam , ex quo multa constituuntur secundum diuersas formas . Alii vero antiqui naturales ponebant res fieri ex principijs, ex hoc quod ipsa contraria & diuersa extrahebantur

Rarũ ac densum quid.

Platonis opinio.

Te. com. 33.

ab vno

ab vno, in quo erant quaſi commiſta & confuſa: ſed in hoc differebant, quia Anaximander ponebat illud vnũ confuſum eſſe principium, non autem illa multa, quæ in eo erant commiſta, vnde ponebat vnũ tantum principiũ. Emp. verò & Ana. ponebãt magis eſſe principia illa, quę in eo pmiſcebãtur, & iõ ponebat multa principia, licet & illud vnum confuſum quodãmodo principium poneretur. Sed Anax. & Emp. differebãt in duobus. Primo quidem quia Emp. ponebat circulationem quandã commiſtionis, & ſegregationis. ponebat enim Mundum multoties eſſe factũ, & multoties corruptũ; ita quod cum mundus corruptus fuit, amicitia omnia confundente in vnum, iterum mundus generaretur lite ſeparante & diſtinguente. & ſic confuſioni ſuccedit diſtinctio & econuerſo. Sed Anax. ponebat ſemel tantum Mundum factum eſſe; ita, quod a principio omnia eſſent commiſta in vnum, ſed intellectus, qui incœpit extrahere & diſtinguere, nũquam ceſſabit hoc facere, ita quod nunquam erunt omnia commiſta in vnum. Alio modo differunt in hoc, quod Anax. poſuit principia eſſe infinitas partes ſimiles & cõtrarias, ſicut infinitas partes carnis, quæ ſunt ſimiles inuicem, & infinitas partes oſsis, & aliorum, quæ habent partes ſimiles; cum tñ quarundã ſit ad alias cõtrarietas, ſicut partiũ oſsis ad partes ſanguinis eſt cõtrarietas ſcd'um humidum & ſiccum. ſed Emp. poſuit principia illa ſolũ quatuor, quæ cõiter dñr elementa, ſ. ignem, aerem, aquam, & terram.

Anaximander. Emped. Anax.

LECTIO IX.

Rationes quamplures contra Anaxagoram, infinita principia aſſerentem, afferuntur.

ARGI.

Videtur autem Anax ſic infinita eſſe putaſſe, quia communem illam opinionem Naturalium ueram eſſe exiſtimabat, nihil inquam ex eo quod non eſt, fieri atque oriri. Qua propter hoc dicunt modo erant omnia ſimul, & generationem alterationem inquiunt eſſe, quidam uero congregationem, ac ſegregationem.

T.c.33.

Videtur aũt Anax. ſic infinita opinari, ut accipiat communem opinionem Phyſicorum eſſe uerã, tanquã nõ fiat nullum eorum ex eo, quod non eſt. Propter hoc. n. dicunt quod erant ſimul oĩa, & fieri huiuſmodi ſtatuerunt alterari, Alii autem congregationem & ſegregationem.

Poſitis diuerſis opinionib. naturalium Philoſophorum de principijs, hic proſequitur vnã earum. ſ. opinionẽ Anax. quia hæc opinio videbatur aſsignare cauſam cõem omnium ſpecierum motus. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit rationem ipſius. In ſecunda obijcit cõtra eã, ibi. (Si igitur infinitum.) Circa primũ tria facit. Primo præmittit ea, quæ Ana. ſupponebat, & ex quibus argumentabatur. Secũdo ponit ſuæ rationis proceſſum ibi. (Si. n. omne, ꝙ eſt, fit.) Tertio ponit eius reſponſionem ad quandam tacitam obiectionẽ. Ibi (Apparet autẽ.) duo autẽ ponebat Anax. ex quib. procedebat, quorum primum eſt, quod etiam ab omnib. Naturalibus Philoſophis ſupponebatur, ꝙ. ſ. ex nihilo nihil fiat. Et hoc eſt, qđ dicit, ꝙ Anax. ex hoc videbatur opinari eſſe principia infinita, quia accipiebat cõem opinionẽ omnium Philoſophorum Naturalium eſſe verã, hanc. ſ. ꝙ id, quod ſimpliciter non eſt, nullo modo fieret, quia. n. hoc ſupponebant tanquã principium ad diuerſas opiniones proceſſerunt. Vt. n. cogerentur ponere aliquid de nouo fieri, quod prius oĩno non eſſet, poſuerunt aliqui omnia prius ſimul extitiſſe, vel in aliquo vno cõfuſo, ſicut Anax. & Emp. vel in aliquo principio materiali, l. aqua, igne, & aere, vel in aliquo medio illorum. Et ſecũdum hoc, duos modos factionis ponebãt. Quidam. n. poſuerunt oĩa ſimul p̃exiſtere, ſicut in vno principio materiali, & dixerũt ꝙ fieri nihil aliud eſt, ꝙ̃ alterari. ex illo. n. vno principio materiali oĩa fieri dicebant per condenſationem & rarefactionem eiuſdem.

Principium ſuppoſitum Anax.

a. e. ex eo aliquid.

Alii vero, qui ponebant oĩa pręexiſtere ſimul, ſicut in aliquo confuſo & commiſto ex multis, dixerunt, ꝙ fieri rerum nõ eſt aliud quã cõgregatio & ſegregatio. Et oẽs hi decepti fuerũt, quia neſciuerunt diſtinguere inter potẽtiam & actum. Ens. n. in potentia eſt quaſi mediũ inter purũ nõ ens & ens in actu. Quę igitur naturaliter fiunt, non fiunt ex ſimpliciter nõ ente, ſed ex ente in potentia, non aũt ex ente in actu, vt ipſi opinabantur. Vnde quę fiunt nõ oportet præexiſtere actu, vt ipſi dicebant, ſed potentia tantum. Deinde cum dicit.

Inſuper ex eo, quia contraria ex ſeſe mutuo fiunt, inerant ergo. ARGI.

Amplius ex eo, quod fiunt ex alterutris, contraria inerant ergo. T.c.33.

Ponit ſecundũ quod ſupponebat. Dicebat. n. ꝙ contraria fiunt ex alterutris. vr̃. n. ex calido fieri frigidũ, & econuerſo. Et ex hoc cõcludebant, ꝙ cum ex nihilo nihil fiat, ꝙ vnum contrariorũ p̃exiſtit in altero. Qđ quidem eſt verũ, ſed potentia. nam frigidũ eſt potentia in calido, non aũt actu, vt Anax. exiſtimabat, pp hoc, qđ neſciebat accipere eſſe in potentia, quod eſt eſſe medium inter purum non eſſe, & eſſe actu. Secundo ibi.

Nam ſi omne quidẽ quod fit, aut ex entibus, aut ex nõ entibus fieri neceſſe eſt atque oriri, ex nõ entibus autẽ nihil fieri poteſt, de hac enim opinione Naturales omnes cõſentiunt, reliquum iã accidere neceſſario putauerũt, ex entibus quidẽ, atque ex hiſce, quę inſunt, fieri quodque atque oriri, ex inſenſibilibus uero nobis ob paruitatem molis ut dicunt. Quapropter inquiunt quodque in quolibet eſſe. miſtum, quia quodlibet ex quouis oriri uidebant. ARGI.

Si enim omne quod eſt fit, neceſſe eſt fieri aut ex iis quę ſunt, aut ex iis quæ nõ ſunt, horum autẽ illud quod eſt, ex iis quæ non ſunt, aliquid fieri impoſſibile eſt, (de hac. n. conueniunt opinione omnes, qui de Natura ſunt) reliquum iam contingere ex neceſſitate putauerunt, ex iis quæ ſunt. et inſunt, fieri, ſed propter paruitatem magnitudinum, ex inſenſibilibus nobis. Vnde dixẽt omne in omni miſceri propter id, quod omne ex omni uidebant fieri.

Ponit deductionẽ rõnis ipſius, & pcedebat ſic. Si aliqd eſt, neceſſe eſt quòd fiat aut ex ente, aut ex nõ ente. Sed horum alterũ excludebat, ſ. ꝙ aliquid fieret ex nõ ente, pp cõem opĩ. Philoſophorũ ſupra poſitã. Vnde concludebat reliquũ mẽbrum, ſ. ꝙ aliquid fiat ex ente, puta, ſi aer fit ex aqua, ꝙ aer prius exiſtit. Non aũt diceret ꝙ aer fiat ex aqua, niſi in aqua p̃exiſteret aer, vnde volebat accipere, ꝙ oẽ, qđ fit ex aliquo præexiſteret in eo ex quo fiebat. Sed quia hoc videbatur contra id, qđ apparet ſenſui, nõ. n. apparet ad ſenſũ, ꝙ illud, ꝙ generatur ex aliquo p̃exiſtat in eo, iõ hanc obiectionẽ excludebat per hoc, qđ ponebat, ꝙ id, qđ fit ex aliquo p̃exiſteret in eo ſcd'm quaſdã partes minimas, quæ ſunt nobis inſenſibiles pp ſuã paruitatẽ, puta, ſi aer fit ex aqua, partes aliquæ minimæ aeris ſunt in aqua, nõ aũt in illa quãtitate, in qua generatur. & iõ per cõgregationẽ illarũ partium aeris ad inuicẽ & ſegregationẽ ex partibus aquę dicebat fieri aerẽ. Habito igr̃ hoc qđ oẽ, qđ fit ex aliquo, p̃exiſtat ĩ eo, Aſſumebat vlterius oẽ ex oĩ fieri, vnde cõcludebat ꝙ quodlibet eẽt in quolibet pmiſtũ ſecundum partes minimas & inſenſibiles. Et quia infinities vnum ex alio fieri poteſt, infinitas partes minimas in vnoquoque eſſe dicebat. Deinde cum dicit.

Videri uero atque dici diuerſa ex eo plane, quod in miſtione infinitorum maxime ob multitudinem ſuã excedit. Nã totũ album, aut nigrum, aut dulce, aut os, aut carnem ſincere nõ eſſe quicquam, ſed cuius plurimum habet quodque, id ipſius rei uideri naturam eſſe dicebant. ARGY.

Apparere autem differentia, & appellari altera ab inuicem, ex magis ſuperabundanti propter multitudinem in miſtura infinitorum. Sincere quidem enim totum album,

aut

aut nigrum, aut carnem, aut os non esse, sed quod plus vnumquodque habet, hoc videtur esse natura rei.

Excludit quandam tacitam obiectionẽ. Posset.n.aliquis obijcere, si infinitę partes cuiuslibet rei sunt in quolibet, sequetur ꝙ non ab inuicẽ res differant, nec abinuicẽ differre videantur. Ad hoc ergo quasi respondens dicit, ꝙ res videntur differre abinuicẽ, & nominãtur ẽt diuersa ex eo, qđ maxime superabundat in eis; cum tñ infinita sit multitudo partiũ minimarũ, quæ continentur in aliquo mixto. & sic nihil est pure & totaliter album, aut nigrũ, aut os, sed id, quod plus est in vnoquoque, hoc videtur esse natura rei. Deinde cum dicit.

ARGY.

Si infinitũ igitur quo infinitũ est, eo est ignotũ: Infinitũ quidẽ multitudine aut magnitudine, quãtum quoddã ignotũ erit. infinitũ aũt forma, quale quodda ignotũ. Cum igitur principia rerum tã multitudine quam specie sint infinita, fieri profecto nequit, vt ea quæ ex hisce constant, sciantur. Nondum.n.compositum scire putamus, cum ex quibus & quot ipsum constat, haud cognoscimus.

ANTI. T.c.35.

Si igitur infinitum secundum quod infinitum ignotum est, secũdum multitudinem quidem & magnitudinem infinitum ignotum quantum est quoddam: secundum speciẽ autem infinitum ignotum, quale quoddam est. Principijs autem infinitis existentibus & secundum multitudinem & secundũ speciem, impossibile est quæ sunt ex his cognoscere. sic enim cognoscere compositum arbitramur, cum scimus ex quibus & quantis sit.

T.com.41. Improbat positionem prędictã. Et circa hoc duo facit, primo improbat eã absolute. Secundo comparat eã ad opinionẽ Emp. ibi (Melius aũt.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationes ad improbandum opinionẽ Anax. Secundo improbat modum positionis ibi. (Nequaquã.) Circa primum ponit quinq. rationes quarum

T.c.39. Prima rõ. prima talis est. Oẽ infinitum est ignotum, secundum ꝙ infinitum est. Et exponit quare dicit, scđm ꝙ infinitũ, quia, si est Infinitum scđm multitudinem vel magnitudinẽ, erit ignotum secundum quantitatẽ, si aũt est infinitum scđm speciem, puta ꝙ constituatur ex infinitis scđm speciem diuisis, tunc erit ignotum scđm qualitatem. & huius rõ est, quia id, qđ est notum apud intellectum, cõprehenditur ab ipso q̃tum ad oĩa, quæ ipsius sunt, quod non põt contingere in aliquo infinito. Si igitur alicuius rei principia sunt infinita, oportet ea esse ignota, vel scđm quantitatẽ, vel secundum speciẽ, sed, si principia sunt ignota, oportet esse ignota ea, quæ sũt

Bo.te. primi commen. & 1.Post. ex principiis. Qđ probat ex hoc, quia tunc arbitramur nos cognoscere vnumquodq. cõpositum. (Cum scimus ex quib. & quantis sit,) idest qñ cognoscimus & species & quãtitates principiorũ. Sequitur igitur de primo ad vltimum, ꝙ si principia rerum naturalium sunt infinita, qđ naturales res erunt ignotæ secundum quantitatẽ vel secundum speciem. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY.

Præterea, si necesse est ipsum mole quãtumuis esse posse, cuius pars magnitudine, paruitateq. quãtauis esse põt. (dico aũt aliquam talium partium quæ insunt, & in quas totũ ipsum diuiditur.) Esse vero potest planta vel animal dicto modo quãtumuis mole patet: neque partium vllam identidem mole quantamuis esse posse. erit.n.& totum quantumuis simili modo. At os, & caro, & istius modi cætera, partes sunt animalium, & fructus plantarum. Patet igitur neque os, neque carnem, neque aliud quicquam eo modo, quem diximus, mole quantumuis esse.

ANTI. Te.com.36.

Amplius aũt. si necesse est cuius pars contingit quãtacunq. esse scđm magnitudinem & paruitatem, & ipsum totum cõtingere. (dico aũt talium aliquã partium, in quã, cũ insit, diuiditur totum.) si aũt impossibile est animal aut plantã quantãcunq. esse secundum magnitudinem et paruitatem, manifestum est, quoniã neque partium qualibet. erit.n.totum partibus simile, caro aũt & os & hmõi partes sunt animalis, & fructus plantarũ. Manifestũ igitur quoniam impossibile est carnem, aut os, aut aliquod aliud q̃tumcunq. esse magnitudine, aut in maius, aut in minus.

Quæ talis est. Si alicuius totius partes non habent aliq̃ determinatã quantitatem, siue magnitudinẽ vel paruitatem, sed contingit eas quantascunque esse vel scđm magnitudinem vel paruitatẽ, necesse est, ꝙ totum non habeat determinatam magnitudinẽ vel paruitatẽ, sed contingat esse cuiuscunq. magitudinis vel paruitatis, & hoc iõ, quia quantitas totius consurgit ex partibus. sed hoc intelligendum est de partib. existentib. actu in toto; sicut caro, neruus, & os existunt in aĩali. Et hoc est qđ dicit. (Dico aũt talium aliquã partium, in quã cum insint). s. actu (diuiditur aliqđ totum.) & per hoc excluduntur partes totius continui, quę sunt potẽtia in ipso. Sed impossibile est, ꝙ aĩal vel plãta, vel aliquod hmõi habeat se indeterminate ad quantãcunq; magnitudinem vel paruitatem. est.n.aliqua quantitas ita magna, vltra q̃ nullum animal extenditur, & aliqua ita parua, infra q̃ nullum animal inuenitur. Et similiter dicẽdum est de planta: ergo sequitur ad destructionem cõsequẽtis, ꝙ neque aliqua partium sit Indeterminatæ quantitatis, quia simile est de toto & partib. Sed caro & os, & hmõi sunt partes aĩalis, & fructus partes plantarũ, impossibile est igitur, ꝙ caro, & os, & hmõi habeãt indeterminatam q̃titatem vel scđm maius, vel secundũ minus. Non ergo est possibile, ꝙ sint aliquæ partes carnis aut ossis, quæ sint insensibiles p p paruitatẽ. Vr autem hoc, quod dr̃, contrarium esse diuisioni continui in infinitum. Si.n.continuũ in infinitũ diuisibile est: caro aũt cõtinuum quoddã est, vr̃ ꝙ sit in infinitum diuisibilis. Oẽm igitur paruitatem determinatã transcendet pars carnis secundum diuisionem infinitam. Sed dicendũ, ꝙ licet corpus, mathematice acceptum, sit diuisibile in infinitum. corpus tñ naturale nõ est diuisibile in infinitum. In corpore.n. mathematico non consideratur nisi q̃titas, in qua nihil inuenitur diuisioni repugnãs, sed in corpore naturali inuenitur forma naturalis, quæ requirit determinatã quantitatẽ, sicut & alia accñtia. Vnde nõ põt inueniri quantitas in specie carnis, nisi infra aliquos terminos determinata. Tertiam rõnam ponit ibi.

Secunda rõ.

Snĩa authoris de maximo & minimo.

Dubiũ Responsio. Cõmen. dicit corpus autẽ naturale in infinitũ diuisibile, ac ꝙ diuid. nõ possit ex penuria, cõtingit idoneorum instrumẽtorũ. Secundo de Anima co.41.

Præterea si talia oĩa in cunctis insunt, neque generatur quicq̃, sed inest ac segregatur, atq. appellatur ab eo quod in ipso magis abũdat ex quouis deniq. fit quodlibet segregatione, velut aqua ex carne, & caro ex aqua. Cũ omne corpus finitũ ablatione finiti corporis consumatur atque tollatur, constat non posse in vnquoque quodque inesse.

Amplius, si omnia insunt quidem huiusmodi inuicẽ et non fiunt, sed segregantur cum insint: dicuntur autem et a plurimo, fit autẽ ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua segregatur, et caro ex aqua, omne autem corpus finitum resecatur a corpore finito, manifestum est, quod non contingit in vnoquoque vnumquodque esse.

Circa quam duo facit. Primo præmittit quædam ex quibus argumentatur. Secundo ponit deductionem rationis ibi. (Remota enim) Circa primũ tria proponit. Primum est, ꝙ omnia simul sunt secũdum positionem Anax. vt dictum est. ex quo vult deducere ad inconueniens. Dicebat.n.Anax. vt dictum est, ꝙ cĩa hmõi, quæ sunt similiũ partium, vt caro & os, & similia insunt inuicem, & non fiunt de nouo, sed segregãtur ex aliquo, in quo præextiterunt, sed vnũquodque denominatur (a plurimo). i. a plurib. partib. in se existentibus. Secundũ est, quod quodlibet fit ex quolibet, sicut ex carne fit aqua per segregationẽ. & similiter caro ex aqua. Tertiũ est, quod oẽ corpus finitum resecatur a corpore finito, hoc est, si a corpore finito quantũcunque magno auferatur multoties finitum quãtumcunque paruum, toties poterit auferri minus a maiori, quod totũ maius cõsumetur

Tertia rõ. Oẽ corpus finitũ, quando ex eo exit corpus finitũ st.ultoties, necessario consumet illud. Secunda parte huiustex,

metur a minori per diuisionem. Ex his namque tribus concludit quod principaliter intendit, s. ꝙ non sit vnũ quodque in vnoquoque, quod est contrariũ primo istorum positorum trium. Sic.n.contingit in rationib. ducentibus ad impossibile, quod concludatur finaliter destructio alicuius præmissorum. Secundo ibi.

ARGY. *Ablata.n.ex aqua carne, rursusq. ex aqua reliqua segregata, & si semp minor ea, quæ secernitur erit, nõ tamẽ omni magnitudine minor euadet. Quare si segregatio stabit, nõ in quolibet quoduis erit. in reliqua.n.aqua nihil inerit carnis. Si vero nullus segregationis exitus erit, sed sẽper sequestratio fiet finita in magnitudine, sanè æqualia finita erunt multitudine infinita, qđ quidẽ est impossibile.*

ANTI. *Remota.n.ex aqua carne, & iterũ alia facta, ex reliqua segregabitur, quãuis semper minor erit segregata, sed tamẽ non excellit magnitudo paruitatẽ. Quare siquidem stabit segregatio, nõ oẽ in omni inerit; in reliqua.n.aqua nõ inerit caro. Si vero non stabit, sed habebit semper remotionem, in finita magnitudine, æqualia finita inerunt infinita secundum multitudinem. hoc autẽ impossibile est.*

Tertia rõnis deductio. Deducit argumentationem. & assumit quod in præcedenti argumentatione cõclusum est. Dicit.n.ꝙ, si ex aqua remoueatur caro (dũ.s.ex aqua gñatur caro) &, si iterum ex residua aqua fiat alia segregatio carnis, q̃uis semp remaneat aliqua minor quantitas carnis in aqua, tamen magnitudo carnis non excedit aliquã paruitatẽ, i.contingit dare aliquam paruam mẽsuram carnis, qua non erit minor, aliqua caro, vt ex superiori ratione apparet. Hoc ergo habito, qđ in aqua sit parua caro, qua nulla sit minor sic procedit. Si ex aqua segregatur caro, & iterum alia caro, aut stabit ista segregatio aut non. si stabit, ergo in residua aqua non erit caro, & sic nõ erit quodlibet in quolibet. si aũt non stabit, ergo in aqua sẽper remanebit aliqua pars carnis, ita tñ quod in secunda segregatione sit minor quam in prima, & in tertia minor q̃ in secunda. Et, cum non sit descendere in paruitatem partium in infinitum, vt dictum est, illæ minimæ partes carnis erunt æquales & infinitæ numero in aliqua aqua finita, & alioquin non procederet in infinitũ segregatio. Sequitur igitur ꝙ si segregatio non stat, sed semper in infinitum remouetur caro ex aqua, ꝙ in aliqua magnitudine finita, s.aqua, sint quædã finita secundum quantitatem & æqualia ad inuicẽ, & infinita secundum numerum, s.infinitę minimæ partes carnis, & hoc est impossibile & contrarium ei, quod supra positum est. s.ꝙ oẽ corpus finitũ resecatur ab aliquo corpore finito: ergo & primũ fuit impossibile, s.ꝙ quodlibet esset in quolibet, vt Anax. posuit.

Notabile. Considerandum est aũt ꝙ non sine causa Philosophus apposuit æqualia in hoc vltimo inconuenienti, ad quod ducit. Non.n. est incõueniens ꝙ in aliquo finito sint infinita inęqualia, si attendatur ratio quantitatis: quia, si diuidatur cõtinuum, secundum eandem proportionem erit procedere in infinitum, vt puta, si accipiatur tertium totius, & tertium tertij, & sic deinceps, sed tamen partes acceptæ non erunt æquales secundum quãtitatẽ. Sed si fiat diuisio per partes æquales, non proceditur in infinitũ, etiam si sola ratio quantitatis in corpore mathematico consideretur. Quartam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea si corpus omne parte aliqua ab eo sublata fieri se minus necesse est, carnis autem quantitas definita est ad molem vtranque, patet minima ex carne nullum omnino corpus secerni posse, alioquin minima minor erit.*

Te.com: 38: ANTI. *Ad hæc aũt. si oẽ quidẽ corpus remoto quodam minus necesse est fieri, carnis aũt determinata est quantitas & magnitudine et paruitate, manifestũ est quod ex minima carne nullum segregabitur corpus. erit.n. minus minima.*

Quarta rõ. Quę talis est. Oẽ corpus remoto aliquo fit minus, cũ omne totum sit maius sua parte, cum autem quantitas carnis sit determinata secundum magnitudinem & paruitatem, vt ex dictis patet, necesse est esse aliquã minimam carnem, ergo ab eo non potest aliquid segregari, quia sic esset aliquod minus minimo. Non igitur ex quolibet potest fieri quodlibet per segregationem.

Quintam rationem ponit ibi.

Insuper in infinitis corporib. caro iam infinita sanguis cerebrũq; inesset. Vnumquodq. tamen esset ab alijs separatũ, et nihilominus infinitũ. hoc aũt metas egreditur rõnis. ARGY.

Amplius aũt in infinitis corporib. inest vtique iam caro infinita, & sanguis, et cerebrum: separata tamen ab inuicem, nihil autem minus entia sunt, quæ sunt, & infinitum vnum quodque, hoc autem irrationabile est. ANTI.

Quæ talis est. Si infinitæ partes vniuscuiusq; sunt in vnoquoque, & quodlibet est in quolibet, sequetur ꝙ in infinitis corporib. sint infinitę partes carnis, & infinitę partes sanguinis vel cerebri, & q̃tumcũq; inde separẽtur, adhuc remanẽt ibi. sequeretur ergo, ꝙ infinita sunt in ĩfinitis infinities, qđ est irrõnabile. Deinde cũ dicit. Quinta rõ.

Id verò, quod asseritur nunquam segregata omnia fore non scienter quidem dicitur: rectè tamen: affectus.n. inseparabiles sunt. Cum igitur colores atque habitus mixti sint, si fuerint segregati, erit quippiam album, aut sanum profectò, quod non aliud quicquam erit, nec in subiecto. Quare ipsa mens absurda est sanè ea quærẽs, quæ fieri nequeunt, si separata quidem reddere vult: hoc aũt efficere nequit tam quantitatis quàm qualitatis etiam ratione, quantitatis quidem, quia non est minima magnitudo, qualitatis autem quia affectus inseparabiles sunt. ARGY.

Nunquam autem segregatum esse, nescientis dicitur, rectè autem dicitur: passiones.n. inseparabiles sunt. Si igitur mixti sunt colores & habitus, si segregentur, erit aliquid album & sanum, non alterum aliquid cum sit, neq. de subiecto. Quare inconueniens est impossibilia quærens intellectus, si vere velit quidem segregare: Hoc autem facere est impossibile, & secundum quantitatem & secundum qualitatem. Secundum quantitatem, quidem, quoniam non est minima magnitudo: secundum qualitatem autem, quoniam inseparabiles sunt passiones. Te.com: 39. ANTI.

Improbat positionem Anax. quantum ad ponendi modum, & hoc dupliciter. Primo, quia nõ intelligebat propriam positionem. Secundo, quia nõ habebat sufficiens motiuum ad ponendum eam ibi. (Non rectè autẽ.) Dicit ergo primo, ꝙ in hoc, ꝙ dicit, ꝙ segregatio nunquã finietur, nesciuit quid diceret, quamuis aliquo modo verum dixerit, quia accidentia nunquam possint separari a substantiis, & tamen ponebat permistionem non solum corporum, sed ẽt accidentium. Cum.n. aliquid fit albũ dicebat, ꝙ hoc fiebat per abstractionem albedinis prius cõmixtæ. Si igitur colores & alia hmõi accidentia ponãtur esse cõmixta, vt ipse dicebat, si aliquis hoc supposito dicat, ꝙ oĩa commixta possunt segregari, sequeretur ꝙ sit album & sanum, & non sit aliquod subiectum, de quo dicantur & in quo sint, quod est impossibile. Relinquitur igitur hoc verum esse, qđ non omnia commixta possunt segregari, si accidentia etiam cõmisceãtur. Sed ex hoc sequitur inconueniens. ponebat.n. Anax. ꝙ omnia a principio erant commixta, sed intellectus incepit segregare. Quicunque autem intellectus quærit facere, quod impossibile est fieri, est indecens intellectus, quare inconueniens erit intellectus ille impossibilia intendens. (si vere velit). i. totaliter velit segregare, quod est impossibile, & secundum quantitatẽ, quia non est minima magnitudo, vt Anax. ponebat, sed ex quolibet minimo potest aliquid auferri. & secundum qualitatem, quia accidentia non sunt separabilia a subiectis. Secundo ibi. T.c. 40.

Neque etiam rectè generationem eorum, quæ partiũ sunt conformium, capit. Lutum itaque tum in luta, tum ARGY.

non

non in luta diuiditur. Nec vt lateres ex domo, & domus ex laterib. fit sic aqua & aer ex sese mutuo sunt & fiût.

T.c.40. ANTL.

Non recte autem generationem accepit similium specierum: est enim vt lutû in luta diuidatur, est autem ut non, & non idem modus est vt lateres ex limo & domus ex lateribus. Sic autem aqua & aer ex alterutris, & sunt & fiunt.

Improbat prædictam positionem quantum ad hoc quod non habeat sufficiens motiuum. Quia.n.videbat Anax. quod aliquid fit magnum ex cógregatione multarum partium similium paruarû, sicut torrens ex multis guttis, credidit ita esse in oîb. Et ideo dicit Arist. ꝙ (non recte acepit generationem similium specierum) .i.quod semper oportet aliquid generari ex similibus secundum speciem. Quædam enim ex similibus generantur, & in similia resoluuntur, sicut lutum diuiditur in luta. in quibusdam autem non sic, sed quædam generantur ex dissimilibus. Et in his etiam non est vnus modus, quia quædam fiunt ex dissimilib. per alterationem, sicut lateres non ex lateribus, sed ex luto, quędam vero per compositionem, sicut domus non ex domibus, sed ex lateribus. Et per hunc modum aer & aqua fiunt (ex alterutris) .i. sicut ex dissimilibus. Alia litera habet (sicut lateres ex domo) & sic ponit duplicem modum, quo aliquid fit ex dissimilibus. s. per compositionem sicut domus fit ex lateribus, & per resolutionem, sicut lateres fiunt ex domo. Secundo ibi.

Litera Simplicij sic habet.

ARGL

Melius autem est potiora principia, finitaque sumere quod quidem Empedocles facit.

T.c.41. ANTL.

Melius autem est minora & finita recipere, quod vere facit Empedocles.

Improbat positionem Anax. per comparationem ad opinionem Empedo. & dicit, quod melius est quod fiant principia pauciora & finita, quod fecit Empedo. quàm plura & infinita, quod facit Anaxag.

LECTIO X.

Quamplures Antiquorum rationes famosæ, prima principia contraria esse enarrantur.

ARGY.

Oés igitur contraria principiûta facit: & qui vniuersum unum esse atque immobile dicunt. Parmenides enim calidum, frigidumq. principia facit, itaque hæc ignem terrãque appellat. & qui rarum & densum principia inquiunt esse. Democritus quoque plenum ipsa atque vacuum asserit esse, quorum alterum vt ens, alterum vt non ens esse dicit. Insuper & hasce differentias affert, positionem inquam figuram ac ordinem: hæc autem contrariorum genera sunt. Positiones enim supra & infra ante & retro. Figura vero, angulis constans atque non constans, rectum & circumflexum species sunt. Patet igitur omnes contraria quodammodo principia facere rerum.

ANTL.

Omnes igitur contraria principia faciunt, & dicentes quod vnum sit omne & immobile (etenim Parmenides calidum & frigidum principia facit: hæc auté appellat ignem & terram.) Et quidam rarum & densum. Et nemo firmum & inane, quorum aliud quidé sicut quod est, aliud auté sicut quod non est, esse dicitur. Adhuc positione figura, & ordine. hæc autem genera contrariorum sunt: Positione, sursum & deorsum, ante, et retro. Figura angulus, rectum, circulatum. Quod quidem igitur contraria quodammodo omnes faciût principia, manifestum est.

T.c.42.

Positis opinionibus Philosophorû de principijs naturæ hic incipit inquirere veritatem. Et primo inquirit eam per modum disputationis ex probabilibus procedendo. Scdo ostendit veritaté per modum demonstrationis. ibi. (Si ergo nos dicamus.) Circa primum duo facit, primo inquirit de contrarietate principiorum. Secûdo de numero eorum ibi. (Consequens autem vtique.) Circa primû tria facit. Primo ponit positionem Antiquorum de contrarietate principiorum. Secundo inducit ad hoc rationem ibi. (Et hoc rationabiliter.) Tertio ostendit quô se habebant in ponendo Philosophi contraria principia ibi. (Vsque quidem igitur.) Dicit ergo primo, ꝙ omnes Antiqui Philosophi posuerunt côtrarietatem in principijs. Et hoc manifestat per tres opiniones philopho. Quidam.n.dixerunt quod totum vniuersum sit vnum ens immobile: quorum Parmenides dixit, ꝙ oîa sunt vnû scd̄m rationē, sed plura scd̄m sensum. & inquantum sunt plura ponebat in eis contraria principia. s. calidum & frigidum, & tribuebat calidum igni, frigidû vero terræ. Secunda vero opinio fuit Philosophorum Naturalium, qui posuerût vnum principium materiale mobile. & dicebant, ꝙ ex eo fiebant alia scd̄m rationem & densitatem, & sic ponebant rarû & densum esse principia. Tertia vero opinio est eorum, qui posuerunt plura principia: inter quos Demo. posuit oîa fieri ex indiuisibilib. corporib. quæ quidem ad inuicem côiuncta in ipso côtractu quoddā vacuum relinquebant, & hmôi vacuitates vocabat poros, vt patet in Primo de Generatione. Sic igr̃ oîa corpora ponebat côposita ex firmo & inani, i. ex pleno & vacuo. Vnde plenum & vacuum dicebat principia naturę: sed plenum attribuebat enti, vacuû vero nô enti. Itē licet corpora indiuisibilia oîa essent vnius naturę, tñ ex eis dicebat constitui diuersa secundum diuersitaté figuræ positionis, & ordinis. Vnde ponebant principia esse côtraria, quę sunt in genere positionis, s. sursum & deorsum, ante & retro, contraria, quę sunt in genere figuræ, s. rectû angulare & circulare, & similiter côtraria, quę sunt in genere ordinis, s. prius & posterius, de quib. non fit métio in litera, quia manifesta sunt. Et sic côcludit quasi inducendo, quod oēs Philosophi posuerût principia esse contraria secundum aliquem modû. De opinione autem Anaxagoræ, & Empedoclis mentionem non fecit, qa eas superius magis explicauit. Et tñ hi ponebât etiam quodammodo contrarietatem in principijs, dicentes oîa fieri côgregatione & segregatione, quæ conueniunt in genere cum raro & denso. Secundo ibi,

Secûda par: te.

T.c.47.

T.c.48.

Omnes Antiqui philosophi posuerunt contrarietatem in principiis.

Lect.4. T.c.8.

Secûda parte.

T.c.57.

Secûda parte.

T.c.50.

ARGL

Idq. nô sine rône. Principia nãq. neq. ex sese mutuo, neque ex alijs, & ex ipsis omnia esse oportet. contrarijs autem primis hæc insunt. Quia namque sunt prima, ideo non ex alijs sunt: quia vero contraria sunt, ideo non ex sese mutuo fiunt. Verum idipsum quo pacto fit, & rône consideremus oportet. Sumendum est igitur primum, nô quiduis eorum, quæ sunt, in quoduis agere: neque quoduis pati a quouis aptum esse: neque ex quibuscunque quiduis fieri nisi quis per accidens sumpserit. Quo namque pacto fiet album vel nigrum ex musico: nisi albo vel nigro sit accidens musicum? sed album quidem fit ex non albo. atque ex hoc non quouis, sed ex nigro vel aliquo mediorum, musicum autem e non musico, atque ex hoc non quouis, sed ex immusico uel e medio, si aliquid inter ipsa medium est. Neque rursus in quoduis primum vnumquodque corrumpitur velut album, in non musicû nisi id ipsum nônunquã occidat, sed in non album corrumpitur, atq. in hoc non quouis, sed in nigrû, aut in medium. Eodē modo musicum ēt in non musicû: Atque in hoc non quoduis, sed in immusicum, vel in medium, siquid inter ipsa mediû sit corrumpitur, similiter fit & in cæteris. nam & ea, quę non simplicia, sed côposita sunt, eandē subeunt rationem, sed latet ipsum ex eo, quia dispositiones oppositę nominibus carent. Et.n. omne constructum ex inconstructo: atq. inconstructû e constructo fiat necesse est. Constructum ēt in inconstructum, & in ipsum non quoduis, sed in oppositû necesse est corrûpatur. Nihil aût interest, siue in constructione, siue in ordine, siue in compositione hæc ipsa dicãtur. patet.n. eandē rationē in cunctis esse, atque domum, statuã et quoduis aliud similiter fieri. domus.n. ex non compositis, sed hoc modo diuisis, & statua, figura-

torumque

torumque quoduis è non fit figurato confici fierique videtur. Atque hæc partim ordine, partim compositione constãt. Si igitur hæc vera sunt, omne quod fit, è contrario profectò, aut è medio fit: & oẽ, quod corrumpitur, in contrarium corrumpitur, vel in medium. Media verò sunt ex contrarijs, seu colores ex albo & nigro. Quare omnia, quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrarijs fiunt.

Ex trib: primorum contrariorũ proprijs Antiquos principia cõtraria rationabiliter posuisse, inductione ostenditur;

Et hoc rõnabiliter. Oportet. n. principia neque ex alterutris esse, neque ex alijs, & ex his oĩa, contrarijs autem primis insunt hæc: ꝓp id quod prima quidẽ, non sunt ex alijs: ob id verò ꝙ sunt contraria, non sunt ex alterutris. † Sed oportet hoc in rõne considerare, qualiter contingat. Accipiendum igitur est primum, quod omnium quæ sunt, nihil neque facere aptum natum est, neque pati contingens a contingenti: neque fit quodlibet ex quolibet, nisi aliquis accipiat secundum accidens: qualiter. n. fiet album ex musico, nisi accidens sit albo, aut nigro musicum? sed album quidem fit ex non albo, & hoc non ex omni, sed nigro, aut medijs. Et musicum ex non musico, sed nõ ex oĩ sed ex immusico, aut si aliquid ipsis est medium. Neque igitur corrumpitur in contingens primum, vt album non in musicum, nisi forte secundum accidens sed in non album, & non in contingens: sed in nigrum, aut medium: similiter aũt musicum in non musicum, & hoc non in contingens, sed in immusicũ, aut si ipsis aliquid medium est. Similiter aũt hoc est & in alijs, quoniam non solum simplicia eorũ, quæ sunt, sed & composita secundum eandẽ se habent rõnem. Sed propter hoc, quod opposita dispositiones nõ denominata sunt, latet hoc contingens, necesse. n. oẽ consonans ex inconsonanti fieri & inconsonans ex consonanti, & corrumpi consonans in inconsonantiam, & hanc non in contingentẽ, sed in oppositã. Differt aũt nihil inconsonantia dicere, aut ordine, aut compositione, manifestum. n. est quod eadẽ sit rõ. At verò domus & statua, & quodlibet aliud fit simpliciter; domus quidem. n. fit, non ex eo quod cõposita sunt, sed ex eo quod diuisa sunt hæc, sic & statua & figuratorum aliquod ex non figurato, & vnumquodque horũ alia quidem ordo, alia verò compositio quædam sunt. Si ergo hoc verum est, quod omne quod fit fiat & corrumpatur quod corrumpitur, aut ex contrarijs aut in contraria, & in horum media. Media autem ex cõtrarijs sunt, vt colores ex albo & nigro. Quare omnia erunt, quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrarijs.

† T.c.47.

Te.com.44.

T.c.45.

T.c.46.

T.c.47.

De ratione primorum principiorũ tria.

Prima cõtraria, quæ.

Ponit probabilem rationem ad ostendendum quod prima principia sunt contraria, quæ talis est. Tria videntur de rõne principiorũ esse. Primũ, ꝙ nõ sint ex alijs, scd'm quod non sint ex alterutris, Tertium, quod oĩa alia sint ex eis. Sed hæc tria conueniunt primis contrarijs: ergo prima cõtraria sunt principia. Ad intelligẽdũ aũt quid vocet prima contraria, considerandũ, qđ quedã cõtraria sunt, q̃ ex alijs cõtrarijs causantur, sicut dolce, & amarũ cãntur ex humido, & sicco, & calido & frigido: sic aũt nõ est procedere in infinitũ, sed est deuenire ad aliqua contraria, quæ non causantur ex alijs cõtrarijs, & hæc vocat prima contraria. His igitur primis cõtrarijs tres prædictæ conditiones conueniunt principiorum. Ex eo ergo, quod prima sunt, manifestum est, quod nõ sunt ex alijs, ex eo verò quod contraria sunt, manifestum est, quod non sunt ex alterutris, quamuis n. frigidum fiat ex calido, inquantum id, quod prius est calidum fit frigidum, tamen ipsa frigiditas nunquam fit ex caliditate, vt postea dicetur. Tertium verò, qualiter omnia fiant ex contrarijs, oportet diligentius inuestigare. Ad hoc igitur ostendendum præmittit primo, quòd neque actio, neque passio potest accidere inter (contingentia) idest inter ea, quæ contingunt simul esse, vel inter (contingentia) id est, inter quæcunque indeterminata. Neque quodlibet fit ex quolibet, sicut Anaxagoras dicit, nisi forte secundum accidens, & hoc manifestatur primo in simplicibus, album enim nõ fit ex musico, nisi secundum accidens forte, inquantum musico accidit album, vel nigrum, sed album fit per se ex non albo, quod est nigrum, vel medius color, & similiter musicus ex non musico, & non ex quocunque nõmusico, sed ex opposito, quod dicitur immusicũ idest quod est natum habere musicam, & non habet, vel ex quocunque medio inter ea. Et eadem ratione non corrũpitur aliquid primo & per se in quodcunq. contingens, sicut albũ non corrumpitur in musicum, nisi per accidens, sed per se corrumpitur in non album, & non in quodcũque non album, sed in nigrum, aut in mediũ colorẽ, & idem dicit de corruptione musici, & de alijs similibus. Et huius ratio est, quia omne quod fit & corrumpitur, non est antequam fiat, nec est postquã corrũpitur, vnde oportet quod id, quod per se aliquid fit, & in qđ per se aliquid corrumpitur, tale sit, qđ in sua ratione includat non esse eius, quod fit, vel corrũpitur, & similiter manifestat hoc in cõpositis, & dicit ꝙ similiter se habet in cõpositis, sicut in simplicibus, sed magis latet in compositis, quia opposita cõpositorum nõ sunt nominata, sicut opposita simplicium, oppositum. n. domus nõ est nominatum, sicut oppositum albi; vnde si reducantur ad aliqua nominata, erit manifestum. Nã omne compositum consistit in aliqua consonantia, cõsonans aũt fit ex consonanti, & inconsonans ex consonanti, & similiter cõsonans corrumpitur in inconsonãtiam, non in quancunque sed in oppositam. Inconsonantia autem potest dici secundum ordinem tantum, vel scd'm compositionem. Aliquod. n. totum consistit in consonantia ordinis, sicut exercitus, aliquod vero in consonantia compositionis, sicut domus, & eadẽ ratio est de vtroque, Et manifestum est, quod omnia cõposita fiunt similiter ex incompositis, sicut domus fit ex incõpositis, & figuratum ex infiguratis, & in omnib. his nihil attenditur nisi ordo & compositio. Sic igitur quasi per inductionem manifestum est, quod omnia, quæ fiunt vel corrumpuntur, fiunt ex contrarijs vel medijs, vel corrumpuntur in ea, media autem fiunt ex cõtrarijs, sicut colores medij ex albo & nigro. Vnde concludit, ꝙ omnia quæ fiunt secundum naturam, vel ipsa sunt contraria, sicut album & nigrum, vel fiunt ex contrarijs sicut media. Et hoc est principale intentũ ꝙ intendit concludere, s. ꝙ omnia fiant ex contrarijs, ꝙ erat tertia conditio principiorum. Tertio ibi.

Prima cõdõ.
Secunda.
Te.com.51.
Tertia.

Qualiter fiant omnia ex cõtrarijs.

Alex. & Simplicius r cte (inquiunt) adiecit Aristote. eo quidẽ quod nõ habet cõtrarium aut cõtraria nõ recipit, ingenitum est, & corruptioni non subijcitur; hoc n. medio. i. cœli, ingenituram cœli probat. Arist.

ARGY.

Plurimi igitur, & cæterorum hucusque profecti pene consentiunt quemadmodum diximus antea. Nam omnes elemẽta & ea, quæ ab ipsis principia nuncupantur (quãquam sine ratione) tamen contraria ponunt quasi ab ipsa veritate compulsi.

Te.com. 48.
ANTI.

Vsque quidẽ igitur hoc fere secuti sunt, et aliorum plurimi, quẽadmodum diximus prius. omnes. n. elementa, et ab ipsis vocata principia, & vere sine ratione ponentes tamen cõtraria dicunt tanquam ab ipsa veritate coacti.

Ostendit hic Philosophus, quõ se habuerunt Philosophi in ponendo principia esse contraria. Et primo quõ se habuerunt quantum ad motiuum positionis, secundo quomodo se habuerunt quantũ ad ipsam positionem, ibi. (Differunt autem adinuicẽ.) Dicit ergo primo, ꝙ sicut supra dictum est, multi philosophorum secuti sunt veritatem, vsque ad hoc, quod ponerent principia esse contraria, quod quidem licet bene ponerent, non tamẽ quasi ab aliqua ratione moti hoc ponebant, sed sicut ab ipsa veritate coacti. Verum enim est bonũ intellectus, ad qđ naturaliter ordinatur, vnde sicut res cognatione carentes mouẽtur ad suos fines absque ratione, interdum intellectus hominis quadam naturali inclinatione tendit in veritatem, licet rationem veritatis non percipiat. Secundo ibi,

Secũda parte. 48. text.

Aliqua demonstratiua causa, inquit Simpl.

ARGI. *Differunt tamen, quia quidam priora, quidam posteriora: & alii ratione, alii sensu notoria accipiunt, quidã.n. calidũ frigidũque, quidam humidum atq. siccum. alii par et impar, nonnulli concordiã, discordiamve cãs generationis esse dixerunt: hæc aũt inter se se dicto differũt modo.*

ANTI. *Differunt aũt abinuicẽ, in eo quod alii quidem priora, alii posteriora accipiunt, & quod hi quidem notiora secundum rationem, illi autem secundum sensum. Hi quidem enim calidum, & frigidum, illi autem humidum & siccum: alii autem impar & par, quidam autem concordiã & discordiam causam ponunt generationis: hæc autem abinuicem differunt secundum dictum modum.*

Te.com.49. Ostẽdit qũo prędicti Philosophi se habebant in prędicta positione, & circa hoc duo facit. Primò ostendit qũo differebant in ponendo principia esse cõtraria. Secundo qũo simul differebãt, & conueniebãt, ibi. (Quare est eadem dicere.) Dicit ergo primo, ꝙ Philosophi ponentes principia esse cõtraria, dupliciter differebãt, primo quidem, quia aliqui eorum, rationabiliter ponẽtes, accipiebant pro principijs priora contraria, alii vero minus prouidè considerantes accipiebãt posteriora contraria vt principia. Et eorum, qui accipiebãt priora contraria, quidã attendebant ad ea, quæ erant notiora secundum rõnem, quidã vero ad ea, quæ sunt notoria secundum sensum. Vel põt dici, ꝙ per hanc secundam differentiam assignatur cã primæ differentiæ, nam ea, quæ sunt notiora secundum rõnem, sunt priora simpliciter, quæ vero sunt priora secundum sensum, sunt posteriora simpliciter, & priora quo ad nos, manifestum est autẽ, ꝙ oportet principia esse prima. Vnde illi, qui iudicabant prius secundum id, quod est notius rationi, ponebant principia contraria, & priora simpliciter, qui vero iudicabant prius secũdum id, quod est notius sensui, ponebant principia posteriora simpliciter. Vnde quidam ponebant prima principia calidum & frigidũ, alij vero humidum & siccum, & vtraque secundũ sensum notiora. Tñ calidum & frigidũ, quæ sunt actiuæ quantates, sunt priora humido & sicco, quæ sunt qualitates passiuæ, quia actiuũ naturaliter est prius passiuo.

Qualitates actiuæ sunt priores passiuis. Alij vero posuerunt principia notoria scd̃m rõnem, quorum aliqui posuerunt principia, par & impar. s. Pythagorici existimantes substantiã oĩum esse numeros, & ꝙ oĩa cõponuntur ex pari & impari, sicut ex forma & materia. nã pari attribuebant infinitatem & alteritatẽ ꝑꝑ eius diuisibilitatem, impari vero tribuebant finitatem, & identitatem ꝑꝑ suam indiuisionem. Quidam verò posuerunt cãs generationis & corruptionis cõcordiã & discordiam. s. sequaces Empedoclis, quæ sunt ẽt secundum rationem notiora. vnde patet ꝙ in istis positionibus apparet prædicta diuersitas. Secundo ibi.

ARGI. Te.com.49. ἀναλογία proportio. *Quare eadem quodamodo diuersa quoque dicunt, diuersa quidem, sicut & plurimis videtur, eadem aũt, similitudine rõnis: ex eadem namque serie sumunt, contrariorum.n. alia continent, alia continentur. Hoc igitur pacto eodem modo diuersoque et deterius, ac melius dicunt. Et quidam rõne, quidam sensu notiora sumunt, vt antea diximus. Etenim vniuersale quidem notius est ratione, singulare autem sensu. Ratio namque ipsius est vniuersalis, sensus verò particularis. Veluti magnum quidem & paruum ratione, rarum aũt & densum sensu sunt notiora. Patet igitur oportere contraria principia rerum esse.*

ANTI. *Quare est eadem dicere quodãmodo & altera abinuicẽ: altera quidẽ quẽadmodum videbitur plurib. eadẽ verò scd̃m Analogiam: accipiunt.n. ex eadem coordinatione. Hæc quidẽ.n. continent. alia aũt continentur cõtrariorũ. Sic igitur similiter dicũt. & aliter, & peius, et melius. Et hi quidem notiora scd̃m rationẽ, sicut dictũ est prius, illi aũt scd̃m sensum, vniuersale quidem.n. secundũ rationem notum est, singulare autem secundum sensum: ratio quidem enim vniuersalis est, sensus aũt particularis, vt magnum & paruum secundum rationem est, rarum autem & densum secundum sensum. Quod quidem igitur contraria oportet esse principia, manifestum est.*

Ostendit qũo in differentia prædictarum opinionũ est etiam quædam conuenientia, concludens ex prædictis, ꝙ quodãmodo Antiqui philosophi dixerũt eadẽ principia, & quodammodo altera, altera quidem secundum ꝙ diuersi diuersa contraria assumpserunt, sicut dictum est, eadem vero secundum analogiam, i. proportionẽ, quia principia accepta ab oĩbus habent eandẽ proportionẽ. Et hoc tripliciter. Te. com. 50. Triplex similitudo i principijs primis. Primo quidẽ, quia quæcunq. principia accipiuntur ab eis se habẽt adinuicem, vt contraria, & hoc est quod dicit, quod omnes accipiũt principia ex eadẽ coordinatione. s. contrariorum, oẽs enim accipiunt contraria pro principiis, sed tamen diuersa. Nec est mirũ, si ex coordinatione contrariorũ diuersa accipiantur principia, quia inter contraria quædam sunt cõtinentia, vt priora & communiora, & quædam contenta, vt posteriora, & minus cõia. Iste est igitur vnus modus, quo similiter dicunt, in quantum omnes accipiunt principia ex ordine contrariorum. Alius modus, in quo conueniunt secũdum analogiam, est ꝙ quæcunque principia accipiuntur ab eis, vnum eorum se habet vt melius, & aliud vt peius. sicut cõcordia, vel plenũ, vel calidum, vt melius, discordia vero, vel vacuũ vel frigidum vt peius, & sic est considerare in aliis. Et hoc ideo est, quia semper alterum contrariorum habet priuationem admistam. Principium enim contrarietatis est oppositio priuationis, & habitus, vt dr̃ in 10. metaphy. Lect. 7. Tertio modo conueniunt secundum analogiam in hoc, quod omnes accipiunt principia notiora, sed quædam notiora secundum rationem, quædam vero secundũ sensum. Te.com.45. Cum.n. ratio sit vniuersalis, sensus verò particularis, vniuersaliora sunt notiora secundum rationẽ, vt magnum & paruum. singularia vero secundum sensum, vt rarum & densum, quæ sunt minus communia. Et sic vltimo, quasi epilogando concludit, quod principaliter intendit, scilicet quod principia sunt contraria.

LECTIO XI.

Non sufficit prima principia duo contraria esse, sed tertiam naturam dari oportet, nec plura tribus principia sunt.

Deinceps vero considerandum est, vtrum duo an tria an plura principia sint. ARGY.

Consequens autem vtique erit dicere, vtrum duo aut tria, aut plura sint. ANTI.

Postquam inquisiuit Philosophus de contrarietate principiorũ, hic incipit inquirere de numero eorum, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem: Secũdo excludit quæ non cadunt sub quæstione. ibi. (Vnũ quidem.) Tertio prosequitur quæstionem, ibi (Quoniam autem finita) Dicit ergo primo, quod post inquisitionem de contrarietate principiorum, consequẽs est inquirere de numero eorum, vtrũ scilicet sint duo aut tria, aut plura. Te. com. 51. Secundo ibi.

Vnum enim principium esse non potest, quia non sunt ipsa contraria vnum. ARGY.

Vnum quidem enim impossibile est, quoniam nõ vnũ contraria. ANTI.

Excludit ea quæ nõ cadũt sub quæstione. Et primo quod non sit tm̃ vnum principium. Secundo quod nõ sint infinita, ibi. (Infinita autem nõ.) Dicit ergo primo, Immediatè inferius. quod impossibile est esse vnum principium tm̃. Ostensum est.n. quod principia sunt contraria, sed contraria non sunt vnum tantum, quia nihil est sibi ipsi contrarium. ergo principia non sunt vnum tm̃. Secundo ibi.

Nec etiam infinita, quia id quod est, sub scientiam sane non cadet. ARGI.

Infinita autem non, quoniã neque scibile quod est, erit. ANTI.

Ostendit

Ostendit quod non sunt infinita principia, quatuor rationibus. Quarum prima talis est infinitum inquantum huiusmodi est ignotum; si igitur principia sunt infinita, oportet ea esse ignota. Sed ignoratis principiis ignorantur ea, quae sunt ex eis; ergo sequitur quod nihil in mundo possit sciri. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Unaquaque contrarietas est in omni genere uno, substantia vero genus est quoddam unum.*

ANTI. *Et est una contrarietas in omni genere uno. Substantia autem unum quoddam genus est.*

Lectio. 10. per totum. Quae talis est, Principia oportet esse prima côtraria, vt supra ostensum est; Prima autem contraria sunt primi generis, quod est substantia, substantia autem, cum sit vnum genus, habet vnam primã contrarietatem: prima.n. contrarietas cuiuslibet generis est primarũ differentiarum, per quas diuiditur genus, ergo non sunt infinita principia. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et quia generatio ex finitis fieri potest: atque praestabilius est ex finitis, vt opinatur Empedocles, quam ex infinitis fieri generationem existimare. Cuncta enim quae ad generandas res pertinent, ex finitis peritndo atq. Anaxagoras ex infinitis reddere putat.*

ANTI. *Et quod côtingit ex finitis, melius ex finitis, quẽadmodũ Empedocles, quam ex infinitis. Omnia namq. ex finitis assignare opinatur, quẽadmodũ Anaxagoras ex infinitis.*

Quae talis est. Quod potest fieri per finita, magis est ponendum per finita fieri, quam per infinita, sed omnia, quae fiunt secundum naturam, assignatur secundũ Empedoclem per principia finita, sicut per Anaxagoram per principia infinita, ergo non est ponendum principia esse infinita. Quartam rationem ponit ibi.

ARGY. *Praeterea aliis alia priora contraria sunt, & ex aliis alia fiunt, ceu dulce & amarum, & album & nigrum, principia vero manent semper oportet. Ex his igitur neq. vnum, neque infinita principia esse constat.*

T.c. 51. ANTI. *Amplius sunt alia aliis priora contraria. Et fiunt altera ex alteris, vt dulce & amarũ: & albũ & nigrũ, principia autem semper oportet manere. Quod quidem igitur, neque vnum, neque infinita sunt, manifestum est ex his.*

Quae talis est. Principia sunt contraria, si ergo principia sunt infinita, oportet omnia côtraria esse principia. Sed non oĩa contraria sunt principia, quod patet ex duob. Primo quidem quia principia oportet esse prima contraria, non aũt oĩa contraria sunt prima, cum quaedam sint aliis priora. Secundo, quia principia non dicuntur esse ex alterutris, vt supra dictum est: contrariis autem quaedam fiũt ex alterutris, vt dulce & amarum & albũ & nigrum, non ergo principia sunt infinita. Et sic vltimo concludit, quod principia non sunt vnũ tantũ, neque infinita.

Lect. 10. Te com. 41. Notabile. Considerandum est autem, quod philosophus hic disputatiue procedit ex probabilibus; vnde assumit ea, quae videntur pluribus, quae non possunt esse falsa secundum totum, sed sunt secundum partem vera. Verũ est igitur quodammodo, quod contraria fiunt ex inuicem, vt supra dictum est, si sumatur subiectum contrariis, quia id, quod est album, postea fit nigrũ, sed tñ ipsa albedo non conuertitur in nigredinem. Sed quidam Antiquorum ponebãt, quod nec etiam consumẽdo subiectum, prima contraria fiũt ex inuicem. Vnde Empedocles negabat elementa fieri ex inuicem. Et ideo Aristoteles hic signanter non dicit calidum fieri ex frigido, sed dulce ex amaro, & album ex nigro. Deinde cum dicit.

ARGI. *Cum aũt sint finita, non facere duo solum rationem aliquam habet. Dubitauerit n. non incongrue quispiã, quonã pacto densitas apta est facere raritatem, aut raritas densitatem, & alia quaeuis contrarietas simili modo. Non enim concordia discordiam: neq. econtra discordia côcordiam congregat, & aliquid facit ex ipsa, sed aliud quod tertium ambo. Atqui sicut qui plura quam sumunt: ex quibus eorum quae sunt, naturam constituunt.*

ANTI. *Quoniam autem finita facere duo tantum, vel non facere duo tantum habet quãdam rationem. Dubitabit enim aliquis, qualiter densitas raritatem facere aliquid apta nata sit, aut haec densitatem, similiter autem & alia quaecunque contrarietas. Non n. concordia discordiam inducit, & facit aliquid ex ipsa, neq. discordia ex illa, sed vtraque alterum quoddam tertium. Quidam autem, & plura recipiunt ex quibus parant eorum, quae sunt, naturam.*

Prosequitur illud, quod erat in qõne, s. in quo numero sint principia. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit quod non sunt duo tantũ principia, sed tria, Secundo ostẽdit, quod non sunt plura, ibi. (Plura aũt tribus.) Circa primum duo facit. Primo ostendit per rationes non esse tantum duo principia, sed oportet addi tertium. Secundo ostendit, quod in hoc et Antiqui philosophi conuenerunt, ibi. (Vnde & aliquis priorem.) Circa primum ponit tres rationes. Dicit ergo primo, quod, cum ostensum sit quod principia sunt contraria, & ita non possunt esse tãtum vnum principium, sed duo ad minus, nec iterũ sunt infinita principia, restat côsiderandum, vtrum sint duo tantum, vel plura duobus. Quantum n. ad hoc quod supra ostensum est, quod côtraria sunt principia, vr quod sint duo tñ principia, quia contrarietas est inter duo extrema. Sed in hoc deficiet aliquis, i. dubitabit. Oportet. n. quod ex principiis fiant alia, vt supra dictum est. si autem sint tantum duo côtraria principia, non vr quõ ex illis duobus possint omnia fieri. Non. n. potest dici, quod vnum eorum faciat aliquid ex reliquo. non. n. densitas nata est conuertere ipsam raritatem in aliquid, neque raritas densitatem, & similiter est de qualibet alia contrarietate. non. n. concordia mouet discordiam, & facit aliquid ex ipsa, neque econuerso, sed vtrumque contrariorum transmutat aliquod tertiũ, quod est subiectum vtriusque. Calidum. n. non facit esse calidam ipsam frigiditatem, sed subiectum frigiditatis, nec econtra. Videtur ergo quod oporteat poni aliquod tertium, quod sit subiectum contrariorum ad hoc quod ex contrariis alia possint fieri. Nec refert quãtum ad praesens pertinet, vtrum illud subiectum sit vnum, vel plura. quidam enim posuerunt plura principia materialia, ex quibus praeparant naturam entium. non. n. dicebant esse naturam rerum materiam, vt infra in secundo dicetur. Secundam rationem ponit ibi.

Secũda ratio. Te com. 53. Lectio. Prima. Lect. 1.

T.c. 50. ARGI. *Insuper, & id quispiam dubitauerit, nisi quispiam aliã quandam contrariis naturam subiecerit: Nullius n. eorũ quae sunt, substantiam contrariam esse videmus: principiũ autem de nullo subiecto dicatur oportet, aliOquin principii principium erit, subiectum n. principium, & prius praedicato esse videtur.*

T.c. 52. ANTI. *Adhuc autem amplius & de hoc aliquis dubitabit, nisi aliquis alteram supposuerit contrariis naturam. Nullius enim videmus eorum quae sunt, substantiam contrariam. Principium autem non de subiecto oportet dici aliquo. erit enim principium principii: Subiectum enim principium, & prius videtur esse praedicato.*

Secunda. Et dicit, quod nisi côtrariis, quae ponuntur esse principia, supponatur aliquid aliud, surgit maior dubitatio quam praemissa. Primum n. principium non potest esse accidens aliquod de subiecto. suum n. subiectũ fit principiũ accidentis, quod de eo praedicatur, & fit eo prius naturaliter, sequeretur, si primum principium esset accidens, & de subiecto praedicatum, quod principii esset principium; & quod primo esset aliquid prius. Sed, si ponamus sola contraria esse principia, oportet principiũ esse aliquod accidens de subiecto dictum, quia nullius rei substantia est côtraria alteri, sed solum contrarietas est inter accidentia. Relinquitur igitur quod nõ possunt so-

ſa contraria eſſe principia. Conſiderandũ autem quod in hac rõne vtitur prædicato pro accidente, quia prędicatum deſignat formam ſubiecti. Antiqui autem credebãt omnes formas eſſe accidentia. Hic aũt procedit diſputatiuè ex propoſitionib. probabilibus, quæ erant apud Antiquos famoſæ. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea ſubſtantiam non eſſe contrariam ſubſtantiæ dicimus. Quonam igitur pacto ſubſtantia ex non ſubſtantijs, aut non ſubſtantia, ſubſtantia prius erit?*

ANTI. *Amplius non eſſe dicimus ſubſtantiam contrariã ſubſtantiæ. Qualiter igitur ex nõ ſubſtantijs ſubſtantia vtiq. erit? Aut quomodo prius non ſubſtantia, ſubſtantia erit?*

Tertia. Quæ talis eſt. Oẽ, quod non eſt principium, oportet eſſe ex principijs: ſi igitur ſola contraria ſint principia, ſequitur, cùm ſubſtantia non ſit contraria ſubſtantiæ, ꝙ ſubſtantia ſit ex non ſubſtantijs, & ſic, quod non eſt ſubſtantia ſit prius quã ſubſtantia, quia qđ eſt ex aliquibus, eſt poſterius eis. hoc autem eſt impoſsibile. Nã primum genus entis eſt ſubſtantia, quæ eſt ens per ſe. Nõ igitur poteſt eſſe quod ſola cõtraria ſint principia, ſed oportet & tertium poni. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quamobrem neceſſe eſt eum, qui priorẽ atque hãc rõnem veram eſſe exiſtimauerit, ſi ambas ſeruare voluerit, tertium aliquod contrarijs ipſis ſubijcere. Quẽadmodum dicunt hi, qui ſolam vnam quandam naturã vniuerſum aſſerũt eſſe, vt aquam, aut ignem, aut medium, quod inter hæc collocarunt, atque videtur ipſum medium magis: nam ignis, terra, aer, & aqua, cum contrarietatibus ſunt annexa. Idcirco non ſine ratione agunt qui ſubiectũ ipſum aliud ab his faciunt. Cæterorum autem quidam aerem ponunt, aer.n. minime reſpectu cæterorum differentias ſenſibiles habet, atque hunc ſequitur aqua.*

T.c.53. ANTI. *Vnde ſi aliquis priorẽ veram putabit eſſe rõnem et hãc neceſſariũ eſt ſi dẽt ſaluare vtraſque rõnes ſub eſſe quoddam tertium. Quemadmodum dicunt vnã quandã naturã dicentes omne, aut aquam, aut ignem, aut medium horũ. Videtur aũt medium magis. Ignis.n. & terra & aer, & aqua cum contrarietatib. complexa ſunt. Vnde non irrationabiliter faciunt ſubiectum alterum ab his facientes.*

T.c.54. *Aliorum autem quidam aerem: aer enim minimè habet aliorũ differentias ſenſibiles. Conſequenter autem aqua.*

Oſtendit quõ ad hoc etiam concordat poſitio Philoſophorũ. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat, quõ ponebant vnum materiale principium. Secundo quõ ponebant ẽt cum vno materiali principio, præter hæc duo principia contraria, ibi (Sed oẽs vnum hoc.)

T.c.55. Notandum Lect. 10. Conſiderandum eſt aũt circa primũ, ꝙ Philoſophus in præcedentib. more diſputantiũ viſus eſt opponere ad vtranq; partẽ oppoſitã. Nã primo probauit, ꝙ principia ſunt contraria, & nunc inducit rationes ad probandum ꝙ contraria non ſufficiãt ad hoc, ꝙ ex eis res generentur. Et quia rõnes diſputatiuę verũ concludũt tñ ſcđm aliquid, ſed non ſcđm totum, ex vtriſq. rõnib. veritatem cõcludit, & dicit, ꝙ ſi aliquis putet verã priorẽ rõnem, quæ probat principia eſſe contraria: & hãc immediatè poſitam, quæ probabat cõtraria principia nõ poſſe ſufficere: ad ſaluandũ vtranq; eſt neceſſe dicere, ꝙ quoddam tertiũ ſubſit contrarijs, ſicut dixerunt ponentes totũ vniuerſum, eſſe naturam quandam vnam, intelligẽtes per naturam, materiã, ſicut aquã, aut ignẽ, aut aerẽ, aut mediũ horũ, vt vaporem, aut aliud hmõi. Et magis vr̃ de medio. Hoc.n. tertiũ accipitur, vt ſubiectum contrarijs: & quodammodo, vt diſtinctum ab eis. Vnde illud, quod minus habet de contrarietate, cõuenientius ponitur tertium principium præter cõtraria. Ignis.n. & terra, & aer, & aqua habẽt contrarietatẽ annexã, ſ. calidi & humidi, & frigidi & ſicci. Vnde non irrõnabiliter faciunt ſubiectum aliquod alterum ab his, in quo minus eſt de excellẽtia contrariorũ. Poſt hos autem melius dixerunt, qui poſuerunt aerem principiũ, quia in aere inueniuntur qualitates cõtrariæ minus ſenſibiles. Poſt hos qui poſuerunt aquam. Qui verò poſuerunt ignẽ peſsime dixerunt quãtum ad hoc, quia ignis habet qualitatem cõtrariam maxime ſenſibilem, & magis actiuam, quia in ipſo eſt excellentia calidi. Quamuis, ſi comparentur elementa ſecundum ſubtilitatem, melius videantur dixiſſe, qui poſuerunt ignem principium, vt alibi dicitur. Quod enim eſt ſubtilius videtur eſſe ſimplicius & prius. Vnde terram nullus poſuit principium propter ſui groſsitiem. Secundo ibi.

Verum enim omnes hoc vnum in figuras contrarias vertunt denſitate inquam raritate, & intenſione remiſſioneque, quæ quidem exceſſus omnino defectuſque ſunt, vt antea diximus. Hæc etiam opinio vetus quædam eſſe videtur. Vnum inquam, & exceſſum atque defectũ principia rerum eſſe. Attamen non eodem modo. Sed Priſci duo quidem agere, vnum autem pati dicebant. At Poſteriorum quidam econtra, vnum quidem agere, duo vero pati potius aſſerunt. Tria igitur elementa rerum eſſe putare ex his, & iſtiuſmodi alijs animaduerſis, videbitur aliquam rationem habere, ſicut ante diximus. ARGY. Vt præmonuimus, ſolam terrã intelligas, nã & eam Empe. inter elemẽta primũ principiũ poſuit.

Sed omnes vnum hoc contrarijs figurant, vt denſitate & raritate, & eo quod maius & minus: hæc autẽ omnino ſunt excellentia videlicet, & defectus, ſicut dictum eſt prius. Et videtur antiqua eſſe opinio, quod vnum & ſuper abundantia, & defectus principia rerum ſint, ſed non eodem modo, ſed Antiqui duo quidem facere, vnum autem pati. Poſteriorum autem quidam contrariũ. vnum quidem facere, duo vero pati magis dicunt. Tria quidem igitur dicere elementa eſſe, & ex his & ex huiuſmodi alijs intendentibus, videbitur vtique habere quandam rationem, ſicut diximus. Te.com.55. ANTI. Te.com.56.

Oſtendit quõ cum vno materiali principio poſuerunt principia contraria, & dicit ꝙ omnes ponentes vnum materiale principium dicebãt illud figurari vel formari contrarijs quibuſdam, vt raritate & denſitate, quæ reducuntur ad magnum & paruum, & excellentiã & defectum. Et ſic, hoc quod Plato poſuit, quod vnũ & magnum, & paruum ſint principia rerum, fuit etiam opinio antiquorum Naturalium, ſed differenter. Nam antiqui conſiderãtes, ꝙ vna materia variatur per diuerſas formas, poſuerunt duo ex parte formæ, quæ eſt principium agendi, & vnum ex parte materiæ, quę eſt principium patiendi. Sed Platonici conſiderantes, quõ in vna ſpecie diſtinguuntur multa indiuidua ſecũdum diuiſionẽ materię, poſuerunt vnum ex parte formæ, quæ eſt principium actiuũ, & duo ex parte materię quæ eſt principiũ paſsiuum. Et ſic concludit principale intentum, quod præmiſſa, & ſimilia conſiderantibus rationabile videbitur, qđ ſint tria naturæ principia. Et hoc dicit deſignãs ea probabilib. proceſsiſſe. Deinde cũ dicit.

ARGY. *Sed tribus ponere plura nullam. Ad patiendum enim ſufficiens eſt vnũ ipſum. Si vero quatuor contrarijs ſimplis, duę contrarietates ponantur, vtriſque ſeorſum, alia quadam natura media ſubijciatur oportet. Quod ſi ex ſe ſe viciſſim generare poſſint, ſuperuacanea nimirum altera contrarietas erit.*

ANTI. *Plura aũt tribus non amplius: ad patiendum quidem n. ſufficiens eſt vnum; Si autem quatuor exiſtentibus duę erunt contrarietates, oportebit ſeorſum vtriſque eſſe alteram quandam naturam. Si autem ex ſe inuicem poterunt generare, ocioſa vtique altera contrarietatum erit.*

Oſtendit quõ nõ ſunt plura principia tribus, duab. rationibus. Quarum prima talis eſt. Quod poteſt fieri per pauciora, ſuperfluũ eſt ſi fiat per plura, ſed tota generatio rerum poteſt compleri, ponendo vnum principiũ materiale, & duo formalia, quia ad patiendum ſufficit vnum materiale principium. Sed, ſi eſſent quatuor

principia contraria, & duæ primæ contrarietates, oporteret quod vtraque cōtrarietas hēret aliud & aliud subiectum, quia vnum subiectum vr esse primo vnius contrarietatis. Et sic, si duobus cōtrarijs positis, & vno subiecto, possunt res fieri abinuicem, superfluum vr, q̄ ponatur alia contrarietas. Non igitur ponēda sunt plura, quam tria principia. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY.

Et insuper fieri nequit, vt primæ contrarietates sint plures, substantia namque vnum quoddam est genus eius quod est, vt patet. Quare non genere, sed antecedendo sequendove duntaxat inter sese principia differrent. Semper enim vna est contrarietas in genere vno: atque omnes contrarietates ad vnam reduci videntur. Patet igitur, neque vnum elementum, neque plura duobus vel tribus esse, horum autem vtrum sit asserendum, magnam dubitationem nimirum habet.

ANTI.

Simul autem & impossibile est plures esse contrarietates primas. Substantia enim vnum quoddam genus est entis. Quare in eo quod prius, & posterius sunt, differunt ab inuicem principia tantum, sed non genere. Semper. n. in vno genere contrarietas est vna. omnes. n. contrarietates reduci videntur in vnam. Quod quidem igitur neque vnum sit elementum, neque plura duobus, vel tribus manifestum est. horum autem, vtrum sit verum, queadmodum diximus dubitationem habet multam.

Semper. n. in vno genere est vna contrarietas idē supra.
Te. cō. 50. & 10. Meta.
Te. com. 15.
Te. com. 57.

Quæ talis est. Si plura sunt principia quàm tria oportet esse plures primas cōtrarietates, sed hoc est impossibile, quia prima contrarietas vr esse primi generis qđ est vnum, s. substantia, vnde omnia contraria quæ sunt in genere substantiæ non differunt genere, sed se hēnt, sicut prius, & posterius, quia in vno genere est tantum vna contrarietas, s. prima, eo q̄ omnes aliæ contrarietates videntur reduci ad vnam primam. Sunt aūt aliquæ primæ differentiæ contrariæ, quibus diuiditur genus, ergo videtur, quòd non sint plura principia, quam tria. Considerandum est autem, quod vtrūque probabiliter dictum est, s. & q̄ in substantijs nō sit cōtrarietas, & q̄ in substātijs sit vna contrarietas prima. Si. n. accipiatur ipsum, quod est substantia, nihil est ei contrarium, si vero accipiantur formales differentiæ in genere substantiæ, contrarietas in eis inuenitur. Vltimo aūt quasi epilogando concludit, quod neque sit vnū tantum principium, neq; plura duobus vel tribus. Sed vtrum horum sit verum, habet multam dubitationem, sicut ex præmissis patet, scilicet vtrum sint duo tantum, vel tria.

Notabile.
Quomodo in substātijs rōne differētiarum contrarietas sit.

LECTIO XII.

In omni generatione, tam naturali, quam artificiali tria reperiuntur, subiectum, terminus, & oppositum, quæ principiorum rationem habent.

ARGI.
Secundū naturā nostrā (ait Simpl.) ex cōionbus esse incipiendum, quia prius confusa, quam distincta cognoscimus.

Hoc igitur modo nos dicimus primo de omni generatione simpliciter pertractantes. Est enim naturæ accommodatum primum communia dicere, deinde ea, quæ circa vnumquodque sunt propria contemplari.

ANTI.

SIC igitur nos dicamus primū de omni generatione aggredientes. est. n. secundum naturam communia prius dicere, & sic circa vnumquodque propria speculari.

Secūda parte 71. tex.
Te. com. 65.

Postquā Philosophus processit ad inuestigandū numerum principiorum disputatiuè, hic incipit determinare veritatē. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat veritatē. in secūda ex veritate determinata excludit dubitationes & errores Antiquorum ibi. (Quod autem singulariter.) Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quod in quolibet fieri naturali tria inueniuntur. In secunda ex hoc ostendit tria esse principia ibi. (Manifestum est igitur quod siquidē sunt causę.) Circa primum duo facit. Primo dicit, de quo est intētio. Secundo prosequitur intentū ibi. (Dicimus. n. fieri.) Quia ergo supra dixerat, quod multam habet dubitationem, vtrum sint tantum duo naturæ principia, vel tria, cōcludit quod de hoc primo dicendum est, considerantes de generatione, vel factione in cōi ad omnes species mutationis. in qualibet. n. mutatione inuenitur quoddam fieri, sicut qđ alteratur de albo in nigrum, de albo fit non album, & de non nigro fit nigrum, & similiter est in alijs mutationibus. Et rationem ordinis assignat, quia necesse est primo dicere communia, & postea speculari ea, quæ propria sunt circa vnumquodque, sicut in principio libri dictum est. Secundo ibi.

ARGY.

Nam quippiam e quopiam, ac aliud ex alio fieri dicimus, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autē hoc pacto: fit enim homo musicus & non musicus, musicus aut non musicus homo, musicus homo. Simplex itaque dico ipsum fiens hominem inquam & non musicum, & id etiam quod fit. i. musicum. Compositum vero & id quod fit, & ipsum fiens, etiam cum non musicum hominem, musicum hominem fieri dicimus.

Te. com 58.
ANTI.

Dicimus. n. fieri ex eo aliud, & ex altero alterum, aut simplicicia dicētes, aut composita. Dico autem fit: hoc est. n. hoc, fieri hominem musicū, est autem non musicum aliquod. fieri musicum hominem: aut non musicum hoīem musicum. Simpliciter quidem igitur dico, quod fit homo et non musicum, & quod simpliciter fit musicū, compositū autem, & quod fit, & quod factum est, cū non musicum hominē dicamus fieri, aut musicū, aut musicū hominem.

Te. com 60.
Secūda parte 58.

Prosequitur propositum. Et circa hoc duo facit. Primo. n. pręmittit quædam, quæ necessaria sunt ad propositum ostendendū. Secundo ostendit propositum ibi. (De terminatis aūt his) Circa primū duo facit. Primo præmittit quandam diuisionē. Secundo ostendit differentiam inter partes diuisionis ibi. (Horum aūt.) Dicit ergo primo quod, cū in quolibet fieri aliud dicatur fieri ex alio. quantum ad fieri scđm esse substantiale, vel alterum ex altero, quantum ad fieri secundum esse accidentale, pp hoc, q̄ omnis mutatio habet duos terminos, dupliciter contingit hoc dicere, eo quod termini alicuius factionis, vel mutationis possunt accipi, vt simplices, vel cōpositi. Et hoc sic exponitur. aliquando. n. dicimus homo fit musicus, & tunc duo termini factionis sunt simplices, & similiter quādo dicimus, q̄ non musicum fit musicum, sed quando dicimus non musicus homo fit musicus homo, tunc vterq; terminorum est compositus. Quia, cum fieri attribuitur homini, vel non musico, vterque est simplex, & sic id qđ fit. i. cui attribuitur fieri, significatur fieri vt simplex. Id vero, in quod terminatur fieri, quod significatur fieri vt simplex, est musicum, vt cum dico, homo fit musicus, vel non musicus fit musicus, sed tunc vtrunque significatur fieri vt compositum. s. (Et quod fit). i. id cui attribuitur fieri (& quod factum est). i. id, ad quod terminatur fieri: cum dicimus, non musicus homo, fit musicus, tunc enim est compositio ex parte subiecti tantum, & simplicitas ex parte prædicati. Sed cum dico, non musicus homo fit musicus homo, tunc est compositio ex parte vtriusque. Secundo ibi.

ARGY.

Horum autem alterum non solum hoc aliquid, sed etiā ex hoc fieri dicitur, ceu e non musico musicus, alterum nō hoc in omnibus dicitur modo; non enim ex homine musicus, sed homo fit musicus dicitur.

ANTI.

Horum autem quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, vt ex eo non musico, musicus. Hoc autem nō dicitur in omnibus, vt ex homine factus sit musicus, sed homo factus sit musicus.

Ostendit duas differentias inter prædicta, quarū prima est, quod in quibusdam pręmissorum vtimur duplici modo loquēdi. s. quod hoc fit hoc, & ex hoc fit hoc, dicimus. n. quod non musicus fit musicus, & ex nō musico fit musicus. Sed non in omnibus sic dicitur. nō. n. dicitur, ex homine fit musicum, sed homo fit musicus.

Secundam differentiam ponit ibi.

ARGY. *At verò eorum, quæ vt simplicia fieri dicimus alterum permanens fit, alterum non permanens: nam homo quidem permanet, cum fit musicus homo, non musicum autem & immusicum, neque simplex, neque compositum permanet.*

T.c.59. ANTI. *Eorum autem quæ fiunt, sicut simplicia dicimus fieri, aliquid quidem permanens fit, aliud verò non permanēs, homo quidem permanet musicus factus, & homo est, sed non musicum & immusicum, neque simplex, neque compositum permanet.*

Et dicit quod, cum duobus simplicibus attribuitur fieri. s. subiecto & opposito, alterum istorū est permanens, & alterum non permanens. quia, cum aliquis iam factus est musicus permanet homo, sed non permanet oppositum, siue sit negatiue oppositum, vt non musicum siue priuatiue, aut contrarie, vt immusicū. Neque et compositū ex subiecto & opposito permanet, nō. n. permanet homo non musicus, postquam homo factus est musicus. Et tamen istis tribus attribuebatur fieri. dicebatur enim quod homo fit musicus, & non musicus, fit musicus, & homo non musicus fit musicus, quorum trium solum primum manet completa factione, alia vero duo non manent. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quæ cum ita sint, hoc est ex omnibus quæ fiunt accipiendum si quis inspexerit vti diximus, aliquid semper subiici oportere. ipsum inquam fiens. quod etsi numero vnum est, non tamen est specie vnum, atque pro eodem accipio specie ratione differre, non est enim eadem hominis et immusici ratio.*

T.c.60. ANTI. *Determinatis igitur his, ex omnibus quæ fiunt hoc est accipere, si aliquis intēderit. sicut diximus, quoniā oportet aliquid semper subiici, quod fit. & hoc, si numero est vnum, sed specie non vnum est. specie. n. duo & ratione idem, non enim idem est homini, & immusico esse.*

Ex suppositione præmissorum ostēdit propositum s. quod in qualibet factione naturali inueniūtur tria. Et circa hoc tria facit. Primo enumerat duo, quę inueniuntur in qualibet factione naturali. Secūdo probat quod supposuerat. ibi. (Et hoc quidem permanet.) Tertio cōcludit propositum. ibi. (Quare ostēsum est) Dicit ergo primo quod suppositis præmissis, si quis voluerit considerare in omnibus, quæ fiunt secundum naturam, hoc accipiet, qđ semper oportet subijci aliquid, cui attribuitur fieri. Et illud, licet sit vnum numero, vel subiecto, tamen specie, vel ratione non est idem. cum enim attribuitur homini q fiat musicus. homo quidem est vnū subiecto, sed duo ratione. non. n. est idem homo scđm rationem, & non musicus. Tertium autem non ponit, scilicet, quod in generatione necesse est aliquid generari, quoniam illud, manifestum est. Secundo ibi.

(Hic immediate infra. T.c.64.)

ARGY. *Atque alterum permanet: id. n. quod non opponitur permanet: homo namque permanet, non musicum autem & immusicum non permanet: neque id, quod ex vtrisque componitur, velut immusicus homo.*

ANTI. *Et hoc quidem permanet, illud verò non permanet. Non oppositum quidē permanet. homo. n. permanet, musicum autem & immusicum non permanet. neque ex ambobus compositum, vt non musicus homo.*

Probat duo, quæ supposuerat. Primo quod subiectū cui attribuitur fieri sit duo ratione. Secūdo quod oporteat in quolibet fieri supponi subiectum. ibi. (Multipliciter autem.) Primum ostendit dupliciter. Primo quidē per hoc quod in subiecto, cui attribuitur fieri est aliqd quod permanet, & aliquid, quod non permanet, quia id quod non est oppositum termino factionis, permanet, homo enim permanet, quādo fit musicus, sed nō musicum non permanet, neque compositum, vt homo non musicus. Et ex hoc apparet, quod homo, & non musicus non sunt idem ratione, cum vnum permaneat, & aliud non. Secundo ibi.

(Te. com. 61.)

ARGY. *At verò quippiam è quopiam, & non hoc fieri in hisce magis dicitur, quæ non permanent, ceu ex immusico fieri musicum dicitur, ex homine vero non dicitur. Verū & in hisce, quæ permanent, interdum eodem dicitur modo, exstare namque statuam, non æs statuam fieri dicimus: in eo tamen quod opponitur, & non permanet vtroque dicitur modo, & ex hoc fieri hoc, vt ex musico, musicus, & hoc fieri hoc, velut immusicus musicus. Idcirco & in composito simpliciter dicitur. ex immusico namque homine, atque immusicus homo, musicus homo fieri dicitur.*

T.c.61. ANTI. *Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri aliquid, magis quidem dicitur in non permanentibus, vt ex immusico musicum fieri, ex homine autem non. At vero & in permanentibus aliquando dicitur similiter. ex ære enim statuam dicimus fieri, non æs statuam. Hoc autem ex opposito, & non permanenti vtrolibet dicitur, ex hoc, hoc, & hoc, hoc, & namque ex musico musicus, & immusicus fit musicus. Vnde et in cōposito similiter est. & enim ex immusico homine, & immusicus homo dicitur fieri musicus.*

Ostendit idem alio modo, quia in non permanentibus magis dicitur ex hoc fit hoc, quam hoc fit hoc, licet tamen & hoc posit dici, sed non ita proprie. dicimus enim quod ex non musico fit musicus. Dicimus etiam quod non musicus fit musicus, sed hoc per accidens, in quantum, s. id cui accidit esse non musicum, fit musicus. Sed in permanentibus non sic dicitur. non. n. dicimus, quod ex homine fit musicus, sed quod homo fit musicus. Quandoque tamen in permanentibus dicimus, ex hoc fit hoc, sicut dicimus quod ex ære fit statua. sed hoc cōtingit, quia nomine ęris intelligimus infiguratū: & ita dicitur hoc ratione priuationis intellectæ. Et licet ex hoc fieri hoc dicamus in permanentibus, magis tamen vtrunque contingit in non permanētibus dici, & hoc fit hoc, & ex hoc fit hoc, siue nō permanens accipiatur oppositum, siue compositum ex opposito & subiecto. Ex hoc ergo ipso, quod diuerso modo vtimur loquēdi circa subiectum & oppositum manifestum est, quod subiectum & oppositū, vt homo & non musicus, & si sint idem subiecto, sunt duo tamen ratione. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum autem fieri multis modis dicatur, & quædam nō absolute fieri. sed hoc aliquid fieri: quędam simpliciter fit vt dicantur. quod quidem solis substantiis competit. In cęteris quidem patet aliquid ipsum inquam fiens necessario subiici, nam & quantum, & quale, & ad aliquid, & quando, & vbi fit aliqua re subiecta. Propterea quod substantia sola de nullo subiecto dicitur alio, cętera autē vniuersa de substantia ipsa dicuntur. At substantiam etiam et quęcunque alia simpliciter sunt, ex subiecto fieri aliquo patefiet sanè diligenter cōsideranti. semper. n. est aliquid, quod subiicitur, ex quo generatur id quod fit, plantę namque & animalia ex semine fiunt.*

ANTI. *Multipliciter aūt cū dicatur fieri, & horum quidem non simpliciter fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter autē fieri substantiarum solum est, secundum quod aliorum, manifestum, quod necesse est subiici aliquid, quod fit. Etenim quantum, & quale, & ad alterū, & quando, et vbi fiunt in subiecto aliquo propter id quod sola substantia de nullo alio dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia. Quod aūt & substantię, & quęcunque alia simpliciter entia, ex quodam subiecto fiant consideranti fiet vtique manifestum, semper. n. est aliquid, quod subiicitur ex quo fit quod fit, vt plantę, & animalia ex semine.*

Ostendit alterū, quod supposuerat, s. q in omni factione naturali oporteat esse subiectum, & hoc quidē per rationem probare pertinet ad Metaphysicum, vnde

de probatur in 7. Metaphy. sed hic probat tm̃ per inductionẽ. & primo ex parte eorum, quæ fiunt. secundo ex parte modorum fiendi ibi. (Fiunt autem quę fiunt.) Dicit ergo primo, ꝙ cum fieri dicatur multipliciter, fieri simpliciter est solum fieri substantiarũ, sed alia dicuntur fieri secundum quid. Et hoc ideo quia fieri importat initium essendi. ad hoc ergo ꝙ aliquid fiat simpliciter, requiritur ꝙ prius non fuerit simpliciter, quod accidit in ijs, quæ substantialiter fiunt. quod.n. fit hõ non solum prius nõ fuit homo, sed simpliciter verum est dicere ipsum non fuisse. cum autem homo fit albus, non est verum dicere, ꝙ prius non fuit, sed ꝙ prius non fuerit talis. In iis igitur, quæ fiunt secundum quid, manifestum est ꝙ indigẽt subiecto. nam quãtitas, & qualitas, & alia accidentia, quorum est fieri secundum quid, non possunt esse sine subiecto. Solius.n. substantiæ est nõ in esse subiecto. Sed etiam in substãtiis, si quis consideret, manifestum fit ꝙ fiunt ex subiecto: videmus.n. ꝙ plantæ, & animalia fiunt ex semine. Secundo ibi.

T.c.22.

Secũda pars huius te.

ARGY.

Eorum autem quæ fiunt simpliciter, quędam transfiguratione fiunt, vt statua: quædam additione, vt ea, quæ incrementa suscipiunt, quædam ablatione, vt è lapide Mercurius; quædam compositione, vt domus, quædam alteratione, vt ea quę vertuntur materia. Atque patet ex subiectis omnia fieri, quæ hoc pacto fiunt.

T.c.63.
ANTI.

Fiunt aũt quæ fiunt simpliciter, alia quidem transfiguratione, vt statua, alia appositione, vt quæ augmentantur: alia vero abstractione, vt ex lapide Mercurius: compositione autem, vt domus, alteratione verò, vt quę conuertuntur secundum materiam. Omnia autem, quæ sic fiunt manifestum est quoniam ex subiectis fiunt.

Ostendit idem inducendo per modos fiendi, & dicit ꝙ eorum quæ fiunt, quædam fiunt transfiguratione, sicut statua fit ex ære, quędã fiunt ex appositione, vt patet in omnibus augmentatis, sicut fluuius fit ex multis riuis, alia vero fiunt abstractione, sicut ex lapide fit per sculpturam imago Mercurii. Quædam verò fiunt compositione, sicut domus, quędam vero fiunt alteratione, sicut ea, quorum materia alteratur, siue fiant secũdum naturam, siue secundum artem. & in omnibus his apparet ꝙ fiũt ex aliquo subiecto. Vnde manifestum fit, ꝙ omne quod fit, fit ex subiecto. Sed aduertendum est ꝙ artificialia cõnumerauit inter ea, quæ fiunt simpliciter (quamuis formæ artificiales sint accidentia) quia artificialia quodam modo sunt in genere substantiæ per suã materiam, vel propter opinionem Antiquorũ qui simpliciter æstimabant naturalia vt artificialia, vt in Secundo dicetur. Deinde cum dicit.

Signũ scim.

T.c.12.
ARGY.

Quare patet ex dictis, omne quod fit semper compositum esse. Atque est quidem aliquid quod fit, est autẽ aliquid quod istud fit, & hoc est duplex. Est enim aut subiectum, aut oppositum. atque opponi quidem immusicum, subiici autem hominem dico. Et vacuitatem quidem figuræ & informitatem, uel inordinationem oppositum, æs autem lapidem, aurumque subiectum.

T.c.64.
ANTI.

Quare ostensum ex dictis est, quoniã quod fit semper compositum est. Et est quidem aliquid quod fit, est autem aliquid, quod hoc fit. & hoc dupliciter. Aut enim subiectum aut oppositum. dico autem opponi quidem non musicum. subiici autem hominem; & infigurationem, & inordinationem & informationem oppositum, æs autem et lapidem & aurum dico subiectum.

Concludit propositum, & dicit ostensum esse ex dictis quod id cui attribuitur fieri, semper est cõpositũ. Et cum in qualibet factione sit id, ad quod terminatur fieri, & id, cui attribuitur fieri, quod est duplex, s. subiectum & oppositũ, manifestũ est, quod in qualibet fieri sũt tria, scilicet subiectũ, & terminus factionis, & oppositum eius. Sicut, cum homo fit musicus, oppositum est non musicum, & subiectum est homo, & musicus est terminus factionis. Et similiter infiguratio & informitas & inordinatio sunt opposita, sed æs & aurum & lapides sunt subiecta in artificialibus.

Lect. ii.

LECTIO XIII.

Materiam ac formam principia per se tam in esse, quam in fieri rerum naturalium esse, Priuationem verò per accidens principium esse inducitur.

ARGY.

Si igitur eorum, quę natura constant causæ, atq. principia sunt, ex quibus primis constant, ac facta sunt, non per accidens, sed vnumquodque id, quod per substantiam dicitur, patet omne fieri, ex subiecto ac forma, musicus enim homo ex homine quodammodo, musico ve componitur. rationes enim in illorum rationes dissolues. Vniuersa igitur quę fiunt ex hisce porrò fieri patet.

Te.com.65.
ANTI.

MAnifestum igitur, quòd si quidẽ sunt causæ et principia eorum, quæ natura sunt, ex quibus primis sunt & fiunt, non secundum accidens: sed vnumquodque quidem dicitur secundum substantiam quod fit ex subiecto & forma. componitur enim musicus homo ex homine & musico quodammodo, resoluens enim rationem in rationes eorum. Manifestum igitur est quòd fiant, quę fiunt, ex his.

Compositũ resoluitur in sua componentia.

T.c.69.

Postquam Philosophus ostendit, ꝙ in quolibet fieri naturali tria inueniuntur, hic ex præmissis intendit ostẽdere quot sunt principia naturæ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositũ. Secundo recapitulando ostẽdit quę dicta sint, & quæ restant dicẽda. ibi (Primũ quidem igitur dictum.) Circa primũ duo facit. Primo ostendit tria naturæ principia. Secũdo notificat ea ibi (Subiecta autem naturæ.) Circa primum tria facit. Primo ostendit veritatem de principiis naturæ. Secundo ex veritate ostensa soluit præmissas de principiis dubitationes ibi. (Vnde est quod sicut duo.) Tertio, quia ab antiquis dictum est quod principia sunt contraria, ostendit vtrum semper requirantur contraria, vel non. ibi (Quod quidem igitur.) Circa primũ duo facit. Primo ostendit duo esse principia naturæ per se. Secũdo ostẽdit tertium esse principium naturæ per accidens, ibi. (Est autem subiectum.) Circa primum vtitur tali ratione. Illa dicuntur esse principia & causæ rerũ naturaliũ ex quibus fiunt per se, & non secundum accidens, sed omne quod fit, est & fit ex subiecto & forma, ergo subiectum & forma sunt per se causæ & principia omnis eius quod fit secundũ naturam. Quòd aũt id, quod fit secundum naturã, fit ex subiecto & forma, probat hoc modo. Ea, in quæ resoluitur definitio alicuius rei sunt cõponentia rem illam, quia vnumquodque resoluitur in ea, ex quibus componitur. sed ratio eius, quod fit secundum naturam, resoluitur in subiectum & formam, nam ratio hominis musici resoluitur in rationem hominis, & in rationem musici. si quis enim velit definire hominẽ musicum, oportet quod assignet definitionem hominis & musici. ergo id quod fit secundum naturã est & fit ex subiecto & forma. Et notandum est quod hic intendit inquirere principia non solum fiendi, sed etiam essendi vnde signanter dicit. (Ex quibus primis sunt & fiunt.) Et dicit. (Ex quib. primis,) i. per se & nõ secundum accidens. Per se ergo principia omnia, quæ fiunt secundum naturam, sunt subiectum & forma.

Secunda partetext. 78.

Te. com. 69.

Te. com. 67.

Te. com. 68.

Secundo ibi.

ARGY.

Atqui subiectum ipsum, numero quidem est vnũ, ratione autem duo. Homo nanque et aurũ, ac omnino materia numerabile est, est.n. hoc aliquid magis, atq. id quod fit: nõ per accidens est, & ipso gignitur, at priuatio ipsum nequam oppositum accidens, forma aũt est vnum, vt ordo, vel musica, vel eorum aliquid; quę simili modo dicuntur.

Priuatio est Principium per accidés.

Est autem subiectum numero quidem vnũ, specie vero duo. homo quidem enim & aurum, & omnino materia numerabilis est. Hoc.n. aliquid magis, non secundum accidens ex ipso fit, quod fit. Priuatio autem & contrarietas accidens. Vnum autem species, vt ordinatio, aut musica aut aliorum aliquid sic prædicantium.

Addit tertium principium per accidens, & dicit ꝙ licet subiectum sit vnum numero, tamen specie & ratione duo (vt supra dictũ est,) quia homo & aurum, & omnis materia numerum quendam habet: est enim ibi cõsiderare ipsum subiectum, quod est aliquid positiue, ex quo fit aliquid per se, & non per accidens, vt hoc quod est homo & aurum, & est ibi considerare id, quod accidit ei, i. contrarietatem & priuationem, vt immusicum & infiguratum. Tertium autẽ est, species vel forma, sicut ordinatio est forma domus, vel musica hominis musici, vel aliquod aliorum, quæ hoc modo ponuntur. Sic igitur forma & subiectum sunt principia per se eius ꝙ fit secundum naturam, sed priuatio vel contrarium est principium per accidens, inquantum accidit subiecto, sicut dicimus qđ ædificator est causa actiua domus per se, sed musicum est causa actiua domus per accidens, in quantum accidit ædificatori esse musicum. Et sic homo est causa per se, vt subiectum hominis musici, sed non musicum est causa & principium eius per accidens. Põt aliquis obijcere, quod priuatio non accidit subiecto, qñ est sub forma, & sic priuatio non est principium essendi per accidens. Et ideo dicendum, quod materia nunquam est sine priuatione alterius formę, & ideo dũ est in fieri aliquid quod fit, vt homo musicus, in subiecto, quando nondum habet formam, est priuatio ipsius musicæ, & ideo principium per accidens hominis musici in fieri est non musicum hoc.n. accidit homini dum fit musicus. Sed quando iam aduenit ei hæc forma, adiungitur ei priuatio alterius formæ, & sic priuatio formæ oppositæ est principium per accidens in essendo. Patet ergo secundum intentionem Arist. quod priuatio, quod ponitur principium naturæ per accidens, non est aliqua aptitudo ad formam, vel inchoatio formæ, vel aliquod principium imperfectum actiuum (vt quidam dicunt) sed ipsa carentia formæ, vel contrarium formę, quod subiecto accidit. Deinde cum dicit.

Obiectionis exclusio. quo nã modo priuatio cum subiecto non accidit, fit principium per accidens.

ARGY.

Quapropter ipsa principia, tum duo, tum tria dicenda sunt, & tum contraria. Veluti si quispiam dicat musicum & immusicum, aut calidum & frigidum, aut constructum & inconstructum, Tum non contraria, fieri.n. non potest vt mutuo contraria patiantur. Soluitur autem & hoc, quia aliud est ipsum subiectum. hoc.n. non est, vt patet, contrarium. Quare principia neque plura contrarijs quodammodo sunt. sed duo (vt ita dicam) numero. Neq. rursus penitus duo, quia ipsorum ratio est diuersa, sed tria: diuersa enim est hominis ratio, & immusici, & vacantis figura, & æris.

T.c.67. ANT.

Vnde est, quod sicut duo dicenda sunt esse principia, est autem sicut tria. Et est quidem sicut contraria, vt si aliquis dicat musicum, & immusicum, aut calidum & frigidum aut consonans & inconsonans. est autem sicut nõ, ab alterutris enim pati contraria impossibile est: soluitur autem propterea, quod aliud est subiectum, hoc enim non est contrarium. Quare neque plura contrariorum sunt principia quodammodo, sed duo, vt est dicere numero. Neque iterum penitus duo propter id, quod alterius est esse ipsis, sed tria, alterum enim est esse homini, & non musico esse, & infigurato & æri.

Soluit secundum determinatam veritatem dubitationes omnes præcedentes, & concludit ex prædictis, ꝙ quodammodo dicendũ est esse duo principia, s. per se, & quodammodo tria, si coassumatur principiũ per accidens cum principijs per se. Et quodammodo sunt principia contraria, vt si aliquis accipiat musicũ & non musicum, & calidum & frigidum, & consonans & inconsonans. Et quodammodo principia non sunt cõtraria, si accipiantur sine subiecto, quia sic contraria non possunt pati ab inuicem nisi hoc soluatur per hoc, quia contrarijs supponitur aliquod subiectum, ratione cuius ab inuicem patiuntur. Et sic concludit, qđ principia nõ sunt plura contrariorum, idest, cõtrarijs, hoc est quàm contraria, sed sunt duo tantum per se. Sed nec totaliter duo, quia vnum eorum secundum esse est alterum, subiectum enim secundum rationem est duo, sicut dictũ est, & sic sunt tria principia, quia homo & non musicus & æs & infiguratum differunt secũdum rationem. Sic igitur patet, quod priores sermones disputati ad vtranque partem, fuerunt secundum aliquid veri, sed non totaliter. Deinde cum dicit.

ARGY.

Quot igitur principia sunt naturalium rerum, quibus generatio competit. & quonam modo sunt tot, satis iam explicauimus. Atque patet aliquid ipsis contrarijs subijci oportere, & contraria duo esse, modo autem quodam alio non necessarium esse, Erit enim sufficiens contrariorum alterum ad faciendum absentia præsentiaque sui mutationem.

T.c.68. ANT.

Quot quidem igitur principia circa generationem Physicorum, & quomodo tot sint dictum est. & ostẽsum est, quoniam oportet subiici aliud contrarijs, & cõtraria duo esse, sed quodam non alio modo necessarium. Sufficiens.n. erit alterum contrariorum facere absentia & præsentia mutationem.

Ostendit quomodo sunt duo cõtraria necessaria & quõ non: dicit manifestum ex dictis, quot sunt principia circa generationem naturalium, & quomodo sint tot. ostensum est enim quod oportet duo esse contraria, quorum vnum est principium per se, & alterũ per accidens; & quod aliquid subiiciatur cõtrarijs, qđ est per se principium per se, sed aliquo modo alterum contrariorum non est necessarium ad generationem, sufficit enim alterum contrariorum quandoque facere mutationem absentia sua & præsentia, Ad cuius euidentiam sciendũ est, quod sic, vt in Quinto huius dicetur, tres sunt species mutationis, scilicet generatio, & corruptio & motus. Quorum hæc est differentia, quia motus est de vno affirmato in aliud affirmatum, sicut de albo in nigrum, Generatio autem est de negato in affirmatũ, sicut de non albo in album, vel de non homine in hominem. Corruptio autem est de affirmato in negatũ, sicut de albo in non albũ, vel de homine in non hominem. Sic igitur patet, quod in motu requiruntur duo contraria & vnum subiectum. Sed in generatione & corruptione requiritur potentia vnius contrarii, & absentia eius quæ est priuatio. Generatio autem & corruptio saluantur in motu. nam, quod mouetur de albo in nigrum, corrumpitur album & fit nigrum. Sic igitur in omni mutatione naturali requiritur subiectum, & forma, & priuatio. Non autẽ ratio motus saluatur in omni generatione & corrup. substantiarum. Vnde subiectum & forma & priuatio saluantur in omni mutatione, non autem subiectum, & duo contraria. Hæc etiam oppositio inuenitur in substantia, quæ est primũ genus non autẽ oppositio contrarietatis. nam formæ substantiales non sunt contrariæ, licet differentiæ in genere substantiæ contrariæ sint secundum quod vna accipitur cum priuatione alterius, sicut patet de animato & inanimato. Deinde cum dicit.

Quonã modo vnũ vel duo sufficiãt in quacũq. generatione contraria.

ARGY.

Natura autem ea, quæ subijcitur, similitudine rationis sub scientia cadit. Nam vt ad statuã æs, aut ad lectum lignum, aut ad aliquid aliud eorum, quæ formam habent

materia

materia ās atq. informe sese habet antequam suscipiat formam, sic ad substantiam & hoc aliquid atque, quod est hac sese habere videntur, vnū igitur hoc principium est. Non tamen est vnū neque ens perinde atque hoc aliquid. Vnum etiam principium est ratio, & insuper id quod est contrarium huic ipsa inquam priuatio. Hæc autem quonā pacto duo sunt, atque plura, paulo antea diximus.

T.c. 69. ANTI. *Subiecta autem natura scibilis est secūdum analogiā. Sicut n. ad statuam æs, aut ad lectulum lignum, aut ad aliorum aliquid habentium formam in materia, & informe se habet priusquam accipiat formā, sic ipsa se ad substantiam habet, & hoc aliquid, & quod est. Vnum quidē igitur principium est, non sicut vnum existens, neque sic vnum sicut hoc aliquid, vnum autem secundum quod rō. Amplius autem contrariorum huic priuatio est. Hæc autē quomodo duo, quomodo plura dictum est.*

T.c. 70. Manifestat pmissa principia, & dicit, q natura, quæ primo subiicitur mutationi, i. materia prima, nō potest sciri per seipsam, cum omne quod cognoscitur, cognoscatur per suam formam, materia autem prima considératur subiecta omni forma, sed scitur secundum analogiam, id est, secundum proportionem. Sic. n. cognoscimus quod lignum est aliquid per formam scamni & lecti, quia quandoq. est sub vna forma, quādoq. sub alia. Cum igitur videamus hoc quod est aer, qnq. fieri aquā, oportet dicere quod aliquid existens sub forma aeris, quandoq. fit sub forma, aquæ & sic illud, quod est aliquid præter formam aquæ & præter formam aeris, se habet ad ipsas substantias naturales, sicut se hēt æs ad statuā & lignū ad lectum, & quodlibet materiale & informe ad formam, & hoc dicimus esse materiā primā. Hoc est igitur vnum principium naturæ, quod non sic vnum est, sicut hoc aliquid, hoc est sicut aliquod indiuiduum demonstratum, ita q habeat formam & vnitatē in actu, sed dicitur ens & vnum inquantum est in potētia ad formam. Aliud principium autem est ratio vel forma. Tertium autem est priuatio, quæ contrariatur formæ. Et quomodo ista principia sint duo, & quomodo tria, dictum est prius. Deinde cum dicit.

ARGI. *Primum igitur dictum est contraria solum principia esse. Deinde necessarium est quoddam etiam aliud subiici, atq. esse. Ex hisce vero, quæ nunc diximus, patet, quænā sit differentia contrariorum, & quomodo principia se habent, & quid est ipsum subiectum. Sed vtrum forma substantia sit, an subiectum, nondum emersit. Patet tamen & tria principia reperiri esse, & quonam pacto, atq. quis ipsorum sit modus. Quæ igitur & quæ sunt principia rerū ex dictis, quæ diximus sit perspectum.*

ANTI. Quæ huc vsque dicta sunt & quæ dicenda supersunt. *Primum quidem igitur dictum est quod principia contraria sitis. Posterius autem, quod necesse est & aliud quoddam subiici & esse tria. Ex his autem nunc manifestum est, quæ differentia contrariorum, & quomodo se habēt adinuicem principia, & quid sit subiectum. Verum autem substantia species, aut subiectum, nondum manifestum est. Sed quod principia tria, & quomodo, & quis modus eorum dictum est. Quot quidem igitur & quæ sint principia ex his considerentur.*

T. com. 71. Resumit quæ dicta sunt, & ostendit quæ restant dicenda. Dicit ergo, quod prius dictum est, q contraria sunt principia, & postea, quod eis aliquid subiicitur, & sic faciunt tria principia. Et ex his, quæ nunc dicta sūt manifestum est, quæ differentia sit inter contraria, quia vnum est principium per se, & aliud per accidēs. Et iterum dictum est, quomodo principia se habeant ad inuicem, quia subiectum & cōtrarium sunt vnum numero & duo ratione. Et iterum dictū est, quid sit subiectū, secundū q manifestari potuit. Sed non dictum adhuc est, quid sit magis substātia, verum forma vel materia, T. cap. 12. hoc n. dicetur in principio Secundi. Sed dictum est, q principia sunt tria, & quomodo, & quis est modus ipsorum. Et vltimo concludit principale intentum, s. q manifestum est quot sint principia & quæ sint.

LECTIO 14.

Ex notitia eorum, quæ de materiæ quidditate probantur, Antiquorum dubitationes duplici solutione soluuntur.

Post hæc autem & dubitationem Veterum vnice hoc pacto solui dicamus. Primi namque Philosophi veritatem atq. naturā eorū quæ sunt quærentes, exorbitarunt, quasi ad aliam viam quandam a ruditate depulsi. Atque asserunt neque fieri quicquam eorum quæ sunt, neq. corrumpi, propterea quod necesse est quidem omne quod fit, aut ex ente, aut non ente fieri generariq. neutrum autē esse potest. Neque enim fit id quod est, iam enim est. Et ex nō ente nihil fieri potest. aliquid. n. subiiciatur oportet. Atq. hoc pacto id quod deinceps accidit augentes, neq. multa inquiunt esse, sed solum ipsum quod est. Illi igitur ob ea, quæ dicta sunt, hanc habuerunt opinionem. ARGY.

Quod autem singulariter sic soluitur & Antiquorū defectus, dicamus post hæc. Quærentes n. secundum Philosophiam, primi veritatem et naturā rerū, diuerterūt ve in viam quandam aliam abscendentes ob infirmitatē, & dicunt neq. fieri eorū quæ sunt nullum, neq. corrumpi, propter id quod necessarium est fieri quod fit, aut ex eo quod est, aut ex eo quod non est. Ex his autem vtriq. impossibile est esse, neq. enim quod est fieri contingit, est enim iam, neq. ex eo, quod non est, nihil vtiq. fieri, subiici enim aliquid oportet. Et sic consequenter contingens augmentantes, non esse multa dicunt, sed tantum quod est. Illi igitur talium accipiebant opinionem propter ea, quæ dicta sunt. T.cap. 72.

Postquam Philosophus determinauit veritatem de principiis naturæ, hic excludit Antiquorum dubitationes per ea, quæ determinata sunt de principiis. Et primo dubitationes, seu errores, qui prouenerunt ex ignorantia materiæ. Secundo dubitationes, seu errores, qui prouenerunt ex ignorantia priuationis, ibi (Tangentes igitur quidam.) Tertio reseruat alteri scientiæ dubitationes quæ accidunt circa formam, ibi. (De principio autem secundum speciem.) Circa primum duo facit, primo ponit dubitationem, & errorem, in quem Antiqui inciderunt ex ignorantia materiæ. Secundo soluit eorum dubitationem per ea quæ sunt determinata, ibi. (Nos autem dicimus.) Dicit ergo primo quod post determinatam veritatem de principiis, dicendum est, quod solū ista via, omnis defectus, id est dubitatio Antiquorum, soluitur. Et hoc est signum esse verum, quod de principiis dictum est. Nam veritas excludit omnem falsitatem & dubitationem, sed posito quocunque falso oportet aliquam difficultatem remanere. Dubitatio autē & error Antiquorum Philosophorum hic fuit. Primi, qui secundum Philosophiam inquisierunt veritatem & naturam rerum, diuerterunt in quandam aliam viam a veritate, & a via naturali, quod accidit eis propter infirmitatem intellectus eorū. Dixerūt enim, quod nihil neque generatur neque corrūpitur, quod est & contra veritatem & contra naturam. Et ad hoc ponendum eos infirmitas intellectus coegit, quia nescierunt hanc rationem soluere, per quam videbatur probari, quod ens non generatur. Quia si ens fit, aut fit ex ente, aut ex non ente, & vtrunque horum videbatur esse impossibile. s. quod ens fiat ex ente, & quod fiat ex non ente. Quod enim ex ente, aliquid fieri sit impossibile, ex hoc manifestum est, quia id, quod est, non fit, nihil enim est antequam fiat, & ens iam est, ergo non fit. Quod etiam ex non ente aliquid fieri sit impossibile, ex

T.ca. 79. Te. c. 83. T.ca. 73.

Sermo de monstrationis natura est soluere omnē quæstionem.

Lect. 14.

le, ex hoc manifestum est, quia oportet aliquid subiici ei quod fit, vt supra ostensum est, & ex nihilo nihil fit, & ex hoc concludebatur, ꝙ entis nõ erat generatione que corruptio. Et vlterius in hoc argumentantes augebant suam positionem, vt dicerent quod nõ essent multa entia, sed vnum ens tantum, & hoc dicebant propter rationem prædictam. cum enim ponerent vnũ esse materiale principium, & ex illo nihil dicerent causari secũdum generationem & corruptionem, sed solum secundum alterationem, sequebatur quod id remaneret sẽper vnum secundum substantiam. Secundo ibi.

Vide Auer. in hoc loco quia melior & clarior ẽ eius expositio.

ARGY.

Nos autem vno quidem modo nihil inter hæc dicimus interesse, ex ente inquam aut non ente fieri, & id quod non est aut quod est agere quippiam aut pati, aut quoduis hoc fieri, vt medicum agere quippiam aut pati, aut è medico aliquid esse aut oriri. Quare, cum id dicatur dupliciter, patet & ex ente fieri, aut id quod est agere, aut pati, duobus modis identidem dici, ædificat igitur medicus non vt medicus, sed vt ædificator, & albus fit, non hoc sane, quo medicus est, sed quo niger. Medetur autem & medicinam amittit, quo medicus est. Atque cum maxime ipsum medicum agere quippiam, aut pati dicamus vel è medico fieri, si illud agat vel patiatur vt medicus pa tet & hoc, è non ente inquam fieri, id significare vt non ens est, quod quidem, cum non distinxissent illi, longe a veritate semoti sunt, & ob ignorationem hanc adeo insuper ignorarunt, vt nihil fieri prorsus, neque cæterorũ quicquam esse arbitrarentur, sed omnem tollerent generationem. Nos autem & ipsi dicimus nihil quidem fieri simpliciter ex non ente, tamen ex non ente per accidens fieri. Ex priuatione enim, quæ est per se non ens; & quæ non inest fieri dicimus. Afficitur itaque id admiratione, ac impossibile esse videtur ex non ente fieri. Similiter autem neque ex eo quod est, neque id quod est fieri nisi per accidens, sic autem & ex hoc fieri dicimus eodem modo, cum si animal ex animali fieret, & aliquod animal ex quopiã animali, vt si canis ex equo fieret, etenim canis non solum ex animali, quodam, sed ex animali etiam fiet, sed non vt est animal, iam enim idipsum est. Si vero quippiam emersurum est animal non per accidens non erit ex animali. Et si quid ens orietur, non ex ente, neque è non ente fiet, dictum est enim quid significat è non ente fieri, eo namq. pacto quo est non ens, insuper neque hoc esse inquiam omne, aut non esse tollimus. Is igitur vnus est modus solutionis.

Te.com.73.
ANTI.

Nos autem dicimus quidem ex eo, quod est, aut ex eo, quod non est fieri, aut quod est, aut quod non est aliquid facere, aut pati, aut quodlibet fieri hoc vno quidem modo nihil differt, vt Medicum aliquid facere, aut pati, aut ex Medico aliquid esse, aut fieri. Quare quoniam hoc dupliciter dicitur, manifestum est quoniam & ex eo quod est, & ex eo quod non est, & quod est aut facere aut pati, ædificat quidem igitur Medicus non secundum quod Medicus, sed secundum quod ædificator, & albus fit non in quantum Medicus, sed inquantum niger. Medicator autem & non Medicus fit, in quantum est medicus. Quoniam autem maxime proprie dicimus medicum aliquid facere aut pati, aut fieri ex medico, si secundum quod medicus hoc patiatur, aut faciat, manifestum ex eo quod non est fieri, & hoc significat inquantum non est. Quod illi quidẽ non percipientes deliquerunt, & propter hanc ignorantiam in tantum ignorauerunt quod nihil opinati sunt fieri, neque esse aliorum, sed auferebant omnem generationem. Nos autem & ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter ex eo, quod non est, sed tamen fieri ex eo quod non est, vt secundum accidẽs, ex priuatione enim quod est quidem per se non ens, non inexistente fit. Mirabile autem videtur & impossibile sic fieri aliquid ex eo quod non est:

Te.com.73.

Te.com.75.

Ex non ente non fit aliquid per se, sed per accidens.

Te.com.76.

Similiter autem nec ex eo quod est, neq. quod est fieri, nisi secundum accidens, sic autem & ex hoc fieri eodem modo, vt si ex animali animal vtiq. fiat, & ex quodam animali quoddam animal, vt si canis ex equo fiat fiet quidẽ .n. vtique non solum ex quodam animali canis, sed etiam ex animali, sed non in quantum est animal, est .n. iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal non secũdum accidẽs, non ex animali erit. Et si aliquid quod est, non ex eo quod est, neque ex eo quod non est, quod enim est ex eo quod non est, dictum est nobis quid significat, quoniam in quantum non est. Amplius autem & esse omne, aut non esse nõ remouetur, vnus quidem igitur modus hic est.

Ex ente aliquid per se, ac per accidẽs fieri q̃ contingat.

Te.com.77.
Secunda parte.78. text.
Te.com.78.

Soluit prædictam obiectionem. Et circa hoc duo facit. Primo soluit dupliciter prædictam obiectionem. Secundo concludit principale propositum ibi. (Quare secundum ꝙ vere) Prima diuiditur in duas, secundũ duas solutiones, quas ponit. Secunda ibi. Alius autem quoniam. Dicit ergo primo quod quantum ad modum loquendi non differt dicere, quod aliquid fit ex ente, vel non ente, ꝙ ens aut nõ ens faciat aliquid aut patiatur, siue de quocunq. alio, & dicere huiusmodi propositiones, de medico, s. ꝙ medicus faciat aliquid aut patiatur, vel quod ex Medico fit aliquid, aut fiat, sed dicere, q̃d Medicus faciat aliquid, aut patiatur, vel quod ex Medico fiat aliquid, duplicem habet intellectum, ergo dicere, quod ex ente aut non ex ente fiat aliquid, aut quod ens aut non ens faciat aliquid aut patiatur, duplicem habet intellectum. Et sic est in quibuscunque aliis terminis ponatur, puta si dicatur, quod ex albo fiat aliquid, aut quod album faciat aliquid, aut patiatur. Quod autẽ duplicem habet intellectũ, cũ dicitur, ꝙ Medicus aliquid faciat aut patiatur, aut ꝙ ex Medico fit aliquid, sic manifestat, dicimus .n. ꝙ Medicus ædificat, sed hoc non facit in quantũ est Medicus, sed in quantũ ædificator est. Et similiter dicimus ꝙ Medicus fit albus, sed non inquantũ est Medicus, sed inquãtũ est niger. Alio mõ dicimus ꝙ Medicus medicatur inquantũ est Medicus. Et similiter ꝙ Medicus fit non Medicus inquantum est Medicus, sed tũc dicimus proprie & per se Medicũ aliquid facere vel pati. Vel ex Medico aliquid fieri, q̃n hoc attribuitur Medico inquãtũ Medicus. Per accidens aũt quando attribuitur ei, non inquantũ est Medicus, sed inquantũ est aliquid aliud. Sic igitur patet, ꝙ cũ dicitur Medicũ facere aliquid aut pati, vel ex Medico fieri aliquid, dupliciter intelligitur. s. per se & per accidẽs. Vnde manifestum est, quod cum dicitur aliquid fieri ex non ente proprie & per se, intelligitur hoc si fiat aliquid ex non ente, inquantum est non ens, & similis ratio est de ente. Et hanc distinctionem Antiqui non percipientes in tantũ peccauerunt, ꝙ nihil sunt opinati fieri, nec opinati sunt quod aliquod aliorũ præter id quod ponebant primum principium materiale, haberet esse substanciale. Puta dicentes aerem esse primũ materiale principium, dicebant omnia alia significare ꝙdam esse accidentale. Et sic excludebant omnem generationem substantialem, solam alterationem relinquentes, ex eo. s. ꝙ quia non fit aliquid ex non ente per se vel ente, opinabantur q̃d nihil possit fieri ex ente vel non ente. Sed nos & ipsi dicimus, q̃d ex non ente nihil fit simpliciter & per se, sed solũ secundum accidẽs, quia q̃d est. i. ens per se quidem, non ex priuatione, & hoc ideo quia priuatio non intrat essentiam rei factæ. Ex hoc aũt aliquid fit per se, quod inest rei postquam iam facta est, sicut figuratum fit ex infigurato non per se, sed per accidens, quia postquam iam est figuratum infiguratum non inest ei. Sed iste est mirabilis modus fiendi aliquid ex non ente, & qui videbatur impossibilis Antiquis Philosophis. Sic igitur patet quod ex non ente fit aliquid, non per se, sed per accidens. Similiter si

Intellectus cã per se ac per accidẽs.

quæratur vtrum ex ente fiat aliquid, dicendum est quod ex ente fit aliquid per accidens, sed non per se. Et hoc manifestat per tale exemplum, ponamus enim quod ex equo generetur aliquis canis, quo posito manifestum est, quod ex quodam animali fiat quoddam animal, & sic ex animali fiet animal, non tamē fiet animal ex animali per se, sed per accidens, non enim fit inquantum est animal, sed inquantum est hoc animal, quia animal iam est actu antequā fiat canis, quia est equus, sed non est hoc animal, quod est canis, vnde per se hoc animal, quod est canis, fit ex non hoc animali, idest, ex non cane. Sed si fieret animal per se & non per accidens, oporteret, & quod fieret ex non animali. Sic etiam est de ente, fit enim ens aliquod ex non ente hoc, sed accidit ei q̄ non est hoc, q̄ fit ens, vnde non fit aliquid per se ex ente, neque per se ex non ente, hoc enim per se significat aliquid fieri ex non ente, si fiat ex non ente in quātum est nō ens, vt dictum est. Et sicut cum hoc animal fit ex hoc animali, vel hoc corpus ex hoc corpore, non remouetur omne corpus, nec omne nō corpus, nec omne animal vel non animal ab eo ex quo aliquid fit, sic non remouetur ab eo ex quo fit hoc ens, neque omne esse, neque omne non esse, quia id quod fit hoc ens, qđ est ignis, habet aliquod esse, quia est aer, & aliquod nō esse, quia non est ignis. Iste igitur est vnus modus soluendi prædictam dubitationem. Sed iste modus soluēdi insufficiens est, si enim fit ens per accidens ex ente & ex non ente, oportet ponere aliquid ex quo fiat ens per se, quia omne quod est per accidens reducitur ad id quod est per se. Ad ostendendum igitur ex quo fit aliquid per se, subiungit secundum modum ibi.

ARGI. *Alius autem est per potentiam atque actum. dici autē hæc possunt potentia atq. actu, hoc autem in alijs in locis exactis magis determinauimus.*

ANTI. *Alius autem quoniam contingit eadem dicere secundū potētiam & actum, hoc autem determinatum est in alijs per certitudinem magis.*

Et dicit quod contingit aliqua dicere & secundum potentiam & secundum actum, vt certius determinatum est in alijs, scilicet in Nono Metaphysi. Ex ente igitur in potentia fit aliquid per se, ex ente autē in actu vel ex non ente fit aliquid per accidens. Hoc autem dicit, quia materia, quæ est ens in potentia est id, ex quo fit aliquid per se, hæc est enim, quæ intrat substantiam rei factæ. Sed ex priuatione vel forma præcedente fit aliquid per accidens, in quantum materiæ, ex qua fit aliquid per se, conueniebat esse sub tali forma, vel sub tali priuatione, sicut statua ex ære fit per se, sed ex non habente talem figuram, & ex habente aliam figuram fit statua per accidēs. Vltimo concludit principale propositum ibi.

ARGI. *Quare vt dicebamus dubitationes illæ soluuntur, ob quas quodam eorum, quæ dicta sunt, compulsi tollūt Antiqui, ob hoc enim tantum exorbitarunt ab ea via, qua ad generationem corruptionē atq. omnino mutationem accedetur. Hæc enim natura, si visa fuisset, omnem hanc ipsorum ignorationem vtiq. dissoluisset.*

ANTI. *Quare secundum quod vere dicimus, defectus soluuntur propter quos coacti remouent prædictorum quædam, propter hoc enim in tantum destiterunt priores a via in generationem & corruptionem & omnino mutationē, hæc enim vtique visa natura, omnem soluit hanc ipsorum ignorantiam.*

Ex ignorantia materiæ Antiquorū processit error.

Dicens q̄ sicut vere dicimus, defectus .i. dubitationes soluuntur propter prædicta. Ex quibus dubitationibus coacti Antiqui aliqui remouerunt quædam prædictorum. i. generationem & corruptionem & pluralitatem substantialiter differentium. Sed hæc natura manifestata. s. materiæ, soluit omnem illorum ignorantiam.

LECTIO 15.

Materiam à priuatione distingui, eamque ingenerabilem & incorruptibilem esse ostenditur.

Ipsam igitur & alij quidam, sed non sufficienter vtiq. tetigere, primum enim ex non ente simpliciter aliquid fieri atq. orīri fatentur, ea sane ratione, qua Parmenidem recte dicere arbitrantur. Deinde, si est vna numero, & vna solum potentia ipsis esse videtur. ARG Y.

T. c. 79. ANTI.

Tangentes quidem igitur & alteri quidam sunt ipsam, sed non sufficienter, primum quidem. n. confitētur simpliciter fieri aliquid ex eo, quod non est, inquantum Parmenidem recte est dicere. Postea uidetur ipsis, si vere est numero vna, & potentia tantum vnam esse.

Postquam Philosophus exclusit dubitationes & errores Antiquorum Philosophorū, prouenientes ex ignorantia materiæ, hic excludit errores prouenientes ex ignorantia priuationis. Et circa hoc tria facit. Primo proponit errantium errores. Secundo ostendit differētiam huius positionis ad veritatem supra ab ipso determinatam ibi. Sed hoc differt. Tertio probat suam opinionem veram esse ibi. Subiecta quidem natura. Dicit ergo primo quod quidam philosophi tetigerunt materiam, sed non sufficienter, quia non distinguebant inter priuationem & materiam, vnde quod est priuationis, attribuebant materiæ. Et quia priuatio secundum se est non ens, dicebant q̄ materia secundū se esset nō ens. Et sic sicut aliquid per se simpliciter fit ex materia, sic confitebantur quod simpliciter & per se aliquid fit ex non ente, q̄ ad hoc ponendum duabus rationib. inducebantur. Primo quidem ratione Parmenidis dicentis, quod quicquid est præter ens, est non ens, vnde, cū materia sit præter ens, quia non est ens actu, dicebant eam simpliciter esse non ens. Secundo vero, quia videbatur eis quod id quod est numero vnū vel subiecto, sit & ratione vnum, quod hic appellat esse potentia vnum, quia ea quæ sunt ratione vnum, sic se habent, qđ eadem est virtus vtriusq. Ea vero, quæ sunt subiecto vnum, sed non ratione, non habent eandem potentiā seu virtutem, vt patet in albo & musico. Subiectū āt & priuatio sunt vnum numero, vt æs & infiguratum, vnde videbatur eis quod essent idem ratione vel virtute, sic igitur hic accipit vnitatem potentię. Sed ne quis hic dubitet occasione horum verborū quid sit potētia materiæ, & vtrum sit vna vel plures, dicendum est q̄ actus & potentia diuidunt quodlibet genus entium, vt patet in Nono Meta. & in Tertio huius. Vnde sicut potētia ad qualitatem non est aliquid extra genus qualitatis, ita potentia ad esse substantiale non est aliquid extra genus substantiæ. Non igitur potentia materiæ est aliqua proprietas addita super essentiam eius, sed materia secundum suam substantiam est potentia ad esse substātiale, & tamen potentia materiæ subiecto est vna respectu multarum formarū, sed ratione sunt multæ potentiæ secundum habitudinem ad diuersas formas, vnde in Tertio huius dicitur, quod posse sanari & posse infirmari, differt secundum rationem. Secundo ibi.

2. par. 79.

Commentatorum aliq. quæ hic S. Th. dicit Auerr. doctrinæ aduersaria cōcēdūt.

Hoc autem plurimum sane differt, nos enim materiam priuationemue, diuersa dicimus esse, atque materiam quidem non ens esse per accidens, priuationem vero per se censemus. Et illam quidem prope atque quodammodo substantiam, priuationem vero substantiam nullo modo esse asserimus. ARGI.

Sed hoc differt plurimum, nos quidem. n. materiam & priuationem alteram dicimus. Sed horū, hanc quidem nō esse secundum accidens materiam, priuationem aūt per se non esse, & hanc quidem prope, rem & substantiam aliqualiter materiam, priuationem autem nequaquam. ANTI.

Ostēdit differētiā suę opinionis ad opinionē, p̄missam.

ſam, Et circa hoc duo facit primo aperit intellectum ſuæ opinionis. Secundo oſtendit quid alia opinio ponat ibi. Quidam autem quod non eſt. Dicit ergo primo quod malium differt aliquid eſſe vnũ numero vel ſubiecto, & eſſe vnum potentia vel ratione. Quia nos ipſi dicimus, vt ex ſuperioribus patet, ꝙ materia & priuatio licet ſint vnum ſubiecto, tamen ſunt alterũ ratione, quod patet ex duobus. Primo quidem, quia materia eſt non ens ſecundum accidens, ſed priuatio eſt nõ ens per ſe, hoc enim ipſum, quod eſt infiguratũ, ſignificat non eſſe, ſed æs non ſignificat non eſſe, niſi inquantum ei accidit infiguratum. Secundo vero quia materia eſt prope rẽ, & eſt aliqualiter, quia eſt in potẽtia ad rẽ, & ẽ aliqualiter ſubſtãtia rei, q̃a intrat ĩ cõſtitutionẽ ſubſtãtiæ. Sed hoc de priuatione dici non põt. Secundo ibi.

T.c.80. T.ca. 12. Lect.60.

ARG.I. *At illi id quod non eſt, magnũ paruumq. ſimpliciter inquiunt eſſe, aut vtrunq. ſimul, aut vtrunq. ſeorſum. Quare modus hic trinitatis diuerſus ab illo penitus eſt. Huc vſque nanq. progreſſi ſunt, vt aliquam naturam oportere ſubiici ducant, hanc tamen vnã faciunt, nam & ſi quidã dualitatem facit magnum & paruum ipſam appellans, nihilo minus tamen idem facit, alteram enim deſpexit.*

T.c.80. ANTI. *Quidam autem quod non eſt magnum & paruum, ſimiliter aũt ſimul vtrunq. aut ſeorſum vtrunq. Quarẽ penitus alter modus eſt hic trinitatis, & ille. Vſque quidem .n. ad hoc perueniunt, quod oportet quandam ſupponi naturam, hanc tamen vnam faciunt, etenim ſi aliquis dualitatem facit dicens magnum & paruum ipſam, nihilominus idem facit, alteram enim deſpexit.*

Quonã mõ Platonici materiam a priuatione non diſtinguebant.

Manifeſtat intellectum opinionis Platonicę, & dicit quod Platonici ponebant quidẽ duo ex parte materiæ, .ſ. magnum & paruum, ſed tamen aliter quam Ariſtoteles, quia Ariſtoteles ponit iſta duo eſſe materiã & priuationem, quæ ſunt vnum ſubiecto, & differunt rõne, ſed iſti non ponebant quod alterum iſtorum eſſet priuatio, & alterum materia, ſed priuationem conſumebant vtriq. .ſ. paruo & magno, ſiue acciperent iſta duo ſimul, vt pote cum loquebantur non diſtinguentes eã per magnum & paruum, ſiue acciperent vtrunq. ſeorſum. Vnde patet ꝙ omnino aliter ponebant tria principia Platonici ponentes formam, & magnum & paruũ, & Ariſt. qui poſuit materiã, & priuationem, & formã. Platonici vero vſq. ad hoc peruenerunt præ alijs Filoſophis Antiquioribus, ꝙ oportet vnam quandã naturam ſupponi omnibus formis naturalibus, quæ eſt materia prima, ſed hanc faciunt vnã tantũ, ſicut ſubiecto, ita & ratione, non diſtinguentes inter ipſam & priuationem, quia, & ſi ponant dualitatem ex parte materię .ſ. magnum & paruum, nihilominus non faciunt differentiam inter materiam & priuationem, ſed faciunt mẽtionem tantum de materia, ſub qua comprehenditur magnum & paruum, & priuationem deſpexerunt, de ea mentionem non facientes. Deinde cum dicit.

ARG.I. *Etenim materies quidem permanens vna cum forma cauſa eſt eorum quæ fiunt, perinde ac mater. At contrarietatis altera pars, nec eſſe omnino per ſæpe ei videbitur, qui mente ipſius maleficium intuetur, nam cum ſit quoddam diuinum & bonum, ac appetibile, alterum ipſi contrarium eſſe dicimus.*

al. natura. ANTI. *Subiecta quidem * materia cum forma cauſa eſt eorũ quę fiunt, ſicut mater, altera vero pars contrarietatis multoties imaginabitur ad maleficium ipſius protendentis intellectum, neque eſſe penitus, & eſſe extra omne. Exiſtente enim quodam diuino & optimo & appetibili, aliud quidem contrarium eſſe ipſi dicimus.*

T.c.18.

Probat quod ſua opinio habet veritatẽ, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum .ſ. quod oporteat priuationem diſtingui a materia. Secũdo oſtendit quo modo materia corrumpatur vel generetur ibi. Corrumpitur autem. Primum autem oſtendit dupliciter. Primo quidem oſtenſiue. Secundo ducendo ad impoſsibile ibi. Aliud autem aptum natũ. Dicit ergo primo quod iſta natura; quæ ſubiicitur .ſ. materia ſimul cum forma, eſt cauſa eorum, quæ fiunt ſecundum naturam ad modum matris, ſicut .n. mater eſt cauſa generationis in recipiendo, ita & materia, ſed, ſi quis accipiat alteram partem contrarietatis, .ſ. priuationem, protẽdens intellectum circa ipſam, imaginabitur ipſam non ad conſtitutionem rei pertinere, ſed magis ad quoddam malũ rei, quia eſt penitus non ens, cum priuatio nihil aliud ſit quam negatio formæ in ſubiecto, & eſt extra totũ ens, vt ſic in priuatione locũ habeat ratio Parmenidis, quicquid eſt præter ens, eſt non ens, non autem in materia, vt dicebant Platonici. Et quod priuatio pertineat ad malum, hoc oſtendit per hoc, ꝙ forma eſt quoddã diuinum & optimum appetibile. Diuinum quidem eſt, ꝙ omnis forma eſt quædam participatio ſimilitudinis diuini eſſe, quod eſt actus purus, vnumquodque .n. in tantum eſt actu inquantum habet formam. Optimum autem eſt, quia actus eſt perfectio potentiæ, & bonũ eius, & per conſequens ſequitur quod ſit appetibile, quia vnumquodque ſuam appetit perfectionẽ. Priuatio autem opponitur formæ, cum non ſit aliud quam remotio eius, vnde, cum id quod opponitur bono, & remouet ipſum, ſit malum, manifeſtũ eſt quod priuatio pertinet ad malum, vnde ſequitur quod non ſit idẽ quod materia, quæ eſt cauſa rei ſicut mater. Secundo ibi.

Te. com. 85 a.p. 21. text. Oſtẽſiua rõ diſtinctionis materiæ a priuatione. Materia ſimul cũ forma, eſt cauſa eorũ quę ſcd̃m naturam fiunt.

ARG.I. *Alterum ſuapte natura affectat atque appetit ipſum; Illis autem euenit vt contrarium, Interitum appetat ſuũ, & tamen fieri nequit vt aut forma ſeipſam appetat, quippe cum non indigeat ſui, aut contrarium, cum contraria mutuo ſeipſa corrumpant. Sed hoc eſt materia perinde appetens illud atque ſi fœmina marem, & turpe appetat pulchrum, verum non eſt per ſe, ſed per accidẽs turpe, nec per ſe fœmina, ſed per accidens.*

ANTI. *Aliud aũt natum aptum appetere & deſiderare ipſum ſecundum ipſius naturam, quibuſdam autem accidit, contrariũ appetere ſuiipſius corruptionẽ, & neque ſuiipſius, & poſſibile eſt appetere ſpeciem propter nõ eſſe indigens, neq. contrarium, corruptiua .n. ſunt adinuicem contraria. Sed hoc eſt materia, ſicut, ſi fœmina maſculum, & turpe bonum, non quod per ſe eſt turpe, ſed ſecundum accidens.*

Rõne ad impoſſibile cõſtat, materiã a priuatione diuerſã eẽ.

Oſtendit idem per rationem ducentem ad impoſſibile hoc modo. Cum forma ſit quoddam bonũ & appetibile, materia, quæ eſt aliud a priuatione & forma eſt apta nata, appetere & deſiderare ipſam ſecundum ſuam naturam. Sed quibuſdam, qui non diſtinguũt materiam a priuatione, accidit hoc inconueniens, quod contrarium appetet corruptionem ſuiipſius, quod eſt incõueniens. Et quod hoc accidat, ſic oſtendit, quia ſi materia appetit formam, non appetit eam ſecundum ꝙ eſt ſub ipſa forma, quia iam non indiget eſſe per eam (appetitus autem omnis eſt propter indigentiam, quia eſt non habiti,) ſimiliter & non appetit eam ſecundum ꝙ eſt ſub contrario vel priuatione, quia vnum contrariũ eſt alterius corruptiuũ, & ſic aliquid appeteret ſui corruptionem. Manifeſtum eſt igitur ꝙ materia, quę appetit formã eſt aliud ratione, ſicut a forma, ita & a priuatione, ſi .n. materia appetit formam ſecundũ propriam naturam, vt dictum eſt, ſi ponitur ꝙ materia & priuatio ſint eædem rõne, ſequitur ꝙ priuatio appetat formã & ita appetit ſuiipſius corruptionẽ, quod eſt impoſſibile, vnde & hoc impoſſibile eſt, ꝙ materia & priuatio ſint eædẽ rõne. Sed tamen & materia eſt hoc, id eſt priuationem habens, ſicut ſi fœmina appetat maſculũ, & turpe appetat bonum, non quod ipſa turpitudo appetat bonum ſibi contrarium, ſed ſecundũ accidens, quia id cui accidit eẽ turpe, appetit eſſe bonũ, & ſimiliter fœ-

mineitas

mineitas non appetit masculinũ, sed id, cui accidit esse fœminam. Et similiter priuatio nõ appetit esse formã sed id, cui accidit priuatio, scilicet materia. Sed contra hæc verba Philosophi, Auicen. tripliciter opponit, primo quidem quia materiæ non competit neque appetitus animalis, vt per se manifestum est, neq. appetitus naturalis, vt appetat formam, cum non habeat aliquã formã vel virtutem inclinãtem ipsam ad aliquid, sic.n. graue naturaliter appetit locum infimum in quantum sua grauitate inclinatur ad locum talem. Secundo obijcit ex hoc, quod si materia appetit formã, hoc est, quia caret omni forma, aut quia appetit multas formas habere simul, quod est impossibile, aut quia fastidit formam quã hẽt, & quærit habere aliam, & hoc ẽt est vanum, nullo igitur mõ dicendum videtur, quod materia appetat formam. Tertio obiicit per hoc, quia dicere q materia appetat formam, sicut fœmina masculum, est figurate loquentium. s. Poetarum, nõ Philosophorum,

An materia formam appetat.

Solutio.

Sed huiusmodi obiectiones facile est soluere. Sciẽdum est enim quod omne, quod appetit aliquid, vel cognoscit ipsum, & se ordinat in illud, vel tendit in ipsum ex ordinatione & directione alicuius cognoscentis, sicut sagitta tendit in determinatum signum ex directione & ordinatione sagittantis. Nihil est igitur aliud appetitus naturalis quam ordinatio aliquorum secundũ propriam naturam in finem suum. Non solum autem aliquid ens in actu per virtutem actiuam ordinatur in suũ finem, sed etiam materia secundum quod in potentia, nam forma est finis materiæ. Nihil igitur est aliud materiam appetere formam, quam eam ordinari ad formam, vt potentia ad actum. Et quia sub quacunque forma sit, adhuc remanet in potentia ad aliam formam ideo est ei semper appetitus formæ, non propter fastidium formæ, quam habet, nec propter hoc quod quærat contraria esse simul, sed quia est in potentia ad alias formas dum vnam habet in actu. Nec etiam vtitur hic figurata locutione, sed exemplari, dictum est.n. supra quod materia prima scibilis est secundum proportionem, in quantũ sic se habet ad formas substãtiales, sicut materiæ sensibiles ad formas accidentales. Et ideo ad manifestãdum materiam primam, oportet vti exemplo sensibilium substantiarum. Sicut igitur vsus est exemplo æris infigurati & hominis non Musicis ad materiam, ita nunc ad eius manifestationem vtitur exẽplo fœminæ virum appetentis, & turpis appetentis bonum, hoc enim accidit eis inquantum habent aliquid de ratione materiæ. Sciendum tamen est quod Aristo. hic loquitur contra Platonem qui talibus metaphoricis locutionibus vtebatur, assimilans materiam matri & fœminæ, & formam masculo. Et ideo Arist. vtitur contra eum metaphoris ab eo assumptis.

Appetitus naturalis quid.

Solutio. Error Aui. fuit quia putauit quod ad habẽdũ hũc appetitũ necessaria fuisset formã talis qua; quod nec necessarium non est, nisi in cognoscẽtibus finem suum.

ARGL

Deinde cum dicit.

At vero tum corrumpitur atque gignitur, tum neque fit neque corrumpitur. Nam vt est quidem id, in quo, per se corrumpitur, id enim quod corrumpitur in hoc, est ipsa inquam, priuatio, at suapte potentia, non per se, sed nec occidat nec oriatur necesse est, nam si gignitur, subijciatur aliquid primum oportet, ex quo pacto nascetur, vt insit in ipsa, hoc autem est ipsius natura. Quare fit vt sit antea quam sit orta. Etenim materiam id dico, quod primum est vniuscuiusque subiectum, è quo quippiam eo fit pacto vt non per accidens insit, si corrumpitur ad hoc vltimum fonte proficiscetur, quare erit corrupta antequam sit corrupta.

T.c. 82. ANIL

Corrumpitur autem & fit, est quidem vt sic, est autẽ vt non. Secundum quod enim.n. quod est, id in quo, secũdum se corrumpitur, quod enim corrumpitur in hoc, est priuatio, in quantum autem secundum potentiam, nõ per se sed incorruptibilem & ingenitam necesse est esse ipsam, Si.n. fiat, subijci aliquid oportet primum, ex quo fit, hoc autem est hæc natura, quare erit ante fieri. Dico enim materiã, primum subiectum vniuscuiusque ex quo fit aliquid, cum insit non secundum accidens, & sic corrumpitur in hoc abibit vltimum, quare corrupta erit antequam corrumpatur.

Ostendit quomodo materia corrumpatur, & dicit, q quodammodo corrumpitur, & quodãmodo nõ, quia secundum quod est in ea priuatio, sic corrumpitur, cũ cessat in ea esse priuatio, vt si diceremus æs infiguratũ corrumpi, quando desinit esse infiguratum. Sed secundum se, in quantum est quoddam ens in potẽtia, est ingenita & incorruptibilis. Quod sic patet, si enim materia fiat, oportet ei aliquid subiici ex quo fiat, vt patet ex superioribus. Sed primum, quod subiicitur in generatione, est materia, hoc enim dicimus materiam primũ subiectum, ex quo aliquid fit per se, & non secundũ accidens, & inest rei iam factæ, & vtrunque eorum ponitur ad differentiam priuationis ex qua fit aliquid per accidens, & non inest rei factæ, sequitur ergo, quod materia sit antequã fiat, quod est impossibile. Et similiter omne, quod corrumpitur, resoluitur in materiam primam, quãdo igitur iam est materia prima, tunc est corruptum. Et sic, si materia prima corrumpatur, erit corrupta antequam corrumpatur, quod est impossibile. Sic igitur est impossibile materiam primam generari vel corrumpi. Sed ex hoc non excluditur, quin per creationem in esse procedat.

Quod materia prima, & qũo sit ingenerabilis & incorruptibilis scdm se.

Pro fide nostra.

Deinde cum dicit.

ARGL

De principio vero formali, vtrum vnum sit an plura & quodnam sit, aut quæ sint, Prima Philosophiæ diligenter exquisiteque officium est determinare ac pertractare, quare hæc contemplatio illo in tempore reseruetur. De naturalibus vero formis, quæ oriuntur ac occidunt in hisce, quæ posterius ostẽdẽtur, dicemus ac pertractabimus. Hoc igitur pacto sint hæc a nobis determinata, principia inquã esse, & quænam & quot numero sint. Rursus autem alio principio sumpto dicamus.

T.c. 83. ANIL

De principio autem secundum formam vtrum vnum aut plura, aut quot, aut quæ sint per certitudinem primæ Philosophiæ opus est determinare, ergo in illud tempus reponatur. De Physicis autem & corruptibilibus speciebus in posterius demonstrandis dicemus. Quod quidem igitur sint principia & quæ, & quot numero determinatum sic a nobis sit. Item autem, aliud principium incipientes dicamus.

Quia iam excluserat errores circa materiam & priuationem, restare videbatur vt excluderet errores & dubitationem circa formam. Posuerunt enim quidam formas separatas, scilicet ideas, quas reducebant ad vnã primam ideam. Et ideo dicit, quod de principio formali vtrum sit vnum vel plura, & quot & quæ sint, pertinet determinare ad Philosophiam primam, & usque ad id tempus reseruetur, quia forma est principium essendi, & ens inquantum huiusmodi, est subiectum primæ Philosophiæ, sed materia & priuatio sunt principia entis transmutabilis, quod a Philosopho Naturali consideratur. Sed tamen de formis naturalibus & corruptibilibus, in sequentibus huius doctrinæ determinabitur. Vltimo autem epilogat quæ dicta sunt, & dicit, quod sic determinatum est, quod principia sunt, & quæ, & quot. Sed oportet iterum aliter principium facere scientiæ naturalis, inquirendo, scilicet principia scientiæ.

ARISTO-

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER SECVNDVS.

Cum S. Thoma expositione.

SVMMA LIBRI.

De Natura, & naturalium rerum quidditate, & earum quatuor causarum generibus per se, deque Casu ac Fortuna, causis per accidens, eorum varijs effectibus ac modis.

LECTIO I.

Summa Lectionis Primæ. Quid natura sit, quæve natura, aut secundum naturam sint, quodque natura sit demonstrare ridiculum esset, cum eam esse, per se notum sit.

ARGL



Orum, quæ sunt, quædã sunt natura, quædã alias ob causas. Natura quidem sunt animalia, partesq. ipsorũ, plantæ, & simplicia corpora, vt terra, ignis, aer, & aqua, hæc.n. & huiuscemodi res, natura dicimus esse. Omnia autem quæ dicta sunt, ab his, quæ non natura constant, differre videntur, nam ea quidem, quæ natura constant, principium in seipsis vniuersa motus statusve, partim eius, qui loco accommodatur, partim accretionis decretionisve, partim alterationis habere videntur. At lectica, vestis, & quicquid sit aliud similis generis, quo quidem huiuscemodi nominibus appellantur, atque ab arte sunt, hoc nullum principium mutationis insitum habent, quo verò ipsis accidit, vt sint lapidea, vel terrea, vel ex his mixta, eo motus quietisve principium habent.

Te.com. 1. Eorum quæ sunt quædã natura, & q̃dam ab arte sunt.

E Orum, quæ sunt, alia quidem sunt natura, alia vero propter alias causas. Natura quidem sunt animalia quæque, & partes ipsorum, & plantæ & simplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua. hæc enim & huiusmodi esse natura dicimus. Omnia autẽ quæ prædicta sunt, videntur differentia ad non natura existentia, quæ quidem enim natura sunt; omnia videntur habere in seipsis principium motus & status, hæc quidem secundum locũ, illa vero secundum augmentum & decrementum, quædam autem secundum alterationem. Lectulus autẽ & indumentum & si aliquod huiusmodi genus est, secundũ quod quidem sortitum est prædicationem vnamquamq. et inquantum est ab arte, neque vnum hẽt impetũ mutationis innatum. Secundum autem quod contingit ipsis lapideis aut terreis esse, aut mixtis ex his, habent hoc tantum.

T,cap.a.

Nota discrimẽ inter principia rerum naturaliũ & sciam, nam diluet quæ a com.fautorib. in prædicamento primi cõtra Sã. Th. obiiciuntur.

POstquam Philosophus in primo libro determinauit de principiis rerum naturalium, hic determinat de principiis scientiæ naturalis. Ea autem, quæ primo oportet cognoscere in aliqua scientia, sunt subiectum ipsius, & medium, per quod demonstrat. Vnde hic Secundus liber in duas partes diuiditur. In prima determinat de quibus sit consideratio scientiæ naturalis. In secunda ex quibus causis demonstrat, ibi. (Determinatis autem his.) Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quid sit natura. In secunda de quibus considerat scientia naturalis, ibi. (Quoniam autem determinatum est.) Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quid sit natura. In secunda quot modis dicitur, ibi. Videtur autem natura. Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quid sit natura. In secunda excludit intentionem quorundam tentantium demonstrare quod natura sit. ibi. Quod autem natura sit. Circa primum duo facit. Primo notificat naturam. Secundo ea quæ denominantur a natura, ibi. Naturam autem habent. Circa primum tria facit. Primo inuestigat definitionem naturæ. Secundo concludit eam, ibi. Est igitur natura. Tertio exponit ipsam definitionem, ibi. Dico autem non secundum accidens. Dicit ergo primo quod inter omnia entia, quædam esse dicimus a natura, quædam vero ab aliis causis, puta ab arte vel a casu. Dicimus autem esse a natura quælibet animalia, & partes ipsorum, sicut carnem & ossa, & etiam plantas, & corpora simplicia, sicut elementa, quæ non resoluuntur in aliqua corpora priora, vt sunt terra, ignis, aer, & aqua, hæc enim omnia & similia a natura esse dicuntur, & differunt hæc omnia ab his, quæ non sunt a natura, quia omnia huiusmodi videntur habere in se principium alicuius motus & status, quædam quidem secundum locum, sicut grauia & leuia, & etiam corpora Cœlestia, quædam vero secundum augmentum & decrementum, vt animalia & plantæ, quædam vero secundum alterationem, vt corpora simplicia, & omnia, quæ componuntur ex eis. Sed ea, quæ non sunt a natura, sicut lectus & indumentum & similia, quæ accipiunt huiusmodi prædicationẽ secundum quod sunt ab arte, nullius mutationis principium habent in seipsis, nisi per accidens. inquantũ, scilicet materia, & substantia corporum artificiatorum sunt res naturales. Si igitur in quantum artificialib. accidit esse ferrea vel lapidea, habent aliquod principiũ motus in seipsis, sed non quantũ sunt artificiata, cultellus enim habet in se principium motus deorsum, nõ inquantum est cultellus, sed in quantum est ferreus. Sed videtur hoc non esse verum quod secundum quálibet mutationem rerum naturalium principium motus sit in eo quod mouetur. In alteratione enim & generatione simplicium corporum totum principium motus videtur esse ab extrinseco agente, puta cum aqua calefit, vel aer in ignem cõuertitur, principium mutationis est ab exteriori agente. Dicunt ergo quidam, quod etiam in huiusmodi mutationibus principium actiuum motus est in eo, quod mouetur, non quidem perfectum, sed imperfectum, quod coadiuuat actionem exterioris agentis, dicunt enim quod materia est quædã inchoatio formæ, quam dicunt esse priuationem, quæ est tertium principium naturæ. Et ab hoc principio intrinseco generationes & alterationes corporum simplicium naturales dicuntur. Sed hoc non potest esse, quia, cum nihil agat nisi secundũ qđ est in actu, prædicta inchoatio formæ, cum non sit actus, sed aptitudo quædam ad actum, non potest esse principium actiuum. Et præterea etiam, si esset forma completa, non ageret in suum subiectum alterando ipsum, quia forma non agit, sed compositum, quod nõ potest seipsum alterare nisi sint in eo duæ partes, quarum vna sit alterans & alia alterata. Et ideo dicendum est, quod in rebus naturalibus eo modo est principium motus, quo eis motus conuenit, quibus ergo conuenit mouere, est in eis principium actiuum motus, quibus autem competit moueri, est in eis principium passiuum, quod est materia. Quod quidem principium, in quantum habet potentiam naturalem ad talem formam & motum, facit esse motum naturalem. Et propter hoc factiones rerum artificialium non sunt naturales, quia licet principium materiale sit in eo, quod fit, non tamen habet potentiam naturalem ad talem formam. Et sic etiam motus localis corporum Cœlestium est naturalis, licet sit a motore separatus, inquantum in ipso corpore Cœli est potentia

Te.com.27. Te.com.16.

T.c. 7.

2. par T.c. 6. T.c.4. T.c.3. ibidem.

Dubium. An principium in eo sit quod mouetur.

Alberto tribuitur inchoatio formarum.

Contra hãc positionem.

Solutio propria & commun.

de grauibus & leuibus contra Scot. qui nō vult effectiue moueri a generante sed a seipsis. nō dicimus q in seipsis habēt principiū quo, principiū āt q foris est, nempe agenerante. Cō trs cōme. 1. & 4.te.commen. 12.

tentia naturalis ad talem motum. In corporibus vero grauibus & leuibus est principium formale sui motus, sed huiusmodi principium formale non potest dici potentia actiua, ad quem pertinet motus iste, sed comprehenditur sub potentia passiua. Grauitas enim in terra non est principium vt moueat, sed magis vt moueatur, quia sicut alia accidentia consequuntur formā substantialem, ita & locus, & per consequens moueri ad locum, non tamen ita, quod forma naturalis sit motor, sed motor est generans, quod dat talem formam, ad q̄ talis motus consequitur. Secundo ibi.

ARGY.

Quæ cum ita sint patet naturam principium esse quoddam, & causam vt id moueatur atq. quiescat, in quo primo, & per se, & non per accidens insit. Dico aūt non per accidens, quia sibipsi quispiam Medicus sanitatis causa fieri potest, attamen non quo sanatur eo medicinam habet, sed accidit vt idem sit medicus subiensque sanationem, quapropter & separantur nonnunquam. Similiter sese habet & vnumquodque cæterorum quæ per artem efficiuntur, nihil enim ipsorum effectionis in se principium habet. Sed quædam in alijs atque extrinsecus habent, vt domus & vnumquodque eorum, quæ manu conficiuntur, quædā in seipsis quidem id habent, non tamen per se quæcunque causa per accidens sibi fieri possunt. Id igitur est Natura quod dictum est.

T.c.3. Quid sit natura.

ANTI.

Est igitur Natura principium alicuius & causa mouendi & quiescendi in quo est primum, per se, & non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens, cū fiat vtique ipse sibi aliquis causa sanitatis, cum sit medicus, sed tamen non secundum quod sanatur, medicinā habet, sed accidit eundem medicum esse & sanari, vnde & diuiduntur aliquando ab inuicem. Similiter autē & aliorum vnumquodq. quæ fiunt, nullum enim ipsorum habet in seipso factionis principium, sed alia quidē in alijs & ab exteriori, vt domus & aliorum manu incisorum vnumquodq. alia autem in seipsis quidem, sed non secundum se ipsa. Quæcunq. autem secundum accidens fiunt causæ sūt vtiq. ipsis, est igitur Natura quod dictum est.

Natura qd

Absolutum p absolutū definiri habet, sicuti e cōtra relatiuum per respectū. Deridendi sunt volētes corrigere definitionem Arist. de natura, primo Posteriorū.

T.c.7.

Concludit ex præmisis definitionē naturæ hoc modo. Naturalia differunt a non naturalibus inquantum habent naturam, sed non differunt a non naturalib. nisi inquantum habēt principium motus in seipsis: Ergo natura nihil aliud est, quam principium motus, & quietis in eo in quo est primo & per se, & non secundū accidens. Ponitur autem in definitione naturæ principiū, quasi genus, & non aliquid absolutum, quia nomen naturæ importat habitudinē principii. Quia .n. nasci dicūtur ea quę generātur coniuncta generāti, vt patet in plātis & animalibus, ideo principium generationis vel motus natura nominatur. Vnde deridendi sunt qui volentes definitionem Arist. corrigere, naturam per aliq absolutum definire conati sunt dicentes, q natura est vis insita rebus, vel aliquod huiusmodi. Dicitur autem principium & causa ad designandum, q non omnium motuum natura est eodē modo principium in eo quod mouetur, sed diuersimode, vt dictum est. Dicit aūt mouendi, & quiescendi, quia ea, quæ naturaliter mouētur ad locum, similiter, vel magis naturaliter in loco quiescunt. Propter hoc .n. ignis naturaliter mouetur sursum quia naturaliter ibi est, & propter q vnumquodq. & illud magis. Non tamen intelligendū est, q in quolibet, q mouetur naturaliter, natura sit ętiā principium quiescendi, quia Corpus Cœleste naturaliter quidē mouetur, sed non naturaliter quiescit, sed hoc pro tanto dicitur, quia non solū motus, sed etiam quietis principium est. Dicit aūt, in quo est, ad differentiam artificialiū in quibus non est motus, nisi per accidens. Addit aūt (primum) quia, natura, et si sit principium motus compositorū, non tamen primo. Vnde q animal mouetur deorsum, non est ex natura animalis in quantū est animal, sed ex natura dominantis elementi. Quare autē dicat per se & non secundū accidens) exponit consequenter cum dicit. (Dico autem non secundū accidens.) Cōtingit enim aliquando q aliquis Medicus est sibi ipsi cā sanitatis, & sic principium suæ sanationis est in eo, sed per accidens, vnde principium sanationis in eo non est natura, non .n. secundum q sanatur habet medicinam, sed scd̄m q est medicus, accidit autem eundem ēē medicum, & sanari, sanatur enim inquantū est infirmus, & iō per accidens coniunguntur, & aliquando per accidens diuiduntur, contingit .n. alium esse medicū sanantem & alium infirmū, quia sanatur. Sed principiū motus naturalis est in corpore naturali, q mouetur, in quātū mouetur, in quantū .n. ignis hēt leuitatem, fertur sursum nec diuidūtur ab inuicē, vt aliud sit corpus, q mouetur sursum & aliud leue, sed semper vnū & idem. Et sicut est de medico sanante, ita est de omnib. artificialibus, nullum .n. eorum habet in seipso suę factionis principium, sed quædam fiunt ab extrinseco, vt domus, & alia, quæ manu inciduntur, quædam aūt fiunt a principio intrinseco, sed per accidens, vt dictum est. Et sic dictum est, quid sit natura. Deinde cum dicit.

Vel pōt dici, q verificat disiuncti ue, eo q q̄ habent quietem, principium est eis natura, quę vero motū, & iis natura principiū est, hinc patet quonam modo cētrū terræ, omo immobile naturæ definitionem habeat.

ARGY.

Naturam autem habent quæcunq. tale principium habent, atq. hæc omnia subiecta sunt, subiectum enim quoddam, & in subiecto est semper natura.

T.c.4.

ANTI.

Naturam autem habent quæcunq. huiusmodi habent principium, & sunt hæc omnia subiecta, subiectū .n. quoddam, & in subiecto est natura semper.

Definit ea quæ a natura denominantur, & dicit, qd̄ habentia naturam sunt illa, quæ habent in seipsis principium sui motus. Et alia sunt omnia subiecta naturæ, quia natura est subiectum, secundum quod natura dicitur materia, & est in subiecto secundum quod natura dicitur forma. Deinde cum dicit.

ARGY.

Secundū vero Naturam sunt, & hęc ipsa, & etiam ea quæ hisce per se cōpetunt vt igni ferri sursum. hoc .n. natura quidē non est, neq. habet naturā, sed competit & est natura atq. secundū naturam. Dictum est igitur quid est natura, & quid id quod natura, atq. secundū. naturā est.

T.ca.5.

ANTI.

Secundum naturam autem sunt & hæc quæcunq. his insunt secūdum se, vt igni ferri sursum. hoc .n. natura quidem non est, neque hēt naturam, sed a natura, & secundum naturam est. Quid quidē igitur natura sit, dictum est, & quid quod a natura, & secundum naturam.

T.c.6.

Exponit quid sit secundum naturam. Et dicit, q secundum naturam esse dicuntur tam subiecta, quorum esse est a natura, quam etiam accidentia quæ in eis insunt causata ab huiusmodi principio, sicut ferri sursum non est ipsa natura, neque habens naturam, sed est causatum a natura. Et sic dictū est quid sit natura, & quid sit illud, quod habet naturam, & quid sit secundū naturam. Deinde cum dicit.

ARGY.

Eniti autem naturam esse ostendere, ridiculum est. Patet .n. tales esse rerum complures. Ostendere vero ea quæ manifesta sunt per ea quæ non sunt manifesta, hominis est, profecto qui nequit id quod est per se notum, & id qd̄ non est per se notum, discernere. Atq. id fieri posse nō est obscurum. Ratiocinabitur enim de coloribus quispiā ortus cæcus. Quare necesse est tales homines de nominibus loqui, nihil autem intelligere.

ANTI.

Manifestū quantū ad se est, sed nō quātum ad quid est. Ridiculū ē demōstrare naturā esse.

Quod autem est natura tentare demonstrare, ridiculum est, manifestum .n. est, quod huiusmodi rerū sūt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta, non potentis iudicare est propter ipsum, & non propter ipsū cognitum. Quod autem contingat hoc pati, non immanifestum est. Syllogizet enim aliquis cum natus sit cæcus de colorib. quare necesse est huiusmodi de nominibus habere rationem, nihil autem intelligere.

Excludit

Excludit præsumptionem quorundam volentiū demonstrare, ꝙ natura sit, & dicit, ꝙ ridiculum est, ꝙ aliquis tentet demonstrare, ꝙ natura sit, cum manifestum sit secundū sensum, ꝙ multa sunt à natura, quæ habēt principium sui motus in se. Velle autem demonstrare manifestū per non manifestū, est hominis qui non pōt iudicare quid est notum propter se, & quid non est notum propter se, quia dum vult demōstrare id, ꝙ est notum ꝑ ꝑ se, vtitur eo quasi non propter se noto. Et ꝙ id contingat aliquibus manifestū est, aliquis.n. cęcus natus aliqn̄ syllogizat de coloribus, cui tamen non est ꝑ se notum id quo vtitur vt principio, quia non habet intellectum rei, sed vtitur solū nominibus, eo ꝙ cognitio nostra ortū habet a sensu, & cui deficit vnus sensus deficit vna scientia. Vnde cæci nati, qui nunquam senserunt colorem, non possunt aliquid de coloribus intelligere, & sic vtuntur non notis quasi notis. Et ecōtra accidit his, qui volunt demonstrare naturam esse, quia vtuntur notis vt non notis. Naturam autem esse, ē per se notum, in quantum naturalia sunt manifesta sensui: Sed quid sit vniuscuiusq. rei natura, vel quod principiū motus, hoc non est manifestum. Vnde patet per hoc, Auicen. ꝙ irrationabiliter Auic. conatus est improbare Arist. dictum, volens ꝙ naturam esse, possit demonstrari, sed non a Naturali, quia nulla sciētia probat sua principia, sed ignorantia principiorum mouentium non impedit quin naturam esse sit per se notum, vt dictum est.

LECTIO II.

Quot nam modis dicatur natura, quidue magis naturæ nomine dignum sit materia, an forma, cuius item duplex esse genus dicit.

ARGI. *Natura autem substantiaque eorum quæ sunt natura in quibusdam esse videtur quod primum cuilibet inest, informe per se. Veluti lecticæ quidem natura lignum, statuę autem æs. Cuius hoc signum Antiphon esse dicebat, nam si quispiam lecticam obruerit homo, vimque putredo acceperit vt germen emittat, non lectica, sed lignū inde emerget, atq. pullulabit. Proptereaque dispositio quidem, quæ lege atq. arte conficitur per accidens est, substantia vero est illa, quæ, & continue dispositiones hasce suscipiēs permanet. Quod, si cuilibet etiam istorum ad aliud quippiam hoc idem accidit, vt æri quidem auroq. ad aquam, Ossibus autem atque lignis ad terram, cæterisq. similiter, patet illa naturam ipsorum atque substantiam esse. Quapropter quidam terram, quidam aquam, quidam horum aliqua, quidam hæc omnia eorum, quæ sunt, naturam esse dixerunt, quod enim quisq. tale esse putauit, siue vnū siue plura id totq. vniuersam substantiam esse dicit, cætera vero cuncta effectus horum habitus ac dispositiones. Et horum quidem quod vis perpetuum esse, non enim ex sese mutationem ipsis competere, cætera autem infinities fieri atq. corrumpi. Vno igitur modo natura, sic dicitur, prima cuiq. subiecta materies, eorum quæ motus in se mutationisq. principium habent.*

T.c.7. ANTI. Natura primo mō dicitur, subiectū primū .s. materia omniū habentiū in seipsis trās. mutationis subiectum. Antiphon.

Videtur autem nonnullis natura, & substantia eorū, quæ natura sunt esse quod primum inest vnicuique non formatum per seipsum, vt lectuli natura lignum, statuæ autem æs. Signum autem dicit Antiphon quoniam si aliquis proiecerit lectum deorsum, & accipiat potentiā putrescens vt vtique sit germen non vtique fieri lectum, sed lignum, tanquam dicat, secundum accidens esse dispositionem secundum legem, & artem, substantiam autem illam, quæ permanet, hęc patiens continue. Sic autem & horum vnumquodque ad alterum aliquod idem hoc sustinuit (vt ęs quidem & aurum ad aquam, ossa autem & ligna ad terram, similiter autem, & aliorum quodlibet illa naturam esse & substantiam ipsorum. Vnde sane hi quidem terram, alij vero ignem, alij aerem dicunt, quidam autem aquam, quidam vero quædam horum. Sed alij omnia hęc naturam esse eorum quę sunt, quot .n. aliquis acceperit ipsorum huiusmodi, siue vnum siue nulla, hoc & tanta dicit esse omnem substantiam, alia autē omnia passiones istorum, & habitus & dispositiones. Et horum quidem quodlibet esse perpetuum, non enim esse mutationem ipsis ex seipsis, alia autem fieri & corrūpi infinities. Vno quidem modo natura sic dicitur, prima vnicuiq. subiecta materia habētium in seipsis motus principium, & mutationis. Te.com.8. T.c.9. T.c. 10.

Postquam philosophus ostēdit quid est natura, hic ostendit quot modis natura dicitur. Et primo ostendit ꝙ natura dicitur de materia, secundo quod dicitur de forma ibi. (Alio autem modo.) Circa primum sciendū est, ꝙ Antiqui Philosophi naturales, non valentes vsq. ad primam materiam peruenire, vt supradictū est, aliquod corpus sensibile primam materiam omnium rerum ponebant, vt ignem, vel aerem, vel aquam, & sic sequebatur, ꝙ oēs formæ aduenirent materiæ tāquam in actu existenti, vt contingit in artificialibus. nam forma cultelli aduenit ferro iam existenti in actu. Et ideo similem opinionem accipiebant de formis naturalibus sicut artificialibus. Dicit ergo primo, quod quibusdā videtur, ꝙ hoc sit substantia, & natura rerum naturalium, quod primo inest vnicuiq. ꝙ secundum se consideratum est informe, vt, si dicamus, ꝙ natura lecti est lignum, & natura statuæ est æs. nam lignū est in lecto, & secundum se consideratum non est formatū & huiusmodi signum dicebat Antiphon esse hoc, ꝙ, si aliquis proijciat lectum ad terram, & ligna putrescendo accipiant potentiam, vt aliquid ex eis germinetur, illud quod generatur, non erit lectus, sed lignū. Et quia substantia est, quæ permanet, & naturæ est sibi simile generare, cōcludebat, ꝙ omnis dispositio, quæ est secundum quancunq. legem rationis vel artem, sit accidens, & illud quod permanet sit substantia, quæ cōtinue patitur hmōi dispositionum immutationem. Supposito ergo ꝙ rerum artificialium formæ sint accidentia, & materia sit substantia, assumebant aliam propositionē, ꝙ sicut se habent lectus, & statua ad æs, & lignū, ita & quodlibet horum se habet ad aliquid aliud, quod est materia ipsorum, vt æs & aurum ad aquam, quia omnium liquefactibilium materia videtur esse aqua, & ossa & ligna ad terram, & similiter est de quolibet aliorum naturalium. Vnde concludebat, quod illa materialia subsistentia formis naturalibus sint natura, & substantia eorum. Et propter hoc quidam dixerunt terrā esse naturam, & substantiam omnium rerum, scilicet, primi poetæ theologizantes. Posteriores vero Philosophi vel ignem, vel aerem, vel aquam, vel quædā horū, vel omnia hæc, vt ex superiorib. patet. Quia tot de numero eorum dicebāt esse substantiam omnium rerū, quot accipiebāt esse principia materialia, & omnia alia dicebant esse accidentia horum, idest materialiū principiorum, vel per modum passionis, vel per modū habitus, vel per modum dispositionis, vel cuiuslibet alterius, quod reducatur ad genus accidentis. Et hæc est vna differentia, quam ponebant inter principia materialia, & formalia, quia dicebant ea differre secundum substantiam, & accidens. Alia autē differentia est, quia dicebant differre secundum perpetuum & corruptibile, nam quodcunque præmissorum corporum simplicium ponebant esse materiale principium, dicebant illud esse perpetuū. non. n. dicebant, ꝙ transmutarentur inuicem, sed omnia alia dicebant fieri & corrumpi infinities.

Principiū hui⁹ lect. T.c.6.& 7. tex.c. 11.

Oppositū videtur supra in primo super tex.c.6. Nō dixit oppositū, quia ibi dixit, ꝙ nulli⁹ Philosophorū & hic dicit, Poetæ dixerunt terrā rarū omnium ēē principiū vt Orpheus & Hesiodus qui non fuerūt Philosophi sed Theologi, & Poetæ, nulla ergo contradictio.

finities, vt putat, seu qua sit principium materiale, dicebant aquam nunquam corrumpi, sed manere eam in omnibus, sicut substantiam eorum, sed æs, & aurum, & alia huiusmodi dicebant corrumpi & generari infinities.

Quod veritates & falsitates cōtinet hæc opi.

Hæc autem positio quantum ad aliquid vera est, & quantum ad aliquid falsa, quantum.n.ad hoc, quod materia sit substantia, & natura rerum naturalium, vera est, materia.n. intrat constitutionem substantiæ cuiuslibet rei naturalis, sed quantum ad hoc quod dicebant, omnes formas esse accidentia, falsa est.

Conclusio.

Vnde ex hac opinione & ratione eius concludit id, quod verum est. s. quod natura vno modo dicitur materia, quæ subiicitur vnicuique rei naturali habenti in se principium motus, vel cuiuscunque mutationis; nam motus est species mutationis, vt in 5. huius dicetur. Secundo ibi.

Lect. 2. text. com. 7.

ARG I.

Alio vero modo, ipsa forma & species, quæ rationi accommodatur. Nam, vt ars dicitur quod secundum artem extructum est, atq. artificiosum, sic & natura dicitur quod est secundū naturā, & naturale. At neq. illud habere quicquam secundum artem, & artē esse dicimus si lectica potentia tantum est, nondum autē habet formā lecticæ. Neq. in hisce quæ constant natura, quod enim est potentia caro vel os, id nec dum habet suam naturam antequam accipiat formam, quæ ad rationem accommodatur, quam assignantes quid est os dicimus, aut caro, neq. constat natura. Quare alio modo natura, forma & species, est eorum, quæ in seipsis motus principium habent, quæ quidem non est separabilis, nisi ratione dumtaxat, Id autem quod ex his est compositum, natura quidem non est, sed est, & constat natura, vt homo. Atq. natura magis hæc est quam materies. Vnumquodq.n. tum magis dicitur cum est actu, quam cum potentia.

ANTI.
Te.com. 11.
Natura dī ē forma.

Alio autem modo forma, & species quæ est secundum rationem. Sicut.n. ars dicitur quod est secundum artē, & artificiosum, sic & natura, quod secundum naturam dicitur, & quod naturale. Neq. autem illud adhuc dicimus habere secundum artem nihil si potentia tantum est, vt lectulus, nondum.n. habet formam lectuli, neque esse secundum artem neque in his quæ natura subsistunt, potentia.n. caro, aut os, neq. habet adhuc suipsius naturam prius quam accipiat formam secundum rationem, quam definientes dicimus, quid est caro aut os, neq. natura est. Quare alio modo, natura vtique erit habentium in seipsis motus principium forma, & species non separabilis, sed aut secundum rationem. Quod autem est ex his, natura quidē non est, sed a natura, vt homo. & magis natura hoc est, quam materia, vnumquodq.n. tunc dicitur cum endelechia sit, & magis quam cum potentia.

Te.com. 12.

Formam ēē naturā trib. rōnib. ostenditur.
Prima.
T. c. 15.

Ostēdit, quod natura dicitur de forma. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum, s. q forma sit natura. Secundo ostendit formarum diuersitatē, ibi, (Sed forma, & Natura.) Primum ostendit tribus rationibus. Dicit ergo primo, q alio modo, dicitur natura forma & species, quæ est secundum rationem, i. ex qua rō rei constituitur, & hoc probat tali ratione. Sicut.n. illud est ars, q competit alicui inquantum est secundum artē, & artificiosum, ita illud est natura, q cōpetit alicui inquantū est scd'm naturā, & naturale, sed illud, q est in potentia tantū, ad hoc, q sit artificiosum, non dicimus habere aliquod esse artis, quia nondū habet speciē lecti, ergo in rebus naturalib. id quod est potentia caro & os non habet naturam carnis, & ossis antequā accipiat formā, secundū quā sumitur ratio definitiua rei, p quam. s. scimus quid est caro vel os, nec adhuc est natura in ipso antequā habeat formā, ergo natura rerum naturaliū habentium in se principiū motus, aliquomodo etiam forma est, quæ licet non separetur a materia secundū rē, tamen differt ab ea rōne. sicut.n. æs, & infiguratū quāuis sint vnū subiecto, tamen rōne differūt, ita materia & forma. Et hoc pro tanto dicit, quia nisi forma esset aliud secundum rōnē a materia, nō esset alius, & alius modus, quo materia dicitur natura, & quo forma dicitur natura. Posset āt aliquis credere, q quia materia dicitur natura, & ēt forma, q compositū possit dici natura, quia substantia dicitur de forma, & materia, & de composito. Sed hoc excludit dicens, quod cōpositum ex materia, & forma, vt homo, nō est ipsa natura, sed est aliquid a natura, quia natura habet rōnem principii, compositū aūt rationem principiati.

Forma ē magis natura q̄ materia.

Vlterius aūt ex ratione præmissa procedit ad ostendendū, q forma sit magis natura quam materia, quia vnumquodq. magis dicitur scd'm q est actu quam secundum quod est potentia, vnde forma scd'm quā aliquid est naturale in actu est magis natura quā materia, scd'm quā est aliqd naturale in potentia. Secundam rationem ponit ibi.

ARG I.

Præterea ex homine nascitur homo, sed non e lecto lectica. Quapropter & inquiunt non figuram esse naturam, sed lignum, quia fiet si pullulabit, non lectica, sed lignum. Quod si ita est, & ipsa forma est profecto natura, fit enim ex homine homo.

ANTI.
T.c. 13.

Amplius fit ex homine homo, sed nō lectulus ex lectulo, vnde dicunt figurā non esse naturam, sed lignū, quoniā fiet vtiq. si germinet non lectulus, sed lignum. Si ergo hæc est ars, & forma est natura. fit.n. ex homine homo.

Secunda.

Dicit, quod licet non fiat lectulus ex lectulo, vt Antiphon dicebat, fit tamen hō ex homine. Vnde verū est q dicunt, quod forma lecti non est natura, sed lignū, quoniam, si lignū germinet, non fiet lectulus, sed lignū. Sicut igitur hæc forma, quæ non redit per germinationē non est natura sed ars, ita forma, quæ redit per generationem est natura, sed forma rei naturalis redit per generationem, fit.n. ex homine homo, ergo forma rei naturalis est natura. Tertiam rationem ponit ibi.

ARG I.

Insuper ea natura, quæ vt generatio dicitur, via est ad naturam. Non.n. vt medicatio non ad medicinam, sed ad sanitatem dicitur via. medicationem.n. a medicina non ad medicinam esse necesse est, sic ad naturam sese habet natura. Sed id quod nascitur ex quodam ad quoddam (vt nascitur) proficiscitur. Ad quod igitur proficiscēdo nascitur. Neque nō ad id ex quo, sit profecto. Forma igitur est natura.

ANTI.
T.c. 14.

Amplius autem natura dicta sicut generatio via est in naturam, non enim quemadmodum medicatio dicitur nō in medicinam via, sed in sanitatem. Necesse quidem enim est a medicina non in medicinam esse medicationem. Nō sic autem natura se habet ad naturam, sed quod nascitur ex quodam in quoddam venit secundum quod nascitur. Quod igitur innascitur non ex quo, sed in quod. Forma itaque natura est.

Tertia.

Quæ talis est. Natura potest significari vt generatio, puta si natura dicatur natiuitas. Sic igitur natura dicta generatio, id est natiuitas, est via in naturam, hæc enim est differentia inter actiones & passiones, quod actiones, denominantur a principiis, passiones vero a terminis. Vnumquodq. enim denominatur ab actu, qui est principium actionis & terminus passionis. nō.n. ita est in passionibus sicut in actionib. medicatio.n. non dicitur via in medicinam, sed in sanitatem, necesse est.n. q medicatio sit a medicina, non in medicinam. Sed (natura dicta sicut generatio). i. natiuitas, non sic se habet ad naturam sicut medicatio ad medicinam, sed se habet ad naturam sicut ad terminum, cum sit passio, id enim quod nascitur, a quodam in quoddam venit, inquantum nascitur, vnde id, quod nascitur, denominatur ab eo, in quod, non ab eo, ex quo. Id autem, in quod tendit natiuitas, est forma, forma igitur est natura. Deinde cum dicit.

ARG I.

Forma autem, atq. natura dupliciter dicitur. ipsa namque priuatio forma quodāmodo est. Si vero sit priuatio & con-

contrarium aliquod circa simplicem generationem necne, posterius considerare oportet.

Te.com.15. ANTI. *Sed forma & natura dupliciter dicitur, & enim priuatio species quodammodo est. Si autem est priuatio & contrarium aliquid circa simplicem generationem, aut nō est, posterius considerandum est.*

Ostēdit, ꝙ natura, quæ est forma, dupliciter dicitur, s. de forma incompleta & forma completa. Et hoc patet in generatione, secūdum quid, vt puta cum aliquid fit albū. nā albedo est forma cōpleta, & priuatio albedinis est quodammō spēs, in quantū coniungitur nigredini, quæ est forma imperfecta. Sed vtrū in generatione simplici quæ est substantiarum sit aliquid ꝙ sit priuatio & contrarium simul, ita quod formæ substantiales sint cōtrariæ, vel non, considerandum est posterius in Quinto huius, & in libro de Generatione.

Le.3.T.c.10. & 2. de Gen. le.4.T.c.24.

LECTIO 3.

Differentia, quæ est inter Physici, & Mathematici contemplationem de eadem re, traditur.

ARGY. *Cum autem determinatum sit quot modis natura dicitur, post hoc contemplandū est, quo Mathematicus a Naturali Philosopho differat.*

T.c.16. ANTI. *Quoniam autem determinatum est quot modis natura dicitur, post hoc speculandū est quo differat Mathematicus a Physico.*

Postquam Philosophus ostendit quid sit natura & quot modis dicitur, hic consequenter intendit ostēdere de quib. considerat Scientia naturalis. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quō differat naturalis a Mathematico. In secunda ostendit ad quæ se extēdat consideratio Scientiæ Naturalis, ibi. (Quoniā aūt natura.) Circa primum tria facit. Primo mouet qōnē. Secundo ponit rōnes ad qōnem, ibi. (Etenim plana.) Tertio soluitur qō ibi. De his igitur negociatur. Dicit ergo primo, ꝙ postquā determinatū est quot modis natura dicitur, cōsiderandum est in quo differat Mathematicus a naturali Philosopho. Deinde cum dicit.

T.ca.21. immediate, Inferius.

T.c.18.

ARGY. *Nā corpora naturalia superficies habent, solida, longitudines, atq. puncta, de quibus considerat Mathematicus.*

ANTI. *Et.n. plana & firma habent Physica corpora & longitudines, & puncta, de quibus intendit Mathematicus.*

Prima rō. Ponit rationes ad quęstionem, quarū prima talis est. Quæcunque scientiæ considerant eadem subiecta, vel sunt eædem, vel vna est pars alterius, sed Mathematicus Philosop. considerat de pūctis, lineis & superficieb. & corporibus, & similiter Naturalis, quod probat ex hoc, quod corpora naturalia habent Plana .i. superficies, & firma, i. soliditates, & longitudines & pūcta. Oportet autem quod Naturalis consideret de omnib. quę insunt corporibus naturalibus, ergo videtur ꝙ Scientia Naturalis, & Mathematica vel sint eædem vel vna sit pars alterius. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et insuper si Astrologia diuersa sit facultas an pars Scientiæ naturalis. Etenim si ad Naturalem philosophum spectet, quid nam sit Sol, aut quid Luna, scire, nullum aūt eorum affectuum qui per se illis competit, ad eundem scire pertineat, absurdum est sane. Præterea videntur hi, qui de natura loquuntur, & de Solis ac Lunæ figura dicere, & vtrum terra mundusve rotundus sit, an non sit, considerare ac pertractare.*

T.c.17. ANTI. *Amplius Astrologia aut altera est aut pars Physicæ. Si n. Physici est quid sit Sol aut Luna scire, accidentiū aūt, quæ sunt per se nullum inconueniens est. Et alter, quoniā videntur de natura dicentes & de figura Solis & Lunæ, & vtrū sphærica sit terra & Mundus aut non.*

Et circa hanc rationem primo mouet quæstionem vtrum Astrologia sit omnino altera a naturali Philosophia, vel sit pars eius, manifestum est .n. ꝙ est pars Mathematicæ. Vnde, si est etiam pars naturalis Philosophiæ, sequitur quod mathematica & Physica conueniunt ad minus in hac parte. Quod autem Astrologia sit Physicæ pars probat dupliciter. Primo quidem per rationem talem. Ad quemcunq. pertinet cognoscere substantias, & naturas aliquarum rerum, ad eum etiam pertinet considerare accidentia illarum, sed ad naturalem pertinet considerare naturam, & substantiam Solis, & Lunæ, cum sint quædam corpora naturalia, ergo ad eū pertinet etiam considerare per se accidentia ipsorum. Hoc ēt probatur ex consuetudine Philosophorū. Nam Philosophi naturales inueniuntur determinasse de figura Solis, & Lunæ, & Terræ, & totius mundi, circa ꝙ insudat etiam Astrologorum intentio. Sic igitur Astrologia, & Scīa naturalis conueniunt nō solū in eisdem substantiis, sed etiam in consideratione eorūdem accidentium, & in demonstratione earundem cōclusionum. Vnde videtur quod Astrologia sit pars Physicæ, & per consequens Physica non totaliter differat a Mathematica. Secundo ibi.

Astrologiā esse Physicæ partem duplici rōne probat. prima.

Secunda.

ARGY. *De his igitur & ipse Mathematicus tractat, sed non vt est quodq. Naturalis corporis finis. Nec hoc accidentia cōtemplatur, quo talibus accidunt.*

Te.com.18. ANTI. Idem in Timæo Plato. *De his quidē igitur negociatur & Mathematicus, sed non inquantum Physici corporis terminus est vnumquodque. Neq. accidentia speculatur in quantum talib. existentibus accidunt.*

Responsio. a p.19. text. Soluit præmissam qōnem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit solutionem. Secdo confirmat eam ibi. Fiet autem. Circa primum tria facit. Primo soluit qōnem. Secūdo concludit quoddam corollarium ex prædictis ibi. Vnde & abstrahit. Tertio excludit errorem ibi. Latet autem hoc. Dicit ergo primo, quod Mathematicus & naturalis determinant de eisdem, s. punctis, lineis, & superficiebus, & hmōi, sed non eodem modo. Non. n. Mathematicus determinat de eis, in quantum vnumquodque eorum est terminus corporis naturalis, neq. considerat ea, quæ accidunt eis, in quantum sunt termini corporis naturalis, per quem modum de eis cōsiderat Scīētia naturalis. Non est autem Inconueniens, quod idem cadat sub consideratione diuersarum Scientiarum secundum diuersas considerationes.

Immediate infra. Te.com.19.

ARGI. *Quapropter, & separat Mente namq. a motu separabilia sunt, nihilq. interest. Neq. cum separāt efficitur falsū.*

ANTI. *Vnde, & abstrahit. Abstracta. n. sunt intellectu a motu, & nihil differt, neq. fit mendacium abstrahentium.*

Notabile. Concludit quoddam corollarium ex prędictis. Quia .n. Mathematicus considerat lineas, & puncta, & superficies, & huiusmodi accidentia eorum, non in quātum sunt termini corporis naturalis, iō dicitur abstrahere a materia sensibili, & naturali. Et causa quare possunt abstrahere est ista, quia secundum intellectum sunt abstracta a motu. Ad cuius causæ euidentiam considerandū est ꝙ multa sunt coniuncta secdm rem, quorū vnum non est de intellectu alterius, sicut albū & Musicū coniungūtur in aliquo subiecto & tamē vnū non est de intellectu alterius, & iō pōt vnū separatim intelligi sine allo. Et hoc est vnū intellectu esse abstractū ab alio. Manifestum est aūt, ꝙ posteriora nō sūt de intellectu priorū, sed econtra. Vnde priora possunt intelligi sine posterioribus, & non econtra, sicut patet, quod animal est prius homine, & prius est homo, hic hoie, nā hō se habet ex additione ad aīal, & hic homo ex additione ad hoiem, & pp hoc hō nō est de intellectu aīalis, nec Socrates de intellectu hōis, vnde aīal pōt intelligi, & absq. hoie, & hō absq. Socrate, & aliis indiuiduis, & hoc ē abstrahere vniuersale a particulari. Similiter āt et īter accidētia oīa q̄ adueniūt substātię, primo aduenit ei q̄titas, & deīde qualit. sēsibiles, & actiones, & passiones, & motus

Nota necessariā de abstractione Doctrinam.

tus cõsequẽtes sensibiles qualitates. Sic igitur quantitas nõ claudit in sui intellectu qualitates sensibiles vel passiones vel motus, claudit tamẽ in sui intellectu substantiã. Põt igitur intelligi quantitas siue materia subiecta motui & qualitatib. sensibilib. non tamẽ absq. substantia. Et iõ hmõi quantitates & quæ eis accidunt, sunt secundum intellectum abstracta a motu, & a materia sensibili, non ãt a materia intelligibili, vt dicitur in 7. Met.

Te.com. 35. Quia igitur sic sunt abstracta a motu scdm intellectũ q̃ non claudunt in suo intellectu materiã sensibilẽ subiectam motui, ideo Mathematicus põt abstrahere a materia sensibili, & nihil differt quantum ad veritatẽ considerationis vtrum sic vel sic considerentur, quamuis enim non sint abstracta secundum esse non tamen Mathematici abstrahentes ea secundum intellectũ mẽtiuntur, quia non asserunt ea esse extra materiam sensibilem, hoc enim esset mendacium, sed considerant de eis absque consideratione materiæ sensibilis q̃ absque mẽdacio fieri põt. Sicut aliquis põt considerare albedinem absq. Musica, & vere, licet conueniant in eodẽ subiecto, non tamen esset vera consideratio si assereret album non esse Musicum. Tertio ibi.

Abstrahẽtiũ non est mendacium, vide tertio de Anim. te. 35

ARGI. *Latent autem id agentes, & hi qui dicunt ideas esse, Naturalia n. separant formas, quæ minus separabiles sũt, quam mathematicæ formæ.*

ANTI. *Latet ẽm hoc facientes & ideas dicẽtes. Physica n. abstrahunt, cum minus sint abstracta Mathematicis.*

Excludit ex prædictis errorem Platonis. Quia n. latebat eum quo intellectus vere posset abstrahere ea, quæ non sunt abstracta scdm esse, posuit omnia quæ sunt abstracta secundum intellectum, esse abstracta secundũ rem. Vnde non solũ posuit Mathematica abstracta p p hoc, q̃ Mathematicus abstrahit a materia sensibili, sed ẽt posuit ipsas res naturales abstractas, p p hoc, q̃ Naturalis Scientia est de vniuersalibus, & non de singularib. Vnde posuit hominem esse separatum, & equũ, & lapidem & alia huiusmodi, quæ quidem separata, dicebat esse ideas, cum tamen naturalia sint minus abstracta quã Mathematica, Mathematica. n. sũt omnino abstracta a materia sẽsibili scdm intellectũ quia materia sensibilis non includitur in intellectu Mathematicorum neq. in vniuersali neq. in particulari, sed in intellectu specierum naturalium includitur quidẽ materia sensibilis, sed non materia indiuidualis, in intellectu. n. hominis includitur caro & os, sed non hæc caro, & hoc os. Deinde cum dicit.

T. c. 19.

Rõ Platonicorũ ponentiũ vlia sepata.

ARGY. *Quod quidem esse patebit, si quispiam vtrorumq. definitiones, ipsarum inquam formarum naturalium, & accidentium dicere conatur, & enim par quidem & impar, rectum & curuum, numerus insuper, linea, atq. figura sine motu nimirũ definientur, at carnis, ossis, ac hominis definitio sine ipso non erit. Sed hæc perinde atq. nasus simus, sed non vt curuum, concauumq. dicuntur.*

ANTI. *Fiet autem hoc manifestum si aliquis vtrorumq. tentauerit dicere terminos, & ipsorum, & accidentium. Impar quidem enim & par, rectum, curuum, adhuc autem & linea, & figura sine motu. Caro autem, & os & hõ nõ adhuc, sed hęc sicut naris sima, sed nõ sicut curuũ dicũtur.*

T. c. 30.

Manifestat positam solutionem dupliciter. Primo quidem per differentiã definitionũ, quas assignat Mathematicus & Naturalis. Secundo per Scientias medias ibi. (Demõstrãt ãt & q̃ magis.) Dicit ergo, primo, q̃ hoc quod dictum est de diuerso mõ considerationis Mathematici, & Physici, fiet manifestum si quis tentauerit dicere definitiones Naturalium, & Mathematicorum, & accidentia eorum, quia Mathematica, vt par, & impar, rectum, & curuum, & numerus, & linea, & figura, definiuntur sine motu & materia, non autem caro, & os, & homo, sed horũ definitio est sicut definitio simi, in cuius definitione ponitur subiectum sensibile. Et sic ex ipsis definitionibus Naturalium & Mathematicorum apparent quod supra dictum est de differentia Mathematici, & Naturalis. Secundo ibi.

T. c. 10.

ARGI. *Hoc idem indicant & Mathematicarum facultatum hæ, quæ magis sunt Naturales, vt Perspectiua, Musica, Astrologia. Nam contra quodammodo sese habent atque Geometria. Geometria nanque de Naturali quidem linea contemplatur, sed non vt est Naturalis. Perspectiua verò Mathematicam quidem considerat lineam, at nõ vt est Mathematica, sed vt est Naturalis.*

Nec in textu græco, nec in græcis expositorib. comparatio hæc med arũ scientiarũ habetur, at cõtrarũ est q̃d scientiæ mediæ magis sunt naturales, q̃ Mathematicæ puræ, sæpe naturales sint.

ANTI. *Demonstrant autem & quæ magis Physica quam Mathematica, vt Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia, e contrario enim quodammodo se habent ad Geometriam, Geometria quidem enim Physicam intendit lineã, sed non inquantum est Physica. Sed perspectiua quidem Mathematicam lineam, sed non inquantum Mathematica, sed inquantum est Physica.*

Probat idem per scientias, quæ sunt mediæ inter Mathematicam, & Naturalem. Dicuntur ãt scientiæ mediæ quæ accipiunt principia abstracta a Scientiis pure Mathematicis, & applicant ad materiam sensibilem, sicut Perspectiua applicat ad lineam visualem ea, quæ demõstrantur a Geometria circa lineam abstractam, & Harmonica, i. Musica, applicat ad sonos ea, quæ Arithmeticus considerat circa proportionẽs numerorũ, & Astrologia considerationem Geometriæ, & Arithmeticę applicat ad Cęlum, & ad partes eius. Huiusmodi ãt Scientiæ, licet sint mediæ inter Scientiam Naturalem & Mathematicam tamen dicuntur hic a Philosopho esse magis Naturales, quã Mathematicæ, quiã vnumquodque denominatur, & spẽm hẽt a termino ad quẽ, vnde, quia harum Scientiarũ consideratio terminatur ad materiã Naturalem, licet per principia Mathematica procedat, magis sunt Naturales quam Mathematicæ. Dicit ergo de huiusmodi Scientiis, q̃ contrario mõ se habent cũ Sciẽtiis, quæ sunt pure Mathematicæ, sicut Geometria vel Arithmetica. Nam Geometria considerat quidẽ de linea, quæ habet esse in materia sensibili, quæ est linea Naturalis non tamen considerat de ea in quantum est in materia sensibili, secundum q̃ est Naturalis, sed abstracte vt dictum est. Sed perspectiua econtra accipit lineam abstractam, secundum quod est in consideratione Mathematici, & applicat eam ad materiam sensibilẽ, & sic determinat de ea, non inquantum est Mathematica, sed in quantum est Physica. Ex ipsa ergo differentia scientiarum mediarum ad Scientias pure Mathematicas apparet quod supra dictum est. Nam, si huiusmodi Scientiæ mediæ abstracta applicant ad materiã sensibilem, manifestum est, q̃ Mathematicæ econtra ea, quæ sunt in materia sensibili abstrahunt. Et per hoc etiam patet responsio ad id quod supra obiiciebatur de Astrologia. Vnde Astrologia est magis naturalis q̃ Mathematica. Vnde non est mirum si communicet in conclusionibus cum Scientia naturali, quia tamen non est pure naturalis per aliud medium eãdem conclusionẽ demonstrat. Sicut q̃ terra ait sphærica demonstratur a naturali per mediũ naturale, vt puta, quia partes eius vndiq. & æqualiter concurrũt ad mediũ, ab Astrologo autem ex figura eclipsis lunaris, vel ex hoc, q̃ nõ eadem sydera ex omni parte terræ aspiciuntur.

Cur magis naturales dicat Arist. Sciẽtias medias esse.

LECTIO 4.

Naturalis Philosophus nõ solam materiam speculatur sed formam omnem in materia vsq. ad hominis intellectum.

ARGI. *Cum autem Natura sit duplex, materia atque forma, res Naturales perinde contemplentur oportet, atq. si de simitate quidnam sit, consideremus. Quare neque sine materia, neq. sine ratione materia res huiuscemodi consideranda esse videntur.*

QVoniam autem natura dupliciter dicitur species & materia, sicut de simo quid sit intendimus, sic considerandum est. Quare neq. sine materia huiusmodi, neq. secundum materiam.

Postquam Philosophus ostendit differentiam inter Naturalem & Mathematicum, hic ostendit ad quid se extendat consideratio Naturalis, & circa hoc duo facit, primo ostendit, q ad Naturalem pertinet considerare formam & materiam. Secundo ostendit quid sit termi- p.p. 26.tex. nus cõsiderationis naturalis circa formam ibi. (Vsque, ad quantum.) Circa primum duo facit. Primo ex præmissis concludit propositum. Secundo mouet dubitationes circa determinatum ibi. (Etenim iam.) Dicit ergo primo, qđ natura dicitur dupliciter, s. de materia & forma, vt supra dictum est. Est sic est considerandũ in Immediate infra le. Scientia Naturali, sicut cum intendimus de simo quid est, tunc.n. non solum formam, idest curuitatem, sed et materiam, id est nasum attendimus. Vnde in sciẽtia Naturali neq. est consideratio sine materia sensibili, neq. et solũ scđm materiã, sed etiã scđm formã. Et notãdũ, q iste processus Arist. includit duo media p vnũ quorũ sic põt argumentari. Naturalis Philosophus dẽt cõsiderare de natura, sed natura est tã forma quã materia ergo debet tam de materia quam de forma considerare. Per aliud vero sic. Naturalis differt a Mathematico, vt dictũ est, quia consideratio Naturalis est sicut consideratio simi, consideratio vero Mathematici est sicut consideratio curui, sed consideratio simi est consideratio formæ & materiæ, ergo & consideratio Naturalis est consideratio vtriusq. Secundo ibi.

ARGV. *Nam, & de hoc ipso quispiam dubitauerit cũ duæ sint Natura, de vtra considerare, ad Naturalem Phylosophũ pertinet, an de eo quod ex vtrisque componitur, quod si de ipso & de vtraque contemplari ad eundem vtiq. spectat, vtrum igitur eiusdem sit facultatis an diuersarum vtranque cognoscere.*

te.com. 22. ANTI. *Etenim iam & de hoc dubitabit aliquis dupliciter, quia duæ naturæ sunt, de qua est Physica, aut de eo quod ex vtrisq. Sed si de eo quod est ex vtrisq. & circa vtraq. vtrũ igitur eiusdem, aut alius vtrumq. cognoscere.*

Mouet circa præmissa dubitationem duplicem quarum prima est. Cũ natura dicatur de materia & de forma, vtrum Scientia Naturalis sit tantum de materia, vel tantum de forma, vel de eo, quod est ex vtroq. compositum. Secunda dubitatio est. Supposito; quod de vtroque consideret Sciẽtia Naturalis, vtrum sit eadem sciẽtia naturalis, quæ consideret de forma & materia, vel alia, & alia de vtroq. Secundo ibi.

ARGV. *Nam respicienti quidẽ ad Veteres, materiei cognitio ad ipsum videbitur pertinere, perparum .n. Empedocles & Democritus formam, quidditatemq. tetigerunt.*

ANTI. *In Antiquos quidẽ .n. aspicienti videbitur vtiq. esse materiei, ex parua enim parte quadam Emp. & Dem. speciem, & quod quid erat esse tetigerunt.*

Soluit prædictas dubitationes, & maxime secundam ostendens, q ad eiusdem Scientiæ Naturalis cõsiderationem pertinet considerare de forma & de materia. Nã prima qõ satis videtur soluta esse per hoc, q dixerat q consideratio Naturalis est, sicut cum intendimus de simo quid sit. Circa hoc ergo duo facit. Primo ponit quid Antiqui sẽsisse videntur, & dicit q si aliquis velit aspicere ad dicta Antiquorum Naturalium, videtur, q Scientia Naturalis nõ sit nisi de materia, quia vel nihil tractauerunt de forma, vel aliquid modicũ, sicut tetigerunt eam Dem. & Emped. in quantum posuerũt aliquid fieri ex multis secundum aliquem determinatũ modum mistionis vel congregationis. Secundo ibi.

ARGV. *At, si ars imitatur naturam, eiusdem autem scientiæ est formam atq. materiam vsque ad terminum quendam cognoscere, veluti Medici sanitatem, & bilem, atq. pituitã in quibus est sanitas, & Aedificatoris similiter formam ipsius domus atque materiam, lateres inquam ac ligna, & cæterorum. Eodem modo Naturalis etiam facultatis erit profecto vtrasq. naturas cognoscere.*

Si aũt ars imitatur naturã, eiusdem autem scientiæ est cognoscere formam & materiã vsq. ad hoc, vt Medici sanitatem, & cholerã & phlegmã, in quibus est sanitas, similiter aũt & Aedificatoris est formam domus, & materiam, quoniã lateres & ligna sunt, similiter aũt in alijs, & Physica vtiq. erit cognoscere vtrasq. naturas. ANTI.

Ostendit propositum tribus rationibus, quarum prima talis est. Ars imitatur naturã, oportet igitur, qđ sic se habeat Scientia Naturalis circa Naturalia, sicut se habet Sciã artificialis circa artificialia, sed eiusdẽ Sciẽtiæ artificialis est cognoscere materiã, & formã vsq. ad aliquẽ certũ terminũ, sicut Medicus cognoscit sanitatem, vt formã, & cholera, & phlegma, & hmõi sicut materiã in qua est sanitas. Nã in cõtẽperatione humorũ sanitas consistit. Et similiter ædificator considerat formã domus & lateres & ligna, quæ sunt materia domus, & ita est in omnib. alijs artib. ergo eiusdẽ Scientiæ Naturalis est cognoscere, tam materiam quam formã. Quod aũt, q ars imitatur Naturã, rõ est, quia principium operationis artificialis cognitio est, omnis aũt nostra cognitio est per sensus a reb. sensibilib. & naturalib. accepta, vnde ad similitudinem naturaliũ in artificialib. operamur. Iõ aũt res naturales imitabiles sunt per artẽ, quia ab aliquo principio intellectiuo tota natura ordinatur ad finẽ suũ et sic opus naturæ videat esse opus intelligẽtiæ, dũ p determinata media ad certos fines pcedit, q et in operãdo ars imitatur. Secundã rõnem ponit ibi. Quo ars naturam imitatur.

ARGV. *Præterea facultatis eiusdem est id gratia cuius, finemque & ea quæ horum gratia fiunt cognoscere, at natura finis est, & id cuius gratia. Quorum namque motionis, si sit continua, finis aliquis est, eorum is vltimum est, & id cuius gratia. Quapropter & Poeta ridicule compulsus est ad hanc sententiam afferendam. Extremum ob quod natus erat fatumq. petiuit. Non .n. quoduis vltimum finis est, sed id, quod est optimum. Artes præterea materiam faciunt, quædam simpliciter, quædam aptam idoneamque ad opus. Et vtimur quia omnia sunt gratia nostri. (Sumus .n. & nos quodammodo finis) id .n. cuius gratia cætera sũt dupliciter dicitur, vt in Philosophia distinximus. Duæ igitur dominæ sunt materiei cognoscentesq. artes, ea, quæ vtitur, & ea quæ præest faciendorum operum facultati, ipsa inquam Architectura. Quapropter & ea, quæ vtitur, Architectura quodammodo est. Sed hoc interest, altera nãque formam cognoscit, altera materiam facit. Nam gubernator quidem qualis est formæ claui cognoscit ac iubet, at Architectus extruendæ nauis, quali ex ligno & quibus ex motibus erit. In his igitur, quæ per artem conficiuntur, nos operis extruendi causa materiam facimus. In naturalibus autem est.*

Te.com. 23. ANTI. *Adhuc quod cuius causa fit & finem eiusdem, & quæcunque sunt propter hoc. Natura aũt finis est & cuius cã fit, quorũ .n. continuo motu existente, est aliquis finis, ipsius motus, hoc vltimũ est, & cuius cã fit, vnde & Poeta derisorie apposuit dicere hunc finem cuius quidẽ cã effectus est. vult .n. non oẽm esse vltimum finẽ, sed optimum. Quoniam autem faciunt artes materiam, aliæ quidẽ simpliciter, aliæ vero operose. Et vtimur tãquam propter nos omnibus quæ sunt. (Sumus .n. quodãmodo & nos finis.) Dupliciter .n. est id cuius cã fit, dictum est autem de his in his, quæ de Prima Philosophia sunt. † Duæ igitur sunt principantes materiam & cognoscentes artes, quæ vtitur & factiua, quæ Architectonica, vnde & vsualis Architectonica quodammõ est. Differunt aũt sdm q hæc formæ quidem cognoscitiua est Architectonica, alia autẽ vt fa-* te.com. 24. In 5. & 12. te.com. 21. † te.co. 25. al. quæ dominãtur materiæ.

actiua materiæ, gubernator enim qualis sit forma aliqua temonis cognoscit & instituit; alius autem ex quo ligno & qualibus illis erit, in his quidem igitur, quæ sunt secundum artem, nos facimus materiam propter opus, sed in Physicis inest.

Eiusdem scientiæ est considerare finem, & ea quæ sunt ad finem, & hoc ideo, quia ratio eorum quæ sunt ad finem a fine sumitur, sed natura, quæ est forma, est finis materiæ, ergo eiusdem Scientiæ naturalis est considerare materiam, & formam. Quod autem forma sit finis materiæ sic probat. Ad hoc, quod aliquid sit finis alicuius motus continui duo requiruntur, quorum vnū est, quod sit vltimū motus, & aliud est, q sit cuius causa fit. aliquid. n. pōt esse vltimū, sed non est cuius cā fit, vnde Poeta hoc apposuit, q derisorie se hēt dicere, finem cuius cā fit. Vl. n. esse nugatio, sicut si diceretur, hō aīal; quia aīal ē de rōne hoīs, sicut & cuius cā de rōne finis. vult. n. Poeta q nō oē vltimū sit finis, sed illud, q est vltimū & optimū, hoc est cuius cā fit. Et quidē, q forma sit vltimū generationis hoc est per se manifestū. Sed, q sit cuius cā fit respectu materiæ, manifestat per similitudinē in artib. Inueniuntur. n. quędā artes quæ faciūt materiam, quarum quædam faciunt eam simpliciter, sicut ars figuli lateres, quæ sunt materia domus, quædā vero faciunt eam operosē, s. materiā præexistentem in natura disponunt ad receptionem formæ, sicut ars carpentaria præparat ligna ad formam nauis. Item cōsiderandum est, q nos vtimur omnibus, quæ sunt secundū artem facta, sicut p p nos existentib. Nos. n. sumus quodammō finis omniū artificialiū. Et dicit quodammō, quia sicut dictū est in Philosophia prima, dupliciter dicitur id cuius cā fit, s. cuius & quo, sicut finis domus, vt cuius, est habitator, vt quo, est habitatio. Ex his igitur accipere possumus q duæ artes sunt principantes materiam, i. quæ præcipiūt artib. facientib. materiā, & cognoscentes, i. diiudicantes de ipsis, vna, s. quæ vtitur, & alia quæ est factiua artificiati, inducens, s. formā, & hæc est sicut Architectonica respectu eius, quæ disponit materiā. sicut nauisfactiua respectu carpentariæ quæ secat ligna. Vnde etiam oportet q ipsa ars vsualis sit quodammō Architectonica, i. principalis ars respectu factiuæ. Quāuis igitur vtraq. sit Architectonica, s. vsualis, & factiua, tamē differunt, quia vsualis est Architecta inquātū est cognoscitiua & diiudicatiua de forma, alia āt quę est Architecta tanquā factiua formæ, est cognoscitiua materiæ, i. diiudicat de materia. Et hoc manifestat per exemplū. vsus. n. nauis pertinet ad gubernatorē, & sic gubernatoria est vsualis, & sic est Architectonica respectu nauisfactiuæ, & cognoscit & diiudicat de forma. Et hoc est, quod dicit, q gubernator cognoscit, & instituit qualis debeat esse forma temonis. Alius autem, s. Factor nauis cognoscit & diiudicat ex quibus & qualib. lignis debeat fieri nauis. Sic ergo manifestum est, quod ars quæ inducit formā, præcipit arti, quæ facit vel disponit materiā, & ars, quæ vtitur artificiato iā facto, præcipit arti, quæ inducit formā. Ex quo possumus accipere, q sic se habet materia ad formā, sicut forma ad vsum, sed vsus est cuius cā fit artificiatū, ergo & forma est, cuius causa est materia in artificiatis. Et sicut in his, quæ sunt secundum artem, nos facimus materiam propter opus artis, quod est ipsum artificiatum, ita in naturalibus materia inest a natura non a nobis facta, nihilominus eundem habens ordinem ad formam, s. quod est propter formam. Vnde sequitur, quod eiusdem Sciētiæ Naturalis sit considerare materiam & formam.

Homo quodammodo finis est omnium.

Tertiam rationem ponit ibi.

ARG. *Insuper materies est eorū quæ sunt ad aliquid. Alia. n. ad aliam est formam accommodata.*

T.c.26. *Amplius eorum quæ sūt ad aliquid materia est, in alia enim forma alia materia.*

Quæ talis est. Eorum, quæ sunt ad aliquid, vna est scientia, sed materia est de numero eorum, quæ sunt ad aliquid, quia dicitur ad formam. Quod ideo nō dicitur, quia ipsa materia sit in genere relationis, sed quia cuiuslibet formæ determinatur propria materia. Et hoc est quod subdit, q sub alia forma oportet esse aliā materiam. Vnde relinquitur, quod eiusdem scientiæ naturalis sit considerare formam & materiam.

Materia ē de relatiuis secundū dici, nō āt secundū esse.

Deinde cum dicit.

ARGV. *At quousq naturalē Philosophū formā, & ipsum quod est scire oportet? An vt medicum neruum, vel fabrū æs, vsq. ad quendam terminum considerare oportet? Alicuius nāq. gratia est vnaquæque, & circa res versari quæ sēparabiles quidē sunt rōne, in materia autem sunt. Homo nāq. generat hominem atq. Sol. Quo vero modo sese hēat separabilis forma, & quidnam sit, Philosophię Primæ officium est determinare ac pertractare.*

Testimonio āt Themistii Simp. icit opinatur naturalē Philosophū formam, vsque ad cām finalē dere cōsiderare, q & Plato in Phædone.

Vsque ad quantum ergo Physicum oportet cognoscere speciem, & quod quid est? Aut quemadmodum ad Medicū nerum, & fabrū æs vsquequo, cuius. n. cā vnū quodq. Et circa hæc quæ sunt separata quidem species in materia. homo enim hominem generat ex materia & Sol. Quomodo autem se habeat hoc separabile, & quid sit, Philosophię primæ est determinare.

Ostendit quantum se extendat consideratio sciētiæ naturalis circa formam. Et circa hoc duo facit. Primo mouet quæstionem hanc. s. vsque ad quantū oporteat Naturalem considerare de forma & quidditate rei. Nā considerare formas, & quidditates rerum absolute, videtur pertinere ad Philosophum primum. Secundo soluit, quod sicut Medicus considerat neruum, & Faber æs vsque ad aliquem terminum, ita & Naturalis formas. Medicus. n. non considerat de neruo inquantū est neruus, hoc. n. pertinet ad Naturalem, sed inquātum est subiectum sanitatis, & similiter Faber de ære non inquātum est æs, sed in quantum est subiectum statuæ, aut alicuius huiusmodi. Et similiter Naturalis non considerat de forma inquantum est forma, sed inquantum est in materia. Et ideo sicut Medicus in tantum cōsiderat de neruo inquantum pertinet ad sanitatem, cuius cā considerat neruum, similiter Naturalis in tantum considerat de forma, in quātum habet esse in materia. Et ideo terminus considerationis Scientiæ naturalis est circa formas, quæ quidem sunt aliquo modo separatæ, sed tamen esse habent in materia. Et huiusmodi formę sūt animæ rationales, quæ quidem sunt separatæ, in quantū intellectiua virtus non est actus alicuius organi corporalis, sicut virtus visiua est actus oculi, sed in materia sunt in quantū dant esse naturale tali corpori. Et quod sint in materia per hoc probat quod forma cuiuslibet rei generatæ ex materia, est in materia, ad hoc. n. terminatur generatio vt forma sit in materia. Sed homo generatur ex materia, & ab homine, quasi ab agēte primo & a Sole tanquam ab agente vniuersali respectu generabilium, vnde sequitur, quod anima, quæ est forma humana, sit in materia. Vnde vsque ad animam rationalem se extendit cōsideratio Naturalis, quæ est de formis. Sed quomodo se habeant formæ totaliter a materia separatæ, & quid sint, vel etiā quomodo se habeat hæc forma, id est anima rationalis secundum quod est separabilis, & sine corpore existere potens, & quid sit secundum suam essentiam separabile, hoc determinare pertinet ad Philosophum primum.

Terminus considerationis Naturalis.

LECTIO 5.

Philosophum Naturalem de Causis speculari oportere, quæve & quot numero sint.

ARG I. *Determinatis autem hisce considerandum est de causis quales*

quales & quot sint numero. Nam cum hęc pertractatio sciendi sit cā. scire aūt vnumquodque non prius putemus, quam circa vnūquodq. propter quid est capiamus, id q. sit primā accipere causam patet, & a nobis hoc esse agendū, & de generatione corruptione ve, & de omni naturali mutatione, vt ipsarū perceptis principiis, ad ipsa quodque eorum, quę quærimus, reducere enitamur.

Te.com.17. ANI.

Determinatis aūt his considerandum est de causis, et, quæ, & quot numero sunt. Quoniam.n. sciendi gratia hoc negocium est, scire aūt non ante opinamur vnumquodque quam vtique accipimus propter quod est vnumquodque, hoc autem est accipere primam causam, manifestum est, quoniam & nobis hoc faciendum est, & de generatione, & corruptione et de omni Physica mutatione, quatenus scientes eorum principia, reducere in ipsa tentemus quęsitorum vnumquodque.

Postquā Philosophus ostendit de quibus considerat Scientia Naturalis, hic incipit ostendere ex quibus causis demōstret. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de causis. In secunda vero ostendit ex quib. causis Naturalis demonstret ibi. (Quoniā āt causę quatuor.) Circa primum duo facit. Primo ostendit necessitatē determinandi de causis, secundo incipit de causis determinare ibi. Vno quidem mō. Dicit ergo primo, ꝙ postquam determinatum est quid cadat sub consideratione Scientiæ Naturalis, restat considerandū de causis quę, & quot sunt. Et hoc iō, quia hoc negocium, quo intendimus, de natura tractare, non ordinatur ad operationē, sed ad sciam, quia nos non possumus facere res naturales, sed solum de eis scientiam habere, sed nos non opinamur nos scire vnumquodq. nisi cū accipimus propter quid, ꝙ est accipere causā, vnde manifestū est, ꝙ hoc obseruandum est nobis circa generationem & corruptionē, & oēm naturalem mutationem, vt cognoscamus cās, & reducamus vnūquodque de quo quæritur propter quid, in proximam causam. Hoc aūt iō dicit, quia considerare de causis in quantum hmōi proprium est Philosophi Primi, nam causa in eo quod causa est, non dependet a materia secundum esse, eo ꝙ in his etiam, quæ a materia sunt separata, inuenitur ratio causæ, Sed a Philosopho naturali assumitur consideratio de causis propter aliquam necessitatem, nec assumitur ab eo considerata de causis, nisi secundum ꝙ sūt causæ naturalium mutationum. Secundo ibi.

T.c.70.

T.c.28.

ARGI.

Vno itaque modo causa dicitur id, ex quo quippiam fit, eo pacto vt insit, vt æs statuæ, argentumque pateræ, & horum genera. Alio modo forma atque exemplar, hæc est aūt rō quidditatis, & huius genera, velut eius concentus qui sonos oēs complectitur, ipsa duorum ad vnum rō, atque omnino numerus, partes itemq. in ratione sumuntur. Praeterea id, vnde primum principium est mutationis, aut quietis, qualis est causa hic qui consiluit, & pater filii, atque omnino quod efficit eius quod efficitur, & quod mutat eius quod mutatur. Insuper vt finis, hic autem est cuius gratia cætera fiunt, veluti deambulādi sanitas. cur .n. deambulat interrogati, quomodo valeat respondemus, atq. si hoc pacto dixerimus, reddidisse causā arbitramur. Et quæcunque alio mouente inter ipsum & finem fiunt, vt inter Medicum sanitatemq. macies, aut purgatio, aut instrumenta, vniuersa.n. hæc ipsius finis gratia sunt, inter sese autem differunt, alia namq. sunt opera, alia instrumenta. Causæ igitur tot fere modis dicuntur.

T.c. 28. ANTI.

Vno quidem mō cā dicitur, ex quo fit aliquid cum insit sicut æs statuæ, & argentum phialę & horum genera. Alio autem modo species & exēplum. hęc autem est rō ipsius quod quid erat esse, & huius genera, vt eius quę est diapason, duo ad vnū, & omnino numerus, & partes, quę in definitione. Amplius vnde principium mutationis primum, aut quietis est, vt consilians causa & pater filii, et omnino faciens facti, & commutans commutati. Adhuc autem quemadmodum finis. Hoc autem est quod cuius cā, vt ambulandi sanitas, propter quid.n. ambulat dicimus vt sanetur, & dicentes sic, opinamur assignare causā. Et quęcunq. iam mouente alio inter media sunt finis, vt sanitatis, macies: aut purgatio, aut potiones, aut organa. oīa .n. hęc finis gratia sunt. Differunt tamen ab inuicem, quod alia quidem opera, alia vero organa. Causę quidem igitur fere tot modis dicuntur.

Te.com.29.

T.c. 30.

Determinat de causis. Et circa hoc tria facit, Primo ostendit diuersas spēs causarum. Secundo de quibusdā immanifestis causis determinat ibi. (Dicitur autem fortuna.) Tertio ostēdit ꝙ non sunt plures neque pauciores ibi. Quoniā sūt causæ. Prima diuiditur in duas. In prima determinat species causarū. In secunda determinat modos diuersarū causarum secundum vnamquāq. speciem ibi. Modi autem causarum. Circa primum duo facit. Primo inducit diuersas species causarum. Secūdo reducit eas ad quatuor ibi. Omnes autem nunc. Circa primum duo facit. Primo ponit diuersitatem causarū. Secundo exponit quædam consequentia ex diuersitate prædicta ibi. Contingit autem. Dicit ergo primo quod vnu modo dicitur causa, ex quo fit aliquid cum insit, sicut æs dicitur causa statuæ, & argentum causa Phialæ, & etiam genera horum dicuntur causæ earundē rerū, sicut metallum, vel liquabile, vel hmōi. Apposuit autē, cum insit, ad differentiam priuationis & contrarii, nam statua quidem fit ex ære, quod inest statuæ iam factæ, fit etiam ex infigurato, quod quidem non inest statuæ iā factæ. Vnde æs est causa statuæ, non autem infiguratum, cum sit principium per accidens tantum, vt in primo dictum est. Secundo modo dicitur causa species & exemplum, & hoc dicitur causa, in quantū est rō quidditatiua rei, hoc enim est per quod scimus de vnoquoque quid est. Et sicut dictum est circa materiam, quod etiam genera materiæ dicuntur causa, ita & genera speciei dicuntur causa. Et ponit exemplum in quadam cōsonantia musicæ, quæ vocatur diapason, cuius forma ē proportio dupla, quæ est duorum ad vnum. Nam proportiones numerales applicatæ ad sonum sicut ad materiam, consonantias musicas constituunt, & cum duo vel duplum sit forma consonantiæ, quæ est diapason, & genus duorum, quod est numerus, est causa. Sicut.n. dicimus quod forma diapason est proportio duorū ad vnum, quæ est porportio dupla, ita possumus dicere, ꝙ forma diapason est porportio duorum ad vnū, quæ est multiplicitas. Et ita ad hunc modum causæ reducūtur omnes partes, quæ ponuntur in definitione, nā partes speciei ponuntur in definitione, non autem partes materiæ, vt dicitur in 7. Meta. Nec est contra id, quod supra dictum est, quod in definitione rerum naturaliū ponitur materia, nam in definitione speciei non ponitur materia indiuidualis, sed materia cōis, sicut in definitione hominis ponuntur carnes & ossa, non autē hæ carnes & hæc ossa, Natura igitur speciei constituta ex forma & materia cōi se habet vt formalis, respectu indiuidui, quod participat talem naturam, & pro tāto hic dicitur, quod partes, quæ ponuntur in definitione, ad cām formalem pertinent. Cōsiderandum est etiam, ꝙ duo posuit pertinentia ad quidditatem rei .i. speciem, & exemplū propter diuersas opiniones de essentiis rerū. Nā Plato posuit naturas specierū esse quasdam formas abstractas, quas dicebat exēplaria & ideas, & ꝓ hoc posuit exemplum vel paradigma. Naturales autē Philosophi, qui aliquid de forma tetigerunt, posuerunt formas in materia, & propter hoc nominauit speciem. Vlterius autem dicit ꝙ alio modo dicitur causa, a quo est (principium motus vel quietis, sicut consilians dicitur causa, & pater filii, & omnino cōmutās cōmutati)

2.pa. 19.te.

Te.com.68.

2.part.a. te.

Te.com.31.

2.par. 30.te. Materia.

Lect. 7. T.cap. 69. Forma.

Lect. 9. Te.com.33.

Partes definitionis ast forma.

Spēs & exēplū cur formā dixerit. Efficiens.

Circa

Quadrupl'ex cā efficiens. Perficiens. Præparans. Adiuuans. Consilians.

Circa autem huiusmodi causas considerandū est, ꝙ quadruplex est causa efficiens, s. perficiens, præparans, adiuuans, & consiliās. Perficiens.n.est, quod dat cōplemētum motui vel mutationi, sicut quod introducit formam substantialem in generatione. Præparans aūt seu disponens est, quod aptat materiam seu subiectū ad vltimum complementum. Adiuuans vero est, quod non operatur ad propriū finem, sed ad finem alterius. Cōsilians autem in his, quæ agunt a proposito, est quod dat agenti formam per quam agit. Nam agens a proposito agit per suam scientiam, quam consilians sibi tradit, sicut & in rebus naturalibus generās dicitur mouere grauia vel leuia, inquantum dat formā per quā mouentur.

Finis.

Quartū āt modū causę ponit, ꝙ aliquid dicitur vt finis, & hoc est cuius cā aliquid fit, sicut sanitas dicitur cā ambulationis. Et hoc patet, quia respōdetur ad qōnē factā pp quid. cum.n. pp quid ambulat, dicimus vt sanetur, & hoc dicentes opinamur nos assignare causam. Iō aut potius probat de fine ꝙ sit cā, quam de aliis, quia hoc minus videbatur, propterea quia finis est vltimū in generatione. Et vlterius addit, ꝙ omnia, quæ sunt inter media inter primū mouens & vltimum finem, oīa sūt quodammodo fines, sicut Medicus ad sanitatem inducendum extenuat corpus, & sic sanitas est finis maciei, maciem autem operatur per purgationem, purgationē autem per potionem, potionem autem præparat p aliqua instrumēta, vnde omnia hæc sunt quodammodo finis, nam macies est finis purgationis, & purgatio potionis, & potio organorum, & organa sunt fines in operatione, vel inquisitione organorum. Et sic patet, ꝙ ista intermedia differunt abinuicem, in quantum quædam sunt organa. & quædā opera operata. s. per organa. Et hoc inducit ne aliquis credat ꝙ solū id, ꝙ est vltimū, sit cā, sicut cuius gratia, pp hoc, ꝙ hoc nomen finis vltimum quoddam videtur esse. Est igitur omnis finis vltimū non simpliciter, sed respectu alicuius. Et vltimo concludit ꝙ fere tot modis dicuntur causæ. Et addit fere, propter causas, quæ sunt per accidens, sicut sunt casus & fortuna. Secundo ibi.

ARGY.

Fit autem, vt cum multipliciter causæ dicantur, multæ & eiusdem sint non per accidens causę, seu statua & Statuaria ars, & æs, non per aliud quicquam, sed vt statua est, at non eodē mō. sed æs quidem vt materia, ars autem vt id, a quo motio proficiscitur. Sunt præterea quæ sibi sūt mutuo causæ, vt exercitiū bonæ habitudinis, et hæc exercitu, at non eodē mō, sed hæc vt finis, illud vt principium motus. Idem insuper contrariorū est causa, quod.n. prasēs causa cuiuspiam est, id & absens nonnunquam causā esse contrarij dicimus, vt Gubernatoris absentiam subuersionis nauis, cuius præsentia causa erat salutis.

ANTI.

Contingit autem multipliciter dictis causis, & multas eiusdem causas esse non secundū accidens, vt statuifica, et æs non secundum alterum aliquid, sed secundum quod, est statua, sed non eodē modo, sed hoc quidem vt materia, illud aūt sicut vnde motus. Sunt autem quædam, & adinuicem causæ, vt laborare cā est boni habitus, & hic laborādi, sed non eodem modo, sed hæc quidem sicut finis, illa sicut principium motus. Amplius aūt eadem contrariorum est. quæ.n. præsens causa huius est, & absens causa aliquando contrarij, vt absentia Gubernatoris nauis submersionis, cuius erat præsentia causa salutis.

Primum.

Manifestat tria consequentia, ex iam dicta causarū diuersitate, quorum Vnum est, ꝙ cum causæ dicantur multipliciter, contingit vnius & eiusdē esse multas causas per se & non per accidens, sicut causa statuæ est ars statuifica, vt efficiens, & æs vt materia. Et inde est, ꝙ aliquando vnius rei assignantur plures definitiones secundū diuersas causas, sed perfecta definitio oēs causas cōplectitur. Secundū est, quod quædā sibi inuicē sunt causæ secundum diuersam speciem causæ, sicut laborare est causa efficiens bonæ habitudinis, bona aūt habitudo est cā finalis laboris. Nihil.n. prohibet aliqd esse prius & posterius altero scdm diuersas rōnes, finis.n. est prius secundū rōnem, sed posterius in esse, agens āt econtra. Et similiter forma est prior materia secundū rōnem complementi, materia autē est prius quam forma generatione & tempore in omni eo, quod mouetur de potentia in actum. Tertium est, quod idem est causa contrariorū quandoq. sicut per suam præsentiā gubernator est cā salutis nauis, per absentiam aūt suā causa est submersionis eius. Deinde cum dicit.

Secundum.

Tertium.

ARGY.

Vniuersę autē nunc dictę causę quatuor in genera manifestissima cadunt. Elementa nanque syllabarum, materies conficiendorū operum arte, ignis & talia corporum, partes totius, suppositiones denique conclusionis, vt id, ex quo fit aliquid, causę sunt. Atque horum quędam sunt vt subiectum, veluti partes, quędam vt quidditas, totum inquam cōpositio, atque forma. At semen, & Medicus, qui que consuluit, & omnino efficiens omnia sunt causę, vnde est mutationis principium, vel quietis vel motus. Quędam autem causę sunt vt finis, bonumque cęterorum, id enim gratia cuius cętera fiunt, optimum esse solet, ac finis illorum. Inter sit autem nihil bonum ipsum, an apparens bonum dicatur. Tales igitur atque tot causę specie esse videntur.

T.c. 31. ANTI.

Oēs autem nunc dictæ causę in quatuor incidunt modos manifestissimos. Elementa enim syllabarum, & terra vasorum, & ignis, & huiusmodi corporū, & partes totius, & suppositiones conclusionis sicut ex quo causę sūt. Harum autem hę quidem sunt sicut subiectum & partes, alię aūt sunt sicut quod quid erat esse, & totum, & compositio & species. Semen autem & medicus, & consiliās, & omnino faciens omnes sunt, vnde principium mutationis aut status, aut motus est. Aliæ autē sicut finis & bonū aliorū, quę.n. est cuius cā potissima est, & finis aliorū volunt esse. Differt autē nihil eandem dicere bonā vel videri bonā. Causę quidem igitur hę & tot sunt specie.

T.c. 32.

Reducit omnes causas superius enumeratas in quatuor species, & dicit, quod oēs causæ quæ enumeratæ sunt superius, reducuntur ad quatuor modos qui sunt manifesti, nam elementa, i. literę sunt causæ syllabarū, & similiter terra est causa vasorum, & argentum Phialæ, & ignis, & similia corpora. s. simplicia, sunt causę corporum, & similiter quælibet partes sunt causa totius, & suppositiones, idest propositiones syllogismi sunt causa conclusionum, & omnia ista habent vnam rationem causæ, prout dicitur causa id, ex quo fit aliquid, hoc.n. est in omnibus præmissis. Omnium autem nunc enumeratorum quædam se habent vt materia, & quædam vt forma, quæ causat quidditatem rei, sicut oēs partes se habent vt materia, vel elementa syllabarum, & quatuor elementa corporum mistorum, sed ea, quæ important totum, vel compositionem, vel quandoque speciē, se habent in ratione formæ, vt species referatur ad formas simplicium, totum autem, & compositio ad formas compositorum. Videntur autem hic esse duo dubia. Primo quidem de hoc, quod dicit, quod partes sūt causæ materiales totius animalis, cum supra partes definitionis reduxerit ad causam formalem. Et potest dici, quod supra locutus est de partibus speciei, quæ cadunt in definitione totius, hic autem loquitur de partibus materiæ, in quarum definitione cadit totum, sicut circulus cadit in definitione semicirculi. Sed melius dicendum est, quod licet partes speciei, quæ ponuntur in definitione, comparentur ad suppositum naturæ per modum causæ formalis, tamen ad ipsam naturam, cuius sunt partes, comparantur vt materia, nam omnes partes comparantur ad totum, vt imperfectum ad perfectum,

Dubium: An partes rōnē materiæ habeant.

Solutio.

fectum, quæ quidem est cõparatio materiæ ad formã, Item potest esse dubium de hoc, quod dicit, quod propositiones sunt materia conclusionis. Materia enim in est ei, cuius est materia, vnde supra notificans cãm materialem dixit, quod est, ex quo fit aliquid cum insit, ꝓpositiones autem sunt seorsum a conclusione. Sed dicendum, quod ex terminis propositionum constituitur conclusio, vnde secundum hoc propositiones dicũtur materia conclusionis, in quantum termini, qui sunt materia propositionum, sunt etiam materia conclusionis, licet non secundum ꝙ stant sub ordine propositionũ, sicut farina dicitur materia panis, licet non scd'm quod

Tertia: stat sub forma farinæ. Iõ tamen potius dicuntur propositiones materia conclusionis, quam ecõuerso, quia termini, qui coniunguntur in conclusione separatim ponuntur in præmissis, sic igitur habemus duos modos causæ. Quædam vero dicuntur esse causæ secundũ aliã rationem, quia. s. sunt principium motus, & quietis. Et hoc mõ semẽ, qđ est actiuũ in generatione, dicitur causa, & similiter Medicus per hunc modũ dicitur cã sanitatis, & consilians est cã per hunc modum, & oẽ faciẽs. Alia litera hẽt (& propositiones.) Nam propositiones quidem quantũ ad terminos sunt materia cõclusionis, vt dictũ est, quantũ aũt ad vim illatiuã ipsarũ reducũtur ad hoc genus cau'e. Nam principiũ discursus rõnis in conclusione est ex propositionib. In aliis vero causis inuenitur alia rõ causæ, scd'm. s. ꝙ finis, vel bonum hẽt rationẽ causæ. Et hæc spẽs causæ potissima ẽ inter alias cãs. Est.n cã finalis aliarum causarũ causa. Manifestũ est.n. qđ agens agit ꝑ finẽ, & similiter ostensũ est supra in artificialibus, quod formæ ordinantur ad

T.c. 54. vsum, sicut ad finẽ, & materia in formam, sicut in finẽ, pro tanto dicitur finis cã causarum. Et quia dixerat, ꝙ hæc spẽs causæ habet rationem boni, & quandoque in his, quæ agunt per electionem, contingit finem esse malum, iõ ad hanc dubitationem tollendam dicit, qđ nihil differt vtrum causa finalis sit vere bona, vel apparens bona, quia quod apparet bonum non mouet, nisi sub ratione boni, & sic vltimo concludit esse species causarum, quot dictæ sunt.

LECTIO 6.

ARG: Nonnullæ causarum diuisiones ponuntur penes illarũ multiplices modos, & quæ ad ipsas sequantur.

Modi autem causarum numero quidem sunt multi, si in capita vero redigantur & ipsi pauciores euadunt. Dicuntur.n.causæ multipliciter, & ipsarum quæ sunt eiusdẽ generis alia prior alia & posterior, vt sanitatis Medicus, atque Artifex, & concentus eius, qui omnes sonos complectitur, duplum ac numerus, & semper hæ, quæ continent ad eas, quæ sunt singulares.

T.c. 55. Lect. 10. *Modi autem causarum numero quidem sunt multi, capitales autem & hi minores. Dicuntur autem causæ multipliciter. Et ipsarum similium specierum, & prior, & posterior altera, altera vt sanitatis Medicus, & Artifex, & diapason, duplum & numerus semper continentia ad vnumquodque.*

Postquã Philosophus distinxit species causarũ, hic distinguit diuersos modos cãrum, et scd'm eandẽ spẽm causæ, & circa hoc duo facit. Primo distinguit diuersos modos causarum. Secundo determinat quædam consequentia ad distinctionem prædictam. ibi. (Differũt autem.) Circa primum duo facit. Primo distinguit diuersos modos causarum. Secundo reducit eos ad certum numerum, ibi. (Sed tamen hæ omnes.) Circa primum distinguit modos causarum secundum quatuor diuisiones. Dicit ergo primo, quod multi numero sunt modi causarum, sed, si reducantur capitulariter, siue in quadã summa ad aliqua communia, inueniuntur pauciores.

Vel capitales accipiuntur secundum combinationẽ, manifestum est.n. quod pauciores sunt combinationes modorum, quam modi. Prima ergo diuisio, vel combinatio modorum est, quod in eadem specie causæ dicitur vna causa prior altera, vt intelligamus causam priorem vniuersaliorem, vt sanitatis causa est Medicus, vt cã propria & posterior, artifex autem vt communior & prior, & hoc in specie causæ efficientis. Et simile est in specie causæ formalis, nam causa formalis diapason propria & posterior est proportio dupla, causa autem prior & cõmunior est proportio numeralis, quæ dicitur multiplicitas. Et similiter ea, quæ continent vnamquamq. causam communitate sui ambitus, dicitur causa prior. Aduertendum est autem, quod causa vniuersalis, & propria, vel prior & posterior potest accipi, aut secundum communitatem prædicationis, secundũ exẽpla hic posita de Medico & Artifice, vel secundũ communitatem causalitatis, vt si dicamus Solem esse causã vniuersalem calefactionis, ignem vero causam propriã & hæc duo sibi inuicem correspondent. Manifestũ est enim quod quælibet virtus extenditur ad aliqua, secundum ꝙ communicant in vna ratione obiecti, & quãto ad plura extenditur, tanto oportet illam rationem esse communiorem, & cum virtus proportionetur obiecto secundum eius rationem, sequitur quod causa superior agat secundũ formam magis vniuersalem, & minus cõtractam. Et sic est considerare etiam in ordine rerum, quia quanto aliqua sunt superiora in entibus, tanto habent formas minus contractas, & magis dominantes supra materiã, quæ coarctat virtutem formę. Vnde & id, qđ est prius in causando, inuenitur esse prius quodammodo secũdum rationẽ vniuersalioris prædicationis, vt puta si ignis est primum calefaciens Cœlũ, non tãtũ est primũ calefaciens, sed primum alterans. Secundam diuisionem ponit ibi. Notandum.

ARG: *Præterea vt accidens, & huius genera, vt statua alio mõ Polycletus, alio Statuarius, accidit.n. Statuario vt sit Polycletus. Et ea etiam quæ continent accidens veluti si homo sit causa statuæ, aut omnino animal. Sunt autẽ & accidentium alia remotiora aliis, atque propinquiora, ceu si albus ac musicus causa statuæ dicerentur.*

T.c. 33. ANT. *Amplius aũt secundum accidens, & horum genera, sicut statuæ, aliter Polycletus, & alter statuã faciens, quoniam accidit statuam facienti Polycletum esse. Et continentes accidens, vt si homo causa sit statuæ, aut omnino animal. Sunt autem accidentium aliæ aliis longius & propius, vt si albus & musicus causa dicantur statuæ.*

Et dicit, ꝙ sicut causæ per se diuiduntur per causas priores, & posteriores, vel cõmunes, & proprias, ita ẽt & causæ per accidens. Est enim præter causas per se accipere causas per accidens, & genera horum, sicut causa statuæ per accidens quidem est Polycletus, per se autem causa statuæ est faciens statuam. Polycletus.n. est cã statuæ, in quantũ accidit ei esse statuam facientẽ, & etiam ea, quæ sua communitate continent Polycletum sunt cã statuæ per accidens, sicut, & hõ & aĩal. Et iterũ cõsiderãdũ ẽ, ꝙ in causis ꝑ accidẽs qđã sũt propinquiores causis ꝑ se, & qđã magis remotæ. Nã cã ꝑ accidens dr̃ oẽ illud, ꝙ coniũgit cãæ ꝑ se, ꝙ nõ est de rõne eius, hoc ãt cõtingit esse, vel ꝓpinquius rõni causæ, vel remotius ab ea, & scd'm hoc causæ per accidẽs erũt, vel propinquiores, uel remotiores. Sicut, si statuã faciẽti accidat esse albũ & musicũ, musicũ propinquius est, quia est in eodẽ subiecto, & scd'm idẽ, s. scd'm animam, in qua est Musica & Ars statuæ factiua, albũ ãt inest secũ dũ corpus. Sed subiectum propinquius se habet adhuc quã alia accidentia, sicut Polycletus quã albũ, vel musicũ. non.n. coniunguntur hæc statuam facienti, nisi ꝑꝑ subiectum. Tertiam diuisionem ponit ibi. Causa per accidens.

Præter

ARGI. *Prater autem omnes, quæ accommodatæ dicuntur, et quę per accidens, aliæ vt potentes, alię vt operantes dicuntur, velut vt extruatur domus, ędificator causa dicitur, aut ędificans ędificator. Similiter & in hisce dicetur, quorum causę sunt ipsę causę, vt huius statuę aut statuę, aut omnino imaginis, & ęris huiusce, aut ęris, aut omnino materię. Et in accidentibus simili modo.*

ANTI. Te.com.34. Causa in potentia & in actu. *Pręter autem omnes & proprie dictas, & secundum accidens, alię quidem sicut potentes dicuntur, alię vero sicut operantes, vt ędificandi domũ ędificator, aut ędificãs ędificator. Similiter autem dicuntur. & in quibus causę quę sunt causę de iis quę dicta sunt, vt huius statuę, vt* Te.com.35. *statuę, aut & omnino imaginis & ęris, huius aut ęris, aut omnino materies. Et in accidentib. similiter est.*

Et dicit, ꝙ pręter causas proprie dictas .i. per se, & p accidens, quædam dicuntur causæ in potẽtia, sicut potentes operari, quædam vero sicut operantes in actu, sicut causa ædificandi domum potest dici, vel ædificans in habitu, vel ædificans in actu. Et sicut distinguuntur causæ modis prædictis, similiter distinguuntur ea, quorum sunt causæ, est .n. aliquid causatũ posterius & magis proprium, & aliquid, quod est prius, & magis commune, sicut, si dicatur ꝙ aliquid est causa huius statuæ, vel statuæ in communi, & adhuc cõmunius, si dicatur causa imaginis. Et similiter, si dicatur aliquid causa motiua huius æris, vel ęris in vniuersali, vel materiæ. Et ita ẽt potest dici in effectibus per accidens, & ꝙ aliquid sit communis, & aliquid minus commune. Et dicitur effectus per accidens, quod coniungitur effectui per se, & est præter rationem eius, sicut per se effectus Coci est cibus delectabilis, per accidens aũt cibus sanatiuus. Medici autem econtra: Quartam diuisionem ponit ibi.

ARGI. *Pręterea & hęc coniuncta, ac illa dicentur, veluti nõ Polycletus, neque statuarius, sed statuarius Polycletus.*

T.c.36. ANTI. *Amplius autem complexa, & ista, & illę dicuntur, vt non Polycletus, neque statuam faciens, sed Polycletus statuam faciens.*

Et dicit quod quandoque complexæ accipiũtur causæ per se cum causis per accidẽs, vt si non dicamus causam statuæ Polycletum, qui est causa per accidens, neq. facientem statuam, qui est causa per se, sed Polycletum statuam facientem. Deinde cum dicit.

ARGI. *Attamen hęc omnia multitudine quidem sunt sex, dupliciter autem dicuntur. Nam aut vt singulare, aut vt genus, aut vt accidens, aut vt genus accidentis, aut vt coniuncta hęc, aut vt seiuncta dicuntur. Et insuper omnia, aut potentia, aut actu.*

ANTI. Actus & potentia quodlibet genus causæ diuidunt. *Sed tamen omnes hę sunt multitudine quidem sex, dictę autem dupliciter. Aut enim sicut singulare, aut sicut genus, aut sicut accidens, aut sicut genus accidentis, aut sicut complexę hę, aut sicut simpliciter dictę. Omnes autẽ actu operantes, aut secundum potentiam sunt.*

Reducit prędictos modos ad certũ numerũ, & dicit quod prædicti modi certo numero sunt sex, sed quilibet eorum dupliciter dicitur. Sex aũt modi sunt isti singulare, & genus, qđ supra dixit prius & posterius accidens & genus accidentis, simplex & cõplexũ, & quodlibet horum diuiditur per potentiam & actum, & sic fiũt omnes modi duodecim. Distinguit autem omnes modos per potentiam & actum, quia quod est in potẽtia, non simpliciter est. Deinde cum dicit.

ARGI. *Interest autem tantũ: causę enim actu, et singulares, & ea, quorum sunt cãe simul sunt & nõ sunt, vt hic, qui medetur, cum hoc, qui sanatur, & hic qui ędificat cũ hoc quod ędificatur. Sed quę sunt potentia, non semper, non* Te.com.37. *enim simul domus, & ędificator corrumpitur.*

ANTI. *Differũt aũt in tantum quod operantes quidem & singulares simul sunt & non sunt, & ea, quorũ sunt causa, sicut hoc medicans cũ hoc, qui fit sanus, & hic ędificator cũ hoc ędificato. Quę aũt sunt secundum potentiam, non semper, corrumpuntur .n. non simul domus & ędificator.*

Determinat tria consequentia ad prædictam distinctionem modorum. Primũ est, ꝙ inter causas in actu, & causas in potentia, est ista differentia, ꝙ causę operãtes in actu simul sunt, & non sunt cum eis, quorum causæ sunt in actu, ita tamen ꝙ accipiantur causæ singulares, i. propriæ, sicut hic, Medicans simul est, & non est cum hoc, qui fit sanus, & hic ædificans cũ hoc, ꝙ ædificatur. Si vero non acciperentur causæ propriæ, licet acciperentur in actu, non esset verum quod dr̃, non .n. ędificans est & nõ est simul cum hoc quod ædificatur. Potest .n. esse ꝙ ædificans est in actu, sed tamen hoc ædificium non ædificatum, sed aliud. Sed, si accipiamus ædificantem hoc ædificium, & hoc ędificiũ scd̃m ꝙ est in ædificari, necesse est ꝙ posito vno ponatur & alterum, & remoto vno, remoueatur & alterũ, hoc autem non accidit semper in causis, quæ sunt in potentia, non .n. simul corrũpitur domus, & qui ædificauit ipsam. Vnde habetur, ꝙ sicut agentia inferiora, quæ sunt causa rerũ quantum ad suum fieri, oportet simul esse cum ijs, quæ sunt, q̃diu fiũt, ita agens diuinum, ꝙ est cã existendi in actu, simul est cũ esse rei in actu. Vnde subtracta Diuina actione a rebus, res in nihilũ deciderẽt, sicut remota psentia Solis lumẽ in aere deficeret. Secundũ ponit ibi.

Subtracta diuina prouidentia a reb. res in nihilũ deciderent.

ARGY. *Oportet autem semper causam quærere summã, quemadmodum & in cęteris, velut homo ędificat, quia est ędificator, aut ędificator est per artem ędificandi. hęc igitur prior est causa, & in omnibus simili modo.*

ANTI. *Oportet autem semper causam vniuscuiusque summã quęrere sicut & in aliis, vt homo ædificat, quoniam ędificator est, ędificator autem est secundum artem ędificandi: hęc autem prima causa est, & sic in omnibus.*

Te.com.38. Effectuũ vltimæ exquirendæ sunt causæ in omni genere.

Dicens, ꝙ in naturalibus oportet semper supremam causam vniuscuiusq. requirere, sicut contingit in artificialibus, vt si quæramus, quare hõ ædificat? respõdetur quia est ædificator, & similiter, si quæramus, quare est ędificator? respõdetur, quia hẽt artem ædificatiuam, & hic statur, quia hæc est prima causa in hoc ordine. Et idõ oportet in reb. naturalibus procedere vsque ad causam supremam, & hoc ideo est, quia effectus nescitur, nisi sciatur causa, vnde si effectus alicuius causa sit ẽt alterius causæ effectus, sciri non poterit, nisi causa eius sciatur, & sic, quousque perueniatur ad primam cãm.

Tertium ponit ibi.

ARGY. *Pręterea generũ quidem genera, singularium vero singularia dicenda sunt causæ, ceu statuarius quidem statuę hic aũt huius. Et potentia quidem causę, effectuum potentia, actu autem effectuũ actu. Quot igitur sint causę, & quomodo sint causæ satis sit a nobis determinatum.*

ANTI. *Amplius autem alię quidem genera sunt generũ, alię aũt singulares singularium, vt statuę statuam quidem faciens, hic aũt huius. Et potentię quidem possibilium, operantes autem ad operata. Quot quidem igitur causę sint, & q̃uo causę sint, nobis determinatum sit sufficienter.* T.c.39.

Et est, quod causis debent proportionaliter rñdere effectus, ita quod generalibus causis generales effectus reddãtur, & singularibus singulares. Puta si dicatur qđ statuæ causa est statuam faciens, & huius statuæ, hic statuam faciens. Et similiter causis in potentia respondẽt effectus in potentia, & causis in actu effectus in actu. Et vltimo epilogando concludit, quod sufficienter determinatum est de speciebus, & modis causarum.

LECTIO VII.

De causa ac Fortuna agitur, Antiquorumque tres de his opiniones cum suis rationibus traduntur, & contra illas disputatur.

ARGI. *Fortuna ẽt & casus de numero causarum esse dicuntur, multaque esse & fieri ob fortunã & casum. Considerandum*

randum est igitur, quomodo sunt in his causis fortuna, et casus, & vtrum idem sint, an diuersa atque omnino quid nam sit fortuna & casus.

ANTI. *Dicitur autem & fortuna & casus causarum, et multa & esse, & fieri propter fortunam, & propter casum. Quo igitur modo in his causis & fortuna & casus & vtrum idem sit fortuna & casus, aut altera, & omnino quid sit fortuna & casus considerandum est.*

Postquam Philosophus determinauit de manifestis speciebus, & modis causarũ, hic determinat de quibusdam modis immanifestis, s. de fortuna & casu. Et circa hoc duo facit. Primo dicit, de quo est intentio. Secũdo Te.com.40. prosequitur propositum, ibi. (Quidam autẽ sicut.) Dicit ergo primo, quod & fortuna & casus computantur inter causas, cũ multa dicantur fieri, vel esse & propter fortunam & casum, Et ideo tria consideranda sunt de eis, s. quomodo reducantur ad causas prędictas, & iterũ vtrum casus & fortuna sint idem vel aliud, & aliud, & iterum quid sit casus, & fortuna. Secundo ibi.

ARGI. *Quidam.n. & si sint nec ne, dubitant. Nihil enim a fortuna fieri dicunt, sed omnium definitam quandam cãm esse, quæ fieri dicimus a casu, aut fortuna, ceu profectionis a fortuna cuiuspiam ad forum, inuentionisque eius, quem volebant quidem, non putabat autem inuenire, causam hoc aiunt esse, illum inquam profectum illuc emere quippiam velle. Similiter & in cæteris, quæ a fortuna prouenire dicuntur semper causam quandam inquiunt esse, quã*
Te.com.40. *quam sumere licet. sed non fortunam.*

ANTI. *Quidam.n. si sint an non dubitant. Nihil.n. fieri a fortuna dicunt, sed omnium esse aliquam causam determinatã, quæcunque nos dicimus a casu fieri aut a fortuna, ve veniendi a fortuna in forum, & recipiendi quẽ volebat, quẽ non est opinatus ante, causa est venientem velle emere. Similiter autem & in alijs, quæ a fortuna dicuntur, semper est aliquam accipere causam, sed non fortunam.*

Incipit de fortuna & casu determinare. Et primo ponit opiniones aliorum, Secundo determinat veritatem
Te.com.48. ibi. (Primum quidem igitur quoniam.) Circa primum ponit tres opiniones. Secũda incipit ib. (Sunt autẽ qui-
T.c.43. dam qui cœli huius.) Tertia ibi. (Sunt autẽ quidam quibus videtur.) Circa primum duo facit. Primo ponit opi-
T.c.47. nionem negantium fortunam, & casum, & rationes eo-
T.c.42. rum. Secũdo disputat de altera rationum, ibi. (Sed hoc mirabile,) Dicit ergo primo, quod quidã dubitauerũt, an fortuna, & casus essent, & negauerunt esse, duab. rationibus. Quarum prima est, quia omnia ista, quæ dicũtur fieri a casu, vel fortuna, inueniuntur habere aliquã causam determinatam aliam a fortuna, & ponit huiusmodi exemplum, si.n. aliquis veniens ad forum inueniat aliquem hominem, quẽ volebat inuenire, de quo tamen non opinabatur ante, quod esset eum inuenturus, dicimus quod inuentio illius hominis fit a fortuna, sed huius inuentionis causa est voluntas emendi pp quam iuit ad forum vbi erat ille, quem inuenit. & similiter est in omnibus alijs, quæ dicuntur esse a fortuna, quia habent aliquam aliam causam præter fortunam. Et sic fortuna non vr esse causa alicuius, & per consequens nec aliquid esse, quia non ponimus fortunam, nisi in quantum aliqua ponimus esse a fortuna.

Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Quod si quippiam esset fortuna, absurdum sanè videbitur, & dubitabit non iniuria, quispiam, cur nã sapientum Antiquorum nemo causas generationis, corruptionis ve dicens, de fortuna quicquam determinauit. Sed vt vide-*
Te.com. 41. *tur, nec illi quicquam esse a fortuna putabant.*

ANTI. *Quoniam. si aliquid esset fortuna, inconueniens vtique videbitur, sicut & vere est, & dubitabit vtique aliquis, propter quid nullus Antiquorum sapientum causas de generatione & corruptione dicens, de fortuna nihil determinauit. Sed sicut visum est nihil opinabantur, neque illi aliquid esse a fortuna.*

Et dicit, ꝙ, si fortuna aliquid esset, inconueniens videretur (sicut vere est inconueniens, sicut infra ostẽdetur) & dubitationem afferens, quare nullus Antiquorũ Sapientũ, qui determinauit de causis generationis & corruptionis, aliquid determinauit de fortuna. sed sicut videtur, nihil opinabantur illi Antiqui esse a fortuna. Et sic hęc secunda ratio sumitur ex opinione Antiquorum naturalium. Deinde cum dicit.

Verum & hoc mirabile est. Multa nãq. sunt & fiunt a fortuna & casu, quorũ quodq. nõ ignorãtes reduci posse ad aliquam cãm, vt ille sermo antiquus dixit, qui fortunam exterminat: illorum tamen omnes alia a fortuna, alia nõ a fortuna fieri dicũt. quapp & mentionem aliquã ipsius illos facere oportebat. At verò neque quicq̃ illorũ, vt concordiam aut discordiam aut ignẽ, aut mentem, aut aliquid aliud huiuscemodi fortunam esse arbitrabantur. ARGY. Te.com.42.

Sed & mirabile hoc videbitur, sicut vere est. Multa .n. & sunt & fiunt a fortuna, & a casu, quæ non ignorantes, quoniam est inferre vnumquodque in aliquam cãm eorum, quæ fiunt. sicut antiqua ratio dixit destruens fortunam & casum, tamen horum alia quidẽ dicunt esse omnes a fortuna, alia non a fortuna. Vnde & quodammodo erat ipsius facienda memoria. At verò neque illorum aliquid opinabantur esse fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid talium. ANTI. Te.com.43.

Disputat de hac secunda ratione, ostendens quod supra supposuerat, s. ꝙ inconueniens sit Antiquos naturales non determinasse de casu & fortuna. & hoc probat duabus rationibus, quarum primam ponit dicens, Et mirabile videtur (sicut & vere est) ꝙ Antiqui naturales de casu & fortuna non determinauerunt. Assumpserunt.n. sibi determinare causas eorum, quę fiunt, multa autem sunt, quæ fiunt a fortuna & casu, vnde de fortuna & casu determinare debuerũt. Nec excusantur propter rationem supra dictam destruentem fortunam & casum, quia licet homines non ignoret quod cõtingit reducere vnumquemque effectum in aliquam causam, sicut dixit prędicta opinio destruens fortunã & casum, nihilominus tamen posuerunt, non obstante hac ratione, quædam fieri a fortuna, & quædam non. Vnde ipsis Philosophis naturalib. facienda erat mentio de fortuna, & casu, saltẽ vt ostenderent falsum esse aliqua fieri a fortuna & casu, & assignarent rationem, quare quędam dicebantur esse a fortuna & quædam non. Sic etiã non possunt excusari per hoc quod casus & fortuna reducerentur in aliquam causarum ab eis positarum: nõ enim opinabantur, quod fortuna sit aliquid eorũ, quæ arbitrabãtur esse causas, vt amicitiam aut litem, aut aliquid huiusmodi. Secundam rationem ponit ibi.

Absurdum igitur est, siue non esse putauerunt, siue putantes esse omiserunt, præsertim cum interdum vtantur. Vt Empedocles non semper aerem supra inquiens segregari. sed vt forte accidit. Dicit enim cum de Mundi loquitur extructione sic tunc huic currenti fortuito contingit, sæpe autẽ alio modo: partes quoque animalium plurimas ortas a fortuna fuisse dicit. ARGY.

Inconueniens igitur est siue non putauerunt esse, siue putantes reliquerunt et hoc aliquando vtentes, sicut Empedocles non semper aerem congregari superius dicit, sed vt contingit: dicit enim in Mundi creatione: quod sicut collisit se currens tunc, multoties autem aliter, et partes animalium ait a fortuna fieri plurimas. ANTI.

Et dicit ꝙ inconueniens est, ꝙ Antiqui reliquerunt tractare de fortuna, siue putauerunt fortunã esse, siue non. quia si putauerunt fortunam esse, inconueniẽs fuit ꝙ de ea non determinauerunt, si vero non putauerunt fortunam esse, inconueniens fuit quod ea aliquando vsi

sunt.

sunt sicut Empedocles, qui dixit quod aer non semper adunatur superius supra terram, quasi hoc ei sit naturale, sed quia ita accidit a casu. dicit.n. quod, quando Mūdus est factus lite distinguente elementa, accidit quòd aer se collegit in istum locum, & sicut tunc cucurrit ita semper stante isto Mundo cursum habebit. Sed multoties in alijs Mundis, quos ponebat infinities fieri & corrumpi, vt supra dictum est, aer aliter ordinatur inter partes Vniversi. Et similiter dicebat quod plurimę partes animalium fiunt a fortuna, sicut quod in prima constitutione Mundi fiebant capita sine ceruice.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Sunt etiam qui & huiusce cæli, cæterorūque celorum omnium casum esse causam asserunt: nā a casu conuersionem, motumque fieri dicunt, quæ quidem distinxit, et in*

Te.com.44. *hunc ordinem redegit atque constituit vniuersum.*

ANTI. *Sunt etiam quidam, qui cæli huius & mundanorum omnium causam esse ponunt casum, a casu enim fieri volutationem & motum discernentem & statuentem in hunc ordinem Omne.*

Ponit secundam opinionem. Et circa hoc duo facit, Primo ponit eam. Secundo improbat eam, ibi.

T.c.45. (Et multum hoc.) Dicit ergo primo quod quidam dicerunt casum esse causam cæli, & omnium partium mundi. & dicebant, quod reuolutio mundi, & motus stellarum distinguens & statuens totum vniuersum inferius secundum hunc ordinem fit a casu. Et hæc videtur esse opinio Democriti, dicentis quod ex concursu atomorum per se mobilium, & cœlum & totus Mundus casualiter constitutus est. Secundo ibi,

ARGI. *Hoc etiam ipsum valde dignum est admiratione. nam animalia quidē et plantas, neq. esse, neq. fieri a fortuna dicunt, sed aut naturam, aut mentē aut aliquid aliud tale causam ipsorum. asserunt esse non.n. ex cuiusque semine quoduis nascitur, sed ex tali quidem oliua, ex tali autem homo. cælū vero & diuinissima sensibiliū, casu orta fuisse asserunt, nullamque ipsorum talem causam esse qualē animalium, atque plantarum inquiunt esse. Atque hoc ipsum, si ita sese habeat, consideratione est dignum, beneque*

Te.com.46. *sese habet si aliquid de hoc ipso dicatur.*

ANTI. *Et multum hoc admiratione dignum esse dicentes animalia quidem, & plantas a fortuna nec esse, nec fieri, sed aut naturam, aut intellectum esse, aut huiusmodi alterā causam: non.n. ex semine vtroque quoduis fit, sed ex tali quidem oliua, ex tali autem homo. cælum autem & diuiniora manifestorum a casu fieri, huiusmodi autem causam nullam, qualem animalium & plantarum. Et igitur si sic se habeat hoc ipsum, dignum est considerare, & bene sese habet aliquid dici de hoc ipso.*

Improbat hanc positionem duabus rationibus. quarum prima est, qd' admiratione dignum videtur, quod animalia & plāte non fiunt a fortuna, sed ab intellectu, vel natura, vel a quacunque alia causa determinata, quod ex hoc patet, quod non ex quocūque semine aliquid generatur, sed ex determinato semine oliua. Et, cum ista inferiora non fiant a fortuna, dignum est admiratione quod cœlum & ea, quæ sunt diuiniora inter sensibilia manifesta nobis, s. partes mundi sempiternæ, sint a casu, & non habeant aliquam causam determinatam, sicut animalia & plantæ. Et si hoc verum est, dignum fuisset insistere & assignare rationem, quare sic esset. quod tamen Antiqui prætermiserunt. Secundam rationem ponit ibi,

ARGI. *Et alio namque modo absurdum est id quod dicitur, et insuper absurdius est hæc illos dicere, in cælo quidem nihil a casu fieri, in iis autem, e quibus fortunam exterminant, multa ab ipsa prouenire videntes. quod tamen contra fieri conueniens erat.*

ANTI. *Quomodo enim eo quod aliter inconueniens est quod dicitur, adhuc inconuenientius est dicere hæc, videntes quidem in cælo nihil in casu fieri: in iis autem, quæ non sunt a fortuna, multa contingere a fortuna & erat merito econtrario fieri.*

Dicens, quomodo potest esse verum quod cœlestia corpora sint a casu, & inferiora non: cum & aliter videatur esse inconueniens ex hoc ipso qd' illa nobiliora sunt, & adhuc etiam inconuenientius secūdum ea quæ videntur. Videmus.n. quod in cœlo nihil fit a casu. In his autem inferioribus, quæ non dicuntur esse a casu, multa videntur contingere a fortuna. Rationabile aūt esset econtrario accidere secundum eorum positionē, vt. s. in illis inuenirentur aliqua fieri a casu, vel a fortuna, quorum casus vel forma est causa, non autem in illis, quorum non est causa. Deinde cum dicit.

Sunt autem quidam, quibus fortuna causa quidē esse, obscura tamē humanæ mēti, videtur, vt diuinū quoddam atq. excellens. Quare quidnā vtrunq. sit, fortuna inquā & casus, & si idem sint an diuersa, & quomodo in eas causas, quas definiuimus cadant, consideremus oportet. ARGI.

Sunt autem quidam, quibus videtur esse, quidē causa fortuna, immanifesta autem humano intellectui, tanquā diuinum quoddam ens, & feliuius. Quare considerandū est quid sit vtrunque, & si idē, aut alterum sit & casus & fortuna: & quomodo in determinatas causas incidūt. Te.com.47. ANTI.

Ponit tertiam opinionem de fortuna, & dicit quod quibusdam videtur quod fortuna sit cā, sed immanifesta intellectui humano, ac si sit quoddam Diuinum, & supra homines. Volebant.n. quod omnes fortuiti euentus reducerentur in aliq̄ diuinam causam ordinantem, sicut ponimus omnia ordinari per diuinam prouidentiam. Sed quamuis hæc opinio habeat vram radicem, non tamen bene vsi sunt nomine fortunæ. illud.n. Diuinum ordinans non pōt dici, vel nominari fortuna; quia secundum quod aliquid participat rōnem, vel ordinem recedit a rōne fortunæ, vnde magis debet dici fortuna causa inferior, quæ de se nō habet ordinem ad euentum fortuitum, quā causa superior, si qua sit ordinans. Prætermittit tñ inquisitionem huius opinionis, tum quia excedit metas Sciētiæ naturalis, tū quia infra manifestat q fortuna non est causa per se, sed per accidens. Vnde per ea, quæ sequuntur quomodo se habeat de his opinionibus erit manifestum. Et ideo concludit quod ad euidentiā harum opinionum considerandū est quid sit fortuna & casus, & vtrum sint idem, vel aliud, & quomodo reducantur ad causas prædictas.

Et ad secundum librum Magno. moralium pertinet.

Te. com.61. & 66.

LECTIO VIII.

Aliquæ ex parte cum cārum, tum effectuum diuisiones ponuntur; ex quarum notitia casus ac fortunæ ratio cōcluditur.

Primū itaque, cum videmus alia semper eodem fieri modo, alia plerunq. patet horum neutri fortunā causam dici. neq. id quod a fortuna proficiscitur, aut ex iis esse, quæ necessario semperq. aut ex hisce, quæ plerūq. sæpeq. fiunt. Sed, cum quædam etiam præter hæc fiant, atq. hæc omnes a fortuna proficisci dicant, perspicuū est fortunam atque casum aliquid esse. Nam & ea, quæ talia sunt a fortuna esse: & ea, quæ a fortuna sunt talia esse scimus. ARGI.

PRimum quidem igitur quoniam videmus alia quidē semper similiter fieri, alia aūt sicut frequenter, manifestum est, quod neutri horum causa fortuna dicitur, id.n. quod a fortuna, neque eius est, quod est ex necessitate & semper, neq. eius quod est sicut frequenter. Sed quoniam quædam fiunt & præter hæc, & oēs dicūt hęc esse a fortuna, manifestum quod fortuna aliquid sit et casus. Huiusmodi.n. fortuna fieri, et a fortuna huiusmodi esse scimus. Te.com.48. ANTI.

Postquam Philosophus posuit opiniones aliorum de fortuna & casu, hic determinat veritatem. Et diuiditur in partes tres. In prima ostendit quid sit fortuna.

In secunda in quo differant casus, & fortuna, ibi (Differunt autem.) In tertia ostendit, ad quod genus causæ casus & fortuna reducãtur, ibi. (Sed modorum causæ.) Prima pars diuiditur in duas. In prima ostendit quid sit fortuna. In secunda ex definitione fortunæ assignat rationem eorum, quæ de fortuna dicuntur, ibi. (Infinita quidem.) Circa primũ tria facit. Primo ponit quasdam diuisiones ad inuestigandum definitionem fortunæ. Secundo ostendit, sub quibus membris illarum diuisionum fortuna contineatur. ibi (Sicut dictum est.) Tertio concludit diffinitionem fortunæ. ibi (Manifestum est autẽ.) Et quia fortuna ponitur vt causa quædam, ad cognitionem autem causæ oportet scire quorum sit causa: ponit primo diuisionem ex parte eius, cuius fortuna est causa. Secundo ponit diuisionem ex parte ipsius causæ. ibi. (Huiusmodi igitur cum secũdum accidens.) Circa primum ponit tres diuisiones. Quarum prima est, ꝙ quædam fiunt semper, vt ortus Solis: quædam sicut frequenter, vt ꝙ homo nascatur oculatus: neutrum autem horum dicitur esse a fortuna. Sed quædam fiunt præter hæc, idest. vt in paucioribus, sicut ꝙ homo nascatur cum sex digitis, vel sine oculis: & omnes dicunt huiusmodi fieri a fortuna. vnde manifestum est ꝙ fortuna aliquid est, cum esse a fortuna, & esse vt in paucioribus conuertantur. & hoc inducit contra primam opinionem, quæ negauit fortunam. Videtur autem diuisio Philosophi esse insufficiens, quia etiã quædam contingentia sunt ad vtrumlibet. Auic. ergo dixit, quod in ijs, quæ sunt ad vtrumlibet, contingit aliquid esse a fortuna, sicut ea, quæ sunt in minori parte. Nec obstat quod non dicitur a fortuna quia Socrates sedeat, cum hoc sit ad vtrumlibet, quia licet sit hoc ad vtrumlibet respectu potentiæ motiuæ, non tamen est ad vtrumlibet respectu potentiæ appetitiuæ, quæ determinate tendit in vnũ, præterquam si aliquid accideret diceretur esse fortuitum. Sed sicut potentia motiua, quæ est ad vtrumlibet non exit in actum nisi per potẽtiam appetitiuam determinetur ad vnum, ita nihil, qđ est ad vtrumlibet, exit in actum, nisi per aliquod determinetur ad vnum. quia id, quod est ad vtrumlibet, est sicut ens in potentia, potentia aũt non est principium agendi, sed solum actus. Vnde ex eo quod est ad vtrũlibet nihil sequitur nisi per aliquid aliud, quod determinat ad vnum, vel sicut semper, vel sicut frequenter, & pp hoc in ijs, quæ fiunt, prætermisit ea, quæ sunt ad vtrumlibet. Sciendum etiam quod quidam definierunt esse necessarium, quod non habet impedimentum, contingens verò, sicut frequenter potest impediri in paucioribus. Sed hoc irrationabile est. Necessarium. n. dicitur aliquid, quod in sui natura habet ꝙ non possit non esse. Contingens autem vt frequenter, ꝙ possit nõ esse. Hoc autem quod est habere impedimentum, vel non habere est contingens. Natura autem non parat impedimentum ei, quod non potest non esse, quia esse superfluum. Secundam diuisionem ponit ibi.

Secũda parte.
T.c.57.
Secũda parte.
Te. com. 65.
Te. com. 53.
T.c.51.
Te. com. 52.
Te. com. 59.
Obiectio cõtra diuisionẽ Arist.
Sol.
Auic.
Quid necessarium.
Quid cõtingens.

ARGI.

Eorum autem quę fiunt, alia fiunt, alia non fiunt gratia alicuius.

Te. com. 46.
ANTI.

Eorum autem quæ fiunt, alia propter aliquid fiunt, alia vero non.

Et dicit, ꝙ quædam fiunt propter finem, quædã vero non. Habet aũt hęc diuisio dubitationẽ, quia omne agẽs agit pp finem, siue agat a natura, siue agat ab intellectu. Sed sciendũ est, ꝙ ea dicit nõ pp aliquid fieri, q̃ pp se fiũt, inquantũ in seipsis habent delectationẽ, vel honestatẽ, pp q̃ scđm seipsa placent. Vel dicit modo pp finem fieri, quæ non fiunt pp finem deliberatum, sicut confricatio barbæ, vel aliquid huiusmodi, quod interdum fit absque deliberatione ex sola imaginatione mouente, vnde habent finem imaginatum, sed non deliberatum. Tertiam diuisionem ponit ibi.

Eorum quæ fiunt, quędã propter finẽ fiunt quædã non Dubiũ.
Responsio.
Prima.
Secunda.

ARGY.

Et horum alia per electionem fiunt, alia non per electionem: ambo autem in hisce sunt, quę alicuius gratia fiunt. Quare patet & in hisce, quæ non necessario, neque plerumque fiunt, esse aliqua circa quæ potest id esse, quod alicuius gratia fit. Sunt autem alicuius gratia, quæ a mente agi possunt, & quæ a natura.

ANTI.

Horum autem alia quidem secũdum propositum fiũt, alia vero non. ambo autem sunt in ijs, quę sunt propter hoc, Quare manifestum quoniam in ijs, quæ sunt præter necessarium & quæ sicut frequenter, sunt quædam, circa quæ contingit quod est propter hoc. Sunt autem propter hoc, quæcunque ab intellectu vtique aguntur, & quęcunque a natura.

Et dicit ꝙ eorum, quę fiũt propter finem, quædam fiunt secundum voluntatem, & quædam non. & ambo ista inueniuntur in ijs, quæ fiunt propter aliquid. Non solum enim quæ fiunt a voluntate, sed etiam ea, quæ fiunt a natura propter aliquid fiunt. Et, quia ea, quæ fiunt ex necessitate, vel sicut frequenter, fiunt a natura vel a proposito, manifestum est quod tã in ijs, quæ fiũt semper, quam in ijs, quæ fiunt frequenter, sunt aliqua quæ fiunt propter finem, cum tam natura, quam propositum propter finem operentur. Et sic patet, ꝙ istæ tres diuisiones includunt seinuicem, quia ea, quæ fiunt a proposito, vel natura, fiunt pp finẽ, & ea quę fiũt pp finem, fiunt semper, aut frequenter. Deinde cum dicit.

ARGY.

Talia igitur cũ per accidens fiũt, a fortuna dicimus esse. Nam vt ens aliud per se, aliud per accidens est: sic & causa esse potest. vt domus per se quidem causa est ædificatiua, per accidens autem musicum, aut album. Ea igitur causa quę est per se, definita est: ea vero, quę est per accidens indefinita. Vni namque infinita accidere possunt.

Te. com. 50.
ANTI.

Huiusmodi igitur, cũ secundum accidens fiant, a fortuna dicimus esse. Sicut enim & quod est, aliud quod per seipsum est, aliud autem secundum accidens, sic & causam cõtingit esse. vt domus quidem per seipsam causa est ædificatiua, secundum accidens autem album, aut musicum: per se quidem igitur causa finita est, secundum accidens autem infinita. Infinita enim vni accidunt.

Ponit diuisionem, quæ sumitur ex parte causæ, & dicit, ꝙ cum huiusmodi, quæ, s. a proposito sunt propter aliquid, & in minori parte fiunt, & a causa secundum accidens, tunc dicimus ea esse a fortuna. Sicut. n. entiũ, quoddam est per se, & quoddam per accidẽs, ita & causarum. sicut per se domus causa est ars ædificatoria, per accidens vero album, vel musicum. Sed considerãdum est quod causa per accidens dicitur dupliciter, vno modo ex parte causæ, alio modo ex parte effectus. Ex parte quidem causæ, qñ illud, quod dicitur causa per accidens, coniungitur causæ per se, sicut si album, vel musicum dicatur causa domus, quia accidentaliter, coniungitur ædificatori. Ex parte autem effectus, quando accipitur aliquid, quod accidentaliter coniungitur effectui, vt si dicamus, ꝙ ædificator est causa discordiæ, quia ex domo facta accidit discordia. Hoc modo dicitur fortuna esse causa per accidens, ex eo ꝙ effectui aliquid coniungitur per accidens, vt pote si fossuræ sepulchri adiungatur per accidens inuẽtio thesauri. Sicut. n. effectus per se causæ naturalis est, quod consequitur secundum exigentiam suæ formę, ita effectus causæ agentis a proposito est illud, quod accidit ex intẽtione agentis. vnde quicquid prouenit in effectu præter intentionem est per accidens. & hoc dico, si id quod est præter intentionẽ, vt in paucioribus consequatur. Quod enim vel semper, vel vt frequenter cõiungitur effectui, cadit sub eadem intentione. Stultum est enim dicere, ꝙ aliquis intendat aliquid, & non velit illud, quod vt frequẽter, vel semper adiungitur. Ponit autem differentiam

Causa per accidens & ex parte causæ, & ex parte effectus cõtingit esse.

inter

inter causam per se. & causam per accidens, quia causa per se est finita & determinata: causa autem per accidens est infinita & indeterminata, eo quod infinita vni possunt accidere. Deinde cum dicit.

ARGI. *Vt igitur dictum est cũ hisce, quæ alicuius gratia fiunt id fit, sic dicitur a casu fieri atque fortuna. Horum autem ipsorum, quam habent inter se differentiam posterius assignabimus. Nunc hoc pateat, ambo inquã in his esse, quæ alicuius gratia sunt. ceu argenti recipiendi gratia venisset accepturus illud si sciuißet. Venit autem non huiusce causa sed accidit venisse idq. fecisse recipiendi gratia, neque plerunq. neq. necessario proficiscentem ad locũ. Finis vero ipsa inquam acceptio non est ex his causis, quæ sunt in ipso sed ex hisce quæ sunt eligibilia atque a mente, & dicitur tunc a fortuna venisse. Quod si venerit electione præmissa & huius gratia, aut semper frequentans, aut plerũque recipiens, non dicitur a fortuna venisse.*

T.c.51. ANTI. *Sicut igitur dictum est cum in iis, quæ propter hoc fiũt hoc fiat tunc dicitur casu, & a fortuna. Ipsa autem differentia horum adinuicem posterius determinanda. Nunc autẽ hoc sit manifestum, quod vtraq. sunt in iis quæ sunt propter hoc, ut causa accipiendi argentum uenisset vtique delaturus pecuniam, si sciuisset. Venit autem non huius causa, sed accidit venisse & fecisse hoc reportandi gratia. Hoc autem neque sicut frequenter veniens ad villam, neque ex necessitate. Amplius autem finis est reportatio nõ in seipso causarum sed propositorum, & ab intellectu, & dicitur a fortuna venisse, Si autem proponens, & huius causa, aut semper veniens, aut sicut frequenter reportaturus, non a fortuna.*

Ostendit sub quibus membris prædictarum diuisionum fortuna contineatur, & quod est a fortuna. & dicit primo, quod fortuna & casus, vt prius dictum est, sunt in ijs, quę fiunt propter aliquid. Differẽtia autem casus & fortunę posterius determinabitur. sed nũc hoc debet fieri manifestum, quia vtrunq. continetur in iis, quæ agũtur ꝓ ꝓ finem. sicuti, si aliquis sciret se recepturum pecuniam in foro, iuisset ad deportandum eam. Sed, si non venit propter hoc, per accidens est quod aduentus eius fiat reportationis gratia, i. habeat hũc effectum. Et sic patet quod fortuna est causa per accidens eorum, quę fiunt propter aliquid. Item manifestum est ꝙ est causa eorum, quæ sunt in minori parte, quia ista reportatio pecuniæ dicitur fieri a fortuna, quando reportat ad villam veniens, neque ex necessitate, neq. frequenter. Item est in iis quæ fiunt a proposito, quia reportatio pecuniæ, quæ dicitur fieri a fortuna, est finis aliquarum causarum, non secundum seipsam, sicut in iis, quæ fiunt a natura, sed est finis eorum, quæ fiunt secundum propositum, & ab intellectu. Sed, si aliquis hoc proposito iret vt pecuniam reportaret, vel semper aut frequenter reportaret quando venit, non diceretur esse a fortuna. sicut si aliquis frequenter, aut semper madefacit sibi pedes, quando vadit ad locum lutuosum; & hoc licet non intendat, tamen hoc non dicitur esse a fortuna. Secundo ibi.

ARGI. *Patet ergo fortunam causam esse per accidens in hisce quæ per electionem alicuius gratia fiũt. Quapropter circa idẽ mẽs fortunaq. versatur. electioq. absq. mente nõ est.*

Te.com.52. ANTI. Quid fortuna. *Manifestum itaq. quod fortuna causa sit secundum accidens in his, quæ in minori sunt secundum propositum eorum, quæ propter hoc sunt. Vnde circa idem & intellectus & fortuna est, propositum.n. non sine intellectu est.*

Concludit ex premissis definitionem fortunæ. Et dicit manifestum esse ex præmissis, ꝙ fortuna est causa per accidens in his, quæ fiunt secundum propositum, propter finem, in minori parte. Et ex hoc patet, ꝙ fortuna & intellectus sunt circa idem; quia his tantũ conuenit agere a fortuna, quæ habent intellectum. Propositum enim, vel voluntas non est sine intellectu. Et licet ea tantum agant a fortuna, quæ habent intellectũ; tamen quanto aliquid magis subiacet intellectui, tãto minus subiacet fortunæ. Hoc dicit ꝓpter intelligentias & ꝓcipue dicit cõtra tertiã opinionẽ in fine pręcedẽtis lectionis.

LECTIO IX.

Ea, quæ tam ab Antiquis Sapientibus de casu ac fortuna dicebantur, quam quæ a Vulgaribus, rationabilia fuisse ostenditur, quidque infortunium, vel Eufortunium sit.

ARGY. *Infinitas igitur causas, eas esse necesse est, a quibus id fiet quod proficiscitur a fortuna. Vnde fortuna indefinita causa esse videtur, & immanifesta homini.*

Te.com.53. ANTI. *IN finitas quidem igitur causas necesse est esse, a quibus vtique fiat quod est a fortuna. Vnde videtur fortuna infinita esse, & immanifesta homini.*

Fortuna hominis ignota est, quia infinita. Posita definitione fortunæ, hic ex pręmissa definitione assignat rationem eorum, quæ de fortuna dicuntur. Et primo eorum, quæ dicta sunt a Philosophis Antiquis de fortuna. Secũdo eorum, quæ ab hominibus vulgariter de fortuna dicuntur. ibi (Et fortunam dicere.) T.c.55. Posuit autem supra tres opiniones de fortuna, & casu, quarum mediam improbauit tãquam omnino falsam; quia. s. ponebat fortunam esse causam cęli, & mũdanorum omnium. Vnde ea subtracta de medio, primo assignat quomodo veritatẽ habet tertia opinio, quæ ponebat fortunã esse immanifestam homini. Secundo quomodo veritatẽ habeat prima opinio, quæ posuit nihil fieri a fortuna, & casu. ibi (Et est vt nihil a fortuna.) Te.com.54. Qa autem superius dictum est, ꝙ causæ per accidens sunt infinitæ, & iterum dictum est ꝙ fortuna est causa per accidens, concludit ex præmissis ꝙ eius quod est a fortuna, sunt infinitæ causæ. Et quia infinitum secundum quòd est infinitũ, est ignotum, inde est, ꝙ fortuna immanifesta est homini. Secundo ibi.

ARGY. *Atque aliquo mõ nihil a fortuna videbitur proficisci. Hęc.n. omnia recte dicuntur, quia rõni consentanea sunt. Nam aliqua quidẽ ex parte fit, aliquid a fortuna: fiet.n. per accidens. Atque vt accidens fortuna cã est: Absolute aũt nihil. Velut ędium ędificator quidẽ est causa, per accidens autem modulator. Et vt profectus argentum recipiat non huiusce gratia profectus, infinitę causę multitudine esse possunt. Nam & videre aliquem volens, et persequens, & spectaturus ludos, & fugiens.*

T.c.54. ANTI. *Et est vt nihil a fortuna videatur vtique fieri. omnia quidem enim hęc recte dicuntur, quoniam rationabiliter. Est quidem enim vt fit a fortuna, & secundum accidens enim fit, & est causa sicut accidens fortuna, vt autem simpliciter, nullius, vt domus ędificator quidem causa est, secundum accidens autem tibicen, & venientem referendi argumentũ non huius causa venientem, infinitę sunt multitudine. Etenim videre aliquem volens, & persequens, & fugiens, & visurus.*

Ostendit, quomodo prima opinio veritatẽ habeat, & dicit, ꝙ quodammodo est verum dicere, ꝙ a fortuna nihil fit. Hæc enim omnia, quæ ab aliis dicta sunt de fortuna, quodammodo recte dicuntur, quia rationẽ aliquam habent. Cum enim fortuna sit causa per accidens, sequitur quod a fortuna sit aliquid per accidens. Quod aũt est accidens non est simpliciter. Vnde sequitur, quod fortuna simpliciter nullius sit causa. Et hoc, quod dixerat circa vtrãque opinionem manifestat per exempla, & dicit, ꝙ ædificator est causa per se domus, & simpliciter, tibicen autem est causa domus per accidens. Similiter quòd aliquis veniat ad aliquem locum non causa deportandi argentum est causa reportationis per accidens. Sed hęc causa per accidẽs infinita est, quia infinitis aliis de causis põt homo ire ad locum illum, puta si vadat causa visitandi aliquẽ, vel causa persequendi hostem, vel causa fugiẽdi persequentem, vel

causa videndi aliqua spectacula. omnia autem ista, & quæcunq; similia sunt causa reportationis argenti, quæ contingit a fortuna. Deinde cum dicit.

ARGI. *Recte etiã fortuna præter rationem quid esse dicitur. ratio nanque, aut eorum est, quæ sunt semper, aut eorum quæ sunt plerumque, at fortuna in iis est, quæ præter hæc fiunt quare cum indefinita sint ea, quæ hoc pacto sunt causæ, fortuna etiam indefinita nimirum est.* Te.com.55.

ANTI. *Et fortunam dicere esse aliquid extra rationem recte est. Ratio enim aut est eorum quæ semper sunt, aut eorũ quæ sunt frequenter: fortuna autem in iis, quæ fiunt præter hæc: quare quoniam infinitæ, quæ sic causæ sunt, & fortuna infinita est.*

Assignat rationem eorum, quæ dicuntur de fortuna vulgariter. Et primo assignat rationem eius, quod dicitur de fortuna esse sine ratione. Secundo eius, quod dr̃, fortunam esse bonam, vel malam. ibi (Fortuna dicitur autem.) Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo mouet quandam dubitationem ibi, (Tamen deficit.) Dicit ergo primo quod recte dicitur fortunam esse sine ratione, quia ratiocinari non possumus, nisi de iis, quæ sunt semper, vel frequenter, fortuna autem est extra vtrumque. Et ideo, quia causæ tales in paucioribus existentes sunt per accidens, & infinitæ & sine ratione, sequitur quod fortunæ sint causæ infinitæ sine ratione. Omnis.n.causa per se producit effectũ suum, vel semper, vel frequenter. Secundo ibi. Te.com.56. Secunda per te.55.text.

ARGI. *In quibusdam tamen quispiam dubitauerit, si quæuis eius, quod a fortuna, causæ fuerint necne. Vt sanitatis, aut spiritus, aut æstus, sed non capillorum remotio. Causarum enim per accidens aliæ propinquiores aliis sunt.*

ANTI. *Tamen deficiet in quibusdam vtique aliquis. Nũquid, igitur quæuis vtique fiant fortunæ causæ, vt sanitatis aut spiritus aut æstus: sed non depilari. Sunt autem aliæ aliis proximiores, quæ sunt secundum accidens causarum.*

Mouet quandam dubitationem, & dicit, ꝙ licet dicatur quod fortuna est causa per accidens, in quibusdã tamẽ deficiet, id est dubitabit aliquis, & est dubitatio, vtrum quæcunque contingunt esse causa per accidens debeant dici causa eius, quod fit a fortuna: sicut patet ꝙ sanitatis causa per se põt esse, vel natura, vel ars medicinæ: causæ autem per accidens, possunt dici omnia illa, quibus contingentibus contingit fieri sanitatem, sicut est spiritus, i. vẽtus, & æstus, & abrasio capitis, nunquid igitur quodlibet istorum est causa per accidens? Sed quia supra diximus ꝙ fortuna maxime dicitur causa per accidens ex parte effectus, prout, s. aliquid dicitur esse causa eius, quod accidit effectui, manifestum est quod causa fortuita aliquid operatur ad effectum fortuitum. licet non intendat illud sed aliquid aliud effectui coniunctum. Et secundum hoc ventus aut æstus possunt dici causæ fortuitæ sanitatis, inquantum faciũt aliquam alterationem in corpore: ad quam sequitur sanitas. Sed depilatio, aut aliquid aliud huiusmodi non facit manifeste aliquid ad sanitatem. Sed tamen inter causas per accidens aliquæ sunt propinquiores, & aliquæ remotiores. Illæ autem, quæ sunt remotæ, minus videntur esse causæ. Deinde cum dicit.

ARGI. Te.com.56. *Fortuna autem dicitur bona, cum bonum aliquod: Mala cum aduersi quid euenit.*

ANTI. Quando bona, malaue fortuna dicitur. *Fortuna autem bona quidem dicitur, cùm bonum aliquod euenit: Praua autem cùm prauum aliquid.*

Assignat rationem eius quod dicitur, fortunam esse bonam, vel malam. Et primo assignat rationem, quare dicitur fortuna bona, vel mala simpliciter, & dicit qđ fortuna dicitur bona, quando aliquod bonum contingit: & mala quando malum. Secundo ibi.

ARGI. *Prosperitas vero fortunæ, ac infortunium, cũ illa sint magna. Quapropter & cum parum defuit, vt malum quispiam magnum, aut bonũ accipiat, infortunatum tamen illum, aut fortunatum dicimus esse, propterea quod mens perinde dicit de illo, atque si esset. Quod enim parum deest, id q.n. si minime distare videtur.*

ANTI. Parum pro nihilo reputatur. *Eufortunium aũt, & infortunium est cũ magnitudinẽ habens hæc Quo circa, & cum parum abest, vt quis malum, seu bonum capiat, magnum infortunatum, vel bene fortunatum esse dicimus: quoniã sicut est dicit intellectus. quod enim parum, tanquam nihil distare videtur.*

Assignat rationẽ eufortunii, & infortunii; & dicit quod eufortunium, & infortunium dicitur, quando habet aliquod bonum, vel malum cum magnitudine. nã Eufortunium dicitur, quando sequitur aliqđ magnum bonum. Infortunium autem, quando sequitur aliquod magnum malum. Et quia priuari bono accipitur in ratione mali, & priuari malo in ratione boni, ideo, quando aliquis parum distat a magno bono, si amittat illud dicitur infortunatus: &, si aliquis sit propinquus magno malo, & liberetur ab illo, dicitur eufortunatus. & hoc ideo, quia intellectus accipit illud, quod parum distat, ac si nihil distaret, sed iam haberetur. Tertio ibi.

ARGY. *Insuper fortunæ prosperitas incerta non sine ratione dicitur esse. Nam ipsa fortuna incerta est: impossibile est.n. aut semper, aut plerunque quicquam eorum esse, quæ a fortuna proueniunt.*

ANTI. *Amplius autem incertum eufortunium rationabiliter est, fortuna.n. incerta est. Neque.n. semper, neque sicut frequenter possibile esse, quæ sunt a fortuna quicquam.*

Assignat rationem, quare eufortunia sint incerta, & dicit ꝙ hoc ideo est, quia eufortunium fortuna quædam est. Fortuna autem est incerta, cum sit eorũ, quæ non sunt semper, neq; frequenter, vt dictum est. Vnde sequitur eufortunium esse incertum. Vltimo ibi.

ARGI. *Sunt igitur ambo casus inquam atque fortuna, per accidens vti diximus causæ in hisce, quæ non simpliciter neque plerumque fieri possunt, atque horum in hisce quæ alicuius gratia fiunt.*

Te.com.57. ANTI. *Sunt quidem igitur ambo causæ, quemadmodũ dictum est secundum accidens. & fortuna & casus in contingentibus fieri neque simpliciter, neque sicut frequenter, & eorum quæcunque vtique fiunt propter aliquid.*

Concludit quasi recapitulando, quod vtrunque, s. casus & fortuna est causa per accidens, & vtrunque est in iis quæ contingunt non simpliciter, i. neque semper, neque frequenter, & vtrunq; est in iis, quæ fiunt propter aliquid, vt ex supradictis patet.

LECTIO X.

Casus ac Fortunæ, per ea in quibus sunt, natura, ac discrimẽ sumitur, cuius notitia, quatuor tantum causarum genera esse manifestum fit.

ARGI. *Interest autẽ inter fortunam & casum: nam casus ad plura sese extendit, etenim quod a fortuna proficiscitur a casu fit: hoc autem etiam non omne prouenit a fortuna.*

ANTI. *Differũt autem, quoniam casus in plus est, quod enim est a fortuna, est & a casu: hoc autem non omne a fortuna est.* Te. com. 61.

Postquam Philosophus determinauit de fortuna & casu quantum ad ea, in quibus cõueniunt, hic ostendit differentiam eorum ad inuicem. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de differentia fortunæ & casus. In secunda ostendit vbi maxime hæc differentia consistit, ibi (Maxime aũt.) Prima diuiditur in duas. In prima ostendit differentiam inter casum & fortunam. In secũda recapitulat quæ dicta sunt de vtroque. ibi (Quare manifestum est.) Circa primum duo facit. T.c.61. Primo ponit differentiam inter casum & fortunam & dicit

dicit quod in hoc differunt, quod casus est in plusquã fortuna: quia omne quod est a fortuna, est a casu, sed non conuertitur. Secundo ibi.

ARGI. *Fortuna namque atq. id, cuius est effectrix fortuna, in ijs est, quæ fortunata possunt euadere, & oino quib. actio competit. Quapropter & necesse est circa ea fortunam esse, quę in actionẽ veniunt. cuius hoc indicium est. n. ĩ aut idem ꝙ fœlicitas, aut prope esse videtur. Felicitas autem actio quædam est: est. n. actio bona. Quare quæ agere nequeunt, ea nec a fortuna quicquam efficere possunt.*

ANTI. Te.com.58. *Fortuna quidem. n. et quod a fortuna est quibuscũque, & est cõtingere inerit, & omnino actus est. Vnde necesse est circa practicam esse fortunam. Signum autem est quid videtur idem fęlicitati aut prope. Felicitas autẽ praxis quædam est. eupraxia. n. est. Quare quibuscunque non contingit agere, neque a fortuna aliquid facere.*

Manifestat prædictam differentiam. Et primo ostẽdit in quibus sit fortuna. Secundo, quod casus in pluribus est, ibi. (Sed casus in alijs) Circa primum duo facit. Te.com.60. Primo ostendit in quibus sit fortuna. Secundo concludit in quib. nõ sit, ibi. (Et propter hoc neque.) Dicit ergo primo, quod fortuna, & id quod est a fortuna inuenitur in illis, quib. bene contingere aliquid dr̃, quia in quibus est fortuna, potest esse eufortunium & infortunium. Dicitur autem bene contingere illi aliquid, cuius est agere. Eius autẽ proprie est agere, quod habet dominium sui actus, quod autem non habet dominum sui actus, magis agitur quam agat: & ideo actus non est in potestate eius, quod agitur, sed magis eius, qđ agit ipsum. Et quia vita practica, siue actiua est eorum, quæ habent dominium sui actus, in his. n. inueniur operari secundum virtutem, vel vitium, ideo necesse est qđ fortuna sit circa practicam. Et huius signum inducitur, ꝙ fortuna videtur idẽ fęlicitati, vel ei esse propinqua, vel esse ipsa, vnde vulgariter fęlices bene fortunati vocantur. Sed m. n. illos, qui fęlicitatem in bonis exterioribus consistere putant, fęlicitas est idem fortunæ. Secundum illos vero, qui bona exteriora, in quibus plurimum habet locum fortuna, dñt deseruire instrumentaliter ad fęlicitatem, sed hoc bona fortuna est propinqua felicitati, quia coadiuuat ad ipsam. Vnde cũ fęlicitas sit quædam operatio (est enim eupraxia, i. bona operatio. i. virtutis perfectæ, vt dicitur in Primo Eth.) sequitur quod Lect. 10. T.c.9. fortuna sit in illis, in quibus conuenit bene agere vel impediri ab hoc, & hoc est bene cõtingere, vel male contingere. Vnde, cum aliquis sit dominus sui actus, inquãtum voluntarie, agit, sequitur quod in illis tantum contingat aliquid a fortuna esse, quę voluntarie agunt non autem in alijs. Secundo ibi.

ARGY. *Et proptérea neque inanimatum vllum, neque belua, neque puer quicquam efficit a fortuna, quoniam electionem non habent, neque prosperitas hisce fortuna, aut infortunium competit, nisi ad similitudinem quãdam, quemadmodũ Protarchus fortunatos esse lapides dicit, e quib. extructæ sunt arę, quę honorantur, & hi, qui sunt eiusdẽ formę calcantur. Pati autem a fortuna & hisce quodam modo inerit, cum is, qui agit aliquid circa ipsa fortuito aget alio vero modo non est.*

ANTI. Te.com.59. *Et propter hoc neque inanimatum quippiam, neque infans neque bestia quicquam facit à fortuna, quoniam non habent propositum. Neque eufortunium neque infortunium inest his, nisi secundum similitudinem, sicut dixit Protarchus eufortunatos esse lapides, ex quib. sunt arę, quia honorentur, copulati autem his conculcentur. Pati autem a fortuna inest quodammodo & his, cum agẽs aliquid circa hæc agat a fortuna, aliter autem non.*

Concludit ex præmissis, in quibus nõ sit fortuna, & dicit ꝙ propter hoc, quod fortuna non est nisi in his, quę voluntarie agũt, inde est quod neque inanimatũ, neque puer, neque bestia, cum non agant voluntarie, quasi liberum arbitrium non habẽtes, agunt a fortuna. Vnde neque eufortunium, neque infortuniũ in his potest accidere, nisi similitudinarie. sicut quidam dixerũt quod lapides, ex quib. fiunt altaria sunt fortunati, quia eis honor & reuerentia exhibetur, cum lapides ei coniuncti conculcentur. Quod dr̃ per similitudinẽ ad homines, in quibus honorati videntur bene fortunati, hi autem, qui conculcantur dicũtur male fortunati. Sed quamuis præmissis non contingat agere a fortuna, nihil tamen prohibet ea pati a fortuna, cum aliquod agẽs voluntarium circa ea operatur. Sicut dicimus esse eufortunium, cum aliquis homo inuenit thesaurum, vel infortunium, cum percutitur a lapide cadente.

Deinde cum dicit.

At casus cęteris animalibus & inanimatis competit. dicimus enim equum casu venisse, propterea quòd euasit quidem profectus, non autem euadendi gratia venit. Et tripoda etiam cecidisse casu: stetit enim hoc modo vt sit sedes, sed non huiusce gratia cecidit. ARGY.

Sed casus est in aliis animalib. & inanimatis, vt equus casu, inquit, venit, quoniam saluatus est quidem veniẽs, non salutis autem causa venit. Et tripes casu cecidit: stat quidem. n. causa sedendi, sed non causa sedendi cecidit. ANTI. Te.com.60.

Ostendit quod casus etiam est in alijs. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod casus est in aliis. Secundo concludit quãdam conclusionem ex dictis, ibi (Quare manifestum est.) Tertio ad eius manifestationẽ qđdam signum inducit. ibi (Signum autem est) Dicit ergo primo, quod casus non solum est in omnibus, qui volũtarie agunt, sed etiam in aliis animalibus, & etiam in rebus inanimatis. Et ponit exemplũ de aliis animalibus, sicut quod equus casu venit, quando salutem adeptus est veniens, licet non venerit causa salutis. Aliud exẽplum ponit in rebus inanimatis. Dicimus enim quod tripoda cecidit casu, quia sic stet per casum, vt sit apta ad sedendum, licet non ista de causa ceciderit, vt staret ad sedendum. Secundo ibi. T.c.61. Te.c.62.

Quare patet cum eorum aliquid, quę simpliciter alicuius gratia fiunt, non eius quod euenit gratia factum est, cuius extra est causa, nos tunc casu quippiam fieri dicere. Horum autem ea fortuna fieri, quæ eligibilium casu fiunt in hisce, quæ habent electionem. ARGY.

Quare manifestum est, quòd in his, quę simpliciter propter aliquid fiunt, cum non accidentis causa fiunt, cuius extra est causa, tunc a casu dicimus. A fortuna autem eorum, quęcunque a casu fiunt propositorum, in habentibus propositum. ANTI. T.c.61.

Concludit ex præmissis quod in ijs, quæ simpliciter fiunt propter aliquid, quãdo non fiunt cã eius, quod accidit, sed fiunt causa alicuius extrinseci, tunc dicimus quod fiant a casu. Sed a fortuna dicimus illa fieri tantũ de numero eorum, quæ fiunt a casu, quæcunque accidunt in habentibus propositum. Tertio ibi.

Signum aũt est ipsum frustra. Tunc. n. dicitur cum id, quod est alicuius gratia, non est factum illius gratia, ceu si deambulatio egestionis est gratia. si non euenit ei qui deambulauit frustra dicimus illũ deambulasse, frustraq. deambulationem fuisse. Est enim id frustra, quod aptum est esse ob aliud, cum non efficit illud gratia cuius erat, ac aptũ erat. Nam si quispiam lauisse dixerit frustra, quia Sol non deficit, ridiculus vtique erit, nõ n. hęc illius gratia erat. Ita casus nomine suo tunc dicitur, cum quippiam fit frustra. Est enim & tale nomine ipsius, quod ab hisce terminis constat, ipsum inquam & frustra. Cecidit enim non percutiendi gratia lapis, casu igitur ac frustra cecidit ARGY. Te.c.62.

ceciditque ipse lapis, quam valere & ab aliquo proiiciente percutiendi causa patet.

ANTI. T.c.63.

Ex ipso autem nomine manifestum est quod vanum est, quoniam dicitur cum non fit quod propter aliud est illius causa, vt ambulare depositionis causa est. si vero non fiat ambulanti frustra dicimus ambulasse, & quod ambulatio vana tanquam hoc sit frustra, quod aptum natum est alterius causa, cum non perficiat illud cuius causa erat, aptumque erat: Quoniam si aliquis se balneatum dicat frustra, quia non defecit Sol, derisio, vtique erit, non enim erat hoc propter illud. Si igitur quod Automatum secundum nomen est, cum ipsum frustra fiat. Cecidit enim non percutiendi causa lapis. Ab eo igitur quod Automatum cecidit lapis, quia cecidit vtique a quodam & percutiendi causa.

Te.com.63.

Recte S. Doc. nomen vani casui propinquum asserit. Nam Græce [illegible] casus dicitur [illegible] vero vanum, vel frustra interpretatur. loquendo ex Arist. textu patet quam sic dicit. [illegible] quod est. Sic igitur Automatum secundum nomen cum ipsum frustra fiat Sicque patet cum Automatum & [illegible] propinqua sint nomina, & casum, & ipsum frustra, vel vanum græce propinqua esse.

Manifestat quod in conclusione posuerat, scilicet quod casus accidat in his, quæ sunt propter aliquid. Et accipit signum ab eo, quod dicitur vanum, quod secundum nomen in Græco propinquum est casui. Dicitur autem vanum, cum id, quod est propter aliquid non fiat eius causa, scilicet cum non accidat ex eo propter quod fit, sicut si aliquis ambulet ad deponendum superflua naturæ, si hoc non accidat deambulanti, dicitur frustra deambulasse, & ambulatio eius esset vana, ac si hoc sit frustra, vel vanum, quod aptum natum est fieri causa alicuius; cum non perficiat illud, cuius causa natum est fieri, & quare dicat cuius causa natum est fieri, exponit subdens, quia si aliquis dicat se frustra balneatum, quia eo balneato non defecit Sol, derisione diceret, quia hoc, quod est ipsum esse balneatum, non erat natum fieri propter hoc, quod deficeret Sol. Vnde casus, qui in Græco dicitur Automatum, id est, per se frustra, accidit in his, quæ sunt propter aliquid, sicut & id, quod est frustra, vel vanum, quia per se frustra, ipsum frustra secundum suum nomen significat, sicut per se homo, ipsum hominem, & per se bonum ipsum bonum. Et exemplificat in his, quæ casu fiunt, sicut cum dicimus, quod lapis cadendo percutiens aliquem, cecidit non percutiendi causa, ergo cecidit ab eo quod est per se vanum, vel per se frustra, quia non natus est propter hoc cadere. cadit enim aliquando lapis ab aliquo emissus percutiendi causa. quamuis autem casus, & vanum conueniant in hoc, quod vtrunque est in his quæ sunt propter aliquid, differunt tamen, quia vanum dicitur ex hoc, quod non consequitur aliquid, quod intendebatur, vnde quandoque est vanum, & casus simul. puta cum non accidit illud, quod intendebatur, sed accidit aliquid aliud, quandoque autem est casus, sed non vanum, cum accidit & illud, quod intendebatur, & aliud, quandoque autem est vanum, & non casus, quando non accidit illud, quod intendebatur, neque aliquid aliud.

Deinde cum dicit.

ARGI.

Maxime autem separatur id quod a fortuna fit in his quæ natura fiunt. Cum .n. quippiam est effectum preter naturam, tum non a fortuna illud, sed a casu potius effectum fuisse dicimus. Est autem & hoc aliud. illius .n. externa, huius interna causa est. Quid igitur est casus, & quid fortuna, atque quo pacto inter sese differunt, satis iam diximus.

ANTI. Te.com.64.

Maxime autem separatum est a fortuna in his, quæ a natura fiunt: Cum .n. fit aliquid extra naturam, tunc non a fortuna, sed magis ab eo, quod per se frustra est. factum esse dicimus. Est autem & hoc alterum: huius quidem .n. extra est ea, illius vero intra. Quid igitur fit per se frustra, & quid fortuna, dictum est: & quomodo a seinuicem differant.

Differentia propria casus ac fortunæ.

Te.com.65.

Ostendit in quibus maxime casus differat a fortuna & sic dicit, quod maxime differt in illis, quæ fiunt a natura, quia ibi habet locum casus, sed non fortuna. Cum enim aliquid fit extra naturam in operationibus naturæ, puta cum nascitur sextus digitus, tum non dicimus quod fiat a fortuna, sed magis ab eo, quod est per se frustra, id est a casu. Et sic possumus accipere aliam differentiam inter casum & fortunam, quod eorum, quæ sunt a casu, causa est intrinseca, sicut eorum, quæ sunt a natura: eorum vero, quæ sunt a fortuna, causa est extrinseca, sicut & eorum, quæ sunt a proposito. Et vltimo concludit quod dictum est, quid sit per se frustra, id est Casus, & quid Fortuna, & quomodo differant ab inuicem.

Deinde cum dicit.

ARGY.

Vtrum autem ipsorum ad modum eius reducitur causæ, vnde est principium motus. Etenim eorum aliquid, quæ aut natura, aut mente aguntur, semper est causa, sed horum multitudo infinita est.

ANTI.

Sed modorum causarum, in quib. est, vnde principium motus vtrumque ipsorum est. Aut .n. eorum, quæ sunt a natura causa aliqua est, aut eorum, quæ sunt sub intellectu causa semper est. Sed eorum multitudo indeterminata est.

Ostendit ad quod genus causæ casus & fortuna reducuntur. Et primo ostendit propositum. Secundo ex hoc improbat quandam opinionem superius positam. ibi (Quoniam autem casus.) Dicit ergo primo quod tam casus, quam fortuna reducuntur ad genus causæ mouentis, quia casus & fortuna, vel est causa eorum, quæ sunt a natura, vel eorum, quæ sunt ab intelligentia, vt ex dictis patet, vnde cum natura & intelligentia sint causa, vt vnde est principium motus, & fortuna & casus ad idem genus reducuntur. Sed tamen, quia casus & fortuna sunt causæ per accidens, eorum multitudo est indeterminata, vt supra dictum est. Secundo ibi.

Te.com.66.

T.c.53.

ARGY.

Quoniam autem casus atque fortuna causæ sunt eorum quorum aut mens aut natura fieri causa possunt, cum per accidens quippiam horum ipsorum fuerit causa, atque nihil eorum, quæ sunt per accidens prius est his quæ sunt per se, quare neque per accidens causa, per se causam antecedit, casus nimirum atque fortuna posterior & mente est, & natura. Quare, si quam maxime cæli casus est causa, necesse est priorem mentem atque naturam, & aliorum multorum, & huius vniuersi causam esse.

ANTI. T.c.66.

Quoniam autem casus & fortuna sunt causa eorum, quorum vtiq. aut intellectus fit causa, aut natura cum secundum accidens causa aliqua fit horum ipsorum, nihil autem secundum accidens prius est his, quæ sunt per se, manifestum est quod neque per accidens causa prius est ea, quæ est per se. Posterior itaque est casus & fortuna et intellectu & natura. Quare, si quam maxime cæli causa est casus, necesse prius causam intellectum, & naturam esse, & aliorum multorum, & huius autem omnis.

Te.com.67.

Excludit opinionem ponentium fortunam & casum esse causam Cæli, & omnium mundanorum. & dicit quod quia casus & fortuna sunt causæ per accidens eorum quorum intellectus & natura sunt causæ per se, causa autem per accidens non est prior ea, quæ est per se, sicut nihil per accidens est prius eo, quod est per se, sequitur quod casus & fortuna sint posteriores, quam intellectus & natura. Vnde, si ponatur quod casus sit causa Cæli, sicut quidam posuerunt, vt supra dictum est, sequitur quod intellectus & natura per prius sint causa aliquorum aliorum, & postea totius Vniuersi. Causa etiam totius vniuersi prior esse videtur, quam causa alicuius partis vniuersi, cum quælibet pars vniuersi ordinetur ad perfectionem vniuersi. Hoc autem videtur inconueniens, quod aliqua alia causa sit prior quam ea, quæ est causa cæli, vnde inconueniens est, quod casus sit causa cæli. Considerandum est autem, quod si ea, quæ fortuito, vel casualiter accidunt, id est præter intentionem causarum inferiorum reducantur in aliquam causam superiorem ordinantem in ipsa, comparatione ad illam causam non possunt dici fortuita, vel casualia, vnde illa causa superior non potest dici fortuna. Deinde cum dicit.

Lect. 7. Te.com.44.

Similiter 7. Meta. Te.com.23.

Esse

Esse autem causas & tot est numero quot diximus patet. Te.com.77. *Tot.n.quæstio propter quid sanè complectitur. Nam ipsum propter quid, aut id ipsum quid est reducitur vltimũ in immobilibus ceu in Mathematicis. Ad recti.n.aut commensurabilis, aut ad cęterorum similium alicuius vltimo definitionem reducitur. Aut ad id, quod primum mouit. veluti propter quid bellum gesserunt, quia templum spoliarunt. Aut gratia cuius, vt imperiũ consequantur. Aut ad materiam in hisce, quæ fiunt. Perspicuum igitur est* Te.com.68. *has, & tot causas esse.*

ANTI. Lis est inter Ale. & Simpli.ś in Mathematicis sit cã finalis, Simplicio asserẽte ꝙ sic, quod Alex. cum omnib. fere latinis reijcit, vt in 3. Met. text. c.3. est videre apud Ari.

Quæ autem sunt causæ, & quod tot sint numero quot dicimus, manifestum est, tot.n.secundum numerũ propter quid comprehendit. Aut.n.in quod quid est reducitur propter quid vltimum in immobilibus, vt in Mathematicis. In definitione.n.recti aut commensurati, aut alicuius cuiusdã reducitur vltimum. Aut in mouẽs primum, vt propter quid certauerunt? quoniam furati sunt. Aut cuius gratia? vt dominentur. Aut in ijs quæ fiũt, materia. Quot quidem igitur causæ, & hæ tot sint manifestum est.

Ostendit ꝙ causæ non sunt plures ijs, quæ sunt dictæ. quod quidẽ manifestatur sic. Hoc quod dico propter quid, quærit de causa: sed ad propter quid non respondetur nisi aliqua dictarũ causarum, non igitur sunt plures causæ, quam quæ dictę sunt. Et hoc est ꝙ dicit ꝙ hoc, ꝙ dico propter quid, tot est secũdũ numerum, quot sunt causæ prædictę. Quandoque.n.propter quid reducitur vltimo in ꝙ quid est, id est in definitionem, vt patet in omnibus immobilibus, sicut sunt Mathematica, in quibus propter quid reducitur ad definitionem recti, vel commensurati, vel alicuius alterius quod demonstratur in Mathematica. cum.n.definitio recti anguli sit ꝙ constituatur ex linea super aliam cadentem, quæ ex vtraque parte faciat duos angulos æquales, si quæratur propter quid iste angulus sit rectus, respondetur, quia constituitur ex linea faciente duos angulos æquales ex vtraque parte, & ita est in alijs. — Quid Angulus rectus.

linea super lineam cadens faciens duos angulos æquales. | Angulus rectus.

Quandoq; vero reducitur propter quid in primum mouens, vt propter quid aliqui pugnauerunt? quia furati sunt, hoc enim est, quod incitauit ad pugnam. Quandoque autem reducitur in causam finalem, vt si quæramus cuius causa aliqui pugnant? respondetur, vt dominentur. Quandoque autem reducitur in causam materialem, vt si quæratur, quare istud corpus est corruptibile, & respondetur, quia compositum est ex contrarijs. Sic ergo patet has esse causas, & tot. Necesse est autem quatuor esse causas, quia, cum causa sit, ad quam sequitur esse alterius, esse eius quod habet causam potest considerari dupliciter. Vno modo absolute, & sic causa essendi est forma, per quam aliquid est in actu, alio modo secundum quod de potentia ente fit actu ens, & quia omne, quod est in potentia, reducitur ad actum per id quod est actu ens, ex hoc necesse est esse duas alias causas, scilicet materiam & agentem, quod reducit materiam de potentia in actum. Actio autem agentis ad aliquod determinatum tendit, sicut ab aliquo determinato principio procedit. nam omne agens agit quod est sibi conueniens. Id autem, ad quod intendit actio agentis dicitur causa finalis. Sic igitur necesse est esse causas quatuor. Sed quia forma est causa essendi absolute, aliæ vero tres sunt causæ essendi secundum quod aliquid accipit esse, inde est quod in immobilibus non considerantur aliæ tres causæ, sed solum causa formalis.

Sufficientia quatuor cãsarum. Quam etiã per pulchre Simplicius hic in expositione istius text. assignat.

LECTIO XI.

Quæ Physicum contemplari oporteat, cum etiam ex omni causarum genere demonstrare ostenditur.

Cum autem quatuor causæ sint, de omnibus scire nimirum ad Naturalem Philosophum pertinet: atq. ad omnes ipsum propter quid redigens ipse materiã, formã, id quod mouit, et id gratia cuius naturaliter reddet, ac assignabit. ARGI.

Quoniam autem causæ quatuor sunt, de omnibus erit Physici cognoscere, & in omnes, reducẽs ipsum propter quid demonstrabit Physice materiam, formam, mouentem, & quod est cuius causa. ANTI. T.c.70. Naturalis est omnes speculari cãs.

Postquam Philosophus determinauit de causis, hic ostendit, quod Naturalis ex oĩbus causis demonstrat. Et circa hoc duo facit. Primo dicit, de quo est intẽtio. Secundo exequitur propositum. ibi (Veniunt autem tres.) Dicit ergo primo, quod cum quatuor sint causæ, sicut supra dictum est, ad Naturalẽ pertinet, & omnes cognoscere, & per omnes naturaliter demonstrare; reducendo quæstionem propter quid in quamlibet dictarum quatuor causarum, scilicet formam, mouentẽ, finem & materiam. Deinde cum dicit. Secunda parte.70.text.

Tres autem in vnam plerumque accedunt. Ipsum enim quid est & id gratia cuius, vnum sunt. Ea vero vnde primum effluit motus, specie cum hisce concurrit: homo nãque hominem generat. ARGY.

Veniunt autem tres in vnam multoties. Quod quidem enim quid est, & quod cuius causa vna est: quod vero vnde motus principium specie eadem est his: homo enim hominem generat. ANTI.

Exequitur propositum. Et circa hoc duo facit, Primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad propositum ostendendum. Secundo probat propositum. ibi (Quare propter quid.) Circa primum duo præmittit ad subsequentem probationem necessaria, quorum primum est de habitudine causarum ad inuicem. Secundũ est de consideratione Naturalis Philosopiæ. ibi (Et tenetur. Dicit ergo primo ꝙ multotiens contingit, qđ tres causæ concurrunt in vnam, ita quod causa formalis & finalis sint vna secundum numerum. hoc intelligendum est de causa generationis finali, non autem de causa finali rei generatæ. Finis enim generationis hominis est forma humana, non tamen finis hominis est forma eius, sed per formam suam conuenit sibi operari ad finem. Sed causa mouens est eadem secundum speciem vtrique earum: & hoc præcipue in agentibus vniuocis, in quibus agens facit sibi simile secundum speciem, sicut homo generat hominem. In his enim forma generantis, quę est principium generationis, est idẽ specie cum forma generati, quę est generationis finis. In agentibus autem non vniuocis alia est ratio. In his enim ea, quæ fiunt nõ possunt pertingere ad hoc quod consequantur formam generantis secundum eandem rationem speciei, sed participant aliquam similitudinem eius secundum quod possunt, vt patet in ijs, quæ generantur a Sole. Non igitur agens semper est idem specie cum forma, quæ est finis generationis. Nec iterũ omnis finis est forma, & propter hoc apposuit multoties, Materia vero non est nec idem specie, nec idem numero, cum alijs causis, quia materia inquantum huiusmodi est ens in potentia, agens vero est ens in actu inquantum huiusmodi, forma vero vel finis est actus, vel perfectio. Secundo ibi. T.c.71. T.c.72. Quando est verum quod causæ coincidant.

Et omnino quæcunque motũ subeuntes mouent. Quæ vero tales non sunt hæ Naturalis considerationis non sunt, non enim in seipsis habentes motum, aut principium motus mouent, sed immobiles mouent. Quapropter tres ARGY.

ſunt tractationes. Vna circa mobile, alia circa id, quod mo uetur quidem, eſt autem ex pers corruptionis. Tertia circa ea, quę corruptibilia ſunt.

ANTI. Te.com.72. *Et tenetur Phyſicus cōſiderare omnino, quęcunq. mota mouēt: quęcunque aut non, non amplius Phyſicę ſunt. Non.n.in ſeipſis habentia motū neq. principium motus mouent. ſed immobilia ſunt. Vnde tria negotia ſunt: hęc quidē circa mobile, alia vero circa mobile quidem, in corruptibile aūt: quędam autem circa mobilia corruptibilia.*

Proponit ſecundú, quod eſt de quibus ſcilicet conſideret Naturalis: & dicit quod quæcunque mouentia mouēt, ita ꝙ moueantur, pertinent ad conſiderationē Naturalem: quæ vero mouent, ſed non mouentur, non ſunt de conſideratione Naturalis Philoſophiæ, cuius eſt conſiderare de Naturalibus, quæ habent in ſe principium motus. Huiuſmodi autem mouentia non mota non habent in ſe principiū motus, cum nō moueantur, ſed ſunt immobilia, & ſic non ſunt naturalia, & per cōſequens non ſunt de conſideratione Naturalis Philoſophiæ. Vnde patet, quòd tria ſunt negotia, id eſt, triplex eſt ſtudium, & intentio Philoſophiæ ſecundum tria genera rerum, quæ inueniuntur. Rerum enim quædam ſunt mobilia, & circa hoc eſt vnum ſtudium Philoſophiæ. Aliud vero ſtudium eius eſt circa ea, quæ ſunt mobilia, ſed incorruptibilia, ſicut ſunt corpora cœleſtia. Tertium vero ſtudium eius eſt circa mobilia, & corruptibilia, ſicut ſunt corpora inferiora. Et primum quidem negotium pertinet ad Metaphyſicum. Alia vero duo ad Scientiam Naturalem: cuius eſt determinare de omnibus mobilibus tam corruptibilibus, quam incorruptibilibus. Vnde male intellexerunt quidam volentes hæc tria reducere ad tres partes Philoſophiæ, ſ. ad Mathematicā Metaphyſicam, & Phyſicam. Nā Aſtronomia, quæ videtur circa mobilia incorruptibilia conſiderationem habere, magis eſt Naturalis quam Mathematica, vt ſupra dictum eſt. In quātum enim applicat principia Mathematica ad materiam naturalē, circa mobilia conſiderationem habet. Eſt igitur hæc diuiſio ſecundum diuerſitatem rerum extra animam exiſtentium, non ſecundum diuiſionem Scientiarum accepta. Deinde cum dicit.

Lect.tex.cō 30. Idem aſſerit Commentator expreſſe hic.

ARGI. *Quare ipſum propter quid a Naturali Philoſopho, & ad materiam & formam, & ad id, quod primo mouet, retur, dicente, aſſignatur ac redditur.*

ANTI. Te.c.72. *Quare propter quid, & ad materiā reducenti reddi & in ipſum quod quid eſt. & in primum mouens.*

Oſtendit propoſitum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ ad Naturalem pertinet conſiderare omnes cauſas, & per eas demonſtrare, quæ duo ſupra propoſuerat. Secundo probat quædam, quæ in hac probatione ſupponit. ibi, Dicendum quid igitur. Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quod Naturalis omnes cauſas conſiderat. Secundo quod per omnes demonſtrat. ibi. (Et penitus propter quid.) Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ Naturalis conſiderat materiam formam, & mouentem. Secundo quod conſiderat finē, ibi. (Et quod quid eſt.) Et circa primum duo facit. Primo proponit ꝙ intendit. Secundo probat, ibi (De generatione.) Cōcludit ergo primo ex prædictis, ꝙ aſsignatur propter quid a Naturali, & reducendo in materiā, & reducendo in quod quid eſt, id eſt, in formam, & reducendo in primum mouens. Secundo ibi.

Te.com.75. Secūda parte 74. ex. Te.com.75 Secūda parte. Te.c.27.

ARGY. *De generatione.n.maxime cauſas hoc mō conſiderant quid poſt quid fit: & quod primum fecit: aut quid paſſum eſt, & ſic ſemper quod eſt deinceps. Principia aūt ea quę naturaliter mouent, duplicia ſiunt: quorum alterum natu rale non eſt, quippe cum non habeat in ſe principium motus, atque tale eſt ſi quid moueat & non moueatur, vt id quod eſt immobile penitus, & quod eſt omnium primū.*

ANTI. Te. com.53. *De generatione.n.maxime hoc mō cauſas conſiderant, quid poſt aliquid fiat: & quid primū fecit, aut quid ſuſtinuit. & ſic ſemper quid conſequenter. Duplicia aūt ſunt principia mouentia, quorum alterum non Phyſicum eſt. non.n.habet motus principium in ſeipſo, huiuſmodi autē ſi aliquid mouet quod non mouetur, ſicut eſt quod & penitus immobile eſt, & omnium primum.*

Secūda part. Te.com.8. Probat propoſitum in hunc modum. Dictum eſt ꝙ Naturalis conſiderat ea, quæ mouentur & generabilia & corruptibilia. quicquid ergo oportet conſiderare circa generationem oportet cōſiderari a Naturali: ſed circa generationem oportet conſiderari formam, materiam & mouentem. Qui enim volunt conſiderare circa generationem cauſas, hoc modo conſiderāt. primo quid eſt id, quod fit poſt aliquid: ſicut ignis fit poſt aerem, cum ex aere generatur ignis. & in hoc conſideratur forma, per quam generatum eſt id, quod eſt. Et iterum conſideratur quid eſt quod primum fecit, id eſt, quod primum mouit ad generationem, & hoc eſt mouens. Et iterum quid eſt quod ſuſtinuit, & hoc eſt ſubiectum & materia. Et non ſolum primum mouens & primum ſubiectum conſiderantur circa generationem, ſed etiam & ea, quæ conſequenter ſunt. Et ſic patet ꝙ ad Naturalem pertinet conſiderare formam, mouentem, & materiam, non tamen quælibet mouentia: ſunt enim principia mouentia dupliciter, ſcilicet mota, & nō mota, quorum id, quuod non mouetur, non eſt natura, quia non habet in ſe principium motus: Et tale eſt principium mouens, quod eſt penitus immobile, & primum omnium, vt oſtenditur in 8. Deinde cum dicit.

Lect. 12.13. per totum.

ARGI. *Et ipſum quid eſt, & forma: eſt enim finis & id gratia cuius cętera fiunt. Quare cum alicuius gratia natura faciat, & hanc ſcire oportet.*

ANTI. Te. com.74. *Et quod quid eſt, & forma. finis.n.eſt et cuius cauſa. Quare quoniam natura propter aliquid eſt, & hanc cognoſcere oportet.*

Oſtendit ꝙ Naturalis conſiderat etiam finem, & dicit, ꝙ etiā forma, & quod quid eſt, pertinet ad conſiderationem Naturalis, ſecundum ꝙ etiam finis eſt & cuius cauſa fit generatio Dictum eſt autem ſupra ꝙ forma, & finis coincidunt in idē. Et quia natura operatur ꝑꝑ aliquid, vt infra probabitur, neceſſe eſt ꝙ ad Naturalem pertineat conſiderare formam non ſolum inquantum eſt forma, ſed inquantum eſt finis. Si aūt natura non ageret propter aliquid, conſideraret quidem Naturalis de forma inquantum eſt forma, ſed non inquantum eſt finis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Et ipſum propter quid omnino reddendum eſt, velut ex hoc neceſſe eſt hoc fieri. Ex hoc autem hoc, aut ſimpliciter, aut plerunque.*

ANTI. *Et penitus reddēdum propter quid, vt quia ex hoc neceſſe eſt hoc eſſe. Hoc autem ex hoc, aut ſimpliciter eſt, aut ſicut frequenter.*

Oſtendit quomodo Naturalis demonſtrat per omnes cauſas. Et primo quomodo demonſtrat per materiam & mouentem, quæ ſunt cauſæ priores in generatione. Secundo oſtendit, quomodo demonſtrat per formam. ibi. Et ſic hoc fieri debet.) Tertio, quomodo demonſtrat per finem. ibi. (Et quia dignius.) Dicit ergo primo, quod in Naturalibus reddendum eſt propter quid (penitus,) id eſt, ſecundum quodlibet genus cauſę, vt quia hoc præceſsit, ſiue illud ſit materia, ſiue mouēs, neceſſe eſt hoc eſſe conſequenter, vt ſi aliquod generatum eſt ex contrariis, neceſſe eſt illud corrumpi, & ſi Sol appropinquat ad polum Septentrionalem, neceſſe eſt dies fieri longiores, & frigus diminui, & calorē augeri apud eos, qui habitant in parte Septentrionali. Sed tñ cōſiderandū eſt, ꝙ non ſolum ſemper ex præcedente materia, vel mouente neceſſe eſt aliquid ſubſequi

Hic immediate ſecundum & tertium.

ſed

sed quandoque subsequitur aliquid simpliciter, idest vt semper, vt in his, quæ dicta sunt, quandoque autem vt frequēter, vt ex semine humano & mouente in generatione vt frequentius sequitur generatum habere duos oculos, quod tamen aliquando deficit. Et similiter ex hoc q materia sic est disposita in corpore humano, accidit generari febrem propter putrefactionem, vt frequentius, quandoque tamen impeditur. Secundo ibi.

ARGI. *Et si hoc est enter sicutum, vt ex propositionibus ipsa conclusio. Et quia hoc erat quiditas ipsa.*

ANTI. *Et si hoc debet fieri, sicut ex propositionibus conclusio, Et quoniam hoc erat quod quid erat esse.*

Notabile. Ostendit quomodo sit demonstrandum in naturalibus per causam formalem. Ad cuius intelligentiā sciendum est, quod quando ex causis præcedentibus in generatione, s. ex materia & mouente, sequitur aliquid ex necessitate, tunc ex eis potest sumi demonstratio, vt supra dictum est, non autem quando sequitur aliquid, vt frequenter, sed tunc debet sumi demonstratio ab eo, q est posterius in generatione ad hoc quod aliquid ex necessitate sequatur ex altero, sicut ex propositionib. demonstrando sic. Si hoc debet fieri, ista & ista requiruntur, sicut si debet generari homo necesse est, quod sit semen humanum agens in generatione. Si autem procedamus e contrario, est semen humanum agens in generatione, non sequitur, ergo generabitur homo, sicut ex propositionibus sequitur conclusio. Sed hoc quod debet fieri, id est, ad qđ determinatur generatio, erat secundum supradicta, quod quid erat esse, id est forma. Vnde manifestum est, quod quando secundum hunc modum demonstramus, si hoc debet fieri, per causam formalem demonstramus. Tertio ibi.

ARGY. *Et quia melius est hoc modo, non simpliciter sed ad substantiam vniuscuiusque.*

ANTI. *Et, quia dignius est sic, non simpliciter, sed ad vniuscuiusque substantiam.*

Ostendit quomodo Naturalis demonstrat per causam finalem, & dicit quod etiam Naturalis demōstrat aliquando aliquid esse quia dignius est quod sic sit, sicut si demonstret, qđ dentes anteriores sunt acuti, quia melius est sic esse ad diuidendum cibum, & natura facit q melius est, non simpliciter, sed secundum quod competit substantiæ vniuscuiusque. Alioquin cuilibet animali daret animam rationalem, quæ est melior quā anima irrationalis.

LECTIO XII.

Quæstiones duas proponit atque ad alteram earum, illam videlicet, si natura propter finem agit, rationes Antiquorum inducit, quibus eam non propter hoc operari ostendisse arbitrati sunt.

ARGI. *Dicendum est igitur primo quidem naturam ex iis esse causis, quæ alicuius gratia faciunt. Deinde de necessario, quo sese habet in naturalib. reb. In hanc n. cūm oēs omnia redigunt, nam (vt inquiunt) cum calidum & frigidum et vnumquodque talium suapte natura sit tale, hæc necessario sunt & fiunt, ac apta sunt. Et enim, si aliam causam dixerunt, hic concordiam & discordiam, ille mentem attingunt, illam duntaxat, deinde valere sinunt.*

ANTI. Te. com. 75. *Dicendum quidem igitur primum, quoniam natura earum, quæ sunt propter hoc, causarum est, postea de necessario, quomodo se habeat in Physicis. ad hanc n. causam reducunt omnes, quoniam calidum huiusmodi aptum natum est & frigidum i vnumquodque igitur talium hæc ex necessitate sunt, & fiunt, & apta nata sunt. Et namque & si aliam causam dicant quamcunque tangentes, gaudere sinunt, hic quidem concordiam et discordiam, ille verò intellectum.*

Postquā Philosophus ostendit, quòd Naturalis demonstrat ex omnibus causis, hic manifestat quædā, quæ supposuerat. s. quod natura agat propter finem, & qđ in quibusdam necessarium non sit ex causis prioribus in esse, quæ sunt mouens materia, sed ex causis posterioribus, quæ sunt forma & finis. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo prosequitur propositum, ibi (Habet autem oppositionē. Dicit ergo primo quod dicendum est primo, quod natura est de numero illarum causarum, quæ propter aliquid agunt. Et valet ad quæstionem de Prouidentia. Ea enim quæ nō cognoscunt finem, nō tendunt in finem, nisi vt directa ab aliquo cognoscente sicut sagitta a sagittante. vnde si natura operetur propter finem, necesse est quod ab aliquo intelligente ordinetur, quod est prouidentiæ opus. Post hoc autem dicendum est, quomodo se habet necessariū in rebus Naturalibus, vtrum scilicet necessitas rerum naturalium semper sit ex materia, vel aliquādo etiam ex materia & mouente, vel aliquando ex forma & fine. Ista necessitas quærēda hoc est ista, quia omnes Antiqui naturales reducunt effectus naturales in hanc causam, assignando rationem de hoc, scilicet quod necesse est ea sic euenire propter materiam, vt puta quia calidum natum est esse tale, & facere talem effectum, & similiter frigidum, & omnia similia necesse est fieri, vel esse ea, quæ ex eis causantur. Et si aliqui Antiquorū naturalium aliquam aliam causam tetigerunt, quam necessitatem materiæ, nō tamen habent vnde gaudeant, gloriantes, quia causis positis ab eis, scilicet intellectū, quē posuit Anaxagoras, & amicitia & lite, quas posuit Empedocles, non sunt vsi nisi in generalibus quibusdā, sicut in constitutione Mundi. In particularibus autem effectibus huiusmodi causas prætermiserūt. Secundo ibi.

ARGY. *Existat autē dubitatio, quidnam prohibet naturā non alicuius gratia facere neq. quia sic est melius, sed perinde ac quo Iuppiter non vt frumētū augeat, sed necessario pluit. Quod n. est eleuatum, id frigefiat oportet, & quod frigefactum est, id aquam factum esse, vt descendat necesse est. accidit autē hoc pacto frumentū incrementa suscipere. Similiter & si cuipiā frumentum pereat cū est in area, non huiusce gratia pluit vt illud pereat sed id accidit. Quare quid prohibet partes et in natura sic se habere, veluti dentes anteriores quidem acutos aptosque ad diuidendum, molares aūt latos, atque vtiles ad cibum terendum necessario ortos fuisse, nam non huiusce cā tales sunt orti sed accidit. Eadem & de cæteris putanda sunt partib. quæ alicuius gratia constare videntur. In quib. igitur accidit, vt omnes perinde sint ortæ, atque si alicuius causa fierent, ea conseruata sunt a casu congrue constituta, in quib. aūt id non accidit, ea perire ac pereunt, vt Empedocles dicit, boues hominis faciem habentes, quæ ex hominis partibus bouisque constabant. est igitur ratio quidem, quā quispiam dubitauerit hæc est, & si qua alia sunt talia similes.*

ANTI. T. c. 76. *Habet autē dubitationem quid prohibeat naturam non propter aliquid facere, neque quod melius, sed sicut pluit Iuppiter, non vt frumentum augmentet, sed ex necessitate: sursum enim ductam aquam congelari oportet, & congelatam aquam deorsum venire, augeri autem cum hoc accidit frumentum. Similiter si perditur frumentum in area, non huius causa pluit vt perdatur, sed hoc accidit. Quare quid prohibet sic & partes se habere in natura, vt dentes ex necessitate orti anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendum, maxillares autem latos & vtiles ad conterendum cibum, cum non propter hoc facta sint, sed hoc accidit. Similiter autem & de aliis partibus, in quibus videtur esse quod propter hoc. Vbicunque enim omnia acciderunt, sicut si propter hoc fierent, hæc quidem saluata sunt ab eo, quod propter seipsum constituta apte, quæcunque vero non sic, perdita sunt & perduntur, quemadmodum Empedocles dixit bouigenas viri-*

prorsus. Ratio quidem igitur qua utique deficiet aliquis hæc est, & si aliqua alia huiusmodi est.

Exequitur propositum. Et primo inquirit, verũ natura agat propter aliquid. Secundo, quomodo necessaria in rebus Naturalibus inueniatur. ibi (Quod autẽ est.) Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem ponentium naturam non agere propter aliquid, & rationem eorũ. Secundo improbat eam ibi. (Sed impossibile est ita.) Circa primum sciendum quod ponentes naturam non agere propter aliquid hoc confirmare nitebantur remouentes id, ex quo natura præcipue videtur propter aliquid operari. Hoc autem est quod maxime demõstrat naturam propter aliquid operari quod ex operatione naturæ semper inuenitur aliquid fieri quãto melius & commodius esse potest, sicut pes hoc modo est factus a natura, secundum quod est aptus ad gradiẽdum, vnde si recedat a naturali dispositione nõ est aptus ad hũc vsum, & simile est de cæteris. Et quia cõtra hoc præcipue oponere nitebantur, ideo dicit quod potest opponi ab aduersariis, quod nihil prohibet naturam non facere pp aliquid, neque facere semper ꝙ melius est. Inuenimus enim quãdoque quod ex aliqua operatione naturæ prouenit aliqua vtilitas, quæ tamen non est finis illius naturalis operationis, sed contingit sic euenire, sicut si dicamus (quod Iuppiter pluit.) id est Deus, vel natura vniuersalis non propter hunc finem, vt frumentũ augmentet, sed pluuia prouenit ex necessitate materiæ. Oportet enim inferioribus partibus, ex ꝓpinquitate Solis calefactis, resolui vapores ex aquis, quibus sursum ascendentibus propter calorem, cum peruenerint ad locum vbi deficit calor propter distantiam a loco, vbi reuerberantur radij solis, necesse est quod aqua vaporabiliter ascendens congeletur ibidẽ, & congelatione facta vapores vertantur in aquam, & cum aqua fuerit generata, necesse est quod cadat deorsum propter grauitatem, & cum hoc fit, accidit vt frumentum augeatur, non tamen propter hoc pluit vt augeatur, quia sicut in aliquo loco frumentum destruitur propter pluuiam, vt cum est collectum in area, non tamen propter hoc pluit vt destruatur frumentum, sed hoc casu accidit pluuia cadente, & eodem modo videtur casu accidere, quod frumentũ crescat pluuia cadente. Vnde videtur quod nihil prohibeat sic etiam esse in partibus animalium, quæ videntur esse sic dispositæ propter aliquem finem, vtpote quod aliquis dicat quod ex necessitate materiæ contingat, ꝙ quidam dentes, anteriores scilicet, sint acuti, & apti ad diuidendum cibum, & maxillares sint lati, vtiles ad cõterendũ cibum. Non tamen ita quod propter istas vtilitates natura fecerit dẽtes tales, vel tales, sed quia dentibus sic factis a natura propter necessitatem materiæ sic decurrentis accidit, vt talem formam consequerentur, qua forma existente sequitur talis vtilitas. Et similiter potest dici de omnib. alijs partibus, quæ videntur habere aliquam determinatã formam propter aliquẽ finem. Et quia posset aliquis dicere qđ semper, vel vt in pluribus tales vtilitates consequuntur, quod autem est semper, vel frequenter conueniens est esse a natura, ideo ad hanc obiectionem excludendam, dicunt Aduersarii quod a principio constitutionis Mundi quatuor elementa conuenerunt ad constitutionem rerum naturalium. Et factæ sunt multæ & variç dispositiones rerum naturalium, & in quibuscunque omnia sic acciderunt apta ad aliquam vtilitatem, sicut pp hæc esset facta, & illa tantum conseruata sunt, eo quod habuerunt dispositionem aptam ad conseruationem, non ab aliquo agente intendente finem, sed ab eo, quod est per se vanum, id est, a casu. quæcunque vero non habuerunt talem dispositionem, sunt destructa, & quotidie destruuntur, sicut Empedocles dixit a principio fuisse quosdam generatos, qui ex vna parte erant boues, & ex alia parte erant homines. Hęc est ergo ratio, per ꝙ aliquis dubitabit, vel si aliqua alia talis est. Sed considerandũ est in ista ratione, quod exemplũ inconueniens accipit. Nã pluuia licet habeat necessariã cãm ex parte materiæ, tamen ordinatur ad finem aliquem, scilicet ad conseruationem rerum generabiliũ & corruptibilium: propter hoc enim est generatio & corruptio in istis inferioribus, vt cõseruetur perpetuum esse in eis, vnde augmentum frumenti inconuenienter accipitur in exemplum, comparatur. n. causa vniuersalis ad effectum particularem. Sed & hoc etiam considerandũ est, quod augmentum & conseruatio terræ nascentium accidit ex pluuia, vt in pluribus, sed corruptio accidit, vt in paucioribus, vnde licet pluuia nõ sit propter perditionem, non tamen sequitur quod non sit propter conseruationem & augmentum.

Te. com. 78.

Secunda p te. 77.

Intellectus generationis pluuiæ.

Nota rõnis Antiquorũ, inefficaciam qua naturã non propter aliquid agere dicunt.

LECTIO XIII.

Naturam agere propter finem, Quinque rationibus validissimis ostendit.

ARGV. *Impossibile autem est hæc ita sese habere, hæc. n. et omnia quæ natura constãt, aut semper aut plerunq; sic fiunt At nihil eorum hoc pacto fit, quę a fortuna casuq. profisciscantur. Neque enim hyeme crebro pluere fortuito casuque videtur, sed id fiat cum Sol est sub cane. Neq. canna sub cane, sed si in hyeme fiat. Quod si ea quę fiũt, aut a casu, aut alicuius gratia fiunt, si impossibile est hęc, aut a fortuna esse, aut a casu, alicuius profecto gratia erũt, at vniuersa talia natura sunt, & vt ipsi dixerunt, cum hęc dicunt. Est igitur in hisce, quę natura fiunt & sunt, id quod alicuius gratia sit.*

ANTI. *Sed impossibile est ista hunc habere modum, Hęc quidẽ enim & quæcunque sunt a natura, aut semper si fiũt aut sicut frequenter. Sed eorum quę sunt a fortuna, & per se vano, nihil. neque enim a fortuna, neque a casu videtur pluere multoties hyeme, sed forte sub cane, neque cauma sub cane, sed si hyeme. Si igitur a casu videntur aut propter hoc esse, sed non possibile est hoc esse, neque a casu, aut a fortuna propter aliquid vtique erunt. At vero natura sunt huiusmodi omnia, quemadmodum & ipsi firmabant hoc dicentes. Est itaque quod propter aliquid in his quę natura fiunt & sunt.*

Posita opinione & ratione dicentium naturam non agere propter finem, hic improbat eam. Et primo per rationes proprias. Secundo per rationes sumptas ab iis ex quibus aduersarii contrarium ostendere nitebãtur, ibi, Peccatum aũt fit. Circa primum ponit quinque rationes, quarum prima talis est. Omnia, quæ fiunt naturaliter, aut fiunt sicut semper, aut sicut frequenter, sed nihil eorum, quæ fiunt a fortuna, vel per se vano, id est a casu, fit semper, vel vt frequenter. non. n. dicimus qđ a fortuna, vel a casu fit, qđ multoties pluat in hyeme, sed diceremus esse a casu, si forte multum plueret sub cane, id est in diebus canicularibus, & similiter non dicimus ꝙ fit a casu, quod in diebus canicularibus fit cauma, sed si hoc esset in hyeme, dicunt, ꝙ foret a casu. Ex his duob. sic argumentatur. Omnia quæ fiunt, aut fiunt a casu, aut fiunt propter finem. Quæ. n. accidunt præter intentionem finis, dicuntur accidere casualiter, sed impossibile est ea, quæ fiunt semper, vel frequẽter accidere a casu, ergo ea, quæ fiunt semper, vel frequenter fiunt propter aliquid, sed omnia, quę fiunt secundũ naturam, fiunt vel semper, vel frequenter, sicut etiam ipsi confitebantur, ergo omnia, quæ fiunt a natura, fiũt propter aliquid. Secundam rationem ponit ibi.

Forma rationis Aristo.

ARGV. *Præterea in quibus est aliquis finis, in his, & id quod prius, & id quod deinceps agitur huiusce gratia agitur. Vt igitur agitur ita est aptum agi, & vt est aptum agi, sic*

sic vnumquodque nisi quid obest agitur. at alicuius gratia agitur. & aptum est igitur illius gratia agi, veluti si domus ex iis esset, quæ natura fiunt, sic vtique fieret, vt nunc ab arte conficitur. Quod si ea, quæ natura fiunt, nõ solum natura, sed etiam arte fierent, eodem conficerentur modo, quo apta sunt confici. Alterum igitur alterius conficitur gratia.

ANTI. Te.com.78.

Amplius in quibuscunque finis aliquis est, huius causa igitur quod prius, & quod consequenter. Ergo sicut agitur sic aptum natum est: & sicut aptum natum est, sic agitur vnumquodque, si non aliquid impediat, agitur autem propter hoc, & aptum ita natum est huius causa. vt si domus esset eorum, quæ natura fiunt, sic vtique facta esset, sicut nunc ab arte est. Si autem quæ natura non solùm natura, sed arte fierent, similiter vtique fierent, secundum quòd apta nata sunt, propter ergo alterum, alterum.

Vnũquodq. agitur sicut natũ est agi, nisi aliquid obstet.

Secunda rõ.

Et dicit q in quibuscunq; est aliquis finis & priora consequentia oĩa agunt cã finis. hoc supposito sic argumentatur. Sic aliquid agitur naturaliter, sicut aptum natũ est agi. hoc.n. significat quod dico naturaliter, illud, scilicet, aptum natũ, & hęc suppositio conuertitur, quia sicut aptum natum est agi, ita agitur, sed oportet apponere hanc conditionem, nisi aliquid impediat. Accipiamus ergo primum, quod nõ habet instantiam, quod sicut aliquid agitur naturaliter, sic aptum natum est agi. Sed ea, quæ fiunt naturaliter sic aguntur, q inducũtur ad finem: ergo sic apta sunt agi, vt sint propter finẽ, & hoc est Naturam appetere finem, s. habere aptitudinẽ naturalem ad finem. Vnde manifestum est q natura agit pp finem. Et hoc, q dixerat manifestat per exẽplũ, similiter.n. ex prioribus peruenitur ad posteriora in arte, & in natura, vnde, si artificialia, vt domus, fierẽt a natura, hoc ordine fierent, quo nunc fiũt per artem, s. prius instituer etur fundamentum, & postea erigerentur parietes, & vltimo supponeretur tectum. Hoc mõ natura procedit in ijs, quæ sunt terræ affixa, s. plantis, quarum radices, quasi fundamentum terrę infiguntur, stipes vero ad modum parietis eleuatur in altũ, frondes autem supereminent ad modũ tecti. Et similiter si ea, quæ fiunt a natura fierent ab arte, hoc modo fierent, sicut apta nata sunt fieri a natura, vt patet in sanitate, quã contingit fieri, & ab arte, & a natura. sicut enim natura sanat calefaciendo & infrigidando, ita & ars. Vnde manifestũ est quod in natura est. alterum propter alterũ, scilicet priora propter posteriora, sicut & in arte.

Modus intelligendi Artẽ naturã imitari.

Tertiam rationem ponit ibi.

ARGI.

Atque ars omnino alia perficit, quæ natura nequit perficere, alia imitando naturam facit. Si igitur ea, quæ ob artem conficiuntur alicuius causa fiunt & ea profectò quæ natura fiunt alicuius gratia fieri constat, priora namque posteriora ve similiter inter sese habent in hisce quæ arte, & in hisce quæ natura conficiuntur.

ANTI. Te.c.79.

Omnino autem ars alia quidem perficit, quæ natura non potest operari, alia vero imitatur. Si igitur quæ sunt secundum artem, propter hæc sunt, manifestum, quod et quæ sunt secundum naturam. Similiter autem se habent ad inuicem in ijs quæ sunt secundum artem & in ijs, quæ secundum naturam, posteriora ad priora.

Tertia rõ.

Et dicit q ars quædam facit, quæ natura non potest facere, sicut domum, & alia huiusmodi. In ijs vero, quę conuenit fieri & ab arte & a natura, ars imitatur naturã vt patet in sanitate, vt dictum est. Vnde, si ea, quæ sunt secũdum artem, sunt propter finem, manifestum est & q ea, quę fiunt secundum naturam, propter finẽ fiunt, cum similiter se habeant priora ad posteriora in vtrisque. Potest tamen dici quod hæc nõ est alia ratio a præmissa, sed complementum & explicatio ipsius.

Porphyrius teste Simplicio, hanc rationẽ argumentũ a minori vocat.

Quartam rationem ponit ibi.

ARGI.

Maxime aũt id ipsum in aĩalib. rationis expertibus patet, quæ neque arte, neque discursione, neque deliberatione faciunt. Quapropter & sunt qui dubitant, vtrum mẽte, vel alio quodam principio aranei, formicæ, cæteraque istiusmodi animalia operentur. Procedenti ẽt vlterius, & in plantis ea quæ conferant ad finem fieri hoc pacto videntur, veluti frondes ob fructus tegendos. Quare si natura gratiaq; alicuius hirundo nidulum extruit, araneus araneam texit, plantę denique frondes gratia tegendorũ fructuum explicant, radicesque non sursum, sed deorsum emittunt sumendi causa nutrimenti, patet esse causam talem in hisce, quę natura fiunt, & constant.

ANTI. Te.com.80.

Maxime aũt manifestum est in animalibus, quę neque arte, neque inquirendo, neque deliberando faciunt. Vnde dubitant quidam, vtrum intellectu, aut quodam alio operentur aranei, & formicę, & huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti, & in plantis apparent expedientia quędam facta propter finem, vt folia propter fructus cooperimentum. Quare, si natura facit & propter hoc hirundo nidum, & araneus telam, & plantę folia gratia fructuum, & radices non sursum, sed deorsum gratia nutrimenti, manifestum, quod est causa huiusmodi in ijs, quæ natura fiunt, & sunt.

Quarta rõ.

Et sumitur hæc ratio ab ijs, quæ manifestius in natura propter aliquid operari videntur. Vnde dicitur qđ naturã operari propter aliquid maxime est manifestũ in animalibus, quæ neq. operantur per artem, neq. per inquisitionem, neque per deliberationem. & tamen ita manifestum est in operationibus eorum, quod pp aliquid operantur, quod quidam dubitauerunt, vtrũ aranei & formicæ, & huiusmodi animalia operentur per intellectum, vel per aliquod aliud principium. Sed tñ hoc sit manifestum, quod nõ operentur ex intellectu, sed per naturam, quia semper eodem modo operãtur. omnis.n. hirundo similiter facit nidum, & omnis araneus similiter facit telam, quod non esset si ab intellectu, & arte operarentur. nõn enim omnis Aedificator similiter facit domũ, quia artifex habet iudicare de forma artificiati, & potest eam variare. Vlterius autẽ procedenti ab animalibus ad plantas, in iis etiam apparet quædam esse facta vt vtilia ad finẽ, sicut folia sunt vtilia propter cooperimentum fructuum. Vnde, quia hoc est a natura & non ab arte, quod hirundo facit nidum, & araneus telam, & plantæ producunt folia gratia fructuum, & radices sint in plantis non sursum, sed deorsum, vt accipiant nutrimentum a terra, manifestũ est, quod causa finalis inuenitur in iis, quæ fiunt, & sunt a natura, scilicet propter aliquid operante.

Quintam rationem ponit ibi.

ARGY.

Atque cum natura sit duplex, altera quidem, vt materies, altera autem vt forma, & hęc sit finis, gratia verò finis cętera fiant, hęc ea est profectò causa, cuius cętera fiunt.

ANTI. T.c.81.

Et quoniam natura dupliciter, alia quidem sicut materia, alia vero sicut forma, finis autem hęc est, propter finem autem alia sunt, hęc vtique erit causa cuius gratia.

Quinta rõ.

Dicit, quod cũ natura dicatur dupliciter, scilicet de materia & forma, & forma est finis generationis, vt supra dictum est. Hoc autem est de ratione finis, vt propter ipsum fiat alia, sequitur, quod esse & fieri propter aliquid inueniatur in rebus Naturalibus.

Nec Simplicius, aut Al. hanc rationẽ esse putant.

LECTIO XIV.

Naturã propter finem agere ex tribus astruitur principijs, quibus Antiqui ostendisse oppositum visi sunt.

ARGY.

Fit aũt & in hisce peccatum, quę per artes conficiuntur. scripsit.n. Grammaticus non rectè, & potionem Medicus non rectè porrexit. Quare patet & in hisce fieri posse, quę natura conficiuntur. Quòd si aliqua sunt in

arte, in quibus iam quod recte fit alicuius efficitur gratia: in iis autem, quæ peccantur gratia quidem alicuius ars aggreditur facere, sed non assequitur illud, similiter & in naturalibus erit, & monstra peccata erunt illius quod alicuius gratia fuit. Et in primis igitur compositionibus ea, quæ partim ex hominis partibus, partim ex bouis constabant, si non ad aliquem terminum finem ve poterant peruenire, aliquo sanè principio perinde, atque nunc semine, labefacto corruptove fiebant.

ANTI. T.c.81. Prima ratio.

PEccatum autem fit, & in iis, quæ fiunt secundum artem. scripsit enim non recte Grammaticus, & propinauit Medicus non recte potionē, quare manifestum est, quod contingit & in iis, quæ secundum naturam fiunt. Si igitur sunt quædam secundum artem, in quib. quod recte fit propter aliquid fit, in quib. et peccatur, cũ alicuius gratia agitur, sed fallitur, similiter utique & Physicis, & monstra sint peccata illius, quod propter aliquid est. & in substantiis ergo quæ sunt ex principio bouigena; si non ad aliquem terminum & finem poterant venire, corrupto principio aliquo facta sunt, sicut nunc semine.

Postq̃ ostẽdit Philosophus per proprias rationes quod natura agit propter aliquid, hic intendit hoc manifestare remouendo ea, per quę aliqui contrarium existimabant. Et diuiditur in tres partes secundum tria, ex quibus aliqui moti videbantur ad hoc negandum. Secundum incipit ibi. (Omnino autem destruit.) Tertium ibi. (Inconueniens autem.) Primum autem ex quo aliqui moueri videbantur ad negãdum naturã agere pp finem, ex hoc erat, quia videbant aliquando aliter accidere, sicut accidit in monstris, quæ sunt peccata naturę. Vnde etiam Empedocles posuit, quod a principio constitutionis rerum fuerunt producta quædam non habẽtia hanc formam & hunc ordinem, qui nunc in natura communiter inuenitur. ad hoc ergo excludendum, inducit quatuor rationes. Circa quarum primam ostendit, quod licet ars agat pp aliquid, tamen in iis, quę fiũt secundum artem contingit fieri peccatum, quia aliqñ Grammaticus non recte scribit, & Medicus quandoq; potat aliquẽ medicinali potione non recte. Vnde manifestum est, quod contingit peccatum esse etiam in iis, quæ fiunt secundũ naturam, quamuis natura propter aliquid operetur. In arte autem eorum, quæ propter aliquid fiunt, quædam fiunt secũdum artem, & recte fiũt, quædam autem sunt, in quibus Artifex fallitur non secundum artem agens, & in his contingit peccatum, arte propter aliquid agente. si enim ars non ageret ad determinatum finem, qualitercunque ars operaretur non esset peccatum, quia operatio artis æqualiter se haberet ad omnia. Hoc ipsum igitur, quod in arte contingit esse peccatum, est signum, quod ars propter aliquid operetur. Ita et contingit in Naturalib. reb. in quibus monstra sunt quasi naturę peccata pp aliquid agentis, in quãtum deficit recta operatio naturæ, & hoc ipsum quod in Naturalibus contingit esse peccatum, est signum, quod natura propter aliquid agat. Vnde in substantijs, quas in principio mundi Empedocles dixit esse constitutas. (bouigenas.) id est ex media parte boues, & ex media homines, si non poterat peruenire ad aliquem finem & terminum naturæ, vt scilicet conseruarentur in esse, non hoc fuit quia natura non hoc intendat, sed quia hæc non possibilia saluari generata sunt non secundum naturam, sed corrupto aliquo naturali principio, sicut nunc ẽt accidit aliquos monstruosos partus generari propter corruptionem seminis.

Secundam rationem ponit ibi.

ARGU. *Præterea primo semen necesse est oriatur, sed non animalia statim. Atque ipsum congestum, quod primũ oriebatur semen nimirum erat.*

ANTI. Te. com. 83. *Amplius necesse est semen fieri primum, sed nõ statim animalia, & molle natura primum quod semen erat.*

Secunda rõ. Quæ talis est. Vbicunq; sunt determinata principia & determinatus ordo procedendi, ibi oportet esse determinatum finem, propter quem alia fiant: sed in generatione animalium est determinatus ordo procedendi, quia oportet primũ fieri semen, & nõ statim a principio est animal, & ipsum semen non statim est induratum, sed a principio est molle, & quodã ordine ad perfectionem tendit: ergo in generatione animalium, est determinatus finis. Non ergo propter hoc accidũt mõstra & peccata in animalibus, quia natura non agit propter aliquid. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGU. *Præterea in plãtis etiam ipsis id inest quod alicuius est gratia. Minus autem est distinctum ac manifestum, fiebant ne igitur ex bouis partib. ac hominis animalia, sic et ex vitis, oleęque partibus, plantæ, an non fiebant? est enim absurdum. Atqui oportebat tamen, si in animalium genere illa fiebant.*

ANTI. *Amplius & in plantis inest quod propter hoc, minus autem dearticulatum est. Vtrum igitur in arboribus fiãt, sicut bouigena viriprora, sic, & vitigena oleęprora, aut non? inconueniens enim est, sed tamen oportuit, siquidem in animalibus est.*

Tertia ratio. Quæ talis est. Licet natura in plãtis agat propter aliquid, sicut in animalibus, tamen minus est dearticulatum, i. distinctum in plantis, vel minus ex operationib. eorum colligi potest. Si ergo propter hoc accidãt peccata, & monstra in animalibus, quia natura nõ agit propter aliquid, magis deberet accidere in plantis. Vtrum igitur sicut fiunt in animalibus bouigena viriprora, ita fiant vitigena oleęprora, id est, ex media parte oliuę, & media parte vitis; vel non? Dicere enim quod fiant est inconueniens, sed tamen oportet ita esse, si in animalibus contingit hac de causa, quia natura, non agit propter aliquid. Non ergo ista de causa in animalib. contingit, quod natura propter aliquid non agit.

Quartam rationem ponit ibi.

ARGU. *Præterea & in seminibus quoduis sine vllo discrimine fieri oporteret.*

ANTI. T c.35. Quarta rõ. *Adhuc oportuit in seminibus fieri, vt contingit.*

Quę talis est. Sicut & animalia generantur a natura, ita & semina animalium. si igitur accidit aliquid in generatione animalium qualitercunque contingit, & nõ quasi natura agente ad determinatum finem, sequetur etiam idem in seminibus, scilicet; vt a quocũque quodcunque semen produceretur. & hoc patet esse falsum, vnde & primum falsum est. Secundo ibi.

ARGU. *Omnino autem qui ita dicit naturam, & ea quæ natura constant, destruere videtur, quæ a quodam principio, quod est in ipsis continue mouentur, atque ad quendam perueniunt finem, ab vnoquoque autem non ad eundem, neque ad quemuis, attamen ad eundem semper nisi quid impedierit. Atqui id cuius gratia, & quod huius gratia, fieri a fortuna, etiam possunt, veluti dicimus hospitem forte fortuna venisse lotumque abiisse, cum id egerit, quasi gratia huiusce profectus, non huiusce autem gratia venerit. Hoc autem est per accidens. fortuna namque causa per accidens est, ut antea diximus. Sed cum hoc semper fit, aut plerunque non per accidens nec a fortuna dicimus esse. at in naturalib. sic semper, si nihil impedierit, fiunt.*

ANTI. *Oĩno aũt destruit sic dicens ea, quę natura quidẽ sunt & scdm naturã. Natura quidem. n. sunt quæcunq. a quodã in seipsis principio continue mota accedunt ad aliquem finẽ. Ab vnoquoque aũt non idem vnicuiq. neque contingens, semper tamen in eundem, nisi aliquid impediat. Quod autem est cuius causa fit, & quod propter hoc fiet vtique a fortuna, sicut dicimus a fortuna venit extraneus,*

uens, & balneatus abscessit, cum tanquam propter hoc veniens egerit, non propter hoc autem venit, & hoc secundum accidens, fortuna autem est causarum, quæ sunt secundum accidens, quemadmodum & prius diximus; sed cum hoc semper aut sicut frequenter fiat non secundum accidens, neque a fortuna est, in Physicis autem semper sic est, nisi aliquid impediat.

Excludit 2m, ex quo mouebantur ad ponendum naturam nó egere propter aliquid. Videbatur.n. hoc quibusdã, q ea, quæ naturaliter accidunt, videntur ex prioribus principijs procedere, quæ sunt agens & materia non ex intentione finis. Sed ipse contrarium ostendit dicens, q ille, qui sic dicit, naturam.s. nó agere propter aliquid, destruit naturam, & ea, quæ sunt secundum naturam. Hæc.n. dicuntur esse secundum naturã quæcunque ab aliquo principio intrinseco mouentur cótinue, quousque perueniant ad aliquem finem, non in quodcunq; contingens, neque a quocunq; principio in quẽcunq; finem, sed a determinato principio in determinatum finem. Semper.n. ab eodem principio proceditur in eundem finem, nisi aliquid impediat. Contingit aũt id cuius causa fit aliquid, aliquando fieri a fortuna, eo, quod ita ia fecit balneare, ac si propter hoc venisset, cũ tamen propter hoc non venerit. vnde secundũ accidẽs est ipsum balneari. Fortuna.n. est de numero causarum secundum accidens, vt prius dictum est. Sed, si semper, aut frequenter ei venienti hoc accidat, non dr esse a fortuna. In rebus autem naturalibus non per accidens, sed semper sic est, nisi aliquid impediat. Vnde manifestũ est, quod determinatus finis, qui sequitur in natura, nó sequitur a casu, sed ex intentione naturæ. Ex quo patet, quod contra rationem naturæ est dicere, quod natura non agat propter aliquid. Tertio ibi.

ARGI.

Absurdum autem est alicuius gratia fieri non putare, si id, quod mouet nõ viderint deliberatione præmissa mouere. Nam & ars non deliberat. Et enim si in lignis extruendarum nauium ars inesset, perinde atque natura faceret nauim. Quare, si id, quod alicuius fit gratia, sit in arte, & natura profecto inest. Maxime autem hoc patet cum quispiam sibiipsi medetur, huic enim persimilis est natura. Quæ cum ita sint, patet naturam causam esse atque adeo, vt alicuius gratia faciat.

ANTI. Te.com.86.

Inconueniens autem est non opinari propter aliquid fieri, nisi videatur mouens deliberasse. Attamen ars quidẽ non deliberat. Et nanque si esset in ligno nauis factiua, similiter vtique natura fecisset. quare si in arte inest propter aliquid, & in natura inest. manifestum est autem maxime cum aliquis medetur ipse sibiipsi, huic enim assimilatur natura. Quod igitur causa sit natura, & sic sicut propter aliquid, manifestum est.

Sicut Ars non deliberat ita & natura.

Excludit tertium, ex quo aliquis opinari pôt, quod natura non agat propter aliquid. Videbatur.n. quibusdã, quod natura non agat propter aliquid, quia nó deliberat. Sed Philosophus dicit, quod inconueniens est hoc opinari, quia manifestũ est, quod ars agit propter aliquid: & tamen manifestum est quod ars non deliberat, nec artifex deliberat inquantum habet artẽ, sed inquantum deficit a certitudine artis, vnde artes certissimæ non deliberant, sicut scriptor non deliberat qũo debeat formare literas. & illi etiam artifices, qui deliberant, postq̃ inuenerũt certum principium artis, in exequẽdo nó deliberant. Vnda Citharœdus, si in tangendo quamlibet chordam deliberaret, imperitissimus videretur. Ex quo patet, quod non deliberare contingit alicui agenti, non quia nó agit propter finem, sed quia habet determinata media, per quæ agit. Vnde & quia natura habet determinata media, p quæ agat, pp hoc non deliberat. In nullo.n. alio natura ab arte vr differre, nisi quia natura est principium intrinsecum, & ars est principium extrinsecum. Si.n. ars factiua nauis esset intrinseca ligno, facta fuisset nauis a natura, sicut modo fit ab arte. Et hoc maxime manifestum est in arte, quæ est in eo, quod mouetur, licet per accidens. Sicut de Medico, qui medicatur seipsum. huic arti.n. maxime assimilatur natura. Vnde patet q natura nihil est aliud quã ratio cuiusdam artis, s. diuinæ, indita rebus, qua ipsæ res mouentur ad finem determinatum. sicut si Artifex factor nauis posset lignis tribuere, q ex se ipsis mouerentur ad nauis formam inducendam. Vltimo autem epilogando dicit manifestum esse, quod natura sit causa, & quod agat propter aliquid.

Naturæ, & artis vera differentia. Ars n. extrinsecum. Natura intrinsecum principium est. natura quid.

LECTIO XV.

Cuiusmodi sit rerum Naturalium necessitas.

ARGY.

Nunc considerandũ est vtrum necessarium ipsum ex suppositione, an & simpliciter sit in ipsis rebus naturæ.

ANTI Te.com.87.

QVOD autem ex necessitate est, vtrum ex suppositione sit, aut simpliciter.

Postquam Philosophus ostendit, q natura agit pp finem, hic procedit ad inquirendum de secunda quæstione, s. quomodo necessitas inueniatur in rebus Naturalibus. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionẽ. Secundo ponit aliorum opinionem ibi. (Nunc quidem enim.) tertio determinat veritatem ibi. Sed tamẽ non sine his.) Quærit ergo primo, vtrum in reb. Naturalib. sit necessarium simpliciter, idest, absolute, aut necessarium ex conditione, siue ex suppositione. Ad cuius euidentiam sciendum est, q necessitas, quæ dependet ex causis prioribus, est necessitas absoluta, vt patet ex necessario, qđ dependet ex materia, animal enim esse corruptibile est necessarium absolute: côsequitur enim ad hoc, quod est animal esse compositum ex contrarijs. Similiter etiam quod habet necessitatem ex causa formali est necessarium absolute, sicut hominem esse rationalem, aut triangulum habere tres angelos æquales duobus rectis, quod reducitur in definitionem trianguli. Et similiter quod habet necessitatem ex causa efficiente est necessarium absolutè, sicut necessarium est esse alterationem noctis & diei propter motum Solis. Quod autem habet necessitatem ab eo, quod est posterius in esse, est necessarium ex conditione, vel suppositione: vtputa si dicatur necesse est hoc esse si hoc debeat fieri. & huiusmodi necessitas est ex fine & ex forma in quantum est finis generationis. Quærere igitur, vtrum in rebus naturalibus sit necessariũ simpliciter, aut ax suppositione, nihil aliud est quam quærere, vtrũ in rebus naturalibus necessitas inueniatur ex fine, aut ex materia. Secundo ibi.

Hic infertur Te.com.88.

Necessitatis absolutæ, & ex suppositione intellectus

Titulus quæstionis.

ARGI.

Nunc.n. ipsum necessarium in generatione perinde esse arbitrantur, atq. si quispiã necessario domũ extructam esse putaret, quia grauia quidẽ deorsum, leuia verò sursum suapte natura feruntur. Id circo lapides quidẽ ac fundamenta sunt infra: terra autem supra suam ob leuitatẽ, & ligna maxime supra, quippe cum sint leuissima.

ANTI.

Nunc.n. quidam opinantur quod ex necessitate est in generatione esse, quemadmodum vtique si aliquis, murũ esse ex necessitate existimet, quoniam grauia quidem deorsum ferri apta natura sunt: leuia autem supereminent. vnde lapides quidem deorsum in fundamento, terra autem sursum propter leuitatem. supra autem maxime ligna, leuissima enim sunt.

Ponit aliorum opinionem, & dicit quod quidã opinantur, quod generatio rerum Naturalium proueniat ex necessitate absoluta materiæ, vtputa si aliquis diceret, quod paries aut domus taliter sit ex necessitate materiæ, eo quod grauia nata sunt deorsum ferri, leuia

vero supereminere, & ppter hoc lapides graues & duri remanent in fundamento, terra vero lapidib. supponitur tanquam leuior, vt patet in parietib. constructis ex lateribus, qui ex terra cõficiuntur, sed in summo ponuntur ligna, s. in tecto, quæ sunt maxime leuia. Ita etiã existimabãt dispositiones rerum naturalium prouenisse tales ex necessitate materiæ, vt puta si dicatur, quod homo habet pedes inferius, & manus superius, propter grauitatem aut leuitatem humorum.

Tertio ibi.

ARGL.

At quamquam non sine iis: non tamen propter hæc, nisi vt ob materiam, sed celandi quadam conseruandique causa extincta est domus. Similiter & in cæteris vniuersis in quibus est id, quod alicuius gratia fit, non sunt quidem sine hisce, quæ necessariam habent naturam: non tamen sunt ob hæc ipsa nisi vt ob materiã, sed alicuius sunt gratia, velnti propter quid serra est talis? vt hoc & huiusce gratia sit. Hoc tamen gratia cuius est fieri non potest si non ferrea sit: necesse est ergo ferream esse, si serra atque opus ipsius erit. Est igitur necessariũ ipsum ex suppositione sed non vt finis: Nam necessarium quidẽ in materia, id verò gratia cuius est, in ratione consistit.

ANTI. Te.com.88.

Sed tamen non sine iis quidem factum est, non tamen propter hoc, nisi sicut propter materiã, sed causa abscondendi ipsa & saluandi. similiter autem & in aliis omnibus, in quibus propter aliquid est, non sine quidem habentibus necessariam materiam sunt, non tamen propter hoc sed aut sicut materia sunt, sed propter aliquid est, vt propter quid serra est talis? quatenus hoc sit, & propter hoc sed tamen id, quod est cuius causa, impossibile est fieri, nisi ferrea sit: necesse igitur ferream esse, si serra erit, et opus ipsius. Ex suppositione autem quod necessarium est, sed non vt finis. in materia enim necessarium est: quod autẽ est cuius causa, in ratione est.

Determinat veritatẽ. Et circa hoc duo facit, primo ostendit qualiter sit necessitas in rebus Naturalibus, secundo assimilat necessitatem rerum naturaliũ necessitati, quæ est in Scientijs demonstratiuis ibi. (Est autem & in doctrinis.) Dicit ergo primo, quod licet inconueniens videatur dicere, quod si reb. Naturalibus sit talis dispositio propter necessitatem materiæ, sicut & apparet hoc esse inconueniens in rebus artificialibus, de quib. exemplum positum est, nõ tamen est talis dispositio facta in reb. Naturalibus & artificialibus sine principijs materialibus, habentibus aptitudinem ad talem dispositionem, non enim domus conuenienter constaret, nisi grauiora in fundamento ponerentur, & leuiora superius. non tamen est dicẽdum, quod propter hoc domus sic sit disposita, quod vna pars eius sit inferius & alia superius (propter hoc.) id est, propter grauitatem aut leuitatem quarundam partium, nisi secundum quod hæc propositio propter, dicit causam materialẽ, quæ propter formam est. sed partes domus sic sunt dispositæ propter finem, qui est cooperire & saluare homines a caumate, i. a caliditate & pluuijs. Et sicuti est in domo, similiter est in omnibus aliis, in quibuscunq. cõtingit agere propter aliquid, in omnib. enim huiusmodi non consequuntur dispositiones generatorũ aut factorum sine principiis materialibus, quę habẽt necessariam materiã, per quam apta nata sunt sic disponi. Nõ tamen res factæ aut generatæ sic disponuntur propter hoc, quia principia materialia sunt talia, nisi sicut ly pp, dicit cãm materialem. sed sic disponuntur pp aliquẽ finẽ, & principia materialia quæruntur vt sint apta huic dispositioni, quã requirit finis, vt patet in serra, est. n. serra hmôi, id est, talis dispositionis, aut formæ, quare oportet, quia sit talis, i. vt habeat talem materiam, & est hmôi, i. talis dispositionis, aut formę (propter hoc.) id est, propter aliquem finem. Sed tamen iste finis, qui est sectio, non posset prouenire nisi esset ferrea, necessariũ est ergo ferream esse serram, si debeat esse serra: & si debeat esse eius finis, quod est opus ipsius. Sic ergo patet, quod in rebus Naturalibus est necessarium ex suppositione; sicut & in rebus artificialibus: sed non ita, quod id quod est necessarium, sit sicut finis: quia id, quod necessarium est, ponitur ex parte materiæ, sed ex parte finis ponitur ratio necessitatis. Non enim dicimus, quod necessarium sit esse talem finẽ, quia materia talis est, sed potius econtra, quia finis & forma talis futura est, necesse est materiam talem esse: Et sic necessitas ponitur ad materiã, sed ratio necessitatis ad finem. Secũdo ibi.

ARGL.

Est autem ipsum necessariũ & in doctrinis, & hisce, quæ fiunt secundum naturam alia ex parte simili modo: nam cum rectum hoc sit, necesse est triangulum tres angulos æquales duob. rectis habere, sed nõ si hoc est, necesse est illud esse: sed si hoc non est, neque rectũ hoc est. At in hisce, quæ alicuius gratia fiunt contra. Si finis erit, aut est, et id quod est ante erit aut est. Si vero hoc nõ erit, aut non est, vt ibi si non est conclusio, principiũ non erit: sic et hic finis, & id gratia cuius est, non erit, aut non est: Est enim & hoc principium non actionis, sed cogitationis: ibi autem est cognitionis. Non enim sunt actiones. Quare si erit domus, hæc necesse est fieri, vel esse vel etiã fore aut omnino materiam, quæ quidem alicuius est gratia, veluti lateres atq. lapides, si extruenda est domus: nõ tamen est propter hæc ipse finis nisi vt ob materiam: omnino tamen si non sint, neque domus fuerit neque serra; illa si non sint lapides, hæc si ferrum non sit: neq. enim ibi principia sũt, si non triangulus tres habeat angulos duobus rectis æquales. Patet igitur necessarium in rebus esse natura, quod vt materia dicitur & huius etiam mutationes. Atque ambę quidem causæ dicendę sunt a Naturali Philosopho. Magis autem ea gratia cuius cætera fiunt. Hæc est enim materia causa sed non hæc causa finis.

ANTI. Te.com.89.

Est autẽ & in doctrinis necessarium, & in his quę secundum naturam fiunt quodammodo similiter: quoniam enim rectus hoc est, necesse est triangulum duobus rectis æquales habere: sed nõ si hoc est illud est, sed si hoc nõ est, neq. ille rectus est. in iis autẽ, quæ fiunt propter hoc, econtrario est: si finis. n. erit, aut est, quod est ante finem erit aut est: si vero non, sicut ibi, cum non sit conclusio, principium nõ erit, & hic finis, & quod eius causa, principia. n. & hoc est, non actionis, sed ratiocinationis, ibi autem ratiocinationis, actus. n. non sunt. Quare si erit domus, hæc necesse est fieri, aut existere, aut esse, aut omnino materiam, quæ propter hoc; vt lateres, et lapides esse si domus. non tamen propter hoc est finis. Sed aut sicut materię sunt, neque erit propter hoc. omnino tamen si non sint, nõ erit neque domus neque serra. hęc quidem nisi sint lapides, illa vero nisi ferrum sit. Neque. n. ibi principia sunt nisi triangulum duobus rectis. Manifestũ igitur est quod est necessarium in Physicis, quod sicut materia dicitur, et motus qui ipsius. Et vtręque Physico dicendę sunt causę magis autem ea quę cuius causa. causa enim hęc materię est, sed non hęc finis.

T.c.60.

Te.c.61.

Assimulat necessitatem, quę est in generatione rerũ Naturalium, necessitati, quæ est in Scientiis demonstratiuis, Et primo quantum ad ordinem necessitatis. Secundo quantum ad id, quod est necessitatis principium ibi. (Et finis quod est.) Dicit ergo primo, quod aliquo mõ similiter inuenitur necessarium in Scientiis demonstratiuis, & in iis quæ generantur sm naturam. Inuenitur enim in scientiis demonstratiuis necessariũ a priori, sicut si dicamus, quod quia definitio recti anguli est talis, necesse est triangulum esse talem, scilicet habere tres angulos ęquales duobus rectis. ex illo ergo priori quod assumitur vt principium, prouenit ex necessitate

Secũda pars te.61. text.

cessitate

cessitate conclusio. Sed non sequitur econtra, si conclusio est, quod principium sit, quia aliquando ex falsis propositionibus potest syllogizari conclusio vera. Sed tamen sequitur, quod si conclusio non est, quod neque principium præmissum sit, quia falsum nunquam syllogizaretur nisi ex falso. Sed in iis, quæ fiunt propter aliquid, siue secundum artem, siue secundum naturā econtra se habent, quia, si finis erit, aut est, necesse est quod est ante finem, futurum esse, aut esse. Si vero id quod est ante finem non est, neque finis erit sicut in demonstratiuis, si non sit conclusio, non erit principium. Sic igitur patet, quod in iis, quæ fiunt propter finem, eundem ordinem tenet finis, quem tenet principium in demōstratiuis. & hoc ideo, quia etiam finis est principium, non quidem actionis, sed ratiocinationis, quia a fine incipimus rōcinari de iis, quæ sunt ad finem, in demonstratiuis autem non attenditur principium actus, sed ratiocinationis, quia in demonstratiuis non sunt actiones, sed ratiocinantes tantum, vnde conuenienter finis in iis, quę fiunt propter finem tenet locum principii quod est in demonstratiuis. Vnde similitudo est vtrobique, quamuis econtra se videatur habere propter hoc, quod finis est vltimum in actione, quod in demonstratione non est. Sic igitur concludit, quod si debeat fieri domus quod est finis generationis, necesse est hoc fieri, aut p̄existere, scilicet materiam, quæ propter finem est, sicut lateres & lapides necesse est præexistere si domus fieri debet. Non tamen, quod finis sit propter materiā, sed non erit si materia non sit, sicut domus non erit, si non sint lapides, & serra non erit, si non fuerit ferrum, quia & in Scientiis demonstratiuis principia non sunt, si cōclusio non sit, quæ assimilatur iis, quæ sunt ad finem, sicut principium finis sicut dictum est. Sic igitur manifestum est, quod in rebus Naturalibus dicitur esse necessarium, quod se habet per modum materiæ vel materialis motus, & ratio huius necessitatis est ex fine. Propter finem enim necessarium est esse materiam talē. Et naturalis quidem assignare debet vtranq. causam, scilicet materialem & finalem, sed magis finalem, quia finis est causa materiæ, sed non econtra. Non enim finis est talis, quia materia est talis, sed potius materia est talis, quia finis est talis, vt dictum est.

Secundo ibi,

ARGI. *Atq. finis ipse gratia cuius, quiq. principium est, a definitione rationeq. sumitur, vt in hisce patet quæ per artem conficiuntur. Nam cum domus sit tale, hæc fieri necessario & esse oportet. Et cum sanitas sit hoc, hæc necessario fieri oportet ac esse. Pari modo si homo est hoc, hæc fieri necesse est, atq. esse. Et si hæc, sint hæc, sint hæc necessario, vel fiant oportet. Fortasse aūt necessarium ipsum, in ratione etiam inest. Serra namq. si definieris opus, talem ipsam diuisionē esse dicis. At hæc non erit, nisi serra tales habuerit dentes & hi rursus non erunt nisi ferrea fuerit ipsa. Sunt n. & in ratione nonnullę partes vt materia rationis.*

ANTI. *Et finis, qui cuius causa & principium, a definitionē et ratione est, sicut in iis quæ secundum artem. Quoniam si domus tale est, oportet hæc fieri ex necessitate, & esse & quoniā hoc est sanitas, hæc oportet fieri & esse ex necessitate. Sic, & si hoc est hoc, hoc si autem hoc, & hoc. Fortassis aūt & in ratione est necessarium. Determinant n. opus serrandi, quoniam diuisio hmōi, hoc aūt non erit nisi hēat dentes huiusmodi, hi autem non nisi ferrum. Sunt n. & in definitione quædam partes, vt materia.*

Idem Plato in Timæo. T.c.92.

Quid necessitatis principium.

Assimilat necessitatē Naturalis generationis necessitati Scientiarum demonstratiuarum quantum ad id, q̄ est necessitatis principium. Manifestum est n. quod in Scientiis demonstratiuis, principium demonstrationis est definitio, & similiter finis, qui est principiū & ratio necessitatis in iis, quæ fiunt secundum naturam est quoddam principium sumptum a ratione, & definitione. Finis enim generationis est forma speciei, quam significat definitio, & hoc etiam patet in artificialibus, sicut enim demonstrator in demonstrando accipit definitionē, vt principium, ita & Aedificator in ædificādo, & Medicus in sanādo, vt quia talis est definitio domus oportet, hoc fieri & esse, ad hoc, quod domus fiat. Et quia hæc ē definitio sanitatis, oportet hoc fieri, ad hoc quod aliquis sanetur. Et si hoc, & illa, quousque perueniatur ad illa, quæ fienda sunt. Contingit autem quandoque in scientiis demonstratiuis triplicem esse definitionem, quarum vna est demonstrationis principium, vt hæc. Tonitruum est extinctio ignis in nube, quędam vero demonstrationis conclusio, vt hæc, Tonitruum est continuus sonus in nubibus propter extinctionem ignis in nube. & hæc comprehendit in se totam demōstrationem absq. demonstrationis ordine. Vnde in Primo Posteriorum dicitur, quod definitio est demonstratio positione differens, quia igitur in iis, quæ fiunt propter finem, finis se habet vt principium in demonstratiuis, & ea quæ sunt ad finem, sicut conclusio, etiam in definitione rerum naturalium inuenitur id, quod est necessarium propter finem. Si enim aliquis velit definire opus serræ, quoniam est talis diuisio, quæ quidem non erit nisi habeat dentes, qui non erunt apti ad diuidendum nisi sint ferrei, oportebit in definitione serræ ponere ferrum. Nihil enim prohibet in definitione poni quasdam partes materiæ, non quidem partes indiuiduales, vt has carnes, & hæc ossa, sed partes communes, vt carnes, & ossa, & hoc necessarium est in definitione oīm rerum naturalium. Sicut ergo definitio, quæ collegit in se principium demonstrationis & conclusionem, est tota demonstratio, ita definitio colligens finem, & formā & materiam, comprehendit totum processum generationis naturalis.

Triplicis definitionis vsus in doctrinis.

In definitione naturaliū apparet materia vel manifeste vel consecutiue Vt patet p totum fere 7. Met.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER TERTIVS.

Cum S. Thoma expositione.

SVMMA LIBRI.

Rerum Naturalium communia Accidentia determinare, quod Physicum oporteat, & de motus, & Infiniti natura, & modis.

LECTIO I.

Speculari motum, & quæ ipsum assequuntur Naturalis esse nonnullæq. entis diuisiones traduntur, ad motus definitionem habendam admodum vtiles.

ARGI. *CVm autem ipsa quidem natura motus, mutationisue principium sit, nostra autem doctrina sit de Natura, non lateat nos oportet, quidnam sit motus. Nā, si ignoretur ipse, naturam etiam ignorari necesse est.*

QVoniam autem natura est principium motus et mutationis, scientia autem nobis de natura est, oportet non ignorare quid sit motus, necessarium enim est ignorato ipso & ignorari naturam.

Sermo de motu īquit Simpl attentione dignus est, quia a Veterib neglectus fuit, & Plato per pauca de ipso edidit, motus, qa quo ad an est, notus ē, secus aūt quo ad quid est.

ARGI.

POstquam Philosophus determinauit de principiis, rerum Naturalium, & de principiis huius scientiæ, hic incipit prosequi suam intentionem determinando

de

de subiecto huius Scientiæ, quod est ens mobile simpliciter. Diuiditur ergo in partes duas. In prima determinat de motu secundum se. In secunda de motu per comparationem ad mouentia & mobilia, in Septimo libro ibi. Omnẽ quod mouetur. Prima diuiditur in duas. In prima determinat de ipso motu. In secunda de partibus eius, in quinto libro ibi. Transmutatur autem. Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur ibi. Est quidem igitur. Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo principaliter intendit. Secundo ponit quædam ei adiuncta, quæ ex consequenti intenduntur ibi. Determinantibus autem. Circa primum vtitur tali ratione. Natura est principium motus, & mutationis, vt ax definitione in Secundo posita patet. Quomodo autem differant motus & mutatio in Quinto ostendetur. Et sic patet, quod ignorato motu, ignoratur natura, cum in eius definitione ponatur. Cũ ergo nos intendamus tradere Scientiam de Natura, necesse est notificare motum. Secundo ibi.

5. huius. T c.1.

5. huius. T.c. 1. T.c. 3.

2.p.T.c. 1.

ARGY.

Post motus vero determinationem entendum est de ijs etiam, quę deinceps sequuntur, determinare. Motus autem de genere continuorum esse videtur, & infinitum in ipso continuo primum apparet, quo circa fit, vt qui continuum ipsum definiunt infiniti ratione sæpe vtantur, continuum id esse dicentes quod in infinitum est diuisibile. Insuper impossibile est sine loco, vacuo, atque tempore motum esse. Patet igitur partim ob hæc ipsa, partim etiã quia cunctis hæc communia sunt, vniuersisque competiant, vnũ quodque istorum proponendum esse atque considerãdum. Propriorum enim contemplatio communium contemplatione posterior est. Atque primum vt diximus de motu cõsideremus.

ANTI.

Determinantibus autem de motu, tentandum est eodem aggredi modo, & de iis, quæ consequenter sunt. Videtur autem motus esse continuorum, sed infinitum apparet primo in continuo. vnde & definientibus continuum, contingit prius indigere multoties ratione infiniti, cum in infinitum diuisibile continuum sit. Adhuc autem sine loco, & vacuo, & tempore, impossibile est esse motum. Manifestum igitur est quod, & propter hæc & propter id quod omnium sunt communia, & vniuersalia omnib. intendendum est, cum proposuerimus de vnoquoq. istorũ. Posterior autem de propriis speculatio ea, qua de communibus est. Primum autem sicut diximus de motu.

T c.2.

Adiungit quædam quæ concomitantur motum, & vtitur duabus rationibus, quarum prima talis est. Quicũque determinat de aliquo, oportet, quod determinet ea, quæ consequuntur ipsum, subiectum enim & accidentia in vna Scientia considerantur, sed motum consequitur infinitum intranee, quod patet sic. Motus enim est de numero continuorum, quod infra patebit in Sexto, infinitum autem cadit in definitione cõtinui. Et addit primo quia infinitum, quod est in additione numeri, causatur ex infinito, quod est in diuisione continui. Et quod infinitum cadat in definitione continui ostendit, quia multoties definientes continuum vtuntur infinito, vt pote cum dicunt, quod continuum est quod est diuisibile in infinitum. Et dicit, Multoties, quia inuenitur etiam alia definitio continui quę ponitur in prædicamentis, continuum est cuius partes ad vnum terminum communem copulantur. Differunt autem hę duæ definitiones. Continuum enim cum sit quoddam totũ: per partes suas definiri habet. Partes autem dupliciter comparantur ad totum, scilicet secundum compositionem prout ex partibus totum componitur, & secũdum resolutionem, prout totum diuiditur in partes. Hæc igitur definitio continui data est secundum viam resolutionis, quæ aũt ponitur in prædicamentis secundũ viã cõpositionis, sic igitur patet, q infinitũ cõsequitur motum intranee. Quædã aũt consequuntur motũ extrinsece, sicut exteriores quædã mensuræ, vt locus, & vacuũ, & tempus, nam tempus est mensura ipsius motus. mobilis vero mensura est locus quidem secundum veritatem. Vacuum autem secundum opinionem quorundã, & ideo subiungit, q motus non põt esse sine loco, vacuo, & tpe, nec impedit, q non omnis motus est localis, quia nihil mouetur nisi in loco existẽs, omne.n.corpus sensibile est in loco, & huiõi solius est moueri. Motus etiam localis est primus motuum, quo remoto remouentur alii, vt infra patebit in octauo. Sic igitur patet, q prædicta quatuor consequuntur motũ, vnde pertinent ad cõsiderationem Philosophi naturalis propter rõnem prædictam. Et etiam propter aliam, quam consequenter subiungit, quia prædicta sunt cõmunia omnibus reb. naturalibus, vnde, cum determinandũ sit in Scientia naturali de omnibus reb. naturalib. prædeterminandum est de quolibet istorum, quia speculatio, q est de propriis, est posterior ea, quæ est de communib. vt in principio dictum est. Sed inter hæc communia prius determinandum est de motu, quia alia consequũtur ad ipsum, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Continuum sequitur motum intrinsece ac propterea & ipsum infinitum Continuũ qd duplicis definitionis cõtinui ab Arist. positæ intellectus.

Locus motũ assequitur rõne mobilis vere, opinatiue autẽ vacuum, vt ipsius mensura, motũ vero tẽpus.

Secunda rõ.

ARGY.

Eorum igitur, quæ sunt, quædam actu tantum, quædã potentia sunt. At horum quæ actu aliud est hoc aliquid, aliud quantum, aliud tale, & in cæteris simili modo, quæ prædicamenta eius, quod est, appellantur. Eorum præterea quæ sunt ad aliquid, aliud excessione defectioneve dicitur, aliud actiui passiuiq: atq. omnino motiui ac mobilis ratione, motiuum nanq. mobilis & mobile motiuo mobile dicitur.

Est quidem igitur aliquid, quod actu tantum est, aliud autem tantum potentia. Et eorum quæ sunt actu, hoc quidem hoc aliquid, aliud vero quale, vel aliquod aliorũ entis prædicamentorum. Sed eius, quod ad aliquid, aliud quidem secundum superabundantiam & defectum dicitur, aliud autem secundum actiuum & passiuum, & omnino motiuum & mobile, motiuum enim motiuũ mobilis est, & mobile a motiuo est mobile.

ANTI.

Exequitur propositũ. Et primo determinat de motu, & infinito, quæ intranee motum consequuntur; secundo de aliis tribus, quæ consequuntur ipsum extrinsece, in Quarto libro ibi. Similiter autem necesse. Prima diuiditur in duas. In prima determinat de motu. In secunda de infinito ibi. Quoniam autẽ de natura. Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam ad inuestigandum definitionem motus. Secundo definit motum ibi. Diuisio autem secundum vnumquodque. Circa primum duo facit, Primo.n. præmittit quasdam diuisiones, quia via ad inueniendum definitiones conuenientissima est per diuisiones, vt patet per Philosophum in Secundo Posteriorum, & in 7. Metaph. Secundo ostendit, quot motus in prædictas diuisiones cadit ibi. Non est autem motus, &c. Circa primum ponit tres diuisiones, quarum prima est, q ens diuiditur per potentiam & actum, & hæc quidem diuisio non distinguit genera entium, nam potentia & actus inueniuntur in quolibet genere. Secunda diuisio est prout ens diuiditur secundum decem genera, quorum vnum est hoc aliquid .i. Substantia, aliud quantum, aliud quale, aut aliquod aliorum prædicamentorum. Tertia diuisio est vnius generis entium, s. eius, quod est ad aliquid. Nã motus aliquo modo ad hoc genus pertinere videtur, inquantum mouens refertur ad mobile. Ad huius igitur tertiæ diuisionis intellectum considerandum est, q, cum relatio habeat debilissimum esse, quia consistit tantum in hoc, q est ad aliud se habere, oportet quod super aliqd aliud accidens fundetur, quia perfectiora accidentia sũt ppinquiora substantiæ, & eis mediantibus, alia accidentia substantiæ insunt. Maxime autem super duo fundatur rela-

Lib. 4.

T. c.1. Te.com.4.

T.c.6.

T.c. 5.

Relationũ famosa distinctio, & eius ex suis fundamentis explanatio.

relatio, quæ habent ordinem ad aliud, s. super quantitatem & actionem, nam quantitas potest esse mensura etiam alicuius exterioris, agens autem trásfundit actionem suam in aliud. Relationes igitur quædam fundantur super quantitaté, & pręcipue super numerum, cui competit prima ratio mensuræ, vt patet in duplo & dimidio, multiplici, & submultiplici, & in aliis hmôi. Idē etiam, & simile, & æquale super vnitatem, quæ est principium numeri. Aliæ vero relationes fundantur super actionem, & passionem, vel super ipsum actum, sicut calefaciens dicitur ad calefactum, vel super hoc quod

Te. com. 10. est egisse, sicut pater refertur ad filium quia genuit, vel super potentiam agendi, sicut dominus ad seruum, quia potest eum coercere. Hanc igitur diuisionem manifeste expresit Philosophus in 5. Meta. sed hic breuiter tangit dicens, ꝙ ad Aliquid, aliud quidem est secdm superabundantiam & defectum, quod quidem fundatur super quantitatem, vt duplum, & dimidium. aliud autē secdm actiuum, & passiuum, & motiuum, & mobile, quę adinuicem referuntur, vt patet per se. Secundo ibi.

ARGL. T.c.4.

Non est autem vllus motus præter res ipsas, id. n. quod mutatur, aut in substantia, aut in Quantitate, aut in qualitate, aut in loco semper mutatur. Commune autem in iis nihil accipere possumus, vti diximus, quod quidem neque hoc, neque quantum, neque quale, neque cæterorum quicquam sit prædicamentorum. Quare neque motus, neq. mutatio cuiuspiam præterea, quæ diximus erit, cum nihil sit præter ea quæ diximus.

ANTI. *Non est autem motus præter res, ad quas est motus. Mutatur. n. semper se quod mutatur, aut secundum substā tiam, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut secundum locum, cōe aūt in his nullum est accipere, sicut diximus, quod neq. hoc neq. quantum, neque quale sit, neq. aliorum prædicamentorum vllum. Quare neq. motus, neq. mutatio vllius erit, extra ea quæ dicta sunt, cum nihil sit extra prædicta.*

Ostendit qūo motus reducitur ad prædictas diuisiones. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod motus, non est præter genera rerum in quibus contingit

T.c. 17. esse motum. Secundo, ꝙ diuiditur sicut genera rerum

Omne imp diuiduntur, ibi. Vnumquodque autem. Circa primum

fectū ad ge- considerandum est, ꝙ cum motus sicut infra patebit,

nus perfecti sit actus imperfectus, omne autem, quod est imperse-

reducitur. ctum, sub eodem genere cadit cum perfecto, non quidem sicut species, sed per reductionem, sicut materia prima est in genere substātiæ, necesse est, quod motus, non sit præter genera rerum, in quibus contingit esse motum, & hoc est quod dicit, ꝙ motus non est, præter res, idest præter genera rerum, in quibus est motus, ita, quod sit aliquid extraneum vel aliquid cōmune ad hæc genera. Et hoc manifestat per hoc ꝙ omne ens .s.

Te. com. 2. quod mutatur, mutatur vel secundum Substantiam, vel secundum Quantitatem, vel secundū Qualitatem, vel sdm locum, vt in Quinto ostendetur. His autem generibus non est accipere aliquod cōe vniuocum, quod nō contineatur sub aliquo prædicamento, sed sit genus eorum, sed ens est cōe ad ea secundum analogiam, vt in 4. Met. ostendetur, vnde etiam manifestum est, quod neq. motus neq. mutatio sunt extra prædicta genera, cum nihil sit extra ea, sed sufficienter diuidāt ens. Quomodo autem motus habeat ad prædicamentum Actionis vel Passionis infra ostendetur. Secundo ibi.

ARGL. *Vnumquodq. autem dupliciter cunctis inest. Vt hoc, aliud enim est ipsius forma, aliud est priuatio, & quale, aliud. n. est album, aliud nigrum, & Quantum, aliud. n. est perfectum, aliud imperfectum, & in loci mutatione simili modo, aliud enim est supra, aliud infra, aut aliud leue, aliud graue. Quare quot sunt ipsius species quod est, tot motus mutationisve species sunt.*

ANTI. *Vnumquodq. autem dupliciter inest omnibus, vt hoc, aliud quidem enim forma ipsius, aliud vero priuatio, &*

Te. com. 9. *secundum Qualitatem hoc quidem enim album, illud autem nigrum, & secundum Quantitatem, aliud quidem perfectum, aliud vero imperfectum. Similiter autem & secundum loci mutationem, hoc quidem sursum, illud vero deorsum, aut aliud quidem graue, aliud vero leue. Quare motus & mutationis tot sunt species quot, & entis.*

te. com. 5. Ostendit quod motus diuiditur sicut genera rerum. Manifestum est. n. ꝙ in omnibus generibus contingit aliquid esse dupliciter, vel sicut perfectum, vel sicut imperfectum. Cuius ratio est, quia priuatio, & habitus est prima contrarietas, quæ in omnibus contrariis saluatur, vt in Decimo Metaphysicæ dicitur. vnde, cum omnia genera diuidantur contrariis differentiis, oportet in omnibus generibus esse perfectum, & imperfectum, sicut in substantia aliquid est, vt forma, & aliquid vt priuatio. Et in qualitate aliquid est, vt album, quod est perfectum, aliud vt nigrum, quod est quasi imperfectū. Et in quantitate aliquid est quantitas perfecta, & aliquid imperfecta. Et in loco aliquid est sursum, quod est quasi perfectum, & aliquid deorsum, quod est quasi imperfectum, vel leue, & graue, quę ponuntur in vbi, ratione inclinationis. Vnde manifestū est, quod quot modis diuiditur ens, tot modis diuiditur motus secundum diuersa genera entium, vt augmentum, quod est motus in quantitate, a generatione, quæ est motus in substantia. Differunt etiam species motus secundum perfectum & imperfectum in eodem genere, nam generatio est motus in substantia ad formam, corruptio vero ad priuationem, in quantitate augmentum ad quantitatē perfectam, diminutio ad imperfectam. Quare aūt non assignentur duæ species in qualitate, & in vbi, ostendetur in Quinto.

LECTIO XI.

Motus definitio traditur, partiumque eius intellectus tum proprius, ac communibus exemplis, tum rationibus deducitur.

ARGL. *Cum autem eorum quæ in vnoquoq. genere collocātur aliud actu, aliud potentia sit, actus eius quod est potentia, vt est tale, Motus nimirum est.*

ANTI. T.c.6. *Diuisio autem secundum vnumquodq. genus, hoc quidem esse actu, aliud autem potentia, potentia existētis, actus, secundum quod huiusmodi est, Motus est.*

Postquam Philosophus præmisit quædam, quæ sūt necessaria ad inquisitionem definitionis motus, hic definit motum. Et primo in generali. Secundo in speciali ibi. Qui quidē igitur motus. Circa primum duo facit. Primo ostendit quid sit motus. Secundo inquirit. Mouetur autem mouens Physice. Circa primum tria facit. Primo ponit definitionem motus. Secundo manifestat definitionem, seu partes definitionis ibi. Quod autem hoc sit motus. Tertio ostendit definitionem esse bene assignatam ibi. Quod quidem igitur hoc sit. Circa primum duo facit. Primo ponit definitionem motus. Secundo exemplificat ibi. Vt alterabilis quidem. Circa primum sciendum est quod aliqui definierunt motū, dicētes, ꝙ motus est exitus de potentia in actū non subito. Qui in definiendo errasse inueniūtur, eo ꝙ in definitione motus posuerūt quædā, q̄ sunt posteriora motu, exitus. n. est quædā species motus. Subitū ēt in sua definitione recipit tempus, est. n. subitum, quod fit in indiuisibili temporis, tempus autem definitur per motum. Et ideo omnino impossibile est aliter definire motum per priora & notiora, nisi sicut Philosophus hic definit.

Right margin notes: tex.com. 13. — tex.com. 16. — tex. com. 7. — T.c.11. — s.p. 6. text. Definitio motus, ex Antiquis re cepta.

nit. Dictum est.n.qđ vnumquodq. genus diuiditur per potentiam & actum. Potentia autem & actus cum sint de primis differentiis entis, naturaliter priora sunt motu,& his vtitur Philosophus ad definiendum motum. Considerandum est igitur, ꝙ aliquid est in actu tantū, aliquid vero in potentia tantum, aliquid vero medio modo se habens inter potentiam puram,& actum perfectum. Quod igitur est in potentia tantum, nondum mouetur, quod autem iam est in actu perfecto, non mouetur, sed iam motum est. Illud igitur mouetur, quod medio modo se habet inter puram potentiā & actum, quod quidem partim est in potentia,& partim in actu, vt patet in alteratione, cum enim aqua est solum in potentia calida, nondum mouetur, cum vero est iam calefacta, terminatus est motus calefactionis, cum vero iam participat aliquid de calore sed imperfecte, tunc mouetur ad calorem, nam quod calefit paulatim participat calorem, magis ac magis. Ipse igitur actus imperfectus caloris in calefactibili existens, est motus, non quidem secundum id, quod actu tantum est, sed secundum ꝙ iam in actu existens, habet ordinem in vlteriorem actum, quia, si tolleretur ordo ad vlteriorem actū, ipse actus, quantumcunq. imperfectus, esset terminus, & non motus, sicut accidit cum aliquid semiplene calefit, ordo autem ad vlteriorem actum competit existenti in potentia ad ipsum. Et similiter si actus imperfectus consideretur tantum vt in ordine ad vlteriorem actum secundum quod habet rationem potentiæ, nō habet rationem motus, sed principii motus, potest enim incipere calefactio sicut a frigido, ita & a tepido. Sic igitur actus imperfectus habet rationem motus, & secundum ꝙ comparatur ad vlteriorem actum, vt potentia, & secundū ꝙ comparatur ad aliquid imperfectius, vt actus. Vnde neque est potentia existentis in potētia, neq. est actus existentis in actu, sed est actus existentis in potentia. vt per id, quod dicitur actus, designetur ordo eius ad anteriorem potentiam, & per id, quod dicitur in potentia existentis, designetur ordo eius ad vlteriorem actum. Vnde conuenientissime Philosophus definit motum dicens, quod motus est actus existentis in potentia, secundum quod huiusmodi. Scđo ibi.

Eadē in primo expositionis text. Simplicius.

ARGI. *Velut alterabilis quidem, vt alterabile est alteratio, ac crescibilis autem atq. oppositi decrescibilis (nullum est .n. his commune positum nomen) accretio, ac decretio, generabilis item, ac corruptibilis, generatio atq. corruptio, & eius quod fertur, latio.*

ANTI: *Vt alterabilis quidem, in quantum est alterabile, alteratio est, augmentabilis autem, & oppositi, (nullum .n. cōmune nomē vtrisque.) Augmentum & Decrementū, generabilis autem, & corruptibilis, Generatio, & Corruptio, loco mutabilis, Loci mutatio.*

Exemplificat in omnibus speciebus motus, sicut alteratio est actus alterabilis, inquantum est alterabile. Et, quia motus in quantitate, & in substantia, non habent vnum nomen sicut motus in qualitate, qui dicitur alteratio, quantum ad motum in quantitate ponit duo nomina, & dicit, quod actus augmētabilis, & oppositi, .s. diminuibilis, quibus non est vnum commune nomē, est augmentum & diminutio. Et similiter in substantia, generabilis & corruptibilis, generatio & corruptio. Et mutabilis secundum locum, loci mutatio. accipit.n. hic motum communiter pro mutatione, non autem stricte, secundum quod diuiditur contra generationē, & corruptionem, vt dicetur in Quinto. Deinde cum dicit.

ARGI. *Atq. hoc motum esse inde perspici potest. Nā cū ædificabile tale est, tū ipsum vt ædificatur actu dicimus esse, atq. hoc est ædificatio, Similiter & medicatio, & volutatio, & saltatio, & huiusmodi cætera.*

ANTI. T.c. 7. *Quod autem hoc sit motus ab hinc manifestum est. Cum enim ædificabile, in quantum huiusmodi ipsum dicimus esse, actu ædificatur & est hoc ædificatio. Similiter autem & doctrinatio, & volutatio, medicatio, & saltatio, & adolescentia, & senectus.*

Manifestat singulas particulas definitionis. Et primo quantum ad hoc quod motus dicitur actus. Secundo quantum ad hoc, quod dicitur existentis in potētia ibi. Quoniam autem. Tertio quantum ad hoc quod additur, inquantum huiusmodi ibi. Dico autem hoc. Circa primum vtitur tali ratione. Id, quo aliquid fit actu prius in potentia existens, est actus, sed aliquid fit actu dum mouetur, prius adhuc in potentia existens, ergo motus est actus. Dicit ergo ex hoc manifestum esse ꝙ motus sit hoc, id est, actus, quia ædificabile dicit potentiam ad aliquid. cum aūt ædificabile secundum hanc potentiam, quam importat, reducitur in actum, tunc dicimus, quod ædificatur, & ille actus, est ædificatio passiua. Et similiter est de omnibus aliis motibus, sicut doctrinatio, volutatio, medicatio, saltatio, adolescentia, id est augmentum, & senectus, id est diminutio. Considerandum est enim quod antequam aliquid moueatur est in potentia ad duos actus, .s. ad actum perfectum, qui est motus, sicut aqua antequam incipiat calefieri, est in potentia ad calefieri, & ad calidum esse, cum autem calefiet reducitur in actum imperfectum, qui est motus, nondum autem in actum perfectum, qui est terminus motus, sed adhuc respectu ipsius remanet in potentia. Secundo ibi.

Te.com.8: 2. p.tex.c.8.

ARGY. *Quoniam autem aliqua potentia sunt, atque actu, ac non simul, aut non eodem, sed vt quippiam calidum quidem est potentia, frigidum autem actu, complura iam vicissim agent, ac patientur, omne nanq. simul actiuum erit atque passiuum, quare & id, quod naturaliter mouet, mobile est, omne nanque tale mouet, subiens motum & ipsum. Atq sunt quibus omne, quot mouet, moueri videtur. Verum hoc quomodo sese habet, ex aliis sane patebit. Est enim quoddam mouentium, & immobile. Actus autem eius, quod est potentia cum actu est, ac non vt ipsum, sed vt mobile est, operatur, motus nimirum est.*

ANTI. T.c. 8. *Quoniam autem quædam eadem sunt, & potentia, & actu, quamuis non simul, aut non secundum idem, sed vt calidum quidem potentia, frigidum autem actu, multa iā agunt, & patiuntur adinuicem, omne enim erit simul actiuum, & passiuum, ergo, & mouēs physice mobile erit. omne .n. huiusmodi mouet cum mouetur & ipsum. Videtur quidem igitur quibusdam, omne moueri mouens. Sed dē his quidem ex aliis erit manifestum quomodo se hēat. Est enim quoddam mouentium & immobile, sed potētia existentis cum actu ens agat aut ipsum, aut aliud, inquantum mobile, motus est.*

T. c. 9. Circa hanc litteram vide Simpl.

Ostendit, ꝙ motus sit actus existentis in potentia tali ratione. Omnis enim actus eius est proprie actus in quo semper inuenitur, sicut lumen nunquam inuenitur nisi in diaphano, & propter hoc est actus diaphani, sed motus semper inuenitur in existente in potentia, est igitur motus actus existentis in potentia. Ad manifestationem igitur secundæ propositionis dicit, quod quia quædam eadem sunt, & in potentia, & in actu, licet nō simul, aut secundum idem, sicut aliquid est calidum in potētia, & frigidum actu, ex hoc sequitur, quod multa agunt, & patiuntur ad inuicem, in quantum .s. vtrunque est in potentia & actu respectu alterius, secundum diuersa. Et quia omnia corpora inferiora naturalia communicant in materia, ideo in vnoquoque est potentia ad id, quod est actu in altero, & ideo in omnibus talibus, aliquid simul agit, & patitur, & mouet & mouetur. Et ex hac ratione quibusdam visum est, ꝙ simpliciter

omne

omne mouens moueatur. Sed de hoc manifestum erit
Te.com.44. magis in aliis, ostendetur enim in Octauo huius, & in
Te.com.37. Duodecimo Meta. quod est quoddam mouens immo bile, quia non est in potentia, sed in actu tantũ. Sed quã do id quod est in potentia, actu quodammodo existens agit, aut ipsum, aut aliud in quantum est mobile, i. redu citur in actum motus, siue sit motum a se, siue ab alio, tunc est motus actus. Et inde est, ꝙ illa, quæ sunt in po tentia, siue agant, siue patiantur, mouentur, quia & agẽ do patiuntur, & mouendo, mouentur, sicut ignis, cum
a.de Gener. agit in ligna, patitur, inquantum ingrossatur per fumũ,
T.com.28. quia flamma non est nisi fumus ardens. Tertio ibi.
ARGY. *Atq. vt mobile dico hoc pacto. Est.n. æs potentia statua, attamen non æris actus, vt est æs est motio, non est .n. idem esse æris, & aliqua potentia mobilis. Nam si esset idem simpliciter, ratione ve, æris vt æs est actus, motus ut mirum esset, at non est idem vt diximus.*

ANTI. *Dico autem hoc inquantum sic, est.n. æs potẽtia statua, sed tamen non æris actus, & inquantum æs est, motus est. non.n. idem est æri esse, & potentia aliqua mobili, quoniã si idem esset simpliciter, & secundum rationem, esset vtique aris, inquantum æs est actus motus. Non est autem idem quemadmodum dictum est.*

T.c.10. Manifestat hanc particulam, in quantum huiusmodi. Et primo per exemplum. Secundo per rationẽ ibi. Manifestum autem & in contrariis. Dicit ergo primo ꝙ necessarium fuit addi in quantum huiusmodi, quia id, quod est in potentia, est etiam aliquid actu. Et licet idem sit subiectum existens in potentia, & in actu, non tamen est idem sc̃dm rõnem esse in potentia, & esse in actu, sicut æs est in potentia ad statuã, & est actu æs, nõ tamen est eadem rõ æris, in quantum est æs, sed in quã tum est in potentia ad statuam. Motus ãt non est actus æris in quantum est æs, sed inquantũ est in potentia ad statuam, alias oporteret ꝙ quandiu æs esset, tandiu æs moueretur, quod patet esse falsum. Vnde patet conuenienter additum esse, inquantum huiusmodi.

Deinde cum dicit.

ARGL. *Patet autem in contrariis, nam valens quidem esse ac ægrotare posse non eadem sunt, sed diuersa. Esset .n. idem ægrotare, atque valere. Subiectum autem, & id quod valet, atque ægrotat, vnum & idem est, siue humiditas sit, si ue sanguis. Cum autem non sit idem, quemadmodum neq. color est idem, atque visibile, patet actum possibilis, ea rõne qua possibile est, motum esse.*

ANTI. *Manifestum aũt est & in contrariis, posse quidem .n.*
Te.com.10. *sanari, & posse laborare alterum est. Et nanque, si labora re quidem, & sanari idem esset, subiectum autem, & sanabile, & infirmum siue humiditas siue sanguis, vnũ & idem est. Quoniam autem non est idem, quemadmodum neq. color idem, & visibile, possibilis in quantum possibile actus, manifestum quod motus est.*

Ostendit idem per rationem sumptam a contrariis. Manifestum est.n. quod aliquando idẽ subiectum est in potentia ad contraria, sicut humor, aut sanguis, est idem subiectum se habens in potentia ad sanitatem, & ægritudinẽ. Manifestum est autem, ꝙ esse in potentia ad sanitatem, & esse in potentia ad ægritudinem, est al terum, & alterũ, & hoc secũdum ordinem ad obiecta, alioquin, si idem esset posse laborare, & posse sanari, se queretur, ꝙ laborare, & sanari, essent idem. Differunt ergo posse laborare, & posse sanari, secundum rationẽ, sed subiectum est vnum & idem. Patet ergo quod non est eadem ratio subiecti, in quantum est quoddã ens, & in quantum est potentia ad aliud, alioquin potentia ad contraria esset vna secundum rationem. Et sic etiã non est idem secundum rationem color, & visibile. Et ideo necessarium fuit dicere, quod motus est actus possibilis, in quantum est possibile, ne intelligeretur esse actus eius, quod est in potentia, in quantum est quoddam subiectum.

LECTIO III.

Cum ratione, tum ex aliorum Antiquorum de motu definitionibus examinatis, & exclusis, suam rectam ac sufficientem deducit.

Hunc igitur esse, atq. tunc moueri, cũ est ipse actus, & neq. prius, neq. posterius patet. fit.n. vt quodque inter dũ operetur, interdum non operetur, ceu ædificabile, atque ædificabilis actus, vt ædificabile est, & ædificatio nimirũ est. Nam actus ipsius, aut est ædificatio aut domus. At cum est domus, tum non est (vt patet) ædificabile, ædifica bile vero ædificatur, necesse est igitur actum ipsius ædificationem esse, at ædificatio motus est quidam. Eadem & ad cæteros motus accomodabitur ratio. ARGL.

Quod quidem igitur hoc sit, & quod accidit tunc moueri, cum est actu, & neque prius, neque posterius ostensum est, contingit enim vnumquodque aliquando quidem operari, aliquando autem non, vt ædificabile, & ædificabilis actus inquantum est ædificabile, ædificatio est. Aut enim hoc est ædificatio actus, aut domus, sed, cum domus sit, non amplius ædificabile est, ædificatur autẽ ædificabile, necesse est ergo ædificationem esse actum, ædifica tio autem motus quidam est. At vero eadem conueniet ratio in aliis motibus. ANTI. T.c.12. Alex. abijcit hunc text. Ab Arã. officina, tamẽ quia The. & Porphy. interpretati sunt conten dit Simplan ter alios con numerari de bere.

Posita definitione motus & manifestatis singulis particulis definitionis, hic consequenter ostendit, ꝙ defini tio sit bene assignata. Et primo directe, sc̃do indirecte ibi. Quod ãt bene dictum sit. Circa primum vtitur tali ratione. Oẽ, quod est in potentia, quandoq. contingit esse in actu, sed ædificabile est in potentia, ergo contin get aliquando actum esse ædificabilis, in quantũ est ædi ficabile. Hoc autem est vel domus, vel ædificatio, sed domus non est actus ædificabilis, in quantũ est ædifica bile, quia ædificabile in quantum huiusmodi reducitur in actum cum ædificatur, cum aũt iam domus est, non ædificatur. Relinquitur igitur, ꝙ ædificatio sit actus ædificabilis, inquantum hmõi. ædificatio aũt est quidã mo tus, motus igitur est actus existentis in potentia, inquã tum huiusmodi. Et eadem ratio est de aliis motibus. Patet igitur quod motus talis sit actus, qualis dictus est & quod tunc aliquid mouetur, quãdo est in tali actu, & ne que prius, neque posterius, quia prius, cum est in poten tia tantum, non incipit motus, neq. etiam posterius, cũ iam omnino desinat esse in potentia, per hoc quod sit in actu perfecto. Secundo ibi.

Atqui patet nos de ipso motu recte dixisse, & ex hisce quæ cæteri de ipso dixerunt, & quia non est facile ipsũ aliter definire neq.n. motum mutationemq. quispiam alio in genere ponere potest, neq. qui aliter de ipso dixerunt, recte dixisse videntur. ARGL.

Quod autem bene dictum sit, manifestũ est, ex quib. alij de ipso dicunt, ex eo quod non facile est definire aliter ipsum. Neq.n. motũ in alio genere ponere põt vtiq. aliquis. ANTI. T.c.12.

Ostendit indirecte definitionem bene assignatam per hoc, scilicet ꝙ non contingat motum aliquem aliter definire. Et circa hoc tria facit. Primo proponit qđ intendit. Secundo ponit definitiones aliorum de motu, & reprobat eas ibi. Manifestum autem intendentibus. Tertio assignat causam quare alii sic definierunt motum ibi. Causa autem in hoc ponere. Dicit ergo pri mo, quod manifestum est motum esse bene definitum ex duobus. Primo quidem, quia definitiones, quib. alii definierunt motum, sunt inconuenientes, secundo ex hoc, quod non conuenit eum aliter definire. Cuius ratio est, quia motus non collocari potest in aliquo alio genere, quam in genere actus existentis in potentia. a. p. huius. tex. a.p. 13. tex.

Secundo ibi.

Id ita

ARGL. *Id ita esse idem continuo sunt patebit. Quidam enim diuersitatem, & inæqualitatem, & id etiam quod non est, motum esse dixerunt. At nihil prorsus, siue sit diuersum, siue inæquale, siue non ens, necessario moueri videtur. Et insuper non ad hæc, aut ex hisce, magis ipsa mutatio, quam ex oppositis est.*

ANTI. T.c. 13. *Manifestum autem intendentibus quemadmodum ponunt quidam ipsum alteritatem & inæqualitatem, & id quod non est dicentes esse motum, quorum nullum necessarium est moueri, neq. si altera sunt, neq. si inæqualia, neq. si nõ sunt. Sed neque mutatio in hæc, neque ex his magis est quã ex oppositis.*

Excludit definitiones aliorum de motu. Et sciendum quod tripliciter aliqui definierunt motum. Dixerũt enim motum esse alteritatem seu diuersitatem propter hoc, quod id, quod mouetur, semper alio & alio modo se habet. Item dixerunt motum esse inæqualitatẽ, quia id, quod mouetur, semper magis ac magis accedit ad terminum. Dixerunt etiam motũ esse, quod non est, id est non ens, quia id, quod mouetur, dum mouetur, non dum habet id, ad quod mouetur, vt quod mouetur ad albedinem, nõdum est album. Has autem definitiones destruit Philosophus tripliciter. Primo quidẽ ex parte subiecti motus. Si enim motus esset alteritas, vel inæqualitas, vel non ens, cuicunque ista inessent necessario, moueretur, quia cuicunq. inest motus, illud mouetur. Sed non est necessarium moueri, neque ea, quæ sunt altera ex hoc ipso quod altera seu diuersa sunt, neque inæqualia, neque ea, quæ non sunt, relinquitur igitur quod alteritas, & inæqualitas, & non ens, non est motus. Secundo ostendit illud ex parte termini ad quem, quia motus, & mutatio, non est magis in alteritatẽ, quã in similitudinem, neq. magis in inæqualitatem quam in æqualitatem, neq. magis in non esse, quam in esse. Nã generatio est mutatio ad esse, & corruptio ad non esse. Nõ igitur motus magis est alteritas, quam similitudo, vel inæqualitas, quam æqualitas, vel non ens quã ens. Tertio ostendit idem ex parte termini, a quo, quia sicut motus aliquis est ex alteritate, & ex inæqualitate, & ex nõ ente, ita est ex oppositis horum. Non igitur motus magis debet poni in his generibus quam in oppositis.

Tertio ibi.

ARGL. *Ponendi autem motum in hisce causa fuit, motum indefinitum quoddam esse videri. Alterius vero principia seriei, indefinita sunt sane, ex eo quia sunt priuatiua, nihil enim ipsorum aut hoc aliquid, aut tale, aut cæterorũ quicquam est prædicamentorum.*

A NTI. *Causa aũt, cur in his ponant illi est, quod indeterminatũ quiddam iam videtur esse motus. Alterius aũt coordinationis principia ex eo quod sunt priuatiua, & indeterminata sunt, neq. enim hoc neq. tale, neq. vnum ipsorum, quia neq. aliorum quicquam prædicamentorum.*

Assignat causam quare prædicto modo antiqui motum definierũt. Et circa hoc duo facit. Primo assignat causam eius quod dictum est. Secundo assignat causam

T.c. 14. & 15 cuiusdam, quod supposuerat ibi: Videri autem indeterminatum. Dicit ergo primo quod ista est causa quare Antiqui posuerunt motum in prædictis generibus. scil. alteritatis, inæqualitatis, & non entis, quia motus videtur esse quoddam indeterminatum, id est, incompletum, & imperfectum, quasi non habens determinatam naturam. Et quia indeterminatus est, propter hoc videtur esse ponendus in genere priuatiuorũ. Nam, cum Pythagoras poneret duas ordinationes rerum in quarum vtraque ponebat quædam decẽ principia, principia, quæ erant in secunda ordinatione, dicebantur ab ipso indeterminata; quia sunt priuatiua; non enim determinantur per formam, quæ sit in genere substantiæ, neque per formã qualitatis neq. per formam aliquam specialem in aliquo horum generũ existentem, neq. etiam per formam alicuius aliorum prædicamentorum. In vna autem ordinatione ponebant Pythagorici hæc decem. s. finitum, impar, vnum, dextrum, masculum, quietem, rectum, lumen, bonum, quadrangulum æquilaterum, In alia autem infinitum, par, multitudinem, sinistrum, fœminam, motum, obliquum, tenebras, malum, ex altera parte longius. Secundo ibi.

Te.com.44. Te.com.37.

ARGY. *At vt videatur motus indefinitum quoddam esse, causa fuit, non posse ipsum, aut in potẽtia rerum, aut in actu poni. Neque enim id, quod esse potest quantum, neque id, quod est actu quantum, necessario mouetur. Et motus quidem actus quidam esse videtur (imperfectus tamen) propterea quod ipsum possibile imperfectum est, cuius est actus. Et idcirco difficile est accipere, quidnam sit motus. necesse est. n. ipsum, aut in priuatione, aut in potentia, aut in actu simplici ponere, at nihil horum esse posse videtur, restat igitur modus ille iam dictus actum quidẽ ipsum aliquem esse, talem autem actum, qualem antea diximus, qui difficilis quidem est cognitu, potest autem esse.*

ANTI. T.c. 14. *Videri autem indeterminatũ esse motũ, causa est, quia neq. in potentiam eorum, quæ sunt generum, neque in actum est ponere ipsum simpliciter. Neq. n. quod potest esse quantum, moueri ex necessitate est, neque quod actu quantum est. Et motus quidem actus quidam videtur esse, imperfectus autem: causa autem est, quoniam imperfectum est quod possibile, cuius est actus motus. Propter hoc igitur difficile est accipere quid ipsum sit, aut. n. in priuationem necesse est ipsum ponere, aut in potentiam, aut in actum simplicem, horum autem nullum videtur esse posse, relinquitur igitur prædictus modus, actum quidẽ quendam esse, sed huiusmodi actum qualem diximus, difficile quidem videre, contingit autem esse.* tex.com.15.

Assignat causam, quare motus ponitur inter indeterminata. & dicit quod huius causa est, quia neque põt poni sub potentia, neque sub actu. Si enim poneretur sub potentia, quicquid esset in potentia, puta ad quantitatem, moueretur secundum quantitatem. Et si contineretur sub actu, quicquid esset actu quantum, moueretur secũdum quantitatem. Et quidem verum est quod motus est actus, sed est actus imperfectus medius, inter potẽtiam & actum. Et quod sit actus imperfectus ex hoc patet, quod illud, cuius est actus, est ens in potentia, vt supra dictum est, & ideo difficile est accipere quid sit motus. Videtur. n. in primo aspectu, quod vel sit simpliciter actus, vel simpliciter potentia, vel quod contineatur sub priuatione, sicut aliqui posuerunt ipsum contineri sub nõ ente, & sub inæqualitate. Sed nullum horum est possibile, vt supra ostensum est. Vnde relinquitur solus prædictus modus ad definiendũ motum, vt. s. motus, sit actus talis, qualem diximus. s. existentis in potentia. Talẽ autem actum considerare difficile est propter permixtionem actus & potentiæ, tamen esse talem actum nõ est impossibile, sed contingens.

LECTIO 4.

Alia quasi materialis motus definitio ex præmissis deducitur motum videlicet actum mobilis esse, quo quo item pacto mouens sit mobile ... talis, ...

ARGL. ANTI. *Mouetur autem & omne mouens, vt diximus, quod est potentia mobile.*

Te.com. 16 Tex. Alex. vult semper gere cœleste corpus ab his corruptibilibus.

M*Ouetur autem & mouens omne, sicut dictum est, cum sit potentia mobile.*

Postquam Philosophus definiuit motum, hic ostendit cuius actus sit motus, vtrum. s. mobilis, vel mouentis. Et potest dici quod hic ponit aliam definitionem motus, quæ se habet ad præmissã, vt materialis ad formalem

malem & conclusio ad principium. Et hæc est definitio, motus est actus mobilis, in quantum est mobile. hęc enim definitio concluditur ex præmissa, quia enim motus est actus existentis in potentia, in quãtum huiusmodi, existens aũt in potentia, in quantum huiusmodi, est mobile, non autem mouens, quia mouens inquantum huiusmodi, est ens in actu, sequitur qđ motus sit actus mobilis, inquantum huiusmodi. Circa hoc ergo tria facit.

s.p.18.tex. T.c.19.

Primo ostendit quod motus est actus mobilis. Secũdo, quomodo se habet motus ad mouentem ibi. Motiui autem actus. Tertio mouet dubitationem ibi. Habet autem defectum. Circa primũ duo facit. Primo ponit definitionem motus, scilicet quod motus est actus mobilis. Secundo ex hoc declarat quoddam, quod poterat esse dubium ibi. Et dubium autem. Circa primum tria facit. Primo inuestigat definitionem motus. Secundo concludit eam ibi. Vnde motus est. Tertio manifestat eam ibi. Accidit autem, &c.

T. cap. 18. T. cap. 17.

Ad inuestigandum autem definitionem motus præmittit, quod moueri etiã accidit mouenti. Et circa hoc duo facit. Primo probat quod omne mouens mouetur. Secundo ostendit vnde accidat ei moueri ibi. Adhuc agere.

T.cap.17. Ibidem.

Quod autem mouens moueatur, ostendit ex duobus. Primo quidẽ quia omne quod prius est in potentia, & postea in actu, quodammodo mouetur, mouẽs autem inuenitur esse prius mouens in potentia, & postea mouens in actu, mouens ergo huiusmodi mouetur, hoc est quod dicit, qđ omne mouens, cum ita se habeat, quod quandoque sit in potentia mobile, id est ad mouendum, mouetur, sicut dictum est, hoc enim ex dictis apparet. Dictum est .n. quod motus est actus existentis in potentia, & hoc contingit in omni mouẽte naturali, vnde dictum est, quod omne mouens Physicum mouetur.

a.p.16.tex.

Secundo ibi.

ARGY. *Et cuius immobilitas quies est, cui enim motus inest, huius profectò immobilitas quies est.*

ANTI. *Et cuius immobilitas quies est. Cui enim motus inest, huius immobilitas quies est.*

Ostendit idem alio modo. Cuiuscunque sua immobilitas est eius quies, huic inest motus, quies.n. & motus cum sint opposita, habent fieri circa idem, sed mouentis immobilitas, idést cessatio a mouendo, dicitur quies, dicuntur enim quædam quiescere, quando cessãt agere. Omne igitur tale mouens. s. cuius immobilitas est quies, mouetur. Secundo ibi.

ARGY. *Nam in hoc agere ratione, qua tale est, mouere nimirũ est, at hoc facit tactu, quare simul etiam patitur.*

ANTI. *Ad hoc enim agere in quantum huiusmodi, ipsum mouere est. Hoc autem facit tactu, quare simul, & patitur.*

Ostendit vnde accidat mouenti quod moueatur, nõ enim accidit ei ex hoc, quod mouet, sed ex hoc, quod mouet tangendo, quia mouere est agere ad hoc, quod aliquid moueatur, id autem, quod sic a mouente patitur, mouetur. Sed hoc, quod est agere, facit tactu, nam corpora tangendo agunt, vnde sequitur, quod & simul patiatur, quia quod tangit, patitur, sed hoc intelligendum est quando est mutuus tactus. s. quod aliquid tangit, & tangitur, vt contingit in his, quę communicãt in materia, quorum vtrunque ab altero patitur, dũ se tangunt. Corpora autem cœlestia, quia non communicant cum corporibus inferioribus in materia, sic agunt in ea quod non patiuntur ab eis, & tangunt, & non tanguntur, vt dicitur in primo de Gener. Deinde cum dicit.

Agens communicãs in materia passo, in agẽdo repatitur.

T.c.54.

ARGI. *Quocirca motus actus est mobilis, vt est mobile, accidit autem hoc, ipsius motiui tactu, quare simul etiam patitur. Semper autem id, quod mouet, formam aliquam affert, aut hoc, aut tale, aut tantum, quæ quidem principium erit, & causa motus cum mouet. Id enim quod actu est homo facit hominem, ex eo, quod est potentia homo.*

ANTI. *Vnde motus actus mobilis est in quantum est mobile. Accidit autem hoc tactu motiui, quare simul & patitur. Species autem semper existimabitur aliqua mouens, aut enim hæc, aut qualis, aut quanta, quæ erit principium, & causa motus cum moueat, vt actu homo facit ex potentia existente homine hominem.*

T.c.37.

Ponit definitionem motus concludens ex prędictis, quod quamuis mouens moueatur, motus tamen non est actus mouentis, sed mobilis secundum qđ est mobile. Et hoc cõsequenter manifestat, per hoc quod, moueri accidit mouenti & non per se ei competit, vnde, si aliquid secundum hoc mouetur, secundum quod actus eius est motus, sequitur quod motus non sit actus mouentis, sed mobilis, non quidem inquantum est mouẽs, sed in quantum est mobile. Quod autem moueri accidat mouenti, manifestat per id, quod supra dictum est, cõtactu mouentis, ex quo sequitur quod simul dũ agit, patiatur, & sic moueri competit mouenti per accidẽs.

T.c.17.

Quod autem non competat ei per se manifestat per hoc, quod semper aliqua forma videtur mouens esse sicut forma, quæ est in genere substantiæ, in transmutatione, quæ est secundum substantiam, & formã, quæ est in genere qualitatis, in alteratione, & forma quę est in genere quantitatis, in augmẽto, & diminutione. Huiusmodi enim formæ sunt causæ, & principia motuum, cum omne agens moueat secundum formam. Omne enim agens agit inquantum est actu, sicut actu homo facit ex homine in potentia hominem actu. vnde cum vnumquodque sit actu per formam, sequitur quod forma sit principium mouens. Et sic mouere competit alicui inquantum habet formam, per quam est in actu, vnde cum motus sit actus existentis in potentia, vt supra dictum est, sequitur, quod motus nõ sit alicuius in quãtum est mouens, sed in quantum est mobile, & ideo in definitione motus positum est, quod est actus mobilis, inquantum est mobile. Deinde cum dicit.

Eudemus: Ale & Simpli. motum in mobili subiectiue esse fatentur.

ARGI: *Quæ cum ita sint patet motum in ipso mobili esse, id in quam quod mutatur. Est enim actus huius, ab ipso motiuo.*

ANTI. *Et dubium autem manifestum est, quod est motus in mobili, actus enim huius, & ab hoc.*

T. cap. 17.

Manifestat quoddam dubium ex prædictis. Solet.n. esse dubium apud quosdam, vtrum motus sit in mouẽte, aut mobili. Sed hoc dubium declaratur ex præmissis. Manifestum est enim, ꝙ actus cuiuslibet est in eo, cuius est actus, & supra sic manifestatũ est, quod actus motus est in mobili, cum sit actus mobilis causatus tamen in eo a mouente. Deinde cum dicit.

ARGI. *Motiui quoq. actus non alius quisquam est.*

ANTI. *Motiui actus non alius est.*

Ostendit quomodo se habeat motus ad mouens, Et primo proponit quod intendit, dicens quod actus motiui, non est aliud ab actu mobilis. Vnde cum motus sit actus mobilis, est etiam quodammodo actus motiui.

Secundo ibi.

ARGI. *Amborum nanq. actum esse oportet. Est .n. hoc quidẽ motiuum quo potest, hoc autem mouens, quo agit.*

ANTI. *Oportet quidem enim esse actum vtriusque, motiuum quidem est in ipso posse, mouens autem in ipso operari, vel agere.*

Manifestat propositum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝙ mouentis est aliquis actus, sicut & mobilis. Quicquid enim dicitur secundum potentiam & actum, habet aliquem actum sibi competentem, sed sicut in eo, quod mouetur, dicitur mobile secundum potentiam, inquantum potest moueri, motum autem secundum actum, in quantum actu mouetur, ita ex parte mouentis motiuum dicitur secundũ potentiam, inquantum. s. potest mouere, mouens autem in ipso agere, s. in

quantum agit actu. Oportet igitur vtrisq. s. mouenti, & mobili competere quendam actum. Secundo ibi.

ARGI. *At ipsius mobilis est actiuum. quare perinde amborũ vnus est actus.*

ANTI. *Sed est actiuum mobilis. quare similiter vnus vtriusq. est actus.*

Ostendit quod idem sit actus mouentis, & moti, mouẽtis enim dicitur in quantum aliquid agit; moti autem in quantum patitur; sed idem est quod mouens agẽdo causat, & quod motum patiendo recipit. Et hoc est quod dicit, quod (mouens est actiuum mobilis,) idest actum mobilis causat, quare oportet vnum actum esse vtriusq. scilicet mouentis, & moti. Idem.n. est quod est a mouẽte, ut a causa agente, & quod est in moto, vt in patiente, & recipiente. Tertio ibi.

ARGI. *Atque vnius ad duo & duorum ad vnum idem est interuallum & vt accliue, atq. decliue, hæc n. vnum quidẽ sunt; at ratio non est vna. Similiter res se habet & in hisce, quorum alterum mouet, alterum mouetur.*

ANTI. *Sicut idem spatium est vnius ad duo, & duorum ad vnum, & ascendentis, & descendentis. Hæc enim vnũ quidem sunt, ratio autem non vna. Similiter autem est et in mouente, & in moto.*

Manifestat hoc per exemplum. Eadem enim distantia est vnius ad duo, & duorum ad vnum secundũ rem sed differunt secundum rationem, quia secundum quod incipimus comparationem a duobus procedendo ad vnum dicimus duplum, e contrario vero dicitur dimidium. Et similiter idem est spatium ascendentis, & descendentis, sed secundum diuersitatem principii, & termini vocatur ascensio, vel descensio. Et similiter est in mouente, & moto. Nam motus secundum quod procedit a mouente in mobili est actus mouentis, secundum autem quod est in mobili a mouente, est actus mobilis.

LECTIO V.

In quo nam magis motus sit, in mouente an in mobili, deque motus ab actione & passione discrimine, & identitate & prædicamentorum distinctione quam plura dicuntur. Motum item motoris ac mobilis actum esse concludit.

ARGI. *Existit autem hoc loco dubitatio disserendi facultati accommodata. Necesse est.n. actũ aliquẽ esse ipsius actiui & ipsius passiui, est.n. actio quidem illius, passio vero huius. Et opus finisve illius actus, huius autem affectus.*

T c. 79. ANTI. *H*Abet autem defectum rationabilem. Necesse ẽ.n. fortassis esse quendã actum actiui, & passiui, hinc quidem.n. actio illinc vero passio, opus .n. & finis, huius quidem actio, illius autem passio.*

Postquam Philosophus ostendit, quod motus est actus mobilis, & mouentis, nunc mouet quandam dubitationem circa præmissa. Et primo mouet dubitationem. Secundo soluit ibi. At neque Actum. Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam ad dubitationem. Secũdo dubitationem prosequitur ibi. Quoniã igitur vtraq.

T.c. 20. Dicit ergo primo, quod id, quod dictum est, habet defectum. i. dubitationem rationabilem. i. logicã ad vtrãque enim partem sunt probabiles rationes. Ad hanc autem dubitationem hoc præmittit quod aliquis actus quidẽ actiui vocatur actio, actus vero passiui uocatur passio. Et hoc probat, quia illud, quod est opus & finis vniuscuiusq. est actus eius, & perfectio, vnde, cũ opus, & finis agentis sit actio, patientis autem passio (vt per se manifestum est) sequitur quod dictum est, quod actio, sit actus agentis & passio patientis.

ARGY. *Si igitur ambo sint motus sintq. diuersi in quo nã sunt. Aut enim in patiẽte, & eo quod mouetur sunt ambo, aut actio quidem est in agente passio vero in patiente, quod si hanc etiam actionem oporteat appellare, nomine solo cõuenient.*

ANTI. *Quoniam igitur vtraq. sunt motus, si quidem alteri, in aliquo sunt. Aut.n. vtraq. tm patiẽte & moto sunt, aut in agente sunt vtraq. Aut actio quidem in agente, passio autem in patiente est. Si autem oportet & hanc actionẽ vocare, æquiuoce quidem fit.*

* a.c. habent hæc verba.

Prosequitur dubitationem. Manifestum est.n. quod tam actio, quam passio sunt motus, vtrunque enim est idem motui. Aut igitur actio & passio sunt iidem motus, aut sunt diuersi motus. si sunt diuersi, necesse est quod vterque ipsorum sit in aliquo subiecto, aut igitur vterque est in patiente, & moto, aut alterum eorum est in agente. s. actio, & alterum in patiente, s. passio. Si autem aliquis dicat econtra, quod id, quod est in agẽte sit passio, & id quod est in patiente sit actio, manifestum est, quod æquiuoce loquitur, id.n. quod est passio vocabit actionem, & econtra. Videtur autem quartum membrum omittere, s. quod vtrunq. sit in agente, sed hoc prætermittit, quia ostensum est, quod motus sit in mobili, per quod excluditur hoc membrum, quod neutrum sit in patiente, sed vtrunque in agente. Ex his igitur duobus membris, quæ tangit, primum prosequitur.

Secundo ibi.

ARGI. *At vero si hoc est motus, profecto in eo, quod mouet, erit. Eadem enim est, & in eo quod mouet, & in eo quod mouetur, ratio. Quare autem omne mouens mouebitur, aut aliquid motum habens haud mouebitur.*

ANTI. *At vero si hoc est in mouente motus erit. eadem.n. ratio est in mouente, & in moto. Quare aũt omne mouens mouebitur, aut habens motum non mouebitur.*

Si enim aliquis dicat quod actio est in agente, & passio in patiente, actio autem est motus quidam vt dictum est, sequitur quod motus sit in mouente. Eandẽ autem rõnem oportet esse, & de mouente & de motu, s. vt in quocunque eorum sit motus, illud moueatur. Vel eadẽ ratio est de mouente & moto, sicut & de patiente, & agente, in quocunque autem est motus illud mouetur, quare sequitur, vel quod omne mouens moueatur, vel quod aliquid habeat motum, & non moueatur, quorũ vtrunque videtur inconueniens. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod si ambo, actio, inquam, & passio in eo est, quod mouetur, ac patitur, & hæc duo doctio disciplinave sunt in ipso discente. Primum quidem actus in vnoquoq. cuiusq. non erit. Deinde absurdum est, duobus quippiam motibus simul moueri, erunt enim alterationes quadã vnius duæ, atq. ad vnam formam. at fieri nequit.*

ANTI. *Si aũt vtraq. in moto sunt, & in patiente, & actio inquam, & passio, & doctio, & doctrina cum duo sint, in addiscente sint. Primũ quidem actus vniuscuiusq. non in vnoquoq. erit. Postea, & inconueniens est, per duos motus simul moueri. Quadã namque erunt alterationes duæ vnius, & in vnam speciem. Sed impossibile est.*

Prosequitur aliud membrum dicens, quod si aliquis dicat quod vtrunq. s. actio, & passio, cum sint duo motus, sunt in patiente & moto, & doctio, quæ est ex parte docentis, & doctrina, quæ ex parte addiscentis, sunt in addiscente, sequuntur duo inconuenientia. quorum primum est (quia dictum est quod actio est actus agentis) si igitur actio non est in agente, sed in patiente, sequetur quod proprius actus vniuscuiusq. non est in eo cuius est actus. Postea sequitur aliud inconueniens, s. quod aliquod vnum, & idem moueatur secundum duos motus, actio.n. & passio supponũtur nunc esse duo motus. in quocunq. autem est motus, illud mouetur secũdum illũ motũ, si igitur actio, & passio sũt in mobili, sequitur, quod mobile moueatur secũdum duos motus. Et hoc idẽ esset, ac si essent duæ alterationes vnius subiecti, quæ terminaren-

minarentur ad vnam speciem, sicut ꝙ vnum subiectũ moueretur duabus dealbationibus, ꝙ est impossibile. Quod vero idem subiectum moueatur duab. alterationib. simul ad diuersas species terminatis .i. dealbatione & calefactione, non est inconueniens. Manifestum autem est quod actio & passio ad eandem speciem terminatur, idem est enim quod agens agit, & patiens patitur. Deinde cum dicit.

Simpl. huius, impossibile eam asserit, & quædam sci.u nõ ingrata ibidem dicit.

ARGI. *At vnus ne actus erit? At rationis fines egreditur, diuersorum specie duorum vnum actum, eundemq. esse. Et si idem doctio disciplinaue, & actio atq. passio, docere etiã & discere idem erit, & agere atque pati. Quare necessario discet omnia qui docet, & patietur qui agit.*

ANTI. *Sed vnus erit actus? Sed irrationabile, & duorũ & diuersorum secũdum speciem eundem, & vnum esse actũ. Et erit siquidẽ doctio & doctrina idẽ, & passio, & actio & docere cum addiscere, idem, & agere cum pati. Quare necesse est omnem docentem addiscere & agentem pati.*

Prosequitur aliud membrum. Posset.n. aliquis dicere ꝙ actio & passio non sunt duo motus, sed vnus. Et ex hoc ducit ad quatuor inconuenientia. quorum Primũ est, quod idem sit actus diuersorum secundũ speciem. Dictum est.n. quod actio sit actus agentis, & passio actus patientis, quæ secundũ speciem sunt diuersa. si igitur actio, & passio sunt idẽ motus, sequitur quod idem actus sit diuersorum secundum speciem. Secundum inconueniens est, quod, si actio, & passio sint vnus motus, quod idem sit actio, & passio, & doctio, quæ est ex parte docentis, cum doctrina, secundum quod se tenet ex parte addiscentis. Tertium inconueniens est, ꝙ agere sit idem, quod pati, & docere idem quod addiscere. Quartũ, quod ex hoc sequitur, est, quod omne docens addiscat, & ꝙ omne agens patiatur. Deinde cũ dicit.

ARGI. *An neque alicuius actum in alio esse absurdũ est, est.n. doctio docentis actus, in aliquo tamen est, & non precisus, sed est huiusce in hoc.*

ANTI. T.c. 20. *Aut neq. actũ alterius in altero esse inconueniens est. est.n. doctio, actus docentis, in quodam enim, & non decisus, sed huius in hoc.*

Soluit præmissam dubitationem. Est autem manifestũ ex supra determinatis, quod actio & passio non sũt duo motus, sed vnus, & idem motus. Secundũ.n. ꝙ est ab agente dicitur actio. secundum autẽ quod est in patiente dicitur passio. Vnde inconuenientia, quæ sequũtur ad primã partem, in qua supponebatur quod actio & passio essent duo motus, non oportet soluere præter vnũ, quod remanet soluẽdũ, aut supposito quod actio & passio sint vnus motus, quia cũ actio sit actus agentis, vt supra dictũ est, si actio, & passio sunt vnus motus, sequitur ꝙ actus agentis quodammodo sit in patiẽte, & sic actus vnius erit in altero, quatuor autẽ inconuenientia sequebantur ex altera parte, & sic restant quinque inconuenientia soluenda. Dicit ergo primo, quod nõ est incõueniẽs actũ vnius esse in altero, quia doctio est actus docentis, ab eo tamen in alterũ tendens continue, & sine aliqua interruptione, vnde idẽ actus est huiusmodi, id est agẽtis, vt a quo, & tamẽ est in patiente, vt receptus in eo. Esset aũt inconueniens si actus vnius eo modo, quo est actus eius, esset in alio. Secundo ibi.

ARGY. *Neq. quicquam prohibet vnum duorum eundẽ esse, nõ vt idẽ sit esse, sed vt est id quod est potentia ad id quod est actu. Neq necesse est docentem discere, & si pati atq. agere idẽ est, non vt ea tamen, quæ rationis eiusdẽ sunt, vt vestimentũ ac tunica, sed vt via, quæ ex Thebis Athenas, & ex Athenis Thebas petitur, vt antea diximus. Nõ.n. eadem his omnia competunt, quæ aliquo modo sunt eadem, sed hisce duntaxat, quorum est eadem ratio.*

ANTI. T.c. 21. *Neq. vnũ duobus quicquam prohibet eundẽ esse actũ, non sicut esse idem, sed sicut est ꝙ potentia est ad agens. Neq. necesse est docentem addiscere, neq. si pati, & agere idem est, non tamen vt ratio sit vna, quod quid est esse dicentes, sicut tunicæ, & indumenti, sed sicut via ex Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, quemadmodum dictum est prius. Non enim omnia eadẽ insunt quolibet modo eisdem, sed solum quibus esse idem est.*

Soluit aliud inconueniens, scilicet quod idem actus esset duorum. & dicit quod nihil prohibet vnũ actum esse duorum, ita, quod non sit vnus, & idem motus secundũ rõnem, sed vnus secundum rem, vt dictum est supra, quod eadem est distantia duorum ad vnum, & vnius ad duo, & eius, quod est in potentia, ad agens, & econtra. Sic.n. idem actus secundum rem, est duorum secundum diuersam rationem, agentis quidem, secundum quod est ab eo, patiẽtis autẽ, secũdũ ꝙ est in ipso. Ad alia autem tria inconuenientia, quorum vnum ex altero ducebatur, respondet ordine retrogado. Primo, scilicet ad illud, quod vltimo inducebatur vt magis inconueniens. Sic igitur tertio respondet ad quintum incõueniens, & dicit, quod non est necessarium, quod docens addiscat, vel quod agens patiatur. Et si agere, & pati sint idem, tamen dicamus quod non sunt idem, sicut ea quorum ratio est vna vt tunica & indumentũ, sed sicut ea, quæ sunt idem subiecto, & diuersa secundum rationẽ, vt via a Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, vt dictum est prius. Non enim oportet quod omnia eadem conueniant iis, quæ sunt quocunq. modo idem, sed solum illis, quæ sunt idem subiecto, vel re, & ratione. Et ideo etiam dato quod agere, & pati sint idem, cum non sint idem ratione, vt dictũ est, non sequitur quod cuicunq. conuenit agere, quod ei conueniat pati. Quarto ibi.

At neq. si doctio, & disciplina sint idẽ, idẽ erit & docere, ac discere. quemadmodum neq. si interuallum sit eorum, quæ distant vnum, idemq. est ab hoc ad illud, atque ad hoc ab illo distare. ARGI.

At vero neq. si doctio, & doctrina idem, & addiscere, & docere idem, sicut neq. si spatium vnum distãtium sit & distare hinc illuc, & inde huc vnum & idem est. ANTI.

Respondet ad quartum inconueniens, & dicit, quod non sequitur etiam si doctio, & doctrina addiscẽtis esset idẽ, ꝙ docere, & addiscere essent idem, quia doctio & doctrina dicuntur in abstracto, docere autem, & discere in concreto. Vnde applicantur ad fines, vel ad terminos, secundum quos sumitur diuersa rõ actionis, & passionis. Sicut licet dicamus, ꝙ sit idem spatium distãtium aliquorum, abstracte accipiendo, si tamen applicamus ad terminos spatii, sicut dicimus distare hinc illuc, & inde huc, non est vnum & idem. Quinto ibi.

Omnino autem neque doctio proprie idem est quod disciplina, neque actio idem quod passio, sed motus, cui hæc insunt. Nam huius in hoc, & huius esse actum ab hoc, diuersum est ratione. ARGY.

Omnino autem dicere est neq. doctio cum doctrina, neque actio cum passione idẽ proprie est, sed cui insunt hæc, motus, quod.n. huius in hoc, & quod huius ab hoc actum esse, ratione alterum est. ANTI. T.c. 22.

Respondet ad tertium inconueniens, destruens hãc illationem, qua concludebatur, quod si actio, & passio sunt vnus motus, ꝙ actio, & passio sũt idẽ. & dicit, quod finaliter dicendũ est, ꝙ nõ sequitur, ꝙ actio, & passio sint idem, vel doctio, & doctrina, Sed ꝙ motus cui inest vtrunq. eorum, sit idem. Qui quidem motus secundum vnã rationem est actio, & secundum aliam rationem est passio. alterum enim est secundum rationem esse actu huius, vt in hoc, & esse actũ huius, vt ab hoc. motus autem dicitur actio secundũ quod est actus agẽtis, vt ab hoc, dicitur autem passio secundum ꝙ est actus patiẽtis, vt in hoc. Et sic patet ꝙ licet motus sit idẽ mouẽtis

& motũ propter hoc, φ abstrahit ab vtraq. rõne, tamẽ actio, & passio differunt propter hoc, φ has diuersas rationes in sua significatione includunt. Ex hoc autem apparet, quod cum motus abstrahat a ratione actionis, & passionis non continetur in prædicamẽto actionis, neq. in prædicamento passionis, vt quidam dixerunt. Sed restat circa hoc dubitatio duplex. Prima quidem, quia si actio, & passio sint vnus motus, & non differũt nisi scdm rõnẽ (vt dictũ est) videtur φ non debeãt esse duo prædicamenta, cum prædicamenta sint genera rerũ. Itẽ, si motus, vel est actio, vel passio non inueniretur motus in substantia, qualitate, quantitate, & vbi, vt supra dictũ est, sed solũ cõtinebitur in actione, & passione. Ad horũ igitur euidentiã sciendũ est, φ ens diuiditur in decẽ prædicamenta nõ vniuocè, sicut genus in species, sed secũdum diuersũ modũ essendi. modi ãt essendi proportionales sunt modis prædicandi. Prædicãdo. n. aliquid de aliquo altero, dicimus hoc esse illud, vnde & decẽ genera entis dicũtur decẽ prædicamẽta.

Qualiter decẽ prædicamẽta ad inuicẽ distinguantur.

Substantia. Tripliciter ãt fit omnis prædicatio. Vnus quidẽ modus est, quando de aliquo subiecto prædicatur id quod pertinet ad essentiã eius, vt cum dico, Socrates est homo, vel homo est animal, & secundum hoc accipitur pdicamentum substantiæ.

Quantitas. Alius autem modus est, quo prædicatur de aliquo id, quod non est de essentia eius, tamẽ inhæret ei, quod quidem vel se habet ex parte materiæ & subiecti, & scdm hoc est prædicamẽtũ quãtitatis, nã quantitas proprie consequitur materiam, vnde & Plato posuit magnum ex parte materiæ.

Qualitas. Aut cõsequitur formam, & sic est prædicamentum qualitatis, vnde, & qualitates fundantur super quantitatem, sicut color in superficie, & figura in lineis, vel in superficieb.

Relatio. Aut se hẽt per respectum ad alterũ, & sic est prædicamentum relationis. cũ. n. dico, homo est pater, nõ prædicatur de homine aliquid absolutũ, sed respectus qui ei inest ad aliquod extrinsecũ. Tertius aũt modus prædicãdi est, quando aliquid extrinsecum de aliquo prædicatur per modum alicuius denominationis. Sic. n. & accidẽtia extrinseca de substantiis prædicantur, non tamẽ dicimus, φ homo sit albedo, sed φ homo sit albus.

Sex principia nõ aliud importãt nisi denominationem extrinsecãcum respectu.

Denominari ãũ ab aliquo extrinseco inuenitur quidẽ quodãmodo cõmuniter in omnibus, & aliquo mõ spẽaliter in iis, quæ ad homines pertinent tantum, cõiter aũt inuenitur aliqd denominari ab aliquo extrinseco, vel scdm rõnem causæ, vel scdm rõnẽ mensuræ, denominatur. n. aliquid causatũ & mensuratũ ab aliquo exteriori. Cum aũt quattuor sint causarũ genera, duo ex his sũt partes essentiæ. s. materia & forma, vnde prædicatio, quæ posset fieri secundũ hæc duo, pertinet ad prædicamẽtum substantiæ, vt puta si dicamus, φ homo est rõnalis, & homo est corporeus. Causa ãt finalis non causat seorsum aliquid ab agente, in tantum. n. finis hẽt rationem causæ, in quantum mouet agentem. Remanet igitur sola causa agens, a qua potest denominari aliquid sicut ab exteriori.

Passio. Sic igitur secundum quod aliquid denominatur a cã agente est prædicamentum passionis, nã pati nil est aliud quã suscipere aliquid ab agente.

Actio. Scdm aũt φ econtra denominatur cã agens ab effectu, est pdicamentum actionis. Nam actio est actus ab agẽte in aliud, vt supra dictum est. Mensura autem quædam est extrinseca, & quædam intrinseca. Intrinseca quidẽ sicut propria longitudo vniuscuiusq. & latitudo, & profunditas. ab his ergo denominatur aliquid sicut ab intrinseco inhærente, vnde pertinet ad prædicamentum quantitatis.

Quando. Exteriores autem mensuræ sunt tps, & locus, secundũ igitur φ aliquid denominatur a tẽpore, est prædicamentum quando,

Vbi. Situs. scdm aũt φ denominatur a loco est prædicamentũ vbi, & situs, quod addit supra vbi. ordinem partium in loco. Hoc autem non erat necessariũ addi ex parte temporis, cum ordo partium in tempore in ratione temporis importetur. est. n. tps numerus motus secundum prius & posterius. Sic igitur aliquid dicitur esse, quando, vel vbi per denominationẽ a tpe, vel a loco, & ẽt aliquid speciale in nominib. in aliis. n. animalib. natura dedit sufficienter ea, quæ ad cõseruationẽ vitæ pertinent, vt cornua ad defendendũ, corium grossum, & pilosum ad tegumẽtum, vngulas, vel aliquid hmõi, ad incedendũ sine læsione. Et sic, cum talia animalia dicũtur armata vel vestita vel calciata, quodãmodo nõn denominantur ab aliquo extrinseco, sed ab aliquib. suis partib. vnde hoc refertur in his ad prædicamentũ substantiæ. vt puta, si diceretur, φ homo est manuatus, vel pedatus. Sed huiusmodi non poterãt dari homini a natura, tũ quia non conueniebant subtilitati complexionis eius, tum propter multiformitatẽ operum, quæ conueniunt homini in quantũ habet rõnem quib. aliqua determinata instrumenta accõmodari nõ poterãt a natura, sed loco omniũ inest homini rõ, qua exteriora sibi præparat loco horũ, quæ aliis animalib. intrinseca sunt, vnde cũ homo dicitur armatus, vel vestitus, vel calciatus, denominatur ab aliquo extrinseco.

Eandẽ prædicamẽtorũ partitionem in fine ante prædicamẽtorum Simpl. & Iamb. dedere.

Habitus. φ non habet rõnem neq. causæ, neq. mensuræ, vnde speciale prædicamentũ, & dicitur habitus. Sed attendẽdũ est, φ etiã aliis animalib. hoc prædicamentũ attribuitur, non scdm φ in sua natura considerantur, sed scdm φ in hominis vsum veniunt, vt si dicamus equũ phaleratũ, vel sellatũ, sed armatũ. Sic ergo patet φ licet motus sit vnus, tamen prædicamenta, quæ sumũtur scdm motũ sunt duo, scdm φ a diuersis reb. exterioribus sunt pdicamentales denominationes. Nã alia res est agens, a qua sicut ab exteriori sumitur per modum denominationis pdicamentũ passionis, & alia res est patiens, a qua denominatur agens. Et sic patet solutio primæ dubitationis.

Ad secundã. Scdã aũt dubitatio de facili soluitur, Nã rõ motus cõpletur, non solum per id, φ est de motu in rerum natura, sed etiã per id φ ratio apprehendit. De motu. n. in rerũ natura nihil aliud est, quã actus imperfectus, qui est inchoatio quædã actus perfecti in eo φ mouetur, sicut in eo, φ dealbatur, iã incipit esse aliquid albedinis. sed ad hoc φ illud imperfectum habeat rõnem motus, requiritur vlterius qd intelligamus ipsũ quasi mediũ inter duo, quorũ præcedens cõparatur ad ipsum, sicut potẽtia ad actũ, vnde motus dicitur actus, cõsequens vero cõparatur ad ipsũ, sicut perfectũ & imperfectũ, vel actus ad potẽtiã, pp φ dicitur actus existentis in potentia vt supra dictũ est. Vnde quicunq. imperfectum accipiatur, vt nõn in aliud perfectũ tendens, dicitur terminus motus, & non erit motus secundum quem aliquid moueatur, vt pote, si aliquid incipiat dealbari, & statim alteratio interrumpatur. Quantum igitur ad id, quod in rerum natura est de motu, motus ponitur per reductionem in illo genere, quod terminat motum, sicut imperfectum reducitur ad perfectum, vt supra dictum est, sed quantum ad id, quod ratio comprehendit circa motum, s. esse medium quoddam inter duos terminos, sic iam implicatur ratio causæ, & effectus. nam reduci aliquid de potentia in actũ, non est nisi ab aliqua causa agente. Et secundum hoc motus pertinet ad prædicamentum actionis, & passionis, hæc enim duo prædicamenta accipiuntur secundũ rationem causæ agentis & effectus, vt dictum est.

Deinde cum dicit.

ARG. *Quid igitur est motus & vniuersaliter, & per partes etiã diximus. Non est. n. obscurum quonam pacto quæq. species ipsius definietur. Alteratio enim actus est alterabilis, vt est alterabile. Enim vero notius hoc pacto etiam definietur, si potentia actiui, atque passiui, vt tale est, actus esse dicatur, & simpliciter, & per singulos: vt*

sci

ædificatio vel medicatio. Modo eodem, & de cæterorum motuum vnoquoq. dicetur.

ANTI. Tex. c. 23.

Quid quidem igitur motus sit, & vniuersaliter, & secundum partem dictum est. non. n. immanifestum est quo modo definietur specierum vnaquæque ipsius. Alteratio quidem enim alterabilis, secundum quod est alterabile, actus est. Amplius autem notius, quod potentia actiui, & passiui, in quantum huiusmodi simpliciterq. & iterum secundũ vnumquodq. quoniã ædificatio, aut medicatio. Eodem autem dicetur modo, & de alijs motibus singulis.

Definit motum in particulari, & dicit quod dictum est quid sit motus & in vniuersali, & in particulari, quia ex hoc quod dictũ est de finitione motus in vniuersali, manifestũ esse poterit, quo definiatur in particulari, si enim motus est actus mobilis secundũ quod huiusmodi, sequitur, quod alteratio est actus alterabilis secũdum quod huiusmodi, & sic de aliis. Et quia positum fuit in dubitatione, verũ motus sit actus actiui, vt ab hoc, et passiui, vt in hoc, ad tollendum omnem dubitationem aliquantulum notius, dicamus, quod motus est actus potentiæ actiui, & passiui. Et sic etiam poterimus in particulari dicere, quod ædificatio est actus ædificatoris, & ædificabilis in quantum huiusmodi, & simile est de medicatione, & alijs motibus.

LECTIO 6.

Contemplari infinitum quod Naturalem oporteat: Antiquorumq tam naturaliter quam non naturaliter loquentium de illo plurimæ afferuntur opiniones.

ARGY.

Cum autem Sciẽtia Naturalis circa magnitudines, motum tempusq. versetur, quorum vnumquodq. finitũ, aut infinitum esse necesse est, & si non omne quod eis necesse est aut infinitum esse, aut finitum, vt affectum, ac punctũ (taliũ enim fortasse nullum necesse est in horũ altero collocari,) ad Naturalem sane Philosophum de infinito si sit nec ne, & si sit, quidnã sit, contemplari pertinere videtur.

ANTI. T. c. 24.

Quoniam autẽ de natura scientia est circa magnitudines, & tempus, & motum, quorum vnumquodque necesse est aut infinitum, aut finitum esse, & si non omne sit infinitum aut finitum, vt passio, aut pũctus. (Talium. n. fortasse nullum necesse est in altero horum esse) conuenientis vtiq. erit de Natura negotiantem considerare si est, aut non est, & si est, quid est.

Postquam Philosophus determinauit de motu, hic incipit determinare de Infinito. Et primo ostendit quod ad Scientiam Naturalem pertinet determinare de Infinito. Secundo incipit determinare ibi. (Esse aũt infinitum.) Circa primum duo facit. Primo. Ostendit quod
Tex. c. 31. ad Naturalẽ pertinet determinare de infinito, secundo ponit opiniones Antiquorum Philosophorum de infinito ibi. Et Omnes tanquam quoddam Primum osten
2. par. 27. dit, & ratione & signo. ratio talis est, scientia Naturalis consistit circa magnitudines, & tẽpus, & motum, sed necesse est finitũ, aut infinitum in his inueniri. omnis. n. magnitudo, vel motus, vel tempus ab altero horum continetur, idest sub finito, vel infinito. ergo ad Naturalem Philosophũ pertinet considerare de infinito, an sit, & quid sit. Sed, quia posset aliquis dicere quod consideratio de infinito pertinet ad Philosophum primũ, ratione suæ communitatis, ad hoc ad excludendũ interponit, quod non omne ens oportet esse finitum vel infinitum. nam pũctus & passio, idest passibilis qualitas, sub nullo horum continetur. ea autem, quæ pertinent ad considerationem Philosophi primi, consequuntur ens in quantum ens est, & non aliquod determinatũ genus entis. Secundo ibi.

ARGI.

Atq. scientiæ huius contemplationem de ipso propriã esse hoc signo patet. Omnes. n. qui digne talem philosophiã tetigisse putantur, de infinito sermonem fecerunt.

ANTI. T. c. 25.

Signum. n. quod huius scientiæ propria consideratio de ipso est. Omnes. n. qui videntur rationabiliter tetigisse huiusmodi Philosophiam, fecerunt verbum de infinito.

Ostendit idem per signũ acceptum a consideratione Philosophorum naturalium. omnes enim qui rationabiliter tractauerunt huiusmodi Philosophiam, s. Naturalem, fecerunt mentionem de infinito. Ex quo colligitur probabile argumentum ab authoritate Sapientum quod ad Philosophiam naturalem pertineat determinare de Infinito. Deinde cum dicit.

Consueuit Arist. iquit Simpl. cum aliquid ratione probauerit, & philosophorũ testimonio cõprobare.

ARGY.

Ac omnes ipsum, vt principium quoddam eorum quæ sunt posuerunt. Alij quidem per se, vt substantiam, nõ vt rei cuiquam accidens vt Pythagorici, atq. Plato.

ANTI.

Et omnes tanquam principium quoddam ponunt eorũ quæ sunt. Alij quidem quemadmodum Pythagorici, & plato per se, non sicut accidens alicui alteri, sed sicut substantiam ipsum esse infinitum.

Ponit opiniones Antiquorũ de Infinito. Et primo 2. p. 30. tex.
Ostendit in quo diuersificabantur, secundo ostendit, in quo omnes conueniebant ibi. Rationabiliter autẽ. Circa primum duo facit, primo ponit opinionem Philosophorum non naturalium de infinito, s. Pythagoricorum & Platonicorum. secundo opiniones Natura- 2. p. 26. tex.
lium ibi. de Natura autem omnes. Circa primum duo facit. Primo ostendit, in quo conueniebant Pythagorici & Platonici. Secundo in quo differebant, ibi. Præter hoc, quidã Pythagorici. Dicit ergo primo, quod omnes Philosophi posuerunt infinitum esse sicut quoddã principium entium, sed hoc fuit proprium Pythagoricis, quod ponerent infinitum non esse accidens alicui alteri naturæ, sed esse quoddam per se existens Et hoc cõpetebat eorum opinioni, quia ponebant numeros, & quantitates esse substantias rerum, infinitum autem in quantitate est, vnde & infinitum per se existens ponebant. Deinde, cum dicit.

ARGY.

Verũ Pythagorici quidẽ in sensibilibus ipsum ponunt. non. n. separabilẽ ipsum numerũ faciunt, & id quod est extra cœlum, infinitũ esse dicebant. Plato autem extra quidem cœlum, neq. corpus esse, neq. ideas putabat, propterea quod neque vsquam sunt ipsæ. Infinitum tamen, & in sensibilibus, & in illis, esse censebat.

ANTI.

Præter hoc quod Pythagorici quidem in sensibilib. neq. enim abstractum faciunt numerum, & esse extra cœlũ, infinitum. Plato autem extra nullum esse corpus, neq. ideas, eo quod nusquam sint ipsæ, tamen infinitum, & in sẽsibilibus, & in illis esse.

Ostendit differentiam inter Platonem, & Pythagoricos, & primo quantum ad positionem Infiniti, secun T. c. 26.
do quantũ ad radicẽ ipsius, ibi. Et hi quidem infinitum esse. Quantũ autem ad positionem infiniti, in duobus differebãt Platonici, a Pythagoricis. Pythagorici. n. nõ ponebant infinitũ, nisi in sensibilibus. cum. n. infinitum cõpetat quantitati, prima autẽ quantitas est numerus, Pythagorici non ponebant numerũ separatum a sensibilibus, sed dicebant numerum esse substantiam rerum sensibilium, & per consequens infinitum non erat, nisi in sensibilibus. Item Pythagoras considerabat, quod sensibilia, quæ sunt infra cœlum, sunt circũclausa cœlo, vnde in eis non potest esse infinitũ, & propter hoc ponebat, quod infinitum esset in sensibilibus extra cœlũ. Sed Plato e contrario ponebat, & nihil est extra cœlũ. neq. n. dicebat esse extra Cœlũ aliquod corpus sensibile, quia cœlũ dicebat esse cõtinens omnia sensibilia neq. ẽt ideas, & species rerũ, quas ponebat esse separatas, dicebat esse extra cœlum, quia intus, & extra significant locum, ideæ vero secundũ ipsum non sunt in aliquo loco, quia locus corporalium est. Item dicebat Plato quod infinitũ non solum est in rebus sensibilibus, sed etiã in illis idest in ideis separatis, quia etiã in ipsis numeris separatis est

Vt patet in Timæo in Philebo & i colloquio de bono.

In timæo de mundo loquens.

aliquid formale, vt vnum, & aliud materiale, vt duo, ex quibus omnes numeri componuntur.

Secundo ibi.


ARGI. *Et illi quidem par ipsum infinitum esse dicebant. hoc. n. comprehensum, atque finitum ab impari præbet hisce, quæ sunt, infinitionem. Signumque huius id esse, quod in numeris accidit. cum enim normæ circa vnum, seorsumq. ponũtur, nunc alia semper fit species, nunc vna. At Plato duo infinita facit, magnum inquam ac paruum.*

ANTI. T.c.26. *Et hi quidem infinitum esse parem. hic quidem. n. comprehensus, & sub impari reclusus adhibet iis quę sunt, infinitatem. Signum autem huius est, quod contingit in numeris, circumpositis enim gnomonibus circa vnum, & extra, aliquando quidem aliam fieri speciem, aliquando autem vnam. Plato autem duo infinita magnum, & paruum.*

Norma vertitur. Valla de gnomone in fi. primi Eucli. & in princ. 2. T.c. 17.

Ostendit differentiam eorum quantum ad radicem infiniti, & dicit, ꝙ Pythagorici attribuebant Infinitũ vni radici, s. numero pari, & hoc manifestabant dupliciter. Primo per rationem, quia id, quod concluditur ab alio, & per aliud terminatur, quantum est de se habet rationem infiniti, quod autem cõcludit & terminat, habet rationem termini, par autem numerus comprehenditur, & cõcluditur sub impari, si. n. proponitur aliquis numerus par, vndiq. diuisibilis apparet, cum vero addita vnitate ad imparem numerum reducitur, iam quandam diuisionem consequitur, ac si impar sub impari cõstringatur. vnde videtur ꝙ par sit per se infinitũ, & causet in aliis infinitatem. Ostendit etiam idem per signũ, ad cuius euidentiam sciendum est, quod in geometricis Gnomon dicitur quadratum super diametrũ consistens cum duob. supplementis huiusmodi igitur Gnomon circumpositus quadrato constituit quadratũ. Ex huius ergo similitudine in numeris Gnomones dici possunt numeri, qui aliquibus numeris adduntur. Est aũt hic obseruandum, ꝙ si aliquis accipiat numeros impares secundũ ordinẽ progressionis numeralis, & vnitati, quæ est quadratum virtute, inquantum vnũ est solum vnum, addat primum numerum imparem. s. ternariũ, constituetur quaternarius, qui est numerus quadratus, nam bis duo sunt quatuor. Si vero huic secundo quadrato addatur secundus. s. quaternarius, consurgit nouenarius, qui est quadratum trinarii, nam ter tria sũt nouem. Si autem huic tertio quadrato addatur tertius impar. s. Septenarius consurgit sexdecim, qui est quadratum quaternarii, & sic semper per ordinatam additionẽ numerorum imparium resultat eadem forma in numeris. s. quadratũ. Per additionem aũt parium semper resultat diuersa figura. nam, si primus par, scilicet duo addantur vnitati, consurgit ternarius, qui est figuræ trilateræ. si autem huic addatur secundus par, scilicet quaternarius, surgit septenarius, qui est figuræ heptagonæ, & sic semper variatur figura numerorum ex additione parium. Et hoc videtur esse signum, ꝙ vniformitas pertinet ad numerum imparem, difformitas autem, & varietas, & infinitum pertinent ad numerum parẽ. & hoc est quod dicit. Signum huius. s. quod infinitum sequatur numerum parem, est hoc, quod cõtingit in numeris. circumpositis enim gnomonibus, id est numeris additis circa vnum, id est circa vnitatem, & extra, id est, circa alios numeros, aliquando quidẽ fit alia species, id est alia forma numeralis, s. per additionem numeri paris, aliquando autem fit vna species, scilicet per additionem numeri imparis, & sic patet, quare Pythagoras numero pari attribuit infinitatem. Plato aũt attribuebat duabus radicibus. s. magno & paruo: hęc enim duo secundum ipsum sunt ea parte materiæ, cui competit infinitum.

Deinde cum dicit.



Vnitas primum quadratũ virtute ĩ numer.

1. quadratũ

ternarius.

Gnomõ in numeris additus secundo quadrato

Gnomon in numeris additus tertio quadrato

ARGI. *Naturales aũt oẽs, aliam quandam semper naturam eorũ, quæ elemẽta dicũtur, ipsi infinito supponũt, vt aquã, vel aerẽ, vel id, quod inter hæc mediũ collocatur; præter eos, qui elemẽta finita fecerũt, nullus. n. ipsorũ infinitũ facit. Qui verò elementa faciũt infinita, vt Anax. atq. Dem. hi infinitũ ipsũ tactu continuũ esse dicũt. Ille quidẽ ex hisce, q̃ sunt similiũ partiũ, hic autẽ ex indiuiduis illis corpusculis, quæ figuris differũt, suntq. generandarũ semina rerũ. Atq. ille quidẽ quamuis congeriei partẽ congestam esse, perinde atq. totã dicebat, quia videbat quoduis, ex quouis oriri. Hinc. n. & oẽs res olim simul fuisse dixisse videtur, vt hanc carnẽ, & hoc os, & quoduis simili mõ. igitur & vniuersa, & simul ergo, non solũ. n. in vnũquoq. principium est segregationis, sed in ipso ẽt vniuerso. nã cũ oẽ, quod fit ex tali corpore fiat, omniumq. sit generatio, nõ simul tamen atq. aliqđ principium generationis esse oportebit, et id sit vnũ, ꝙ ille mentẽ appellat, mensq. a principio quodã operetur cũ intellexit. necesse est olim oia simul fuisse, mouerq. olim cœpisse. Democritus aũt non aliud ex alio primorum illorũ corporum fieri dicit. ipsum tamen cõe corpus omnium esse principium, magnitudine partium differens, atq. figura. Patet igitur ex hisce, quæ diximus, infiniti contẽplationẽ, ad Naturales Philosophos pertinere.*

ANTI. *Qui aũt de natura oẽs semper subiciunt alterã quandam naturã dictorũ elementorum infinito, vt aquam, aut aerem, aut medium horum. Finita autem sapientium elementa, nullus infinita facit. Quicunq. autem infinita faciunt elementa, quemadmodum Anaxago. & Democritus, ille quidem ex similibus partibus, hic autem ex omni seminario figurarum per contactum continuum infinitũ esse dicit. Et hic quidem quamlibet partem esse similiter mistam toti, eo quod videt quodlibet ex quolibet fieri. hinc etenim dicere videtur, & simul aliquando omnes res formatas esse, vt hæc caro, & hoc os, & sic quodlibet,* T.c. 28.

bet, & omnia itaque, & simul igitur. Principium .n. non solum in vnoquoq. disgregationis, sed & omniũ est, quoniam enim omne, quod fit, ex huiusmodi fit corpore, omnium enim generatio præter quam quod non simul, & quoddam principium esse oportet generationis. Hoc autẽ est vnum, quod ille vocat intellectum. Intellectus autem ex principio quodam operatur intelligens, & cognoscens, quare, necesse est, simul aliquando omnia fuisse, & incepisse moueri aliquando. Democritus autem nihil alterum, ex altero fieri primorum dicit, sed tamen ipsum commune corpus omnium esse principium, magnitudine secundũ partes, & figura differens. Quod quidem igitur conueniẽs sit Physicis hæc speculatio, manifestum ex his.

Te.com.29.

Te.com.39. Ponit opiniones Naturalium Philosophorum de Infinito. Sciendum est ergo, quod omnes Naturales Philosophi, qui .s. naturaliter principia rerum tradiderunt, dixerunt, quod infinitum non est per se subsistẽs (sicut supra dictum est,) sed ponunt infinitum esse accidens alicuius naturæ ei suppositæ. Qui ergo posuerunt vnũ principium tantum materiale, quodcunq. sit de numero eorum, quæ dicuntur elementa, siue aer, siue aqua, siue aliquod medium, dixerunt id esse infinitum. Qui vero fecerunt plura elementa, sed finita secundum numerum, nullus eorum posuit, quod elemẽta essent infinita secũdũm quantitatem, ista enim distinctio elementorum contrariari videbatur infinitati vtriusq. eorũ. Sed illi, qui fecerunt infinita secundum numerum dicũt ex omnibus illis infinitis fieri quoddam vnum infinitum per contactum. Et hi fuerunt Anaxagoras & Democritus qui in duob. differebant. Primo quidem in quidditate principiorũ infinitorum. nam Anaxagoras posuit illa infinita principia, esse infinitas similes partes, vt carnis, & ossis, & huiusmodi. Democritus aũt ponebat huiusmodi infinita principia, esse ĩdiuisibilia corpora, differentia secundum figuras, quæ quidem corpora dicebat esse semina totius Naturæ. Alia differentia est quãtum ad habitudinem horum principiorum adinuicẽ. Anaxagoras .n. dicit, ꝙ quælibet harum partium infinitarum, esset commista cuilibet. sicut ꝙ in qualibet parte carnis esset os, & econtra, & similiter de aliis. Et hoc ideo, quia vidẽs, ꝙ quodlibet fit ex quolibet, & credẽs ꝙ omne ꝙ fit ex aliquo, est in eo, syllogizauit ꝙ quodlibet sit in quolibet. Et ex hoc videtur ipse affirmare, ꝙ aliquando omnes res erant simul confusæ ad inuicẽ, & nihil erat distinctũ ab alio. Sicut .n. hæc caro, & hoc os per generationem eorum commiscentur ad inuicẽ, sic etiã est de quolibet alio. Omnia igitur aliquãdo fuerũt simul. est .n. accipere principium disgregationis nõ solũ in aliquo vno, sed in omnib. simul. ꝙ sic probat. Quod .n. fit ex alio erat prius ei commistum, & per hoc fit, ꝙ segregatur ab eo, sed omnia fiunt licet nõ simul, oportet igitur ponere vnum principium generationis omnium, non solum vniuscuiusque. Et hoc vnum principium vocauit intellectum, cui soli cõpetit distinguere & congregare, propter hoc ꝙ est immistus. Quod autem fit per intellectũ, videtur habere quoddã principium, quia intellectus, a determinato principio incipiẽs, operatur. si ergo segregatio fit ab intellectu, oportet dicere, quod segregatio habeat quoddã principiũ. vnde concludebat, ꝙ aliquando omnia fuerũt simul, & ꝙ motus, quo segregantur res ab inuicem, aliquãdo inceperit, cum prius non fuerit. sic igitur Anax. posuit vnum principiũ fieri ex altero. Sed Democ. dicit, quod vnũ principiũ non fit ex altero, sed tamen natura corporis differens secundũ partes, & figuras, est principiũ omniũ secundũ magnitudinem, in quantum ex indiuisibilibus ponebat componi omnes magnitudines diuisibiles. Et sic concludit, ꝙ ad Philosophum Naturalẽ pertinet considerare de infinito. Deinde, cum dicit:

ARGY.

Principium autẽ omnes ipsum ponunt cum ratione, impossibile est enim, aut ipsum in ratione rerum esse frustra, aut aliã vllam ipsi præter principiu vim inesse. Omne .n. ꝙ est, aut est principium, aut est ex principio, at principium infiniti non est, esset enim ipsius finis: Præterea ingenitũ ipsum esse corruptioneq. vacare censent, quippe cũ sit principium quoddam, nã & quod nascitur id habeat finem necesse est, & omnis corruptionis est finis, quapropter (vt dicimus) huiusce non est principium, sed hoc principium cęterorum esse videtur. Et continere etiam ipsum omnia, gubernareq. dicunt, vt ij qui præter infinitum nullas alias causas faciunt, vt mentem aut concordiam. Et hoc esse ipsum diuinũ. est enim immortale, nec vnquã perire põt vt Anaximander, & Naturalium plurimi dicunt.

Soc. i Phęd. apud Plat. ostendit ingenitũ esse debere principium.

ANTI.

Rationabiliter autẽ, & principium ipsum ponunt omnes. Neque enim frustra possibile ipsum esse, neque aliam ipsi inesse potentiã, nisi sicut principium. omnia. n. principium sunt, aut ex principio. infiniti autem non est principiũ, esset .n. vtiq. finis ipsius. Amplius autem, & ingenitum, & incorruptibile, .si est quoddam principium, quodcunq. n. fit, necesse est accipere finem & finis omnis est corruptionis. Quare sicut diximus, non est huius principiũ, sed hoc aliorũ videtur esse, & continere omnia & gubernare, sicut affirmant quicunq. non faciunt præter infinitũ alias causas vt intellectum aut concordiam. Et hoc esse debet diuinũ, immorale enim & incorruptibile est, sicut affirmant Anaxim. & Plurimi philosophorum.

Ponit quatuor, in quibus Antiqui Philosophi concordabant circa infinitum. Quorum primum est, quod omnes posuerunt infinitum esse principium. & hoc rationabiliter .i. per probabilem rationem. non .n. possibile est, si infinitum est, quod sit frustra, idest ꝙ nõ habeat aliquem determinatum gradũ in entibus, nec potest habere aliam virtutem nisi principii. Quia omnia, quæ sunt in mũdo, vel sunt principia, vel ex principiis, Infinito autem non competit habere principiũ, quia quod habet principium, habet finem. vnde relinquitur quod infinitum sit principium. Sed attendendũ est qđ in hac rõne vtuntur æquiuoce principio, & fine. nam ꝙ est ex principio, habet principiũ originis, infinito aũt repugnat principium & finis quantitatis, vel magnitudinis. Secundũ autem qđ attribuebant infinito, est, qđ sit ingenitum, & incorruptibile. Et hoc sequitur ex eo quod est principiũ, omne .n. quod fit, necesse est quod accipiat finem, sicut & habet principiũ, & etiam cuiuslibet corruptionis est aliquis finis, finis autẽ repugnat infinito, esse ergo generabile, & corruptibile repugnat infinito. Et sic patet, ꝙ non est aliquod principiũ infiniti, sed magis infinitum est principium aliorũ. In hoc etiam æquiuoce sumebant principium, & finem, sicut & supra. Tertiũ autem ꝙ attribuebant infinito erat, ꝙ contineret, & gubernaret omnia. hoc enim videtur esse primi principii; & hoc dixerunt quicunq. nõ posuerũt præter materiam, quam dicebant infinitã, alias causas .s. agentes, vt intellectum posuit Anax. & concordiã Emped. continere enim & gubernare magis pertinet ad principium agens, quam ad materiam. Quartum autem quod infinito attribuebant est, ꝙ esset quoddã diuinum. omne enim ꝙ est immortale, aut incorruptibile, diuinum appellabant. & hoc posuit Anax. & plures Antiquorum Philosophorum Naturalium.

Quo ad Anit intentione dissonat a Lat. Græci, vt in Simplicio, & Themistio est videre.

LECTIO 7.

Rationes infinitum esse apparenter concludentes primo inducit, hinc nonnullis infiniti acceptionibus expositis, tria prosequitur argumenta, quibus validissime infinitum a sensibilibus non esse separatum concluditur.

ARGY.

Esse autem infinitum in ratione rerum, ex hisce quinque maxime quispiam credet. Et tempore, est enim hoc

infinitum, ex magnitudinum diuisione, vtuntur enim, & Mathematici infinito. Ex eo præterea, quia hoc pacto duntaxat generatio, & corruptio nunquam deficiet, si infinitũ sit id, ex quo per ablationem, id quod nascitur, fit. Insuper ex eo, quia finitum ad aliquod semper finitur, quare necesse est nullum esse finem, si aliud ad aliud semper finiri necesse est. Maxime vero proprijssimeq. ex eo quod vniuersis cõem efficit dubitationem. nam, quia mens non deficit in cogitando, & numerus, & mathematicæ magnitudines, & id quod est extra cęlum, infinitũ esse videtur. Quod si illud sit infinitum, & corpus infinitum esse videtur, infinitique mundi, cur enim magis hac parte vacui quã hac moles est collocanda? Quare si aliqua sit in parte, & vbiq. necesse est esse. Et insuper si sit vacuũ infinitusq. locus, & infinitum corpus esse, necesse est. In perpetuis enim non differunt posse, ac esse.

ANTI. T.c.31. Eudem⁹ sex ex causis id ostendit.

Esse autem infinitum, fides ex quinque continget, maxime intendentibus. Ex tempore, hoc.n. infinitũ, & ex ea quæ est magnitudinum diuisione, vtuntur .n. Mathematici infinito. Amplius sic vtiq. solum non est deficere fieri, & corrumpi, si infinitũ sit. Amplius inducendo finitũ semper ad aliquid quare necesse est nullum esse terminũ, si semper inducere necesse est alterum ad alterum.

T. com. 32. *Maxime aũt, & magis proprie, quod cõem facit dubitationem omnibus, propter id.n. quod in intellectu est, non deficit, & numerus infinitus videtur esse, & Mathematicę magnitudines, & quod est extra cælum, infinitum autem, cum sit extra, & corpus infinitum videtur esse, et mundi, quid.n. magis vacuum hic, quam ibi, quare si quidem in vno loco, & vbique necesse est esse magnitudinẽ. Similiter autem & si vacuum est, & locus infinitus, & corpus infinitum necesse est esse, contingere.n. ab esse nihil differt in perpetuis.*

T.c. 36. Positis opinionibus Antiquorum de infinito, hic incipit inquirere veritatem. Et primo obiicit ad vtranq. partem, secundo soluit ibi. (Quod quidem igitur actu corpus.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendum, quod infinitum sit, secundo ad ostendendum, quod non sit, ibi (Habet autem dubitationẽ. T.c. 33. Circa primum ponit quinque rationes, quarum prima sumitur ex tempore, quod secundum communem opinionem Antiquorum infinitum erat. Solus.n. Plato generauit tempus vt in Octauo huius dicetur. Dicit ergo primo, ꝙ ad ostendendum infinitum esse, ex quinq. rõnibus accipi potest, & primo quidem ex tẽpore, quod est infinitum secundum illos, qui dicebant tempus semper fuisse, & semper futurum esse. Secũda ratio sumitur ex diuisione magnitudinum in infinitum. infinito.n. in magnitudinibus vtuntur etiam Mathematici in suis demonstrationib. quod non esset si infinitũ totaliter tolleretur a rebus. oportet igitur ponere infinitum. Tertia ratio sumitur ex ꝑpetuitate generationis, & corruptionis secundum plurium opinionem. si enim totaliter tolleretur infinitum non posset dici ꝙ generatio, & corruptio in infinitum durarent, vnde oporteret dicere, qđ quandoq. totaliter generatio cessaret, ꝙ est cõtra multorum opinionem, oportet ergo ponere infinitum.

Hæc rõ, vt inquit Alex. fuit Epicuri. Quarta ratio sumitur ex apparenti ratione finiti. Videtur.n. pluribus, ꝙ de rõne finiti sit, quod semper includatur ab aliquo alio, quia videmus apud nos omne finitum extendi vsque ad aliquid. demonstrato igitur aliquo corpore, si illud sit infinitũ, habetur propositũ, si autem sit finitũ, oportebit ꝙ terminetur ad aliquod aliud, & iterum illud, si sit finitum, ad aliquod aliud, aut ergo erit procedere in infinitum, aut deuenietur ad aliquod corpus infinitum, & vtroque modo ponitur infinitum, vnde necesse est quod nullus sit terminus corporum, sed semper oportet, quod omne finitum includatur ab aliquo altero. Quinta ratio sumitur ab apprehẽsione intellectus vel imaginationis. Vnde dicit quod illud, quod maxime facit communem dubitationem inducentem homines ad ponẽdum infinitum, est ex hoc quod intellectus nunquã deficit, quin super quodlibet finitum datum possit aliquid addere. Existimabant ẽt Antiqui Philosophi quod res responderent apprehensioni intellectus & sensus. vnde dicebant, quod omne quod videtur, est verum. vt in Quarto Meta. dicitur. & propter hoc credebant, quod etiam in rebus esset infinitũ. Inde est quod videtur numerus esse infinitus, quia intellectus cuilibet numero dato vnitatem addẽdo, facit aliam speciem. Et eadem ratione videntur magnitudines Mathematicæ, quæ in imaginatione consistunt, esse infinitę, quia qualibet magnitudine data, possumus imaginari maiorẽ. Et eadem ratione videtur esse extra cęlum quoddam spatium infinitũ, quia possumus imaginari extra cœlum in infinitũ quasdã dimensiones. Si autem est infinitũ spatium extra cęlum, necesse videtur quod sit corpus infinitum, & quod sint mundi infiniti. & hoc duplici ratione, prima ratio est, quia si consideretur per totum spatium infinitum, totum secundũ se consideratum est vniforme. non est ergo assignare rõnem, quare magis in vna parte illud spatium sit vacuũ a corpore, quã in alia. si ergo in aliqua parte illius spatii inueniatur aliqua magnitudo corporalis sicut quæ est huius mundi, oportet ꝙ in qualibet parte illius spatii inueniatur aliqua magnitudo corporalis sicut quæ est huius mũdi, & sic oportet corpus esse infinitũ, sicut & spatium, vel ẽt oportet mundos esse infinitos, vt Democritus posuit. Alia ratio est ad idem ostendendum, quia si est infinitum spatium, aut est vacuũ aut est plenum. si est plenum, habetur propositum quod sit corpus infinitum, si autẽ est vacuum, cũ vacuũ nihil aliud sit quam locus non repletus corpore, possibile tamen repleri, necesse est, ꝙ si est spatium infinitum, sit ẽt locus infinitus, quia posset repleri corpore & ita oportebit corpus esse infinitum, quia in perpetuis non differt cõtingere, & esse. Vnde, si cõtingit locũ infinitũ repleri corpore, oportet dicere ꝙ sit repletus corpore infinito necesse ergo vr̃ dicere, ꝙ sit corpus infinitũ. Scđo ibi.

Teste Eudemo. Archytæ rõ hęc fuit, & in hac potissima. — T.c. 31.

ARGY. *Habet autem dubitationẽ ipsa contẽplatio infiniti, nã si ponatur esse, impossibilia multa sequuntur, & ẽt si nõ esse ponatur. Præterea vtrorũ sit mõ, vtrũ vt substantia an. vt accidens alicui naturæ per se, an neutro modo, sed nihilominus sit infinitum, & multitudine infinita. Maxima aũt ad Naturalẽ Philosophum pertinet, si magnitudo sensibilis infinita sit in ratione rerum considerare.*

ANTI. T.c.34. *Habet aũt dubitationem de infinito consideratio. Et namq. non esse ponentib. multa impossibilia accidunt, & esse. Amplius aũt qualiter est, vtrum sicut substãtia, aut sicut accidens per se alicui naturæ, aut naturaliter. Sed nihilominus est infinitũ, aut infinita multitudine. Maxime autem Physici est considerare, si est magnitudo sensibilis infinita.*

T. com. 34. Obiicit in contrarium. Et circa hoc tria facit. Primo respondit qõnẽ esse dubitabilẽ, ne rõnes ꝑmissæ omõ verũ concludere videantur. Scđo oñdit quot modis dicitur infinitũ, ibi. (Primũ ergo determinandũ: Tertio ponit rõnes ad ostendendũ infinitũ non esse, ibi. (Separabile quidẽ igit̃ esse.) Dicit ergo primo, ꝙ dubitatio est circa infinitũ, vtrũ sit, vel non sit, multa.n. impossibilia consequuntur iis, qui ponunt infinitũ oĩno nõ esse, sicut ex præmissis patet, & ẽt iis, qui ponunt infinitũ esse, multa accidunt impossibilia, vt ex consequentib. rõnib. patebit. Est ẽt dubitatio, qualiter infinitũ sit, vtrũ .s. sit aliquid per se existens, sicut quædam substantia, vel sicut aliquod accidens per se conueniẽs alicui naturæ, aut neutro modo sit, s. neque per se existens, sicut substantia, neq. sicut accidens per se, sed nihilominus, si est

4.p.tex.34. T. com. 35.

si est accidens, est aliquod infinitum continuum, & aliqua infinita secundum multitudinem. Sed maxime pertinet ad considerationem Philosophi Naturalis, si est aliqua magnitudo sensibilis infinita, nam magnitudo sensibilis est magnitudo Naturalis. Secundo ibi.

ARGI *Atq. primum determinandum est, quot modis dicitur infinitum. Vno itaque modo dicitur infinitū, quod impossibile est pertransire, ex eo, quia non est aptum, vt per ipsū transitio, fiat perinde atque vox inuisibilis dici solet. Alio mō id dicitur infinitum, qđ habet sine fine trāsactionem, aut quod vix. Aut quod aptum est quidem habere, non habet tamen transactionem, vel finem. Praeterea infinitū omne aut in appositione, aut in diuisione, aut in vtrisque consistit.*

ANTI. *Primum ergo determinandum est, quot modis dicitur infinitum. Vno quidem igitur modo, quod impossibile est, transire, ex eo quod non est aptum transiri, vt est vox inuisibilis. Aliter aut transitum habens in consumabilem, aut quod vix. Aut quod aptum natum est habere, non tamen habet transitum aut finem. Amplius infinitū omne, aut est secundum appositionem, aut secundum diuisionē, aut vtroq. modo.*

Ostendit quot modis dicitur infinitū, & ponit duas diuisiones infiniti, quarum prima est communis infinito, & omnibus priuatiue dictis. Nam sicut inuisibile dicitur tripliciter, vel quod non est aptum natum videri, vt vox quae non est de genere visibilium, vel quod male videtur, sicut quod videtur obscure, aut a remotis vel quod natum est videri, & non videtur, sicut quod est omnino in tenebris. sic igitur, & vno modo dicitur infinitum, quod non est natum transiri. nam infinitū idem est quod intransibile, & hoc est quia de genere intrāsibilium, sicut indiuisibilia, vt punctus, & forma, per quē etiam modum dicitur, vox inuisibilis Alio modo dicitur infinitum, quod quantū est de se, transiri, potest, sed eius transitus non potest perfici a nobis, sicut si dicatur profunditas maris esse infinita. vel si potest perfici, tamen vix, & cum difficultate, sicut si dicamus ꝙ iter vsque in Indiam est infinitum, & vtrunq. istorum pertinet ad hoc, quod esset male transibile. Tertio modo dicitur infinitum, quod est natum transiri, quia est de genere transibiliū existens, quod tamen non habet transitum ad finē, vt si esset aliqua linea nō habēs terminū, vel quaecūq. alia quantitas, & sic proprie dicitur infinitū. Aliā diuisionē ꝓpriā infiniti ponit ibi. (Amplius āt infinitū.) Dicēs ꝙ infinitū dr̄ vel per appositionē, sicut in numeris, aut secundū diuisionē, sicut in magnitudinib. aut vtroq. modo, sicut in tempore. Tertio ibi.

ARGI. *Separabile igitur a sensibilibus infinitum esse nō potest quod quidem ipsum sit infinitum. Nam si infinitum ipsū neq. magnitudo sit, neq. multitudo, sed substantia, & non accidens, indiuisibile erit profecto. diuisibile n. aut magnitudinem, aut multitudinē esse constat. Si vero indiuisibile sit, infinitū non erit nisi perinde, atque vox est inuisibilis. At neq. illi, qui dicunt infinitū esse ipsum hoc pacto ponunt, neq. nos quaerimus, si sit identidem ipsum, sed vt habet sine fine transactionem. Quod si infinitū per accidens sit, non hoc elementum erit eorū, quae sunt, quo est infinitum. quemadmodum nec ipsum inuisibile locutionis est elementum, & tamen vox est inuisibilis.*

ANTI. T.c.35. *Separabile, quidē igitur esse infinitum a sensibilibus, ipsum aliquid existens infinitum, impossibile est. Si nanque neque magnitudo, neque multitudo est, substantia aūt ipsum infinitum, & non accidens, indiuisibile erit. diuisibile enim aut magnitudo, aut multitudo erit. Si autē indiuisibile est non infinitū est, nisi sicut vox indiuisibilis. Sed neque sic dicunt affirmantes esse infinitū, neq. nos quaerimus sed sicut intransibile. Si aūt secundū accidens est infinitum, non erit vtique elementum eorum, quae sunt secundum quod est infinitum, sicut neque inuisibile locutionis, quamuis vox sit inuisibilis.*

Diuersi sūt & Graeci, & Latini, in horum tex. intentione. T.c.36.

Ponit rationes ad excludendum infinitum. & primo ad excludendum infinitum separatum, quod Platonici posuerunt. secundo ad excludendum infinitum a rebus sensibilibus, ibi. (Rationabiliter quidem igitur.) Circa primū ponit tres rationes, circa quarum primam dicit quod possibile est infinitum esse separatum a sensibilibus, ita qđ infinitū sit aliquid per se existens, sicut Platonici posuerunt. quia, si ponitur infinitū esse aliquid separatū, aut hēt aliquā quantitatem. s. continuā, quę ē magnitudo, aut discretā, quae est multitudo, aut non. Si aūt est substantia sine accidente, quod est magnitudo. siue multitudo, oportet, ꝙ infinitū sit indiuisibile, quia oē diuisibile, vel est numerus, vel magnitudo. Si āt aliquid est indiuisibile non erit infinitum nisi primo mō .s. prout dicitur aliquid infinitū, ꝙ non est aptū natum transiri, sicut dicitur vox inuisibilis, sed hoc est praeter intentionē praesentis qōnis, qua quaerimus de infinito, & praeter intentionem eorum, qui posuerunt infinitū. non. n. intenderunt ponere infinitum sicut indiuisibile, sed sicut intransibile. i. quod natum est transiri, & non habet transitum. Si vero infinitum non sit solum substantia, sed ēt habeat accidens, ꝙ est magnitudo, & multitudo cui competit infinitum, & sic infinitū inest substantiae, secundum illud accidens, non erit infinitū, in quantum huiusmodi, principium eorū, quae sunt, sicut Antiqui posuerunt, sicut etiam non dicimus inuisibile esse principium locutionis, quamuis accidat voci, quae est principium locutionis. Secundam rationem ponit ibi. Prima rō. T.c.41.

ARGI. *Praeterea, quonam pacto quippiam ipsum infinitū esse potest, si neque numerus, neque magnitudo per se esse potest, quorum per se affectus quidam ipsum est infinitū. Minus enim ipsum per se quam magnitudinem, aut numerum esse necesse est.*

ANTI. *Amplius quomodo continget aliquid esse ipsum infinitum, si vere non est, & secundū numerū, & magnitudinem, quorum est per se passio quaedam infinitum? Adhuc n. minus esse necesse est quam numerū, & magnitudinē.*

Et est talis. Minus est separabile & per se existēs passio, quam subiectū. sed infinitum est passio magnitudinis, & numeri, sed magnitudo & numerus non possūt separari, & per se existere, vt in Metaphysica probatū est, ergo neq. infinitum. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGI. *Perspicuum etiam est, infinitum sic esse non posse, vt actu sit, & vt substantia principium ve. nam infinitum erit quicquid ipsius accipias, si habet partes. est enim idē esse infiniti, ac infinitum, vt patet, si infinitum substantia sit, & non in subiecto. quare sit vt ipsum, aut indiuisibile sit, aut in infinita sit diuisibile. at fieri nequit, vt idē multa sit infinita. At vero vt pars aeris aer est, sic & infinitum, & pars quaevis infiniti, si substantia quaedam et principium sit, vt dicunt. Vacat igitur partibus, atq. indiuisibile est, at esse non potest, id tale, quod actu est infinitum. necesse est enim ipsum quantum quid esse. Per accidens igitur infinitum ipsum esse videtur. Quod, si ita sit, dictum iam est antea, nō posse ipsum principium dici, sed illud cui accidit, vt aerem aut par. Quare absurde dicunt profecto, qui tale illud esse censent, vt Pythagorici dicūt, nam substantiam faciunt ipsum, & simul etiam partiuntur. Verum haec quidem forsitan inquisitio vniuersalis est magis si possit inquam infinitum, & in Mathematicis, et in intelligibilibus, & in hisce quae nullam habēt magnitudinem esse. Nos autem si sit in sensibilibus (de quibus doctrinam facimus) infinitum corpus incremento, nec ne, cō sideremus, ac perscrutamur.*

ANTI. *Manifestum autem & quod non contingit infinitum,*

esse, sicut actu ens, & sicut substantiam & principiū. erit .n. quodlibet ipsius acceptum infinitum si partibile est. infinito .n. esse, & infinitū idem est, si substantia infinitū est & non de subiecto. quare aūt indiuisibile est aut in infinita diuisibile, multa autem infinita esse idē impossibile est. At vero sicut aeris aer pars est, sic & infiniti, infinitū, si quidem substantia est, & principium impartibile, igitur & indiuisibile est. Sed impossibile est esse actu infinitum.

T.c. 38. Probat hic Arist. inquit Simpl. infinitū oēc accidens esse.

Quantum enim quid necesse est esse, secundum accidēs. ergo est infinitum, sed si sic est, dictum est, quod non contingit ipsum dicere principium, sed illud cui accidit, vt aerem, aut par. Quare inconuenienter vtiq. enunciant, dicētes, sicut Pythagorici dicunt, simul enim substantiam faciunt infinitum, & partiuntur,

T. cap. 39.

Sed fortassis hæc quidem est vniuersalis quæstio magis, si contingit in Mathematicis infinitum esse, & in intelligibilibus, & in nullam habentibus magnitudinem. Nos autem intendimus de sensibilibus, & de quib. facimus scientiam, vtrum in ipsis est, aut non est corpus infinitum in augmentum.

Tertia ratio

Et dicit manifestū esse, ꝙ non potest poni, ꝙ infinitum sit in actu, & qđ sit sicut substantia quædam, & sicut principium rerum. aut .n. infinitū erit partibile, aut impartibile. si quidem erit partibile, necesse est ꝙ quælibet pars eius sit infinitum, si infinitum est substātia, quia si infinitum est substantia, & nō dicitur de aliquo subiecto, vt accidens, oportebit ꝙ idem sit infinitū & infinito esse .i. essentia, & ratio infiniti. non .n. idem est id quod est albū, & natura albi, sed id, ꝙ est homo, est hoc, quod est natura hominis. vnde oportebit, qđ si infinitū sit substantia, aut sit indiuisibile, aut diuidatur in partes infinitas, quod est impossibile, quia ex multis infinitis cōponi aliquid idem est impossibile, quia oportetet infinitum terminari ad aliud infinitum. Apparet ēt non solum ex ratione, sed etiam ex similitudine, si infinitū sit substantia, & diuidatur, oportet ꝙ quælibet pars eius sit infinita. Sicut .n. quælibet pars aeris, est aer, ita & quælibet pars infiniti erit infinita, si infinitum sit substantia, & principium. Quia, si sit principium, oportet infinitum esse substantiam simplicem non compositam ex partibus difformibus, sicut homo, cuius non quælibet pars est homo. Cum ergo sit impossibile alicuius infiniti quamlibet partem infinitam esse, oportebit, quod infinitum sit impartibile, & indiuisibile, sed illud, quod est indiuisibile, non potest esse infinitū in actu, quia id quod est infinitum in actu, est quantum, & omne quantum est diuisibile, sequitur ergo, quod si est infinitum in actu, non sit sicut substantia, sed sub ratione accidentis, quod est quantitas, & si hoc sit infinitum, non erit principium, sed illud, cui accidit infinitum, siue illud sit aliquam substantia sensibilis, vt aer, sicut posuerunt Philosophi Naturales, siue sit aliqua substantia intelligibilis, vt par, sicut posuerunt Pythagorici. Vnde manifestum est qđ inconuenienter dixerunt Pythagorici ponentes infinitum esse substantiam, & simul cū hoc ponentes ipsum esse indiuisibile, quia sequitur ꝙ quælibet pars eius sit infinita, quod est impossibile, vt supra dictū est. Vltimo āt dicit, ꝙ ista quæstio, quæ est an infinitū sit in Mathematicis quantitatib. & in rebus intelligibilibus nō habentib. magnitudinē, est magis vniuersalis quā sit præsens cōsideratio. nos .n. intendimus ad p̄sens de rebus sensibilibus, de quib. tradimus scientiam Naturalē, vtrum in ipsis sit corpus infinitum in augmentum, vt Antiqui naturales posuerunt.

LECTIO 8.

Magnitudinem, seu sensibile corpus actu infinitum, dari impossibile esse, cum logicis, tum validis naturalibus rationibus ex suppositione ostenditur.

ARGY.

Si igitur disserendi mō considerabimus, ex hisce videbitur infinitum non esse. nam, si ratio corporis est, superficie terminatum esse, non erit infinitū vllum aut intelligibile, aut sensibile corpus. At vero neq. numerus, ita vt separatus, & infinitus, numerus .n. oīs, & id quod numerū hēt, numerabile est, si igitur fieri potest, vt ipsum numerabile numeretur, et infinitū quispiam poterit pertransire.

ANTI. Te.com. 41.

Rationabiliter quidē igitur speculantibus ex huiusmodi videbitur non esse vtique. Si enim est corporis rō quod planitie determinatum est, non erit vtique corpus infinitum, neq. intelligibile, neq. sensibile. At vero nec numerus est, sicut separatus, & infinitus, numerabile .n. numerus est, aut habens numerum, si ergo numerabile possibile est numerari, & pertransire, vtiq. possibile erit infinitum.

Postquā Philosophus remouit opinionē Antiquorū qui de infinito non naturaliter loquebantur illud a sēsibilibus separantes, hic ostendit non esse infinitium, sicut Philosophi naturales ponebant, & primo ostendit hoc per rationes logicas. Secundo per rationes Naturales ibi. Physice autem magis. Dicuntur autem primæ rationes logicæ, non quia ex terminis logicis logicē ꝓcedant, sed quia logico modo procedunt .s. ex cōmunibus, & probabilibus, quod est proprium syllogismi dialectici. Ponit ergo duas Logicales rationes, in quarum prima ostenditur, ꝙ non sit aliquod corpus infinitum. Definitio .n. corporis est, quod sit determinatum planitie idest superficie, sicut definitio lineæ est, ꝙ eius termini sint puncta, nullum autē corpus determinatū superficie est infinitum, ergo nullum corpus est infinitū neq. sēsibile, ꝙ est corpus Naturale, neq. intelligibile, quod est corpus Mathematicum. Quod ergo dicit, (rationabiliter,) exponendum est logice. Nam logica dicitur rationalis Philosophia. Secunda ratio ostendit, ꝙ non sit infinitum multitudine. Omne .n. numerabile cōtingit numerari, & per consequens numerando transiri. omnis autem numerus, & omne quod habet numerum est numerabile, ergo omne huiusmodi contingit transiri, si igitur aliquis numerus siue separatus, siue in sensibilibus existens, sit infinitus, sequeretur, ꝙ possibile sit transire infinitum, quod est impossibile. Attendendū est aūt, ꝙ istæ rōnes sunt probabiles procedētes ex iis, quæ communiter dicuntur, non .n. ex necessitate concludunt, quia qui poneret aliqđ corpus esse infinitū, nō cōcederet ꝙ de rōne corporis esset terminari superficie, nisi forte secundum potentiam, quamuis hoc sit probabile, & famosum. Similiter qui diceret aliquā multitudinem esse infinitam, non diceret eam esse numerum, vel numerum habere, addit enim numerus super multitudinem rationem mensurationis. [Est enim numerus multitudo mensurata per vnum vt dicitur in Decimo Metap. & propter hoc numerus ponitur species quantitatis discretæ, non autem multitudo, sed est de trancendentibus. Secundo ibi.

Te.com. 42. Id ēt, & Simpl. aduertit, & Themistius, cōia vocat, ex quibus ratiocinatur hic Philosoph⁹.

T. com. 43.

ARGY.

Sed si magis naturaliter contemplabimur, ex hisce, quæ deinceps dicentur, nullum infinitū corpus in ratione rerū esse videbitur. nec .n. compositum esse pōt, nec simplex. Compositum igitur corpus nullum est infinitum, si elementa multitudine sint finita, necesse est .n. & plura esse, & æqualitatem inter contraria semper esse, & vnum ipsorū infinitum non esse, nam si ignis quidem sit finitus, aer autem infinitus (quanquam vnius corporis vis inferior est alterius vi, atq. pars ignis, æqualem aeris partem vi superat modo excessus aliquem subeat numerū,) tamē infinitum corpus superabit, vt patet atq. finitum sane corrumpet. Nec vnumquodq. infinitum esse potest, nam corpus quidem est, quod omni ex parte dimensionem hēt, infinitū autem quod sine fine est extensum dimensione. Quibus fit vt infinitum corpus per omnem sit dimensionem infinitū extensum. At vero neq. potest infinitum corpus vnum ac simplex esse, aut simpliciter, aut vt quidam inquiunt id

quod

quod est præter elementa, ex quo hæc generant. Sunt.n. qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem, aut aquam ne ab infinito cætera corrumpantur. Habent enim inter se contrarietatem, quippe cum aer frigidus, aqua humida, et ignis calidus sit. quorum si vnum esset infinitum, cætera iam fuissent corrupta. Nunc autem aliud infinitum inquiunt esse, ex quo hæc fiunt. At impossibile est non solũ infinitum hoc esse (de hoc enim commune quid est dicendũ, de omni similiter, et aere, & aqua & quouis alio simplici,) sed etiam esse tale corpus sensibile, præter ea corpora, quæ elementa vocantur, omnia namque in id dissoluntur, ex quo fiunt & constant. quare præter aerem, ignẽ, terram, & aquam corpus hoc aliud esset. At nullum esse videtur, neque igitur ignis, neque aliud quicquam elementorum infinitum esse potest. Omnino.n. & absque hoc esse inquam ipsorum aliquid infinitum, impossibile est, ipsum vniuersum, aut esse, aut fieri vnum quid ipsorum (si sit etiam infinitum) perinde vt Heraclitus asserebat, Omnia dicens tandem fieri ignem. Eadem & ad illud vnum accomodabitur ratio, quòd præter elementa Naturales Philosophi faciunt, Omne enim ad contrarium ex contrario, vt ad frigidum ex calido, solet mutari.

ANTI. *Physice autem magis considerantibus ex his manifestum erit.* Te.com.42. *neque enim compositum possibile est esse infinitum, neque simplex. Compositum quidem igitur non erit infinitum corpus, si finita elementa sint multitudine, necesse est enim plura esse, & æquari contraria semper, & non esse vnum eorum infinitum. Si nanque quantumcũque deficiat, quæ in vno corpore est potentia a potentia alterius, ut si ignis finitus sit, aer autem infinitus, sit autem æqualis ignis, ad aerem æqualem in potentia, quantumcunque duplicatus, solum autem numerum quendam habens, tamen manifestum est,* Te.com.43. *quòd infinitum excedet, & corrumpet finitum. Vnumquodque autem infinitum esse, impossibile est. Corpus enim est omni quaque habens dimensionem. infinitum autem quòd indeterminate distãs est.* Te.com.44. *Quare infinitum corpus, vbique extensum erit in infinitum. At vero neque vnum conuenit infinitum corpus esse & simplex. neque sicut dicunt quidam, quod extra elementa est, ex quo alia generantur, neque simpliciter.* Vide Simplicium circa hæc exẽpla. *Sunt enim quidam qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem aut aquam, ne alia corrumpantur ab infinito: habent.n. adinuicem contrarietatem, vt aer quidem humidus,* Te.com.45. *aqua aũt frigida, ignis verò calidus, quorum si esset vnum infinitum, corrumperentur vtique iam alia. Nunc autem dicunt alterum esse id, ex quo hæc sunt. Impossibile est aũt esse aliquod corpus huiusmodi infinitum, (de hoc .n. commune quiddam dicendum est, & de omni similiter, & aere, & aqua, & quolibet.) Sed primo dicendum, quòd non est huiusmodi corpus sensibile extra vocata elementa. omne namque ex quo est, & resoluitur in hoc quare esset vtique hic corpus præter aerem, & ignẽ, & terram, & aquam.* T.c.46. *videtur autem nullum huiusmodi. Neq; igitur ignem, neque aliorum elementorum vllum, contingit infinitum esse. omnino enim & præter id, quod infinitum sit aliquod ipsorum, impossibile est, si ipsum vniuersum finitum sit, aut esse, aut fieri vnum aliquod ipsorum,* Te.com.47. *sicut dicit Heraclitus omnia fieri aliquando ignem. Eadẽ autem ratio est, & de vno, & de alio, quod faciunt extra elementa Physici: omne namque mutatur ex contrario in contrarium, vt ex calido in frigidum.*

Inducit rationes naturales ad ostendẽdum ꝙ non sit corpus infinitũ in actu. Circa quas considerandum est, ꝙ quia Arist. nõdum probauerat corpus cęleste esse alterius essentiæ a quatuor elementis: opinio autem cõis suo tempore fuerat, ꝙ esset de natura quatuor elementorum, procedit in his rõnibus, ac si non esset aliud corpus sensibile extra quatuor elementa, secundum suam consuetudinem, quia semper antequam probet qđ est suæ opinionis, procedit ex suppositione opinionis aliorum cõis. Vnde postquam probauit in 1. libro de Cęlo & Mundo, cœlum esse alterius naturæ ab elementis, ad veritatis certitudinem iterat considerationem de Infinito, ostendens vniuersaliter ꝙ nullum corpus sensibile est infinitum. Hic aũt primo ostendit, ꝙ non sit corpus sensibile infinitum, supposito, quod sint elemẽta finita multitudine, scđo ostendit idem vniuersaliter ibi. (Oportet aũt, & de omni.) Dicit ergo primo ꝙ procedendo naturaliter. i. ex principijs Sciẽtiæ Naturalis, magis, & certius considerari poterit, quòd non sit corpus sensibile infinitũ ex ijs, quæ dicẽtur. oẽ.n. corpus sensibile, aut est simplex, aut cõpositum. Primo ergo ostendit, ꝙ non sit corpus sensibile compositum infinitum, supposito ꝙ sint elementa finita ſm multitudinem. nõ enim potest esse ꝙ vnum ipsorum sit infinitum, & alia finita, quia ad compositionẽ alicuius corporis misti requiritur ꝙ sint plura elementa, & quod cõtraria aliquo modo adæquẽtur, alias compositio permanere nõ posset, quia illud quod esset omnino potentius, destrueret aliud, cum elementa sint contraria: si aũt vnum elementorum esset infinitum, nulla æqualitas esset alijs finitis existentibus, quia infinitum improportionabiliter excedit finitum, non ergo hoc potest esse quod vnum tñ eorum, quæ veniunt in mistionem, sit infinitũ. Posset autem aliquis dicere, quod illud infinitum esset debilis virtutis in agendo, & ideo nõ põt vincere alia. s. finita, quæ sunt fortioris virtutis, vtpote si infinitus sit aer, & finitus ignis. Et ideo ad hoc remouendũ dicit, quod q̃tumcunque potentia vnius corporis, quod ponitur infinitum, deficiat a potentia alterius corporis, qđ ponitur finitũ, vt pote, si ignis sit finitus, & aer infinitus, necesse est tñ dicere qđ aer q̃tumcumque duplicatus. i. secundũ aliquem numerũ multiplicatus sit ęqualis igni in potentia, si igitur potẽtia ignis esset centuplo maior, quã potentia aeris eiusdem quantitatis, si aer centupletur secundum quãtitatem, erit ęqualis ei in potẽtia. & tñ aer centuplatus est multiplicatus secũdum aliquem numerum determinatum, & vincitur a potẽtia aeris infiniti. Vnde manifestum est, quod etiam potentia ignis vinceretur a potẽtia aeris infiniti, & sic infinitum excedit & corrumpit finitum, quantumcunque potẽtioris naturæ videatur. Similiter etiã non potest esse, quod quodlibet elementorum, ex quib. componitur corpus mistum, sit infinitum, quia de ratione corporis est quod habeat dimensiones in omnem partem, non in lõgitudinem tñ vt linea, neque in longitudinem, & latitudinem solum, vt superficies; de ratione aũt infiniti est quod habeat dimensiones infinitas, ergo de rõne corporis infiniti est quod habeat dimensiones infinitas in oẽm partem, & sic non põt esse, quod ex pluribus corporibus infinitis aliquod vnum componatur, quia quolibet occupat totum mũdum, nisi ponantur duo corpora esse simul, ꝙ est impossibile. Sic igitur ostenso quod corpus cõpositum non põt esse infinitum, ondit vlterius quod nec ẽt corpus simplex, neque vnum elementorum, neq; aliqđ medium inter ea vt vapor est medium inter aerem & aquã, quidam.n. posuerunt hoc esse principium, ex eo alia generari dicẽtes. & hoc dicebant esse infinitũ, non aũt aerem, aut aquam, aut aliquod aliorum elemẽtorũ, quia contingeret alia elementa corrumpi a quocunque ipsorum, quod infinitum poneretur, quia elementa habent contrarietatem adinuicem, cum aer sit humidus, aqua frigida, ignis cãlidus, terra sicca. vnde, si vnũ horum esset infinitum, corrumperet alia, cum contrariũ natum sit corrumpi a contrario, & ideo dicunt aliqui, aliud ab elementis esse infinitum, ex quo sicut ex principio elementa causantur. Hanc autem positionẽ dicit esse impossibilẽ, non solum quantum ad hoc, quod di-

Arist. prius quam quod suæ opinionis est, probet, ex aliorum opinione procedit.

Te. com. 43.

Secũda pars. T.c.48.

cit tale corpus medium esse infinitum, quia de hoc dicetur cõis quędam ratio, tam de igne, & aere, & aqua, quã etiam de corpore medio. Sed ex hoc ipso etiam est impossibilis prædicta positio, qa ponit aliquod principiũ elementare præter quatuor elementa; non enim inuenitur aliquod corpus sensibile pręter ea, quæ dicũtur elemẽta scilicet aerem, aquam & hmõi. sed hoc oporteret si aliquid aliud, præter elementa, veniret in compositionem illorum corporum. vnumquodq;.n. compositum resoluitur in ea ex quibus componitur. si igitur aliquid aliud veniret in compositionem istorum corporum q̃ hęc quatuor elementa, sequeretur q͂ hic apud nos inueniretur aliquod corpus simplex, præter hęc quatuor elementa per resolutionem istorum in elemẽta. Sic igitur patet, quod positio præmissa falsa est quantum ad hoc, quod posuit aliquod corpus simplex, præter hæc noia elementa. Vlterius autẽ ostendit cõi ratione quod nullum elementorum possit esse infinitum, quia si aliquod elementorum esset infinitum, impossibile esset totum vniuersum esse aliud, nisi illud elementũ, & oporteret quod omnia alia elementa cõuerterentur in ipsum vel iam essent conuersa in ipsum, propter excellentiam virtutis infiniti super alia, sic vt Heraclitus dicit, qđ quandoque futurum est, quod omnia conuertantur in ignẽ, propter excellẽtem ignis virtutem. Et eadem ratio est de vno elementorum, & de alio corpore, quod faciunt quidam Naturales extra elementa, oportet enim illud habere contrarietatem ad elementa, cum ex eo ponantur alia generari. Mutatio autem non fit nisi ex contrario in contrarium, vt ex calido in frigidum, sicut supra ostẽsum est. Sic igitur & istud corpus medium ratione contrarietatis destruit alia elementa.

LECTIO IX.

Corpus infinitum actu non dari quatuor astruit rationibus, Anaxagoraque deluditur opinio, qua infiniti, motus ac quietis causam reddidisse arbitratus est.

ARGI. *Atque ex his etiam de quouis considerare oportet si possit, nec ne infinitum esse sensibile corpus. Ex his autem patebit infinitum sensibile corpus in ratione rerum sese omnino non posse.*

ANTI. Te.c.48. *Oportet aũt de omni ex his considerare, si contingat aut non contingat, corpus infinitum esse sensibile. Quod autem omnino impossibile sit corpus infinitum esse sensibile, ex his manifestum.*

Postquam ostendit Philosophus nõ esse corpus sensibile infinitum facta suppositione, quod sint elementa finita, hic ostendit idem simpliciter absque oĩ suppositione, & primo dicit de quo est intentio. scđo exequitur oppositũ ibi. (Aptum.n. natura est.) Dicit ergo primo quod ex iis, quæ sequuntur, oportet considerare de omni corpore, nulla suppositione facta, si contingat quodcunq; corpus naturale esse infinitũ, & ex sequentibus rationibus manifestum fiet, q͂ non. Secundo ibi. — Paulo post immediate.

ARGY. *Omne namque sensibile corpus aptum est alicubi esse atque locus est quidam cuiusque & idẽ est totius, ac partis vt totius terrę vniusq. gleba, & ignis itẽ, atque scintillæ.*

ANTI. *Aptũ.n. natura est omne sensibile alicubi esse, et locus aliquis est vniuscuiusque & idem partis & omnis est vt totius terra, & vnius glebæ, & ignis & scintillæ.*

Ostendit propositum quatuor rationibus. Secunda incipit ibi. (Omnino autem manifestum.) Tertia ibi. (Amplius oẽ corpus sensibile est.) Quarta ibi. (Simpliciter autẽ & si impossibile.) Circa primam rationem tria facit. Primo præsupponit quædam necessaria ad rationem. Secundo ponit rationem ibi. (Quare si quidem eiusdem speciei.) Tertio excludit falsam opinionẽ quãdam ibi. (Anaxagoras autem inconuenienter.) Præmittit ergo tria quorum primum est, quod omne corpus sensibile habet aptitudinem naturalem, vt sit in aliquo loco. Secundum est, qđ cuilibet corpori naturali conuenit aliquis locus, locorũ qui sunt. Tertium est, q͂ idẽ est locus naturalis, & totius & partis, sicut totius terrę, & vnius glebę, & totius ignis, & vnius scintillę. & huius signum est, q͂ in quacunque parte loci totius ponatur pars corporis, quiescit ibi. Secundo ibi.

Te.com.35. Te.c.44. Te.com.45. Secũda parte text.48. Te.com.50.

ARGI. *Quare, si infinitum partium sit similiũ, immobile erit, aut semper feretur. At id fieri nequit. cur.n. deorsum magis quam sursum, aut ad quemuis locum mouebitur? dico aũt si sit gleba, quorsum hęc mouebitur aut vbi manebit? corporis.n. eiusdẽ formæ locus est infinitus: occupabit, ne igitur totum locum? At quo fieri potest? Quęnam igitur ipsius quies aut ubinã erit, et quis pręterea motus, an vbique manebit? non ergo motu ciebitur. An omnem ad locũ mouebitur? non ergo quiescit inquam, ac stabit. Sin vero sit dissimilium partium, dissimilia etiam erunt & ipsa loca. Atque primo quidem ipsius vniuersi corpus non erit vnũ nisi tactu, deinde partes, aut sunt infinitę specie, aut finitę: at finita nequeunt esse: erunt.n. alię quidem infinita, alię vero non infinitę, si vniuersum est infinitũ. ignis inquã, vel aqua. Tale aũt corruptio est contrariis ipsis, vt antea diximus. Et ob hoc nemo Naturalium infinitum ipsum vnumque ignem aut terram fecit, sed aut aerem, aut aquam, aut id, quod inter ipsa medium collocarunt. quoniam illorum quidem locus manifeste erat determinatus, atque distinctus, hęc aũt vtroque in loco, in supero, inquã, ac infero esse possunt. At neque etiam infinitę, nam si sint infinitę ac simplices, & loca erunt infinita profectò, et infinita ẽt elementa. Quod si hoc esse nequeat, finitque ipsa loca finita, & totum ipsum finitum esse necesse est. fieri namque non potest, vt non ęqua sint locus, & corpus. neque.n. locus maior esse potest, quam ipsum corpus, neque corpus maius quam ipse locus, nam aut vacuum aliquid erit & corpus insuper infinitum non erit. aut corpus quippiam erit, quod nusquam aptum est esse.*

ANTI. Taxat. Alex. Simplicius, circa ly. eiusdem speciei, Te. com. 49. *Quare si quidẽ sit eiusdẽ speciei, aut immobile erit, aut semp mouebit. Et impossibile est, quid.n. magis deorsum, aut sursum, aut quouis? dico autem vt si gleba sit alicubi, ipsa qua mouebitur, aut vbi manebit? locus.n. infinitus erit sibi, & cognati sibi corporis. vtrum igitur continebit† totum locum? & quomodo? Quę igitur & vbi quies, & motus ipsius? an vbique manebit? nõ ergo mouebitur. An vbique mouebitur? non ergo stabit. Si aũt dissimile est omne, dissimiles & loci sunt. & primum quidem non vnum corpus vniuersi est, nisi tangendo. Postea aũt finita hęc erunt, aut infinita specie & finita quidẽ non esse possunt, erunt.n. alia quidem finita, alia verò non, si omne infinitũ est, vt ignis, aut aqua. Corruptio aũt hmõi in contrariis esset, (sicut dictum est prius.) Et propter hoc nullus Naturalium vnum, & infinitum ignem facit, neque terrã, sed aut aerem, aut aquam, aut ipsorum medium, quia locus vtriusque manifestus erat, & determinatus. hæc aũt vtroque participant, eo qui sursum & eo qui deorsum. Si aũt infinita, & simplicia sunt & loci infiniti, & elemẽta infinita erunt, si autem hoc impossibile est, & loci finiti sunt, & totum finitum esse necesse est. Impossibile enim est non ęquari locum & corpus. Neque enim locus omnis maior est, quam quantumcunque contingit corpus simul esse. Similiter autem neque infinitum erit corpus, neq. corpus maius quàm locus: Aut enim vacuum erit aliquid: aut corpus nusquam aptum natum est esse.*

† al. totius.

Ponit rationẽ, quæ talis est. Si ponatur aliquod corpus infinitum, aut oportet q͂ totum sit vnius speciei, cum suis partibus, sicut aqua vel aer: aut quod habeat partes dissimilium specierũ, vt homo, aut planta. si hẽt omnes partes vnius speciei, sequitur ẽm pręmissa, quod vel sit totaliter immobile, & nunquam moueatur, aut quod semper moueatur, quorum vtrumq; est impossibile

Demonstratio hæc (ait Simpl.) amplior est, & ostẽdit nullũ sublunare corpus infinitum esse.

bile quia per alterum horum excluditur quies, & per alterum motus a reb. naturalibus, & vtroque modo tollitur ratio naturæ, cum natura sit principium motus & quietis. Quod autẽ sequatur, ꝙ sit vel totaliter mobile vel totaliter quietum, probat consequenter per hoc, ꝙ non esset assignare rationẽ, quare aliquid magis sursum aut deorsum mouetur, aut in quamcunque partem, & hoc manifestat per exemplum: ponamus enim quod totum illud corpus infinitum, simile in partibus, sit terra, non erit assignare quo aliqua gleba terrę moueatur vel vbi quiescat, quia quamlibet partem loci infiniti occupabit quod corpus sibi cognatum .i. eiusdem speciei. Nunquid igitur potest dici ꝙ vna gleba moueatur ad hoc, ꝙ contineat .i. ꝙ occupet successiue totum locum infinitum, sicut Sol mouetur, vt sit in qualibet parte zodiaci circuli? Et quomodo poterit hoc esse, vt vna gleba terræ pertranseat per omnes partes infiniti loci? nihil autem mouetur ad impossibile. si igitur impossibile est quod gleba moueatur ad occupandum totum locũ infinitũ, vbi erit quies eius: & vbi motus eius, aut enim oportet quod semper quiescat, & sic nunq̃ moueatur, aut ꝙ semper moueatur, & sic nunquam quiescat. Si autem detur alia pars diuisionis .s. ꝙ corpus infinitum habeat partes dissimiles secundum speciem, sequitur etiã qđ dissimilia sint loca diuersarum partium. alius est.n. locus naturalis aquę, & alius terrę. Sed ex hac positione sequitur primo, ꝙ corpus totius infiniti non sit vnum, simpliciter, sed secũdum quid .s. secundum contactum, & sic non erit vnum corpus infinitum (vt ponebatur.) Et, quia posset aliquis non reputare hoc inconueniens, subiungit aliam rationem contra hoc, & dicit. quod, si totum infinitum componitur ex dissimilibus partibus, necesse est quod hmôi partes dissimiles secundum speciem, aut sint specierum finitarum, aut infinitarũ secundum numerum, non aũt potest esse quod sint finitarum specierũ, quia oportebit, si totum est infinitum, quod quædam sint finita secundum quantitatem, & quędam infinita, aliter.n. ex finitis numero posset componi infinitum: hoc autem ponere, sequitur quod illa, quæ sunt infinita corrumpant alia propter cõtrarietatẽ (vt prius dictum est in præcedenti ratione.) Et ideo etiam nullus Antiquorum Naturalium Philosophorum, vnum principium (quod dixit esse infinitum) posuit ignem, vel terrã, quę sunt extrema, sed magis aquam, vel aerem, vel aliquod medium, quia loca istorum erant manifesta, & determinata .s. sursum & deorsum, non sic autem est de aliis, sed terra est deorsum respectu eorum, & ignis sursum. Si vero aliquis accipiat aliã partem .s. quod corporã parcialia sint infinita secundum speciem, sequitur et qđ loca sint infinita secundũ speciem, & quod elemẽta sint infinita. si autem hoc est impossibile, quod elementa sint infinita, vt in primo probatum est, & quod loca et sint infinita, cum non sit possibile inuenire infinitas species locorum, necesse est quod totum corpus sit finitum, & quia concluserat ex infinitate corporum infinitatem locorum, subiungit quod impossibile est non æquari corpus ad locum, quia non potest esse, quod sit locus maior, q̃ cõtingit esse corpus, neque corpus pôt esse infinitũ, si locus non est infinitus, & neque corpus pôt esse maius quã locus, quocunque modo, quia, si locus sit maior quam corpus, sequitur quod sit vacuũ alicubi, aut si corpus sit maius quam locus. sequitur quod aliqua pars corporis non sit in aliquo loco. Tertio ibi.

ARGY.

Anaxagoras autem absurde de infiniti quiete deficit. firmare enim infinitum seipsum, dicit. Idque ex eo fieri, quia est in seipso. Nihil enim aliud ipsum continet.

ANTI. Tecom. 50.

Anaxagoras autem, inconuenienter dicit de infiniti mansione: fulcire.n. ipsum seipsum, dicit infinitum, hoc autem est, quia in seipso est. Aliud enim continet nihil.

Excludit quendam errorem, & primo ponit ipsum & dicit, quod Anaxago. dixit infinitum quiescere, sed inconuenienter assignauit rationem quietis eius. dixit enim quod fulcit, id est, sustentat infinitũ, seipsum, quia est in se, & non in alio, cũ nihil ipsum contineat, & sic non possit extra se moueri. Secundo ibi.

ARGI.

Quosi vbi quippiam sit, ibi esset aptum consistere. Hoc autem verum non est, esse enim alicubi ibi quippiã potest non vbi aptum esse. Quamuis igitur quam maxime totũ non moueatur (id enim quod in seipso firmatur, & in seipso est, immobile necesse est esse.) dicat tamen ipse oportet, cur non est aptum moueri. Non.n. sat est, hoc dixisse pacto ac enosisse, fieri enim potest vt nõ moueatur, & quod nis aliud corpus, sed nihil prohibet aptum esse moueri. Et terra namque non fertur, nec si infinita etiam esset, ex eo tamen quo medio coercetur. Non enim quia non esse aliud ad quod fertur in medio ipso quiescet, sed quia non hoc modo est apta ferri. Et tamen liceret dicere seipsam terram firmare. Quod si neque in terra, si infinita esset, hæc esset causa, sed grauitatem habere (graue autem in medio suapte natura quiescit) similiter & infinitum in seipso quiescet, ob aliquam aliam causam. Et non ex eo, quia est infinitum, & seipsum firmat.

ANTI. T.c. 51. Simplicius. hoc in loco Anaxagorã tuetur.

Tanquã vbi vtique aliquid sit aptum natum sit ibi esse. Hoc aũt non verum est. erit n. aliquid alicui, & non vbi aptum natum est esse. Si igitur, quio maxime non mouetur totum in seipso, (quod.n. fulcitur, & in seipso est, immobile esse necesse est) sed quare non aptum natum sit moueri dicendum est. non.n. sufficiens est sic dicentem euadere. Erit.n. vtique, & quodlibet aliud non motum. sed aptum natũ esse nihil prohibet, quoniam et terra nõ fertur neque si infinita esset ferretur coercita tamẽ a medio. Sed nõ quia non est aliud vbi mutetur, manebit in medio, sed non mouebitur, quia non apta nata est sic, sed tamen licebit vtique dicere, quia fulcit seipsam. Si ergo neque in terra hæc causa est, cum sit infinita, sed quia grauitatẽ habet (graue autem manet in medio) similiter & infinitũ manet vtique in seipso, propter aliam quandam causam, sed non quio infinitum est, & fulcit ipsum & seipsum.

T.c. 52.

Improbat rationibus duabus, quod dictum est. quarum Prima est, quod Anaxa. sic agnouit rõnem de quiete infiniti, ac si vbi aliquid sit, ibi sit aptum natum esse, quia ex hac sola ratione dixit infinitum quiescere, quia est, in seipso. Sed hoc non est verum, quod vbi aliquid est, ibi semper aptum natum sit esse, quia aliquid est alicubi per violentiam, & nõ naturaliter. Quamuis igitur hoc maxime verum sit, quod totum infinitum nõ mouetur, quia sustentatur, & manet in seipso, & sic est immobile, sed tamen dicendum erat, quare non est aptũ natum moueri. non enim potest aliquis sic euadere dicens, ꝙ non mouetur infinitum, quia eadem ratione & de quolibet alio nihil prohibet quod nõ moueatur, sed sit aptum natum moueri, quia & si terra esset infinita, sicut nunc non fertur quando est in medio, ita & tunc non ferretur quantum ad partem, quæ esset in medio, sed hoc non esset, quia non haberet aliquid aliud vbi sustentaretur nisi in medio, sed quia non habet aptitudinem naturalem, vt a medio moueatur. Si ergo ita est in terra quod non est causa, quare quiescat in medio, quia est infinita, sed quia habet grauitatem ex qua nata est manere in medio: similiter de quocunque alio in infinito assignanda est causa quare quiescat, & nõ quia est infinitum, vel quia fulcit seipsum. Aliam autem rationem ponit ibi.

ARGY.

Et super patet & quamuis ipsius partem eodem modo quiescere oportere, nã vt infinitum in seipso manet, se ipsum firmans, sic & omnis ipsius pars quæcunque acceperit, in seipsa manebit. Loca namq. totius ac partis speciei esse eiusdem constat. totius.n. terræ glebæque idẽ est locus

cus qui est inferius, & etiam ignis totius atque scintillæ qui est superius. Quare, si infiniti sit locus, in seipso esse & partis idem erit profecto. Qualibet ergo, in seipsa manet.

ANTI.

Similiter autem manifestum, quod & si sit, quælibet pars oporteбit manere, sicut enim infinitum in seipso manet, si fulciens, sic & si quælibet pars accipiatur in seipsa manebit, totius.n. & partis similes loci sunt, sicut terræ & glebæ deorsum & omnis ignis, & scintillæ sursum. Quare, si infiniti locus quod in seipso, & idem partis, manebit ergo in seipsa.

Et dicit, quod si totum infinitũ quiescit, quia manet in seipso, sequitur, qđ quælibet pars ex necessitate quiescat, quia manet in seipsa. idem.n. est locus totius & partis, vt dictum est, vt ignis & scintillæ sursum, & terræ & glebæ deorsum. si ergo totius infiniti locus est ipsummet, sequetur, qđ quælibet pars infiniti maneat in seipsa, sicut in proprio loco. Secundam rõnem ponit ibi.

ARGY.

Omnino autem patet fieri non posse vt corpus infinitum in ratione rerum ponatur, & locus corporibus tribuatur, si corpus omne sensibile, aut graue sit, aut leue, & graue quidem ad medium suapte natura feratur, leue vero similiter supera loca petat. Et infinitum enim hanc eandem naturæ subeat legem, necesse est. At fieri nequit, vt aut totum graue sit, aut leue, aut dimidium leue, dimidiũ graue: quo namque modo diuides illud, aut quo pacto ipsius infiniti, hæc quidem pars supra, hæc autem infra, vel vltima, vel media erit.

T.c.53.
ANTI.

Omnino autem manifestum est quod impossibile est, simul infinitum dicere corpus, & locum quendam corporibus esse, si omne corpus sensibile aut grauitatem habet, aut leuitatem. Et si graue quidem est in medium natura habet ferri, si vero leue, sursum, necesse est.n. & infinitũ corpus. Impossibile autem, aut omne vtrumlibet, aut medium vtrumque sustinere. Quomodo.n. diuides, aut quomodo infiniti erit hoc quidem sursum, illud autem deorsum, aut vltimum, aut medium.

Secunda rõ. Et dicit, quod omnino manifestũ est, ꝙ impossibile est dicere esse infinitum corpus in actu, & quod cuiuslibet corporis est aliquis locus, si omne corpus sensibile aut habet grauitatem, aut leuitatẽ, sicut Antiqui dixerunt ponentes infinitũ, quia, si sit corpus graue, oportet qđ naturaliter feratur deorsum. s. ad medium, si autem sit leue, necesse est quod feratur sursum. Si ergo sit aliquod infinitum corpus sensibile, necesse est, quod etiã in corpore infinito sit sursum, & medium, sed impossibile est ꝙ totum infinitum sustineat in se vtrumlibet horum. s. sursum & medium, vel etiam, quod sustineat vtrumque secũdum diuersas medietates. quomodo.n. infinitum poterit diuidi, vt vna pars eius sit sursum, & alia deorsum, vel quod in infinito sit vltimum & medium. Non est igitur corpus sensibile infinitum. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGI.

Præterea omne corpus sensibile est in loco. loci vero species ac differentiæ sunt supra, & infra, ante, & retro, dextrum, atque sinistrum, atque hæc non solum nostra ex parte sunt, positioneue. sed in ipso etiam toto distincta sunt i atque hæc esse in infinito non possunt.

T.c.54.
ANTI.

Amplius omne corpus sensibile in loco est, loci autem species, & differentiæ sursum & deorsum, ante, & retro dextrorsum, & sinistrorsum. Et hæc non solum ad nos et positione sunt, sed in ipso toto determinata sunt. impossibile autem in infinito hoc esse.

Tertia ratio. Et dicit, quod oẽ corpus sensibile est in loco. Differentiæ autem loci sunt sex, sursum, deorsum, ante, & retro, dextrorsum, & sinistrorsum, quæ quidem sunt determinata non solum quo ad nos, sed etiam in ipso toto Vniuerso. Determinantur.n. secundum se huiusmodi dispositiones, in quib. sunt determinata principia, & termini motus, vnde in animatis determinãtur sursum & deorsum secundum motum alimenti: ante & retro secundum motum sensus: dextrorsum & sinistrorsum secundum motum processiuum, cuius principium est a parte dextra. In rebus aũt inanimatis, in quib. non sunt principia determinata horum motuum, dicitur dextrorsum & sinistrorsum per comparationem ad nos. dicitur enim columna dextra, quæ est ad dextram hominis: & sinistra, quæ est ad sinistram. Sed in toto vniuerso determinantur sursum & deorsum secundum motũ grauium, & leuium: secundum autem motum cœli determinantur dextrum oriens, sinistrum occidens, ante vero hæmispherium superius: retro vero hæmispherium inferius: sursum vero meridies, deorsum vero septentrio. Hæc autem non possunt determinari in corpore infinito. Impossibile est ergo totum vniuersum esse infinitum. Quartam rationem ponit ibi.

Alex aduersus Zenobiũ epicureũ existimat has differentias nõ esse quo ad nos, in prius in vniuerso secundum naturã fuisse.

ARGY.

Atque simpliciter si locus infinitus esse non possit, sitque omne corpus in loco, & in ratione profecto rerum, infinitum corpus esse non potest. At vero quod alicubi est in loco est, & quod in loco est, alicubi est. vt igitur infinitum quantitatis rationem subire non potest (nam quantum fuerit quoddam, vt bicubitum aut tricubitum, hæc enim significat ipsum quantum) sic, & quod est in loco, id alicubi sane est. At id, aut supra, aut infra, aut in aliqua alia sex differentiarum esse significat, quarum vnaquæq; finis est quidam, vt constat.

ANTI.
Te.com.42.

Simpliciter autem, si impossibile est locũ esse infinitum: in loco autem omne corpus est, impossibile est infinitum esse aliquod corpus. At vero quod alicubi est & in loco est & quod in loco est alicubi est. Si igitur neque quantitatem possibile est infinitam esse (quantum enim aliquid erit, vt bicubitum, aut tricubitum, hæc enim significant quantum) sic in loco, quia alicubi, hoc est aũt, aut sursum, aut deorsum, aut in aliqua alia distantia, quæ sunt sex. horum autem vnumquodque terminus aliquis est.

Et dicit, qđ, si impossibile est esse locum infinitum, cum omne corpus sit in loco, sequitur quod impossibile sit esse aliquod corpus infinitum. Sed quod impossibile sit esse locum infinitum, sic probat. quia hæc duo cõuertuntur, esse in loco, & esse in aliquo loco, sicut & esse hominem, & esse aliquem hominem, & esse quantitatem, & esse aliquam quantitatem. sicut igitur impossibile est esse quantitatem infinitam, quia sequeretur aliquam quantitatem esse infinitam, vt bicubitũ, & tricubitum, quod est impossibile, ita impossibile est esse locum infinitum, quia sequeretur aliquem locum infinitum esse. vel sursum, vel deorsum, & huiusmodi, qđ est impossibile, cum quodlibet eorum significet quendam terminum, vt dictum est. Sic ergo nullum corpus sensibile est infinitum.

LECTIO X.

Propriã ex sententia actu infinitum non reperiri demonstrat, diuersorum item infinitorum communia ac propria insinuans, quonam modo potentiora infinitum esse dicatur, concludit.

ARGI.

Patet igitur ex hisce, quæ diximus, infinitum corpus, in ratione rerum, actu non esse. Atqui constat impossibilium euenire complura, si non sit simpliciter infinitum. Temporis, enim erit aliquod principium, atque finis, & magnitudines non erunt in magnitudines diuisibiles, numerus et infinitus non erit. Cum igitur his hoc pacto determinatis, neutra pars asserenda esse videatur, arbitro profecto moderatoreque est opus. Atque patet partim non esse.

ANTI.
Te.com.50.

Quod quidem igitur actu corpus non sit infinitũ, manifestum ex his. Quod autem, si non sit infinitũ, simpliciter multa impossibilia accidant, manifestum est. Temporis enim erit quoddam principium & finis. Et magnitudines nõ diuisibiles in magnitudines. Et numerus non erit infinitus. cum autẽ determinatur sic neutro modo videtur

tur contingere, ob hoc videlicet eſt manifeſtum quod ſic quidem eſt, ſic autem non.

Poſtquam Philoſophus diſputatiue proceſſit de infinito, hic incipit determinare veritatem, & primo oſtẽdit an ſit infinitum. Secundo quid ſit, ibi. (Accidit autẽ cõtrarium.) Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit quomodo infinitum ſit. In ſecunda comparat diuerſa infinita ad inuicem, ibi. (Aliter autem in tempore.) Circa primum tria facit. Primo oſtendit, quod infinitũ quodammodo eſt & quodammodo non eſt. Secundo determinat, quod eſt in potentia, & non eſt ſicut actu ens. ibi. (Dicitur igitur.) Tertio manifeſtat quomodo ſit in potentia, ibi. (Non oportet autẽ potentia ens.) Dicit ergo primo quod ex præmiſsis manifeſtum eſt, quod nõ ſit aliquod corpus infinitum in actu. Item ex iis, quæ ante dicta ſunt, manifeſtum eſt, quod ſi infinitum ſimpliciter non ſit, quod multa impoſsibilia accidunt. Quorũ vnum eſt, quod tps habebit principium & finem, quod reputatur inconueniens ſecundum ponentes æternitatem mundi. Et iterum ſequetur quod magnitudo non ſemper ſit diuiſibilis in magnitudinem, ſed quãq; deuenietur per diuiſionem magnitudinum ad quædam quæ non ſunt magnitudines, ſed omnis magnitudo eſt diuiſibilis. Item ſequetur, quod numerus nõ augeatur in infinitum. Quia igitur ſecundum determinata neutrum vr contingere, neque .ſ. quod infinitum ſit actu, neque quod ſimpliciter nõ ſit, neceſſe eſt dicere quod quodãmodo eſt quodammodo non eſt. Secundo ibi.

Te.com.61.
Secũda par.
Te.c.57.
Secũda par.
Te.c.57.

ARGI. *Dicitur itaque quippiam eſſe, aliud autem potentia, aliud actu, & infinitum eſt additione, ac etiam diuiſione. Magnitudo autem actu quidem infinita non eſt, vti diximus, diuiſione autem eſt. Non eſt enim difficile lineas indiuiduas e medio tollere. Reſtat igitur infinitum in ratione rerum potentia eſſe.*

ANTI. *Dicitur igitur eſſe aliud quidem potentia, aliud vero actu. Et infinitum eſt quidẽ appoſitione, eſt aũt & ablatione. Magnitudo aũt, quod quidẽ actu non ſit infinita dictũ eſt: diuiſione autem eſt. Non. n. difficile deſtruere indiuiſibiles lineas. Relinquitur potentia eſſe infinitum.*

Te.com.57.

Oſtendit quod infinitum eſt ſicut potẽtia ens, & dicit, quod aliquid dicitur eſſe in actu, & aliquid dicitur eſſe in potentia. Infinitum autẽ dicitur eſſe per appoſitionem, ſicut in numeris, vel per ablationẽ, ſicut in magnitudinibus. oſtenſum eſt enim quod magnitudo non eſt actu infinita, & ſic in magnitudinibus per appoſitionem infinitum non inuenitur, ſed per diuiſionem in eis inuenitur infinitum. Non enim eſt difficile deſtruere opinionẽ ponentiũ indiuiſibiles eſſe lineas. Vel ſecundum aliam literã non eſt difficile partiri atomas lineas, id eſt oſtendere lineas, quas quidã ponũt indiuiſibiles, eſſe partibiles. Dr aũt infinitum in appoſitione vel diuiſione ſm quod poteſt apponi, vel diuidi. Relinquitur igitur quod infinitum ſit tanquam in potentia ens.

Tertio ibi.

ARGI. *Non oportet autem infinitum potentia ſic accipere vt actu tandem euadat quemadmodum ſi poteſt hoc ſtatua eſſe, erit hoc ſtatua tandem. Sed, cum multipliciter quippiam eſſe dicatur, perinde eſt infinitum; vt dies eſt, atque ludus ex eo quia ſit aliud, atque aliud ſemper. Nam in his eſt eſſe potentia atq. actu: Eſt. n. olympicus ludus, & quia fieri poteſt, & quia ſit.*

ANTI. *Non oportet autem potentia ens accipere, ſicut ſi poſſibile ſit hoc, ſtatuam æs eſſe, quod & erit hoc, ſtatua, ſic & infinitum, quod erit actu. Sed quoniam multipliciter eſt eſſe, quemadmodum dies, & agõ in ſemper aliud & aliud fieri, ſic & infinitum eſt. Et namque in his eſt & põtentia & actu. Olympia enim ſunt, & in poſſe agonem fieri, & in eo quod ſit.*

Oſtendit quõ infinitum ſit in potentia. Dupliciter enim inuenitur aliquid in potẽtia. Vno modo ſic quod totum põt reduci in actũ, ſicut poſsibile eſt hoc æs eſſe ſtatua quod aliquando erit ſtatua. nõ autem ſic dicitur eſſe infinitum in potẽtia. Alio modo aliquid dicitur in potentia eſſe, quod poſtea ſit actu eius, non quidem totum ſimul, ſed ſucceſsiue. Multipliciter enim dicitur aliquid eſſe, vel quia totum eſt ſimul, vt homo & domus, vel quia ſemper vna pars eius ſit poſt aliam. per quem modum dr eſſe dies, & ludus agonalis. Et hoc modo, dicitur infinitum eſſe ſimul, & in potẽtia, & in actu. omnia enim huiuſmodi ſimul ſunt in potentia. quantũ ad vnam partem, & actu quãtum ad aliam: olympia enim idest feſta agonalia, quæ celebrantur in monte Olympo dicuntur eſſe, & durare ſecundum agones. vel poſſe fieri in actu, quia quandiu durabant iſta feſta, aliqua pars illorum ludorum erat in fieri, & aliqua erat vt in futurum fienda. Deinde cum dicit.

ARGY: *Patet autem infinitum in tempore diuerſo modo, et in hominibus, & in diuiſione magnitudinum eſſe.*

ANTI: *Aliter autem, & in tempore manifeſtum quod infinitum, & in hominibus, & in diuiſione magnitudinum.*

Comparat diuerſa infinita ad inuicem. Et primo cõparat infinitum tẽporis & generationis, infinito quod eſt in magnitudinibus. Secundo comparat infinitum ſecundum appoſitionem, & infinitum ſecundum diuiſionem in magnitudinibus: ibi. (Quod aũt ſecundum appoſitionem.) Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit, quod aliter manifeſtatur infinitum in generationem hominum & in tẽpore, & aliter in diuiſione magnitudinum. Secundo ibi.

Te.com.59.

ARGY: *Omnino namque hoc modo eſt infinitũ, vt ſemper aliud aliudque ſumatur, & id quod accipitur ſit quidem finitum, at aliud atque aliud ſemper. Quare non oportet infinitum perinde accidere, atque hoc aliquid, vt hominẽ aut domum, ſed vt dies dicitur, atque ludus, quorum eſſe non ſubſtantia quadam eſt ortum, ſed in generatione ſemper corruptioneque conſiſtit finitum quidem, at aliud atque aliud ſemper.*

ANTI. *Omnino quidem. n. ſic eſt infinitum, in ſemper aliud, et aliud accipiẽdo & acceptum quidem ſemper eſſe finitum, ſed ſemper alterũ & alterum. Quare infinitum non oportet accipere ſicut hoc aliquid, vt hominẽ aut domum, ſed ſicut dies dicitur & agon, quibus eſſe, non ſicut ſubſtantia quædam factum eſt, ſed ſemper in generatione. aut corruptione finitum, ſed ſemper alterum & alterum.*

Te. com. 59. In ipſo ſtatim principio tex. deficit aliquid quod in ſimpli. litera habetur hæc videlicet verba Amplius ipſum eſſe multipliciter dicitur.

Oſtẽdit quid ſit cõe omnibus infinitis, & dicit, quod hoc omnino, & vniuerſaliter in omnib. infinitis inuenitur; quod infinitum eſt in ſemper aliud accipiendo ſecundum quandam ſucceſsionem, ita tamen quod quicquid accipitur in actu de infinito, totum ſit finitum. vnde non oportet accipere, quod infinitum ſit aliquid totum ſimul exiſtens, ſicut hoc aliquid demonſtratum, ſicut accipimus hominem, vel domum, ſed ſicut ſunt ſucceſsiua, vt dies, & ludus agonalis, quorum eſſe non eſt hoc modo, quod aliquid eorum ſit ſicut quædam ſubſtantia perfecta tota actu exiſtens. In generatione aũt, & corruptione, & ſi in infinitum procedatur, ſemper illud quod accipitur in actu, eſt finitum, in toto enim decurſu generationis, etiam ſi procedatur in infinitum, & omnes homines qui ſimul accipiuntur ſunt finiti ſecundum numerum, & huiuſmodi finitum oportet accipere alterum & alterum, ſecundum quod quidam homines ſuccedunt quibuſdam. Tertio ibi.

ARGI. *Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo, quod ſumptum, in hominibus autem, atque tempore accidentibus, ita vt non deficiant.*

ANTI. *Sed in magnitudinibus quidem permanente accepto, hoc accidit, in hominibus autem & tempore corruptis ſic vt non ſit deficere.*

Oſtendit

Ostendit dr̃iam & dicit quod illud finitum, quod accipimus in magnitudinib. vel apponendo vel diuidẽdo permanet, & non corrumpitur. Sed ista finita, quæ accipiuntur in infinito, decursu tp̃is & generationis humanæ corrumpuntur, ita quod per istum modũ non contingit tp̃s, & generationem deficere. Deinde cũ dicit.

ARGI. *Atqui infinitum, quod in additione & quod in diuisione consistit, idem quodammodo est. Fit.n. in magnitudine finita per additionẽ e contra. Nam vt cum diuiditur cernitur in infinitum abitio, sic cũ additio fit, ad magnitudinem ipsam determinatam videbitur. Et.n. si quispiam in magnitudine finita, definita magnitudine sumpta, eadem aliã accipiat ratione, non eandem totius magnitudinẽ sumens non pertransibit vnquam magnitudinem illam finitam, Sin vero hoc pacto rationem augeat, vt semper magnitudinem eandem accipiat, pertransibit sane, propterea quod omne finitum quouis consumitur definito. Alio igitur modo non est infinitum in rebus, sed hoc pacto potentia inquam, atque diuisione. Et actu etiam est perinde atque diem, ac ludum dicimus esse. Et potentia sic est, vt materies, & non per se, vt ipsum infinitum. Et additione igitur, hoc pacto est potentia, infinitum, quod quidem aliquo modo dicimus idem esse quo id, quod in diuisione consistit. Semper.n. est aliquid ipsius extra sumendum.*

ANTI. Te.com.59. *Quod autem secundum appositionem, idem quodãmodo est, & quod est secundum diuisionem. Infinitum.n. secundum appositionem fit e contrario, secundum quod.n. diuisum videtur in infinitum, sic appositum videbitur ad determinatum. Infinita.n. magnitudine sic accipiẽs aliquis determinatum accipiet eadem ratione, non eadem aliquã magnitudinem ratione accipiens, non transibit finitũ. Sin vero sic augmentet, vt semper eandem aliquam sit accipere magnitudinem transibit finitum propter id, quod omne finitum absumitur quolibet finito. Aliter quidem igitur non est, sic autem est infinitum potentia, & diuisione. Et actu autem est, sicut diem esse dicimus & agonem, et potentia sic, sicut materiam. & non per se, sicut finitum. Et*
T.c.60. *secundum appositionem igitur sic infinitum potentia est, quod idem dicimus quodammodo esse ei quod est secundum diuisionem, semper quidem enim aliquid ipsius extra est accipere.*

Comparat duo infinita, quæ sunt in magnitudinibus scilicet secundum appositionem, & scd̃m diuiuisionẽ.
Secũda par. text. 60. in tertia parte. Et circa hoc tria facit. Primo ponit conuenientiã inter vtrunque infinitum, secundo ostendit dr̃iam, ibi. (Non tamen excessit.) Tertio inducit quandam conclusionẽ ex dictis ibi. (Quare neq; est excessere.) Dicit ergo primo, ꝙ quodammodo infinitum per appositionem est idem cum infinito secundum diuisionem, quia infinitũ secundum appositionem fit ex opposito cum infinito secundum diuisionem. secundum enim quod aliquid diuiditur in infinitum, secundum hoc in infinitum videtur posse apponi ad aliquam determinatã quantitatem. Manifestat igitur quõ sit infinitum diuisione in magnitudine & dicit ꝙ si aliquis in aliqua magnitudine finita accepta aliqua parte determinata per diuisionem, semper accipiat diuidendo alias partes, secundum eandem rationem.i. proportionem, sed non secundum eandem quantitatem, in eadem proportione, non pertransibit diuidẽdo illud finitum, puta, si a linea cubitali accipiat medietatem, & iterum a residuo medietatẽ, sic in infinitum procedere põt, seruabitur.n. in subtrahẽdo eadem proportio. sed non eadem quãtitas subtracti. minus est enim secundum quantitatem dimidium dimidij, quam dimidium totius. Sed, si semper sumeret eandem quantitatẽ, oporteret qđ semper magis ac magis augeretur proportio, puta si a quantitate .x. cubitoru subtrahatur vnus cubitus, subtractum se habet ad totum subdecupla proportione. Si autẽ iterum a residuo subtrahatur vnus cubitus, subtractũ se habebit in maiori proportione. minus enim vnus cubitus excedit a nouem quam a decem. sicut igitur seruando eandem proportionem diminuitur quantitas, ita sumendo eandem quantitatem augetur proportio. Si ergo aliquis sic subtrahẽdo ab aliqua magnitudine finita, semper augeat proportionem sumendo eandem quantitatem, trãsibit diuidendo magnitudinem finitam. puta si a linea centum cubitorum, semper subtrahat vnum cubitum, & hoc ideo quia omne finitum consumitur quocunque finito semper accepto. Aliter igitur infinitum nõ est secundũ diuisionem nisi in potentia. quod tñ simul est actu cum potentia, sicut dictum est de die in tempore, & de agone. Et cum infinitũ sit semper in potentia, assimilatur materię, quę est semper in potentia, & non est per se exñs in actu totũ sicut finitum est in actu. & sicut infinitũ scd̃m diuisionem est in potentia, cũ actu simul: similiter dicendũ est de infinito secundum appositionem, quod quodammodo est idem cum infinito secundum diuisionem vt dictum est. Inde autem manifestum est, quod infinitũ per appositionem est in potentia, quia semper cõtingit aliquid aliud accipere apponendo. Secundo ibi. T.c.48. Infinitũ assimilatur materiæ.

ARGY. *Hoc autem definitam omnem exuperat magnitudinẽ vt in diuisione definitam exuperat omnem, & semper minor euadit.*

ANTI. *Hoc tamen excedit omnem determinatam magnitudinem, sicut in diuisione excedit omnem determinatam, & erit minor.*

Ostendit differentiam inter infinitum secundum appositionem, & infinitum secundum diuisionem. & dicit quod infinitum per appositionẽ non excedit in maius omnem magnitudinem finitam determinatã, vel datã sed infinitum secundum diuisionem excedit omnẽ determinatam paruitatem in minus, accipiamus enim aliquam determinatam paruitatem, puta vnius digiti, si lineam centum cubitorum diuidam in infinitum, accipiendo semper dimidiũ, venietur ad aliquid minus vno digito. Sed apponendo in infinitũ e cõtrario diuisioni, erit dare aliq̃ quantitatẽ finitã quæ nunquam pertransibitur. Dentur enim duæ magnitudinus, quarum vtraq. sit .x. cubitorũ, & tertia, quæ sit .xx. Si igitur id, qđ subtraho i infinitũ, accipiẽdo semp dimidiũ ab vna magnitudine .x. cubitorũ, addatur alteri, quę ẽt est .x. cubitorũ nunq̃ peruenietur in infinitum apponendo ad mensuram q̃titatis, quæ est .xx. cubitorum, quia quantũ remanebit in magnitudine, cui subtrahitur, tantum deficiet a mensura data in quantitate, cui addetur. Tertio ibi.

ARGY. *Vt aũt omnem additionem exuperet neq. potentia esse potest, si quidem non sit per accidens actu infinitũ, vt Naturales id corpus infinitũ esse duñt, quod extra mundum collocauere, cuius substantia aer est, aut aliquid tale. Sed si infinitũ actu sensibile corpus, hoc pacto in rõne rerũ esse non põt, patet neque per additionem posse sic esse potentia infinitum, nisi (vt dictum est) diuisionis contrario modo.*

ANTI. *Vt aũt omnem excedat secundum appositionem, neque potentia possibile est esse si quidem non est secundum accidens actu infinitum, sicut dicunt Physiologi, extra corpus mundi, cuius substantia est aer, aut aliud huiõi. Sed, si nõ possibile est, quod infinitũ corpus sensibile actu sit, manifestum quod neque potentia vtique erit secundum appositionem. sed aut (sicut dictum est,) e contrario diuisioni.* Te.com.60.

Includit conclusionem ex dictis. Et primo inducit eam, secundo manifestat per dictum Platonis ibi. (Qm̃ & Plato.) Dicit ergo, quod ex quo appositum in infinitum non facit transcendere omnẽ determinatam quantitatem, non est possibile esse, nec ẽt in potentia quod excellatur omnis determinata quantitas per appositionem, quia si esset in natura potentia ad appositionem, transcendentem omnem quantitatem, sequeretur,

od esset actu infinitum, sic quod infinitum esset acci
is alicui naturæ, sicut Naturales Philosophi extra
rpus huius mundi, quod videmus, ponunt, quod est
oddam infinitum, cuius substãtia est aer, vel aliquod
d huiusmodi. Si ergo non est possibile esse corpus
sibile actu infinitum (vt ostensum est) sequitur quod
n sit potentia in natura ad appositionem transceden
omnem magnitudinem, sed solum ad appositionẽ
initam per contrarium diuisioni (vt dictũ est.) Qua-
utem, si esset potentia ad infinitam additionẽ tran-
ndentem omnem magnitudinem, sequetur esse cor-
infinitum in actu, non autem ad additionem infini
in numeris, transcendentem omnem numerum, se
tur esse numerum infinitum in actu, infra ostende-
Secundo ibi.

*Nam & Plato infinita duo propterea facit, quod in ac
ione exuperare videtur, & in diuisione in infinitum
e. At quamquam duo fecit, non tamen vtitur. In nu-
ris enim neque processio per diuisionẽ est infinita (vni-
enim minimum est:) neque accretio, vsque namque ad
arium incrementa numeri facit.*

*Quoniam & Plato propter hoc infinita duo fecit, quod
n augmentum videtur excellere, & in infinitum abi
r ad annihilationem. Faciens tamen duo, non vtitur
bus. neque enim in numeris secundum diuisionem in-
um est (vnitas enim minimum est) neque in augmen
, vsque nanque decem facit numerum.*

Manifestat quod dixerat per dictum Platonis, & di-
uod, quia infinitum in appositione magnitudinum
er oppositam diuisionem; propter hoc Plato duo
infinita. s. magnum, quod pertinet ad additionem,
aruum, quod pertinet ad diuisionem, quia. s. infinitũ
tur excellere, & per additionem in augmentum, &
diuisionem in decrementum, vel tendendo in nihil.
cum ipse Plato faciat duo infinita, non tamen vti-
ris, quia cum numerum poneret substantiã esse om-
n rerum, in numeris non inuenitur infinitum per di
nem, quia in eis est minimum vnitas, neque etiam
additionem secundum ipsum, quia dicebat quod
es numerorum nõ variantur nisi vsque ad decem,
ostea redditur ad vnitatem computando vndecim,
odecim, &c.

LECTIO XI.

quorum de infinito definitionem refellens, & propriam ac veram assignat.

*t autem, vt infinitum sit contrario modo, atque alii
t. Nõ enim id est infinitum, cuius nihil est extra, sed
ius aliquid semper est extra.*

*Ccidit autem contra esse infinitum, quam sicut di-
cunt. Non enim cuius nihil est extra, sed cuius sem-
liquid est extra, hoc infinitum est.*

ostquam Philosophus ostendit quomodo est infi-
n, hic ostendit quid sit infinitum. Et circa hoc tria
Primo ostendit quid sit infinitum. secundo ex hoc
nat rationem eorum, quę de infinito dicuntur ibi.
undum rationem autem accidit.) Tertio soluit ra-
s, quæ supra positæ sunt ibi. (Reliquum autẽ est.)
primum duo facit. Primo ostendit quid sit infini-
excludens quorundam falsam definitionẽ. Secun-
cludit quandam falsam opinionem, consequentẽ
a falsa definitione ibi. (Quoniam hic accipiũt di-
tem.) Circa primum tria facit. Primo proponit ꝙ
dit. secundo manifestat propositum ibi. (Signum
ue.) Tertio infert quandam conclusionem ex di-
i. (Vnde melius est opinandum.) Dicit ergo pri-
uod contrario modo definiendum est infinitum,
sicut quidam definierunt. dixerunt enim quidã,
infinitum est, extra quod nihil est: sed è contra di
n est, quod infinitum est cuius est semper aliquid
extra. Secundo ibi.

Cuius hoc indicium est. nã & annulorum eos qui palã carent, infinitos hões dicunt, quia semper aliquid est extra sumendum per similitudinem tamen quandam, & nõ pro prie. Oportet. n. & hoc esse, & nunquam idem insuper su-mi. In circulo verò non ita fit, sed semper, quod deinceps sumitur, est solum aliud. Infinitum igitur ã cuius semper aliquid extra, ratione quantitatis accipi potest. ARGY.

Signum autem est, & naque annulos dicunt infinitos, vt habẽtes circulationem, quia semper est extra accipere, secundum similitudinem quandam dicentes, non tamen propriè. oportet enim & hoc esse, & nunquam idem recipi: in circulo autem non sic fit, sed semper quod est conse-quenter solum alterum. Infinitum quidem igitur hoc est, cuius, secundum quantitatem accipientibus semper est ali quid accipere extra. ANTL. Te. com. 63.

Manifestat propositũ, & primo ostendit, quod sua assignatio sit bona, secundo quod assignatio antiquorum sit incompetens ibi. (Cuius autem nihil est extra.) Ostendit ergo primo, quod infinitum sit cuius semper est aliquid extra, per quoddam signum. Dicunt. n. quidam, ꝙ annulli sunt infiniti, quia per hoc, ꝙ habent q̃-dam circulationem, semper est ibi suppone e partem ad partem acceptam. sed hoc dicitur secundum similitudinem, & non proprie: quia ad hoc quod aliquid sit infinitum, requiritur, scilicet quod extra quamlibet partem acceptam, sit quædam alia: ita tamen ꝙ nunquã resumatur illa, quæ prius fuit accepta. Sed in circulo non est sic, quia pars, quæ accipitur post aliam partẽ, est alia solum ab ea, quæ immediate accepta est, non tamen ab omnibus partibus prius acceptis: quia vna pars põt mul toties sumi, vt patet in motu circulari. Si igitur annuli dicuntur infiniti propter hanc similitudinem, sequitur, ꝙ illud, ꝙ est vere infinitum, sit cuius semper sit accipere aliquid extra, si aliquis velit accipere eius quantitatẽ. Non enim potest comprehendi quantitas infiniti, sed si quis velit eam accipere, accipiet partem post partem in infinitum (vt supra dictum est.) Secundo ibi. Hinc ex Alc. expositione habemus primam diuisionis rationẽ quãtitati cõ petere. Secũ da part. text.

Cuius verò nihil est extra, id perfectum, ac totum. Hoc enim pacto totum consueuimus definire, totum dicentes id esse, cuius nihil prorsus abest. vt hominem totũ, aut cistellam; atque vt quodque sic & id quod proprie totum est: veluti totum ipsum, cuius nihil est extra. Cuius verò aliquid abest, id quicquid abest, vniuersum non est. Totũ autem, & perfectum, aut idem penitus sunt, aut naturã finitam habent. Perfectum verò nihil est prorsus quod non habeat finem. ARGI.

Cuius autem nihil est extra, hoc perfectum est, & totum. Si enim definimus totum, cui nihil abest, vt hominẽ totum aut arcam. Sicut autem definimus singulare, sic, & quod propriè: vt totum cuius nihil est extra, cuius au tem absentia extra est, non omne est cum absit. Totum autem, & perfectum aut idem penitus, aut proximum secundum naturam est. Perfectum autem nullum non habens finem. finis autem terminus est. ANTL.

Probat quod definitio antiquorũ sit incompetens, ia li ratione. Id cuius nihil est extra, est definitio pfecti & totius, quod sic probat. definitur enim vnumquodque totum esse, cui nihil deest, sicut dicimus hominem totum, aut arcam totam, quibus nihil deest eorum, quę de bent habere. Et sicut hoc dicimus in aliquo singulari toto, vt est hoc particulare, vel illud, ita etiam hæc ratio competit ei, quod est vere, & proprie totũ, s. in Vniuerso, extra quod simpliciter nihil est. Cum autem aliquid desit per absentiam alicuius intrinseci, tunc nõ est totum. Sic igitur manifestũ est, ꝙ hæc est definitio totius. Totum est, cuius nihil est extra. Sed totũ & perfectum, vel sunt penitus idem, vel sunt propinqua secundum naturam. (Et hoc ideo dicit, quia totum nõ inue-

nitur


nitur in simplicibus, quæ non habent partes, in quibus tamen vtimur nomine perfecti, per hoc igitur manifestum est, quod perfectum est, cuius nihil est extra ipsum. Sed nullum carens fine est perfectum (quia finis est perfectio vniuscuiusque.) Finis autem est terminus eius cuius est finis, nullum igitur infinitum, & interminatum est perfectum. Nō ergo competit infinito definitio perfecti, cuius.s.nihil est extra. Deinde, cum dicit.

ARGY. *Quocirca putandum est, melius Parmenidem Melisso dixisse. Hic enim ipsum infinitum totum appellat. Parmenides autem totum dicit esse finitum a medio æque distans. Fieri enim nō potest, vt infinitum cum toto, ac vniuerso, perinde atque cum lino linum nectatur.*

ANTI. *Vnde melius est opinandum, Parmenidem Melisso dixisse. Hic quidem enim infinitum totum dicit, ille autē totum finiri a medio æque pugnans. Non enim linum lino est continuare omni, & toti infinitum.*

Inducit quandam conclusionem ex dictis. Quia.n. in finito non competit definito totius, manifestum est, quod melius dixit Parmenides, quam Melissus. Melissus enim dicit totū Vniuersum esse infinitum. Parmenides vero dixit, quod totum finitur per æque pugnans a medio: in quo designauit corpus vniuersi esse sphæricum. In sphærica.n. figura lineæ a medio vsque ad terminum.s.circunferentiam ducuntur secundum æqualitatem quasi æque pugnantes sibi inuicem. Et recte dicitur, quòd totū vniuersum sit finitū, quia totū & infinitum, non se inuicē cōsequūtur, quasi sibi continuata, sicut lino continuatur linum in filādo. Erat.n. prouerbiū vt ea, quæ cōsequūtur, dicerentur sibi cōtinuari sicut lino. Dein de cum dicit.

Lineæ a centro ad circunferentiam ducuntur secundum æqualitatem.



ARGI. *Nam hic, & hanc præclaram de infinito conditionem accipiunt, omnia inquam ipsum continere, & vniuersum in seipso complecti. habet enim similitudinem quandam ad totum, Infinitum enim materia perfectionis magnitudinis est & id quod est potentia totum, & non actu. Est autem diuisibile & ad diminutionem, & ad additionem contrariam: totumque, atque finitum non per se, sed per aliud. & non continet, sed vt infinitū est continetur. Quapropter, & ignotum est ea ratione, qua est infinitum, materia nanque formam non habet. Quare patet partis magis infinitum, quam totius rationem subire: materia nanque pars est totius. perinde ac æs est æneæ statuæ pars.*

ANTI. Te.com.65. *Quoniam hinc accipiunt dignitatem de infinito, quod est omnia continens, & omnia in seipso habens, propter id quod habet similitudinem quandam cum toto. Est enim infinitum perfectionis magnitudinis materia, & quod potentia totum est, actu vero non. Diuisibile autem est & ad diuisionem & ad oppositam appositionem. Totum autem & finitum, non secundum se, sed secundum aliud, & non continet, sed continetur, inquantum est infinitū. Vnde ignotum est inquantum est infinitum: speciem enim non habet materia. Ergo manifestum est quod magis in partis ratione sit infinitum, quam in totius, pars enim materia totius est, sicut æs statuæ.*

Te.c.66.

Excludit quandā falsam opinionem ex prædicta definitione falsa exortam. Et primo communiter q̄tum ad omnes: secundo specialiter quantum ad Platonē ibi. (Quoniam si continet.) Dicit ergo primo, quod, quia æstimauerunt infinitum coniungi toti, hinc acceperunt quasi dignitatem) id est rem per se notam, de infinito quod omnia cōtineret, & omnia in se haberet propter hoc, quod habet quandam similitudinem cum toto, sicut id, quod est in potentia, habet similitudinem cū actu. Infinitum.n. in quantū est in potentia, est sicut materia respectu perfectionis magnitudinis, & est sicut totum in potentia, non autem in actu. Quod patet ex hoc q̄ infinitum dicitur secundum quod possibile est aliquid diuidi in minus, & secundum quod ex opposito diuisio ni potest fieri appositio (vt supra dictum est.) Sic igitur infinitum secundum se, i. secundum propriā rationē, est in potentia totum, & est imperfectum, sicut materia nō habens perfectionem. Non aūt est totum, & finitum secundum se.i. secundum propriam rationem, quia est infinitum, sed secundum aliud, id est secūndum finem, & totum ad quod est in potentia, diuisio.n. quæ est possibilis in infinitum, secundum quod ad aliquid terminatur, dr̄ esse perfecta, & secundum quod vadit in infinitum est imperfecta. Et manifestum est, quod cum totius sit continere, materiæ autem cōtineri, quod infinitum inquantum huiusmodi, non continet, sed continetur: inquantum.s.id, quod de infinito est in actu, semper continetur ab aliquo maiori, secundum quod possibile est aliquid esse extra accipere. Ex hoc autem, quod est sicut ens in potentia, non solum hoc sequitur, quod infinitum continetur, & non continet: sed etiam sequuntur duæ aliæ conclusiones, quarum vna est quod infinitum, inquantum huiusmodi, est ignotum, quia est sicut materia non habēs speciem.i.formam (vt dictum est.) materia autem non cognoscitur nisi per formam. Alia conclusio est, quæ ex eodem sequitur, quod infinitum magis habet rationem partis, quā totius, quia materia comparatur ad totum, vt pars. Et recte infinitum se habet vt pars, in quantum non est de ipso accipere nisi aliquam partem in actu. Secundo ibi.

Secūda par.

Te.com 66. Naturalis est oēs speculari cās.

ARGY. *Nam si in rebus sensibilib. continet, & in intelligibilib. et ipsum magnum & paruum, continere res intelligibiles oportebat. at absurdum est profecto ac impossibile, id quod est ignotum atque infinitum continere ac definire.*

ANTI. Affert Platonicam veritatē. Simplicius hoc in loco ipsam contra Aristot. acerrime tuetur. *Quoniam si continet in sensibilibus & intelligibilibus magnum & paruum, oportuit continere intelligibilia. inconuenientes autem & impossibile est ignotum, & indeterminatum continere, & determinare.*

Excludit opinionem Platonis, quia ponebat infinitū tam in sensibilibus, quam in intelligibilibus. & dicit, quod ex hoc manifestum est etiam, quod, si magnum & paruū quibus Plato attribuit infinitum, sint in sensibilibus, & in intelligibilibus tanquam continentia (propter hoc quod continere attribuitur infinito) sequitur, quod infinitum contineat intelligibilia. sed hoc videtur esse inconueniens, & impossibile, quod infinitum, cū sit ignotum & indeterminatum, contineat & determinet intelligibilia. Nō enim determinantur nota per ignota, sed magis è contra.

LECTIO XII.

Quarundam propositionum de infinito intellectus, eo quod in diuersis diuersimode inuento quodam modo Geometræ vtuntur.

ARGI. *Atqui cum ratione etiam fit, vt quidem, quod in additione consistit, non videatur esse sic infinitum, vt omnem exuperet magnitudinem. Id verò, quod in diuisione consistit, infinitum esse eiusmodi videatur, Infinitū.n. intus perinde, atque materia continetur, forma autē continet.*

SEcundum rationem autem accidit, vt quod est & secundum appositionem non esse videatur infinitum sic, vt oēm excedat magnitudinē, in diuisione aūt esse, cōtinetur.n. sicut materia intus & infinitum: continet aūt spēs.

Posita definitione infiniti, hic ex definitione assignata assignat rōnem eorum, quæ de infinito dicuntur. Et primo eius ꝙ dr̄ de appositione & diuisione infiniti. secundo eius, ꝙ infinitum in diuersis secundum ordinē, inuenitur, ibi.(Infinitum aūt nō idem est.) tertio eius, ꝙ Mathematici vtuntur infinito ibi.(Non remouet autē rō.) quarto eius ꝙ infinitum ponitur principium ibi. (Qm̄ aūt causæ.) Circa primum duo facit. Primo assignat rationem eius, quod dr̄ de infinito, circa diuisionē & appositionem in magnitudinibus. Secūdo eius quod dicitur in numeris per comparationem ad magnitudines ibi.(Rationabiliter aūt est.) Dictum est autem supra, ꝙ appositio in infinitum sic inuenitur in magnitudinibus, ꝙ tamen non exceditur per hoc quæcunque determinata magnitudo. Sed diuisio in infinitum sic inuenitur in magnitudinibus, ꝙ diuidendo transitur quæcūque quantitas in minus, vt suprà expositum est. Hoc autem secundum rōnem dicit accidere, quia, cum infinitum habeat rōnem materiæ, cōtinetur intus sicut materia. illud autem, quod cōtinet est species & forma: manifestum est autem ex ijs, quæ dicta sunt In Secundo ꝙ totum habet rōnem formæ, partes autem rōnem materiæ. cum ergo in magnitudinibus a toto itur ad partes, per diuisionem, rōnabile est, ꝙ ibi nullus terminus inueniatur, qui non transcendatur per infinitam diuisionē. sed in additione itur a partibus ad totū, quod hēt rationem formæ continentis, & terminantis: vnde rationabile est quod sit aliqua determinata quantitas, quam infinita appositio non transcendat, Secundo ibi.

Te. com. 70.
Te.c. 71.
Te. com. 72.
T c. 68.
Cur appōne determinatam quantitatem non sit excedere diuisiōe aut sic.

ARGY.

Cum rōne etiam accidit in numero quidem versus minus minimū esse finemq. versus autem plus omnem semper multitudinē exuperare. In magnitudine vero contrarium. Versus quidem minus oēm magnitudinem exuperare versus aūt maius non esse magnitudinem infinitā. Hęc.n. ita propterea fiunt, quod ipsum vnum quicquid tandem id sit indiuisibile est. hō nanque vnus est hō, non multi. Numerus aūt est vno plura, quātave quędā. Quare ad indiuisibile stetur necesse est. Duo.n. ac tria denominatiua noīa sunt, & cæterorum quisq. numerorum simili modo.

ANTI.
T.c. 68.

Rōnabiliter autem est, & in numero quidem, ad minimum versus esse terminum, ad plus autem semper oēm excellere multitudinem. In magnitudinib. autem ē contrario. In minus quidem excedere oēm magnitudem, sed in maius non esse magnitudinem infinitam. Causa autē est, quia vnum est indiuisibile, quodcunque vnum sit, vt homo vnus homo, & non multi. numerus aūt est vno plura, & quanta quadam, quare necesse est stare ad indiuisibile. duo nanque & tria denominatiua nomina sunt. similiter & aliorum numerorum vnusquisque.

Numerus in infinitū cur non sit diuisibilis, e contrario diuisioni magnitudinis.

Assignat rōnem de infinito in numeris per cōparationē ad magnitudines. Dicitur.n. quod in numero inuenitur aliquis terminus in minus, quē non est diuidendo trāscendere, sed non inuenitur aliquis terminus in plus, quia quolibet numero est inuenire alium maiorē per additionem. in magnitudinib. aūt est ē contra vt dictum est. Et huius rationem assignat, & primo quidem quare in numeris aliquis terminus inuenitur qui in minus non transcenditur diuidendo. huius enim ratio est: quia oē vnum, in quantum vnum, est indiuisibile, sicut homo indiuisibilis est vnus hō, & nō multi. Quemlibet autem numerum oportet resoluere in vnum; quod patet ex ipsa rōne numeri. numerus.n. hoc significat, qđ sint aliqua plura vno, quęlibet aūt plura excedētia vnū siue plus vel minus, sunt determinatę spēs numerorum, vñ cū vnum sit de rōne numeri, & de rōne vnius sit indiuisibilitas, sequitur. qđ diuisio numeri stet in termino indiuisibili. Qđ aūt dixerat qđ de rōne numeri sit, qđ sint plura vno, manifestat per spēs, quia duo & tria, & quilibet alius numerus denominatur ab vno, vnde dr̄ in 5. Met. substātia senarij est in hoc, ꝙ sit sexies vnū, non aūt in hoc ꝙ sit bis tria, vel ter duo, quia sequeretur ꝙ vnius rei essent plures definitiones & plures substantiæ, quia ex diuersis partibus diuersimode consurgit vnus numerus. Secundo ibi. Te. com. 19.

Versus aūt plus fit vt semper intelligatur, diuisiones.n. magnitudinis duas in partes æquales sunt infinitę. Quare potentia quidē est, actu non est, sed semper id quod accipitur multitudinem oēm exuperat definitam. Sed non est separabilis hic numerus diuisionis, nec infinitus permanet sed fit. quemadmodum tempus, & ipse numerus tēporis. ARGY.

In plus aūt semper est intelligere, infinitæ.n. sunt bipartitiones magnitudinis. Quare potentia quidem est, actu vero non, sed semper excedit acceptum omnem determinatam multitudinem. Sed non separabilis est hic numerus a diuisione, neque manet infinitus, sed fit semper sicut tempus, & numerus temporis. ANTI.

Assignat cām quare in numeris additio excedit oēm determinatā multitudinē, & dicit, ꝙ possumus sp̄ intelligere, quolibet numero dato, alium maiorē per hoc ꝙ magnitudo diuiditur in infinitū, manifestū est.n. qđ diuisio causat multitudinē, vñ q̄to plus diuiditur magnitudo, tanto maior multitudo cōsurgit, & iō ad infinitā diuisionem magnitudinū, sequitur infinita additio numerorum. Ideo sicut infinita diuisio magnitudinis non est in actu, sed in potētia, & excedit oē determinatum in minus (vt dictum est) ita additio numerorum infinita nō est in actu, sed in potentia, & excedit oēm determinatā multitudinē. Sed hic numerus, q̄ sic in infinitū multiplicatur, nō est numerus separatus a diuisione magnitudinum. Circa quod sciendū est quod diuisio (vt dictū est) multitudinē causat. Est aūt diuisio duplex. Vna formalis quæ est p̄ opposita, & alia s̄m q̄titatem. Prima aūt diuisio cāt multitudinē, quæ est de transcēdentib. s̄m quod ens diuiditur per vnū, & multa. Sed diuisio cōtinuæ q̄titatis causat numerum, qui est spēs quantitatis, in q̄tum habet rōnem mensuræ, & hic numerus multiplicabilis est in infinitū, sicut & magnitudo diuisibilis est in infinitū. Sed multitudo, q̄ sequitur diuisionē formalē rerum, nō multiplicatur in infinitū, sunt.n. determinatæ spēs rerū, sicut & determinata q̄titas Vniuersi. Et iō dicit, qđ hic numerus, q̄ multiplicatur in infinitū, nō separatur a diuisione cōtinui. Neque tñ hic numerus sic est infinitus, sicut aliqđ permanēs, sed sicut sp̄ in fieri existens in q̄tum successiue addit̄ supra quēlibet numerū datum, sicuti ēt est de t̄pe, & de numero t̄pis. numerus.n. t̄pis crescit successiue per additionem diei ad diē, non qđ omnes dies sint simul. Deinde cum dicit. Diuisionum duplex genus.

In magnitudinib. autem contrarium est. Nam diuiditur quidem in infinita continuum ipsum. Versus aūt maius non est infinitum. quantum.n. contingit potentia esse, tantū & actu esse contingit. Quare cū infinitum nullum sit sensibile corpus, non contingit definitæ magnitudinis ōis exuperationem esse. alioquin maius cęlo aliquid erit. ARGI.

In magnitudinibus autem contrarium est, diuiditur.n. in infinita continuum. In maius autem non est infinitum, quantum.n. contingit potētia esse. & actu contingit tantū esse. Quare cum sit infinita nulla magnitude sensibilis, nō contingit excessum esse omnis determinatę magnitudinis, esset enim vtique aliquid cælo maius. ANTI.

Te.com. 69: Hoc in loco dubitationem quā dam mouet quā & multū ante s̄pm Græci expositores soluerunt & breuius, nec indu[illegible]iusquā quā nec [illegible]

Ondit ꝙ e cōtrario est in magnitudinib. Diuidit̄.n. cōtinuū in infinitū (vt dictū est.) Sed in maius nō p̄cedit in infinitū, ēt s̄cđm potentiā, quia q̄tum vnūquodque est in potentia tm̄ pōt esse in actu. si igitur esset in potentia naturę ꝙ cresceret aliqua magnitudo in infini-

scopum atti-getit, vt docto lectori perspicuum esse poterit, breuitatis cã tantam rem aduertimus.

tũ, sequeretur, ꝙ esset aliqua magnitudo sensibilis infinita, qđ est falsum, vt supradictũ est. Relinquitur igĩ, ꝙ non est in potentia additio magnitudinum in infinitu sic, ꝙ excedatur cĩs determinata quantitas, q a sequeretur ꝙ esset aliquid maius Cœlo. Ex quo patet falsum esse, quod quidam dicunt, quod in materia prima est potẽtia ad omnem quantitatem. non. n. est in materia prima potentia nisi ad terminatam quantitatem. Patet etiã ex præmissis ratio, quare non oportet numerũ tantum esse in actu, quantum est in potentia. sicut hic dicitur de magnitudine, quia additio numeri sequitur diuisionem continui, per quam a toto itur ad id, quod est in potentia ad numerum, vnde non oportet deuenire ad aliquẽ actum hñientem potentiam, sed additio magnitudinis ducit in actum (vt dictum est.) Commentator aũt assignat aliam rationem, quia potentia ad additionem magnitudinis est in vna, & eadem magnitudine, sed potẽtia ad additionem numerorum est in diuersis numeris, inquantum cuilibet numero põt aliquid addi. Sed hæc ratio parũ valet, quia sicut per additionem est alia species numeri, ita alia & alia species mensuræ, secundum quod bicubitum & tricubitum dicuntur species quantitatis. Et etiam quicquid additur superiori numero additur inferiori, & secundũ hoc in vno & eodem numero scilicet binario vel ternario, est potentia ad infinitam additionem. Deinde cum dicit.

ARGI. *Ipsum autem infinitum non est idem in motu, magnitudine, atque tempore, vt vna quædam natura. Sed posterius dicitur ob prius, veluti motus quidem dicitur infinitus, quia prius ita dicitur magnitudo, super qua fit motus & quæ alteratur aut accrescit. Tempus aũt propter motum. Atque nunc quidem vtimur hisce, posterius autem, & quidnam sit horum vnumquodque & cur omnis magnitudo diuisibilis sit in magnitudines, dicere enitemur.*

ANTI. Te. com 70. *Infinitum aũt non idem est in motu, & magnitudine & tempore, tanq̃ vna quędam natura, sed posterius dicitur et secũdũ prius, vt motus quidẽ, quia prius est magnitudo in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur, tẽpus aũt pp motum. Nunc quidem. n. vtimur his. posterius autem tentabimus dicere, & quid est vnumquodque, & quia omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis.*

Ostendit qũo infinitum inueniatur diuersimode in diuersis, & dicit, quod infinitum non est secundũ eandem rationem in motu, & in magnitudine, & tempore, acsi esset vna natura vniuoce prædicata de eis, sed dr̃ de posteriori eorum secundum prius, sicut de motu pp magnitudinem, in qua est motus, vel localis, vel alterationis, vel augmenti. de tempore autem propter motũ & hoc ideo, quia infinitum competit quantitati, motus autem est quantus secundũ magnitudinem, & tempus propter motum (vt infra patebit.) Et ideo dicit quod nunc vtimur his, sed posterius manifestabitur de vnoquoquẽ eorum quid sit, & quod omnis magnitudo sit diuisibilis in magnitudines. Deinde cum dicit.

ARGI. *Atqui neq. Mathematicorum contemplatiõnẽ ea ratio aufert, que infinitum hoc pacto e medio tollit, vt ad incrementum habeat actu sine trãsitione. Neque. n. nũc ipso indigent infinito, neque vtuntur, sed tantam solum lineam postulant, quantã volunt finitam. Atque quantãuis aliã magnitudinem eadem diuidere rõne, quia diuisa est magnitudo maxima licet. Quare ad ostendendum quidem illo pacto nihil referret prorsus: esse autem ipsum in ijs magnitudinibus, quę in rerum sunt ratione.*

ANTI. Te.com.71. *Non remouet autem ratio mathematicos a consideratione, auferens sic esse aliquid infinitum, vt actu sit in augmentum, intransibile. Neque. n. sic indigent infinito, neq. vtuntur, sed solum esse lineam, quantamcunq. velint finitã: maximę aũt magnitudini, scđm eãdem inest secari rationẽm, quantamcunque magnitudinem alteram. Quare ad demonstrandum quidem, illo modo nihil differt, esse autem in existentibus erit magnitudinibus.*

Ostendit qũo Mathematici vtuntur infinito, & dicit ꝙ rõ prædicta, qua ponimus nõ esse magnitudinem infinitã in actu, non remouet considerationem Mathematicorũ, qui vtuntur infinito, puta cum Geometra dicit, quod sit talis linea infinita. non. n. indigent ad suam demonstrationem infinito in actu, neq; eo vtuntur, sed solum indigẽt, quod sit aliqua linea finita tanta, quanta est eis necessaria, vt ex ea possint subtrahere, quod volunt, & ad hoc sufficit, quod aliqua maxima magnitudo sit, quia alicui maximæ magnitudini competit, ꝙ possit diuidi secundum quãtamcunque proportionem respectu alterius magnitudinis datæ, vnde ad demonstrandum, non differt, vtrũ sit hoc modo, vel illo s. vel infinita, vel finita maxima q̃titas, sed q̃tum ad esse rei multũ differt, vtrũ sit vel non sit. Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum verò causę in quatuor sint distinctę, patet infinitũ vt materiam tãm esse, & esse quidem ipsius, priuationem esse, per se autem subiectum continuum ipsum atque sensibile esse. Cęteri etiam omnes ipso infinito, vt materia, vti videntur. Quapropter et absurdum est sanè ipsum id esse quod continet, & non id quod continetur, asserere.*

ANTI. Te com. 7[illegible] *Quoniam autem causę diuisę sunt quadrifariam, manifestum, quòd sicut materia infinitum causa est, & quod esse quidem ipsi priuatio est, per se autem subiectum, continuum ipsum & sensibile est. Videntur autem et omnes alij sicut materia, vtentes infinito. Vnde & inconueniens est, continens ipsum facere, & non contentum.*

Ostendit qũo infinitum sit principium, & dicit, qđ cum sint quatuor genera cãrum, (vt supra dictũ est,) patet ex premissis, ꝙ infinitũ est cã sicut materia, infinitũ . n. hẽt esse in potẽtia, ꝙ est propriũ materiæ. Sed materia q̃dem qñq; est sub forma, qñq; aũt sub priuatione. Infinito aũt non competit rõ materiæ scđm ꝙ est sub forma, sed scđm ꝙ est sub priuatione, quia. s. infinitum dr̃ per remotionẽ perfectionis, & termini. Et pp hoc subiũgit, ꝙ ipsi infinito esse, est priuatio. i. rõ infiniti in priuatione consistit. Et ne aliquis intelligat, ꝙ infinitũ est materia, sicut materia prima, subiũgit, ꝙ p se subiectum priuationis, quæ constituit rationem infiniti, est continuum sensibile. Et hoc apparet, quia infinitũ (qđ est in numeris) causatur ex infinita diuisione magnitudinis, & similiter infinitũ in tempore, & motu causatur ex magnitudine, vnde relinquitur, ꝙ primum subiectũ infiniti sit continuum. Et quia magnitudo secundũ esse non est separata a sensibilibus, sequitur, ꝙ subiectum infiniti, sit sensibile. Et in hoc etiam concordant oẽs antiqui, qui vtuntur infinito, sicut principio materiali. vnde inconueniens fuit quod attribuerunt infinito continere, cum materiæ non sit continere, sed contineri. In secundo comm.

LECTIO XIII.

Quinque diluuntur argumenta, quæ probare videbantur dari infinitum in actu.

ARGY. *At enim restat eas soluere rationes, quibus infinitum non solum potentia, sed vt definitum, etiam esse videtur. Partim enim non sunt necessarię, partim veras quasdam obiectiones alias habent.*

ANTI. Te.com.73. *Reliquum autem est aggredi secundũ quas rationes, infinitum esse videtur, non solum potentia, sed vt determinatum. Alia enim ipsorum non necessaria sunt, alia uerò habent quasdam ueras contrarietates.*

Immediate inferius. Postquam Philosophus per definitionem infiniti rationes eorum, quæ de infinito dicuntur, assignauit, hic soluit rationes, quæ supra positæ sunt ad ostendendũ, infinitum esse. Et primo dicit de quo est intentio. Secũdo exequitur propositum ibi. (Neque. n. vt generatio,) Dicit ergo primo. Post ea, quæ dicta sunt de infinito, reliquum est soluere rationes, secundum quas videbatur

tur ostendi, quod infinitum sit non solum in potentia, (sicut supra determinauimus) sed quod sit in actu, sicut ea, quæ sunt finita, & determinata. Aliquæ enim illarum rationum, non concludunt ex necessitate, sed sunt totaliter falsæ, aliquæ autem earum ex aliqua parte verum concludunt. Secundo ibi.

ARGY. *Non enim vt generatio non deficiat, corpus esse sensibile, infinitum actu, necesse est. Potest enim alterius corruptio generatio alterius esse, si finitum est Vniuersum.*

ANTI. *Neque. n. vt generatio non deficiat, necessarium est infinitũ esse actu sensibile corpus: contingit. n. alterius corruptionem alterius generationem esse, cum omne finitũ sit.*

Solutio tertii argumenti. Soluit quinq; rõnes, quæ supra positæ sunt ad ostendendum infinitum esse. Et primo soluit eam, quæ sumebatur ex parte generationis, quæ erat tertia. Concludebatur. n. ꝙ si generatio non deficit, quod oporteat esse in infinitum. Sed hæc ratio quantum ad hoc verum cõcludit, quod infinitum sit in potẽtia, quæ successiue in actum reducatur (sicut supra dictũ est) sed non est necessariũ, quod sit aliquod corpus sensibile infinitum in actu, ad hoc quod generatio non deficiat, sicut antiqui æstimauerunt, ponentes infinitum conseruare generationem, ac si semper generatio fieret per extractionem ex aliquo corpore: quod in infinitum fieri non posset, nisi illud corpus esset infinitum. Sed hoc non est necessarium, cum toto corpore sensibili existente finito, generatio in infinitum durare possit per hoc, quod corruptio vnius est generatio alterius. Secundo ibi.

ARGY. *Præterea tangere atque finitum esse diuersa sunt. Nã illud quidem ad aliquid est (omne enim quod tangit, aliquid tangit) atque accidit alicui finitorum. Finitum autem non est ad aliquid: neque fit, vt quoduis sine vllo discrimine quoduis tangat.*

ANTI. Te. com. 74. *Amplius tangi & includi, alterum est. hoc quidẽ enim ad aliquid, & cuiusdam (tangit enim aliquid omne) & finitorum alicui accidit. Finitum autem non ad aliquid est: neque tangere cuiusuis quoduis.*

Solu. quarti argumenti. Soluit rationem Quartam, quæ sumebatur ex parte contactus, ac si necessarium sit omne corpus finitum tãgere quoddam aliud, & sic oporteat procedere in infinitum. Sed ipse soluit, quod alterum est tangi & finiri, quia tangi & includi dicitur respectu alterius, omne. n. tangens tangit aliquid: sed finitum dicitur absolute, & nõ ad aliud, inquantum per proprios terminos aliquid finitum est in seipso. Accidit enim alicui finito quod tãgat. Non tamen oportet, quòd omne tactum ab vno, tangat aliud: vt sic in infinitũ procedatur. Vnde manifestum est, quod hæc ratio omnino nihil ex necessitate concludit. Tertio ibi.

ARGY. *Atqui per absurdum est intellectioni credere. non. n. in re est ipse excessus atque defectus, sed in ipsa intellectione. Nam potest quispiam vnumquenque nostrũ maiorẽ, quam est intelligere, augens ipsum in infinitum. At non ideo quispiam nostrum extra ciuitatem est, aut tantam magnitudinem, quam habemus, exuperat, quia quispiam sic intelligit: sed quia est, hoc autem accidit.*

ANTI. Te. com. 75. *Intelligentiæ aũt credere inconueniens est. Non. n. in re abundantia & defectus est, sed in intelligentia. Vnumquemque. n. nostrum intelliget vtique aliquis multiplicem seipso augmentans in infinitũ: sed non propter hoc, extra aliquid est, aut extra tantam multitudinem. quam habemus, quamuis intelligat aliquis, sed q̃m est, hoc accidit.*

Solu. quinti argumenti. Soluit rõnem Quintam, quæ sumitur ex parte intellectus, & imaginationis: quã antiqui non distinguebãt ab intellectu: Per hanc autem rationem supra ostendebatur, ꝙ esset spatium infinitum extra cœlum, & per consequens locus, & corpus. Sed ipse dicit: inconueniẽs est credere intelligentiæ, ita. s. quod quicquid apprehenditur intellectu, vel imaginatione sit verum, vt quidam antiquorum putauerũt, quorum opinio reprobatur in 4. Meta. Non enim sequitur, si apprehendo aliquã rem minorem, vel maiorem, quam sit, quòd sit aliqua abundantia, vel defectus in re illa, sed solum in apprehensione intellectus, vel imaginationis. Potest enim aliquis intelligere quemcunque hominem esse multiplicem, eius quod est, vel duplum, vel triplum, vel qualitercunque augmentans in infinitum, non tamen propter hoc erit aliqua huiusmodi quantitas multiplicata extra intellectum, aut extra determinatam quantitatem, aut magnitudinem. Sed contingit quòd re sic existente, aliquis ita intelligat. Quarto ibi.

ARGY. *Tempus autem & motus sunt infinita, & intellectio eo non permanente, quod sumitur.*

ANTI. *Tempus autem & motus infinita sunt, & intelligentia, non permanente accepto.*

Solutio primi argumenti. Soluit rationem primam acceptam ex tempore, & motu, & dicit ꝙ tempus & motus sunt infinita, non in actu quia nihil est temporis in actu, nisi nunc, neque aliquid motus est in actu, nisi quoddam indiuisibile. Sed intellectus apprehendit continuationem temporis & motus accipiendo ordinem prioris & posterioris, ita tamen ꝙ id, quod primo fuit acceptum de tempore, vel motu non permanet sic, vnde non oportet dicere, ꝙ totus motus infinitus sit in actu, vel ꝙ totum tempus sit infinitum. Quinto ibi.

ARGY. *Magnitudo vero neque diuisione, neque incremento intelligibili est infinita. Sed de infinito quonã pacto est, & non est, & quid etiam est, satis iam diximus.*

ANTI. *Magnitudo aũt neque diuisione, neque intelligibili augmentatione est infinita. Sed de infinito quidem quomodo est, & quomodo non est, & quid est, dictum est.*

Solutio secũdi argumenti. Soluit rationem secũdam sumptam ex parte magnitudinis. & dicit, ꝙ magnitudo non est infinita in actu, neque per diuisionem, neque per augmentationem intelligibilem, sicut ex supradictis patet, Vltimo autem epilogat quod dictum est de infinito.

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER QVARTVS.

Cum S. Thoma expositione.

SVMMA LIBRI.

De loco, Vacuo, Tempore, tum ex Antiquorum, tum ex propria sententia disseritur.

LECTIO I.

Loci contemplationem ad Naturalem attinere dicitur, propriæ item rationes, famosæque adducuntur locum esse affirmantes.

ARGY. *Vt autem de infinito, sic de loco necesse est Philosophum naturalem si sit, necne, & si sit quonam sit modo, quidque etiam sit, cognoscere.*

ANTI. Tex. com. 1. *Simpliciter autem necesse est Naturalem, & de loco, sicut & de infinito, considerare si est, aut non, & quo modo est, & quid est.*

Postquam Philosophus determinauit in Tertio de motu, & Infinito, quæ competunt motui intrinsecè, secundum quòd est de genere continuorum, nunc in Quarto libro intendit determinare de ijs, quæ adueniunt motui extrinsecè. Et primo de iis, quę adueniunt motui extrinsecè, quasi mensuræ mobilis. Secundo de

Tempore, qđ est mẽsura ipsius motus ibi. (Cõsequens aũt dictis,) Circa primum duo facit. Primo determinat de loco. Secundo de vacuo ibi. (Eodem aut modo accipiendum.) Circa primum duo facit. Primo ostendit qđ determinandũ est a Naturali de loco. Secundo prosequitur propositum ibi. (Quod quidem igitur locus sit.) Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, & dicit quod sicut ad Naturalem pertinet determinare de infinito, si est, vel non est, & quomodo sit; & quid sit, similiter etiam & de loco. Secundo ibi.

Te. com. 87.
Te. com. 50.
T. c. 3.

ARGI. *Nam omnes ea, quæ sunt, alicubi esse existimant, quia id quod non est, nusquam est. vbi namque hippocentaurus est, aut chimera.*

ANTI. *Et ea namque, quæ sunt, omnes opinantur alicubi esse. Quod enim non est, nusquam est. vbi enim est † .i. tragelaphus, aut sphinx.*

† hircocerpus.

T. c. 2. Probat quod dixerat. Et primo ex parte ipsius loci. Secundo ex parte nostra ibi. (Habet autem multas dubitationes) Circa primum donit duas rõnes, quarũ prima talis est. Ea, quæ sunt communia omnib. Naturalibus, pertinent maxime ad considerationem Naturalis, sed locus est hmõi, omnes enim cõmuniter opinantur omnia ea quæ sunt, in aliquo loco esse. Et ad hoc probandum vtuntur Sophistico argumento a positione cõsequentis. Argumẽtantur enim sic. Quod non est, nusquam est. i. in nullo loco est, non enim est date vbi sit Tragelaphus aut sphinx, quæ sunt quædam fictitia, seu chimerica. argumentantur ergo, quod si id, qđ in nullo loco est, nõ sit, ergo oẽ quod est, est in loco. Sed si esse in loco conuenit omnib. entibus, videtur quod locus magis pertineat ad considerationem Metaphysici, quam Physici. Et dicendum est, quod hic argumẽtatur ab opinione ponentiũ omnia entia esse sensibilia, propter hoc, quod imaginationem corporum transcendere non possunt, & secundum hos Naturalis scientia est Philosophia prima cõmunis entibus, vt dicitur in quarto Metaphysicæ. Secundam rationem ponit ibi.

Argumentũ Platonis in Timæo, eius verba referũtur, Simplicio.

ARGI. *Communis quoque maxime, atq. propriissimus motus (quem lationem appellamus) loco sæpe accommodatur.*

ANTI. *Et de motu qui oĩs maxime est, & magis proprius qui secundum locum est, quem vocamus loci mutationem.)*

ex text. c. 7.

Quæ talis est. Ad Philosophum Naturalẽ pertinet considerare de motu, sed motus, qui est secundum locum, (quem dicimus loci mutationem) est maxime cõmunis inter omnes motus, quædam enim corpora. s. cælestia mouentur hoc motu tantum, cum tamen nihil moueatur alijs motibus, quin moueatur hoc motu: Similiter etiam hic motus est magis proprius, quia hic solus motus est vere cõtinuus, & perfectus, vt in Octauo probabitur. Motus autem secundum locum non potest cognosci, nisi cognoscatur locus. Naturalis igitur debet considerare de loco. Deinde, cum dicit.

Se[c]unda rõ.

Quõ motus localiter cõiter, ac prior sit cæteris motib. vide 8. Physic. a text. 53. vsq. ad text. c. 61.

T. c. 2. *Complures autem dubitationes emergunt, quidnam sit ipse locus. non enim idem ex omnibus, quæ ipsi competunt, contemplanti videtur. Præterea nihil ab alijs, aut dubitatum de ipso, aut inuentum habemus.*

Habet autem multas dubitationes quid forte sit locus. non. n. idem videtur considerantibus ex omnibus quæ insunt. Amplius autem neque habemus quicquam ab alijs neque prędubitatum, neque bene exquisitum de hoc.

Plato sic de loco in Timæo tractauit, vt de materia potius tractasse videatur.

Inducit ad idem rationem ex parte nostra. de illis. n. a Sapientibus determinandum est, de quibus dubitatio est, multæ autẽ dubitationes sunt de loco quid sit. quarum quidem dubitationum duplex est causa, vna est ex parte ipsius loci, quia non omnes proprietates loci ducunt in eandem sententiam de loco, sed ex quibusdam proprietatibus loci videtur, quod locus sit hoc, ex quibusdam autem videtur, ꝙ locus sit aliud. Alia vero causa est ex parte hominum, quia antiqui nec bene mouerunt dubitationem circa locum, neque etiam bene exquisierunt veritatem. Deinde cum dicit.

ARGI. *Esse autem locum ex translatione patere videtur. vbi namque nunc est aqua, hic rursus est aer, hinc ęgressa illa tanquam ex vase. Nonnunquam etiam eundem hunc locum aliud corpus quippiam occupat, hoc autem ab his omnibus, quę insunt atque mutãtur, diuersum esse videtur, in quo namque nunc est aer, in hoc prius fuerat aqua. Quare patet locum & receptaculum ipsum aliud quid esse ab vtrisque ad quod, & ex quo sunt mutata.*

ANTI. *Quod quidem igitur locus sit, videtur ex transmutatione manifestum esse, vbi namque nunc est aqua, hinc exeunte sicut ex vase, iterum aer inest. aliquando autem locum hunc aliud aliquod corporum detinet, hoc ab iis quę insunt & commutantur, alterum omnibus esse videtur. in quo enim aer est nunc, aqua in hoc prius erat. Quare manifestum est, quod erat locus aliquis, & receptaculum alterum ab vtrisque, in quod, & ex quo mutatum est.*

Tex. com. 3.

In fine. 22. t. Incipit determinare de loco, & primo per modũ disputatiuum. Secundo determinando veritatẽ ibi. (Post hoc autem accipiendum.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendum locum esse. Secundo ad ostendendum quod locus nõ sit. ibi (At vero, sed habet defectum.) Circa primum duo facit. Primo ostendit locum esse rationibus acceptis a veritate rei. Secundo ab opinionibus aliorum ibi. (Amplius vacuum.) Circa primum ponit duas rationes, in quarũ prima sic procedit. Dicit enim quod ex ipsa trãsmutatione corporũ quæ mouentur secundum locum, manifestum est, quod locus aliquid sit. Sic. n. enim transmutatio quæ est secundum formas, homines induxit ad cognitionem materiæ, quia scilicet oportet esse aliquod subiectũ, in quo sibi formæ succedant, ita transmutatio secundũ locum induxit homines ad cognitionem loci: oportet. n. esse aliquid, vbi sibi corpora succedãt. Et hoc est quod subdit, quod exeunte aqua inde, vbi nunc est, sicut ex quodam vase, iterum subintrat aer, cum igitur eundem locum quandoque aliud corpus detineat, ex hoc manifestum vr̃ esse quod locus sit aliud ab ijs, quę sunt in loco, ꝙ transmutantur secundũ locum, quia vbi nũc est aer, prius aqua ibi erat, quod non esset, si locus non esset aliud ab aere, & aqua. relinquitur igitur, quod locus est aliquid, & quoddam receptaculum alterũ ab vtroque locatorũ, & est terminus motus localis, a quo & in quẽ. Secundam rationem ponit ibi.

Te. com. 14.
Tex. com. 6.

ARGI. *Prȩterea corporum naturalium atque simplicium, vt ignis, et terrę, ac talium lationes non solum aliquid esse locum, sed etiam habere quandam potentiam indicant, fertur. n. vnumquodq. suum ad locum, aliud sursum, aliud deorsum, nisi prohibeatur. Hęc autem loci sunt partes & species supra inquã, ac infra, cęterę q. quatuor differentię, suntque hęc, dextrum inquam atq. sinistrum, & supra ac infra, non solũ nostra ex parte (ad nos. n. non semp est idẽ, sed sit vt vertimur positione.) Quocirca sępe idem dextrum est, atque sinistrum, & supra, ac infra, & ante, & retro. Sed ẽt ex ipsa natura ibi distinctum est seorsum vtrunque. Nõ. n. quoduis est ipsũ supra, sed id quo fertur ignis, ac leue. Similiter & infra non est quoduis, sed id quo ea, quę pondus habent, & terrea pergunt. Quibus patet, hęc non solum positione, sed vi quoq. differre. Indicant id ipsum & Mathematica. Nam & si non sunt in loco, nostra tamen positione dextra, leuaq. habent, nihil horum habentia natura (vt solum positio ipsorum intelligatur.)*

ANTI. *Amplius aũt loci mutationes Physicorum corporum & simpliciũ, vt ignis, & terrę, & talium non solum ostẽdunt, quod aliquid est locus, sed quod et habet quãdam potentia, fertur. n. vnũ quodq. in suum locum, nõ prohibitũ, hoc quidem sursum, illud aũt deorsum. Hęc autem sunt loci partes, & species, sursum, & deorsum, & reliquę sex*

T. c. 4.

Loci partes & species.

Idē.3. Phy. t.c.54. & 1. Cœ.text.cō. 9.'& int.seq. T.c.5.

ſex diſtantiarum. Sunt autem huiuſmodi non ſolum ad nos dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, & deorſum. nobis enim non ſemper idem ſed ſecundū poſitionem quomodocunque vertamur ſit, propter quod idem multoties dextrum & ſiniſtrum eſt, & ſurſum, & deorſum ante & retro. In natura aūt determinatum eſt ſeorſum vnūquodq;. Non enim quodcunque contingit, ſurſum eſt: ſed quo fertur ignis & leue. Similiter autem, & deorſum non quodcunque contingit, ſed quo habentia grauitatem, & terrea tanquam non poſitione ſolum differentia, ſed potentia. Oſtendunt autem, & Mathematica: cum enim non ſint in loco, tamen ſecundum poſitionem ad nos habent dextra & ſiniſtra (vt ſolum intelligatur ipſorum poſitio) non habentia natura horum vnumquodque.

Et dicit quod, cum quorumcunq; corporū motus, oſtendat locum eſſe, vt dictū eſt, motus localis corporū naturalium ſimplicium, vt ignis, & terræ, & aliorum huiuſmodi grauium, & leuiū, non ſolum oſtendit quod locus ſit aliquid, ſed etiam quod locus habeat quandā potentiam, & virtutem. Videmus.n. quod vnumquodque horum fertur in ſuum proprium locum, quando nō impeditur: graue quidem deorſum, leue autem ſurſum. Ex quo patet, quod locus habet quandam virtutem cōſeruandi locata, & propter hoc locatum tendit in ſuum locum deſiderio ſuæ conſeruationis. Non autem ex hoc oſtenditur quod locus habeat virtutem attractiuam, niſi ſicut finis dicitur attrahere. Surſum autem deorſum, & alia de numero ſex diſtantiarum. ſ. ante & retro, dextrorſum & ſiniſtrorſum, ſunt partes, & ſpecies loci. Huiuſmodi autem diſtantiæ determinantur in Vniuerſo, ſecundum naturam, & nō ſolum quo ad nos. & hoc patet, quia in his, in quibus iſta dicuntur quo ad nos ſemper idem eſt ſurſum, vel deorſum, dextrorſum, vel ſiniſtrorſum: ſed variatur ſecundū quod diuerſimode nos conuertimur ad ipſum. vnde multoties aliquod immobile manens, quod prius erat dextrum fit ſiniſtrum, & ſimiliter de alijs, prout nos diuerſimode ad illum conuertimur. Sed in natura aliquid determinatum eſt ſurſum, & deorſum ſecundum motum grauium & leuiū, & aliæ poſitiones ſecundum motū cœli, vt in Tertio dictum eſt. Non enim indifferenter quæcunque pars mūdi eſt ſurſum, vel deorſum: ſed ſemper ſurſum eſt, quo feruntur leuia, deorſum autem, quo feruntur grauia. Quæcunque autem ſecundum ſe habent determinatas poſitiones, neceſſe eſt quod habeant potentias, quibus terminentur. alia enim eſt in animali potentia dextri, & alia ſiniſtri, vnde relinquitur, ꝙ locus ſit, & habeat aliquam potentiam. Quod autem in aliquibus dicatur poſitio ſolū quo ad nos, oſtendit per Mathematica, quæ quidem licet non ſint in loco, tamen attribuitur eis poſitio locorum per reſpectum ad nos. vnde in eis nō eſt poſitio ſm naturam, ſed ſolum ſecundum quod intelliguntur in aliquo ordine ad nos, vt ſupra, vel ſubtus, vel ſiniſtrorſum, vel dextrorſum. Deinde cum dicit.

ARGI.

Præterea qui vacuum eſſe dicunt, locum aſſerunt eſſe. Vacuum enim locus erit ſane corpore carens. Locum igitur aliquid eſſe præter corpora ipſa: & omne corpus ſenſibile eſſe in loco, per hæc quiſpiam ſane putabit.

ANTI. T.6.com.6.

Amplius vacuum affirmantes, locum dicunt eſſe. Vacuum enim erit vtique locus priuatus corpore. Quod quidem igitur ſit aliquis locus præter corpora: & omne corpus ſenſibile in loco, per hoc aliquis concipiet.

Oſtendit locum eſſe ex opinionibus aliorum. Et primo ex opinione ponentium vacuum. quia quicunque affirmant vacuum eſſe, neceſſe eſt ꝙ dicant eſſe locum. cum vacuū nihil aliud ſit, quam locus priuatus corpore. Et ſic ex hoc, & præmiſſis rationibus poteſt aliquis concipere, quod locus ſit aliquid præter corpora, & qđ omnia corpora ſenſibilia ſint in loco. Secundo ibi.

ARGI. † In thompo nia, in lib de ori ini deorum.

Recte etiam Heſiodus † videbitur dicere: faciens ante omnia chaos. Dicit enim Ante chaos, poſt hoc facta eſt latiſſima tellus, propterea, quod primo receptaculum hiſce, quæ ſunt fuiſſe oportebat, quia putabat, vt multi, cuncta alicubi eſſe atque in loco. Quod ſi ita ſit, admirabilis quædam ipſius loci vis erit, & omnibus prior. Quod.n. ita ſe habet, vt ſine ipſo quidem cætera nequeant eſſe, ipſum aūt ſine cæteris ſit id primum omnium eſſe, neceſſe eſt. locus .n. non perit, etſi ea quæ in ipſo ſunt corrumpantur.

ANTI. † Orpheus, vaſtū, & immēſum hiatum, quod Heſiodus chaos vocauit. T.c.7.

Videbitur aūt vtique & Heſiodus recte dicere, faciens primum Chaos. † dicit igitur. Omnium quidem primum Chaos factum eſt, poſtea vero terra lata, tanquam indigeret primū eſſe receptaculum ijs, quæ ſunt: propter id, quod opinati ſunt quēadmodum multi, omnia alicubi et in loco eſſe. Si aūt huiuſmodi eſt, mirabilis quædam vtique erit potentia loci & prima omnium. Sine quo namque aliorū nullum eſt, illud autem ſine alijs, neceſſe eſt primum eſſe. non enim perditur locus ijs quæ ſunt in eo corruptis.

† Simpl. hoc in loco non ita craſſam Heſiodi poſitionē fuiſſe, vt Ariſto. ei tribuit, oſtendit.

Inducit ad idē opinionē Heſiodi, † qui fuit vnus de Antiquis Poetis Theologis, qui poſuit primo factū eſſe chaos. Dixit.n. ꝙ primo inter omnia factū eſt chaos, quaſi quædam confuſio, & receptaculum corporum, & poſtea facta eſt terra lata ad recipiendum diuerſa corpora, ac ſi primo neceſſe eſſet eſſe receptaculum rerū, quam ipſæ res. Et hoc poſuerunt, quia crediderūt, ſicut & multi alii, quod omnia quæ ſunt, ſint in loco, Quod ſi verum eſt, ſequitur quod locus non ſolum ſit, ſed qđ habeat mirabilem potentiam, quæ ſit prima omnium entium: illud.n. quod pōt eſſe ſine alijs, & alia nō poſſunt eſſe ſine eo, vr̃ eſſe primum, locus aūt ſecundum eos poteſt eſſe ſine corporibus, ꝙ ea inde coniiciebant, quia videmus locum remanere deſtructis locatis, res autem non poſſunt eſſe ſine loco. relinquitur igitur ſecūdum eos, quòd locus ſit primum inter omnia entia.

LECTIO II.

Rationes locum eſſe deſtruentes adducuntur.

ARGY.

Verum ſi ſit locus, exiſtit continuò dubitatio, quidnam ſit, vtrum moles corporis quædam, an alia quædam natura, Eſt enim genus ipſius primo quærendum. Igitur habet quidem dimenſiones tres, longitudinem, latitudinem ac etiam altitudinem, quibus omne definitur nimirum corpus. at locum impoſſibile eſt eſſe corpus, erunt.n. in eodem corpora duo.

ANTI. Tex. com. 8. Stoici (vt refert Simpl.) corporū penetrationē, poſuere contra quos Alex. libellū acutiſſimū edidit. Eudem⁹ autē nedum duo naturalia corpora in eodem, inquit, eſſe nō poſſunt, at nec naturale vnum, & alterum Mathematicū.

AT verò hēt defectū ſi eſt, quid eſt, vtrum.n. moles quędam corporis, aut quędam altera natura. Quęrendum eſt.n. genus ipſius primum. Diſtantias quidem igitur habet tres, longitudinis, latitudinis, & profunditatis, quibus determinatur corpus omne. Impoſſibile eſt autem corpus eſſe locum, in eadē namq. eſſent duo corpora.

Poſtquam Philoſophus poſuit rationes ad oſtendendum quòd locus ſit, hic ponit ſex rationes ad oſtendēdum, quòd locus non ſit. Principium autem ad inueſtigandum de aliquo an ſit, oportet accipere quid ſit, ſaltē quid ſignificetur per nomen, & ideo dicit, quod quamuis oſtenſum ſit quod locus ſit, tamen habet defectum, id eſt dubitationem, quid eſt, ei ſi eſt, vtrum ſcilicet, ſit quædam moles corporea, aut aliqua natura alterius generis. Et ex hoc ſic argumentatur. Si locus eſt aliquid, oportet quod ſit corpus, quia locus habet tres dimenſiones id eſt longitudinis, latitudinis & profunditatis. his autē determinatur corpus, quia omne quod habet tres dimenſiones, eſt corpus: ſed impoſſibile eſt locum eſſe corpus: quia, cum locus & locatum ſint ſimul, ſequetur duo corpora eſſe ſimul, quod eſt inconueniens. ergo impoſſibile eſt locum aliquid eſſe.

Secundam rationem ponit ibi.

ARGI.

Pręterea ſi corporis ſit locus ac receptaculum, patet. & ſuperficiei, & reliquorum finium eſſe, eadē.n. accommoda-

modabitur ratio: nam vbi prius erant superficies aquæ, su perficies rursus aeris erunt. at nulla est differentia puncti, ac loci puncti. Quare si locus non est diuersus ab hoc, neque a cęterorum vllo diuersus est, nec quicquam est ipse præter vnumquodque istorum.

ANTI. T.c.9. *Amplius, si vero corporis locus est receptaculum, manifestum quod & superficiei erit, & reliquorum terminorum. eadem.n. consonat ratio: vbi namque prius erāt aquæ plana, erunt iterum quæ sunt aeris. At vero differētiam nullam habemus puncti, & loci puncti, quare, si neque ab hoc est locus diuersus, neque ab aliorum aliquo: neque est aliquid præter vnumquodque istorum locus.*

Secunda rõ. Quæ talis est. Si locus corporis vere est quoddam receptaculum corporis, aliud a corpore, oportet, quod et superficiei sit aliquod receptaculum, aliud ab ipsa. & similiter est de alijs terminis quantitatis, quæ sunt linea, & punctus. Et hanc conditionalem sic probat. Propter hoc.n. ostendebatur locus esse alius a corporibus, quia vbi nunc est corpus aeris ibi prius erat corpus aquæ. & similiter vbi prius erat superficies aquæ, nunc est superficies aeris, ergo locus superficiei est aliud a superficie, & similis ratio est de linea & puncto. Argumentatur ergo a destructione consequentis, per hoc quod non potest esse aliqua differentia loci puncti a pūcto; quia, cum locus non excedat locatum, locus puncti non pōt esse nisi aliquod indiuisibile. Duo autem indiuisibilia quantitatis, vt duo puncta simul coniuncta, non sunt, nisi vnum: ergo eadem ratione, neque locus superficiei erit aliud a superficie, neque locus corporis erit aliud a corpore. Tertiam rationem ponit ibi,

ARGY. *Quid.n. tandem locum esse ponemus? Neque.n. elementum, neque ex elementis, aut corporeis, aut incorporeis esse potest, talem habens naturam, nam magnitudinem quidem habet, nullum est autem corpus. At corporum quidē sensibilium elementa corpora sunt. ex intelligibilibus, autem elementis, nulla fit magnitudo.*

ANTI. Te.c.10. *Quid enim forte ponemus esse locum? Neque.n. elemētū neque ex elementis potest esse huiusmodi habens naturam, neque corporeum, neque incorporeum magnitudinē quidem enim habet locus, corpus autem nullum. Adhuc autem sensibilium quidem corporū, elementa corporea ex intelligibilibus autem elementis magnitudo nulla fit.*

† Non enim inquit Simpli. sufficiēs partitio elemētorū ista fuit, cū materiam, & formam relinqueret, & hoc de industria fecit Arist.

Quæ talis est. Omne, quod est, vel est elementū, vel est ex elementis, sed locus neutrum horum est, ergo locus non est. Mediā probat sic. Omne, quod est elementum, vel ex elementis, est de numero corporeorum, vel incorporeorum, sed locus non est de numero incorporeorum, quia habet magnitudinē, nec de numero corporeorum, quia non est corpus, vt probatum est, ergo neque est elementum, neque ex elemētis. Et quia posset aliquis dicere, quod licet non sit corpus, est tamen elementum corporeum, ad hoc excludendum subiungit, quod sensibilium corporum sunt elementa corporea (quia elementa non sunt extra genus elementatorum.) Nā ex intelligibilibus principijs, quę sunt incorporea, non constituitur aliqua magnitudo. vnde, si locus non sit corpus, non potest esse elementum corporeū. Quartam rationem ponit ibi.

Tertia ratio. Hanc rationē & sequētem, cur non dissoluat Arist.

Vide.t.c.47.

ARGY. *Præterea cuiusnam rei causam locum esse quispiam ponet? nulla.n. ipsi causarum quatuor competit. Neque.n. ut materia rerum est cā (quippe cum nihil ex ipso constet) neque vt Forma rōne, neque vt Finis, neq. res vllas mouet.*

ANTI. T.c.11. *Amplius & cuius vtiq. quis ponet ex his quę sunt cām esse locum? nulla n. cā inest ipsi de quatuor. Neque.n. sicut Materia, eorum quæ sunt, neque enim ex ipso constituta sunt entia neque sicut Forma & ratio eorum, quæ sunt, neque sicut Finis, neque sicut Mouens ea quæ sunt.*

Quarta rõ. Quæ talis est. Omne, quod est, aliquo modo est causa respectu alicuius, sed locus non potest esse causa secundum aliquem quatuor modorum. † neque.n. est causa sicut materia, quia ea, quæ sunt, non constituuntur ex loco, quod est de ratione materiæ, neq; sicut causa formalis, quia tunc omnia, quæ haberent vnum locum, essent vnius speciei, cum principium speciei sit forma, neque iterum sicut causa finalis rerum, quia magis videntur esse loca propter locata, quam locata propter loca, neque iterum est causa efficiens, vel motiua, cum sit terminus motus. Videtur igitur, quod locus nihil sit. Quintam rationem ponit ibi.

† Cum hoc aliter Simpl. adducit, & Eudemus contra Demo. a causis omnibus locum alienū esse ostēdit.

ARGY. *Præterea, & ipse, si sit vnum quid eorum, quæ sunt, alicubi erit: Zenonis nanque dubitatio rationem aliquā quęrit. Nam si omne quod est, est in loco, patet & locū etiam esse loci, atque hoc in infinitum abibit.*

ANTI. Te.c.12. *Amplius & ipse si est aliquid eorum, quæ sunt, alicubi erit. Zenonis enim opinio quærit quandam rationem, si nanque omne quod est, in loco est, manifestum quoniam & loci locus erit, & hoc in infinitum procedet.*

Quinta rõ. Soluuntur hęc infra t.c.18. & 49. Quæ est ratio Zenonis, & est talis. Omne, quod est, est in loco: si igitur locus est aliquid, sequitur quod sit in loco, & ille locus in alio loco, & sic in infinitū, quod est impossibile, ergo locus non est aliquid. Sextam rationem ponit ibi.

ARGI. *Insuper, sicut est omne corpus in loco, sic est, & in oī loco corpus, quonam pacto dicemus de iis quæ accrescunt? Nā si locus cuiusq; neq. minor est, neq. maior, necesse est vna cū ipsis incremēta locum suscipere. Ex his igitur, nō solum quidnam sit locus: sed si sit ēt, dubitare necesse est.*

ANTI. Te.com.13 *Amplius si, vt omne corpus in loco est, sic & in omni loco corpus, quomodo igitur dicemus de iis, quæ augmentantur? Necesse est enim ex his simul augmentari locum cum ipsis, si neque minor neque maior locus est vniuscuiusque. Per hoc quidem igitur non solum quid est, sed etiā si est dubitare necesse est.*

Sexta ratio. Quę talis est, Omne corpus est in loco, & in omni loco est corpus, vt a multis probabiliter existimatur, ex quo accipitur quod locus non sit minor, neque maior, quam locatum. cum ergo locatū crescit, oportet quod crescat & locus. sed hoc videtur impossibile, cum locus sit quoddam immobile, non ergo locus aliquid est. Et vltimo epilogat, quod per huiusmodi rationes non solum dubitatur, quid sit locus, sed etiam an sit. Huiusmodi autem rationes soluentur per ea, quæ sequentur.

LECTIO III.

Opinionis formam seu materiam locum esse dicentium, propositum sequitur, eaque quamplurimis rationibus refelluntur.

ARGI. *Cum aūt quoddam per se, quoddam dicatur per aliud, & locus alius sit communis, in quo cuncta corpora sunt alius proprius, in quo primo quippiam est. Nam tu nunc es in cælo, quia in aere es, qui quidem in cælo est, & rursus in aere es, quia in terra es, & in hac similit modo, quia in hoc loco es, quia nihil plus quam te continet. Cum hæc igitur ita sint, atque locus id sit, quod primum vnūquodque corporum continet, finis ipse quidem erit profecto. Quare locus vniuscuiusque forma esse videbitur: qua magnitudo materiaque magnitudinis terminatur: hæc.n. rei cuiusque est finis. Atque hoc quidem modo considerantibus locus vniuscuiusque forma esse videtur.*

ANTI. Te.com.14 *Quoniam aūt aliud quidem secundum se, aliud vero secundum aliud dicitur: similiter & locus, alius quidem communis, in quo omnia corpora sunt: alius vero proprius in quo primo. (Dico aūt communis, quoniam quasi tu nunc in cęlo es, quia in aere, hic autē in cęlo & in aere, quia in terra, similiter aūt & in hac, quia & in loco, qui nihil continet plusquā te.) Si igitur locus est primum continens vnūquodq. corpus † terminus quidam vtiq. erit, quare videntur spēs, et forma vniuscuiusq. locus esse qua determinatur magnitudo, et materia magnitudinis, hæc.n. est*

† In hac ratione est sophisma, in equiuocatione finis.

qui intranee de forma, & extranee dicitur de loco. Simpl. & post ipsum commen. Te.com.15. T.c.27.

est vniuscuiusque terminus. Sic quidem igitur considerãtibus locus vniuscuiusque species est.

Postquam Philosophus inquisiuit disputatiue an locus sit, hic inquirit quid sit. Et primo ponit rõnes disputatiuas ad ostendendum locum esse formam, vel materiam. Secundo ponit rationes in contrarium ibi. (At vero quod impossibile sit.) Circa primũ duo facit. Primo ponit rõnem ad ostendendum locum esse formam. Secundo ad ostendẽdum locum esse materiam. ibi. (Secundum autem quod vr̃ locus esse.) Tertio inducit corollarium ex his ibi, (Merito autem ex his.) Dicit ergo primo, quod sicut in entibus quoddam est per se ens, & aliquod dr̃ ens per accidens similiter considerandum est circa locum, quod quidam locus est communis, in quo omnia corpora sunt, & alius est locus proprius, qui primo & per se dr̃ locus. Locus autem communis non dicitur locus nisi per accidens, & per posterius, quod sic manifestat. possum.n. dicere quod tu es in cœlo, quia es in aere, qui est in cœlo, & quod tu es in aere & in cœlo, quia es in terra, & in terra diceris esse, quia es in loco, q̃ nihil continet plus quam te. Si ergo illud, quod primo, & per se continet vnumquodque, est per se locus eius, huiusmodi autem est terminus, ad quem res terminatur, sequitur ergo quod locus proprie, & per se sit terminus rei. Forma autem est terminus vniuscuiusque, quia per formam terminatur materia vniuscuiusque ad proprium esse, & magnitudo ad terminatam mensurã. quãtitates enim rerum consequuntur formas earum, videtur igitur secundum hanc cõsiderationem quod locus sit forma. Sed sciẽdum quod in hac ratione est sophismi consequentis: syllogizatur enim in secunda figura, ex duabus affirmatiuis. Secundo ibi.

Secũda parte. tex.15. Secunda parte. text.10.

ARGY.

Vt autem interuallum magnitudinis esse videtur materies, hoc.n. a magnitudine est diuersum, & est, id quod a forma continetur ac terminatur, velut a superficie termino ve. tale autem est ipsa materies, & id quod terminis caret. Nam, cum aufertur finis, atque affectus a pila, nihil præter materiam restat. Quapropter & Plato in Timæo materiam & receptaculum, idem esse dicit. Susceptiuum.n. & receptaculum, vnum esse dicit ac idem. Et quanquam materiam illo quidem in loco susceptiuum appellat, in hisce vero, quæ non scriptæ Sententiæ nuncupantur alio modo, locum tamen & receptaculum, idem asseruit esse. Vniuersi nãque locum aliquid esse dicunt, hic vero quidnam sit solus dicere est aggressus.

ANTI.

Secundũ autem quod videtur esse locus distantia magnitudinis, sic materia. hæc nanque altera est a magnitudine. Hæc autem est contenta sub specie & definita, sicut sub plano & termino. est autem huiusmodi materia & infinitum. Cum.n. remouentur termini & passiones sphæræ, relinquitur nihil præter materiam. Vnde Plato materiam & locum dicit esse idẽ in Timæo. receptiuum enim & locum vnum & idem dicit, alio vero modo ibi dicens receptiuum, & in dictis, non scriptis Dogmatibus tamen locum & receptum idem retulit. Dicunt quidem enim omnes esse aliquid locum, quid autem est, hic solus conatus est dicere.

T.c.16.

Ponit rationem Plat. per quam sibi videbatur quod locus esset materia. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod Antiqui putauerũt locum esse spatium, quod est inter terminos rei continentis, quod quidem habet dimẽsiones longitudinis, latitudinis, & profunditatis, nõ tamen hmõi spatium videbatur esse idem cum aliquo corpore sensibilium, quia recedentibus, & aduenientibus diuersis corporibus sensibilibus, remanet idem spatium. Secundum hoc ergo sequitur, quod locus sit dimensionis separatæ, Et ex hoc volebat syllogizare Plato, quod locus esset materia. Et hoc est qđ dicit quod secundum quod locus vr̃ aliquib. esse distantia, magnitudinis spatij, separata a quolibet corpore sensibili, videbatur quod locus est materia. Ipsa nanq; distantia, vel dimẽsio magnitudinis altera est a magnitudine. nã magnitudo significat aliquid terminatum, aliqua specie, sicut linea terminatur punctis, & superficies linea, & corpus superficie. quæ sunt species magnitudinis. sed dimensio spatij est contenta sub forma & determinata, sicut corpus determinatur plano .i. superficie, vt quodã termino. Id autem, quod continetur sub terminis, videtur esse in se non determinatum. Quod planum autem est in se non determinatum, sed determinatur per formam & terminum, est materia, quæ habet rationem infiniti, quia si ab aliquo corpore sphęrico remoueantur passiones sensibiles, & termini, quibus figuratur dimensio magnitudinis, nihil relinquitur nisi materia: vnde relinquitur quod ipsæ dimensiones ex se indeterminatæ, quæ per aliud determinantur, sint ipsa materia. Et hoc præcipuè sequebatur secundum radices Platonis, qui ponebat numeros, & quãtitates esse substantias rerũ, quia igitur locus est dimensiones, & dimensiones sunt materia: dicebat Plato in Timæo, idem est locus, & materia. omne.n. receptiuum alicuius dicebat esse locum, non distinguens inter receptionem loci, & materiæ: vnde, cum materia sit receptiuum formarum, sequitur q̃ materia sit locus. Tamen sciendum quod de receptiuo diuersimode Plato loquebatur, quia in Timæo dixit receptiuum esse materiam. in dogmatib. autem dictis & non scriptis .i. cum verbotenus docebat in scholis, dicebat receptiuum esse magnum, & paruum: quæ etiam ex parte materię ponebat, vt supra dictum est. tamen cuicunque attribueret esse receptiuum, semper dicebat, q̃ receptiuum, & locus sint idem. Sic igitur, cum multi dicerent locum esse aliquid, solus Plato conatus est assignare quid sit locus. Tertio ibi.

Soluuntur hęc argumẽta inferius t.c.18.19.

ARGY.

Merito autem ex hisce considerantibus difficile esse videbitur, quidnam sit ipse locus cognoscere, si vtrumuis horum sit, siue materies, siue forma. Nam hæc & summam habent contemplationem, & seorsum alterum sine altero facile cognosci non potest.

ANTI.

Merito autem ex his intendentibus videtur vtiq. difficile cognoscere quid est locus, siquidem horum quodcunq. est, siue materia, siue forma. Hæc t.n. altissimam habent speculationem, & sine inuicem non facile est cognoscere ipsa.

† Tam difficilis est materiæ contẽplatio, vt nõ nisi (vt inquit Plato) adulterina ratione persuaderi possit.

Cõcludit ex prædictis, quod si locus est, vel materia, vel forma, rationabile videtur, quod sit difficile cognoscere quid sit locus, quia tam materia, quàm forma habent altissimam speculationem & difficilem, & nõ est facile etiam cognoscere vnum eorum sine altero.

Deinde, cum dicit.

ARGI.

At vero non est difficile videre locum vtrumuis horum esse non posse. Neque.n. materia, neque forma separatur a re, at locus separari potest: in quo namque erat aer, in hoc rursus est aqua vicissim hisce sibi cedentibus, cæterisque corporibus similiter, vti diximus. Quare neque pars est, neque habitus ipse locus sed a quoque re separabilis est. Etenim quale est vas tale quid ipse locus esse videtur. vas enim locus est potens transferri, at vas nihil est eius rei, quæ est in ipso. Locus igitur quò quidem est a re separabilis, hoc forma sane non est: quo verò continet, hoc a materia est diuersus.

ANTI. Te.com.17.

At verò quòd impossibile sit utrumuis horum esse locũ non est difficile videre. Forma.n. & materia non separantur a re, locum autem contingit, in quo nanque aqua erat in hoc iterum aer, sicut diximus prius, fit, transmutatis adinuicem aereque, & aqua, & alijs corporib. similiter Quare neque pars, neque habitus, sed separabilis est locus ab vnoquoque: etenim videtur tale quid esse locus, vt vas

& enim vas locus transmutabilis, vas autem nihil rei. Secundum quidem igitur quod separabilis est a re, sic qui- Te. com. 12. *dem non est forma. Secundum autem quod continet, sic quidem alterum est a materia.*

Prima rō. Ponit quinque rationes in contrariũ. Circa quarum primum dicit, quod non est difficile videre locum non esse materiã vel formam, quia forma & materia non separantur a re, cuius sunt, sed locum contingit separari, quia in loco, in quo erat aer, postea est aqua, & etiã alia corpora ad inuicem mutantur loco, vnde manifestum est, quod locus non est pars rei vt materia, vel forma. Neque est etiam habitus, seu quodcunque accidẽs, quia partes & accidentia non sunt separabilia a re, sed locus est separabilis, & hoc manifestat per exemplũ, quia locus videutr comparari ad locatum sicut quoddam vas. sed in hoc tantum differt, quia locus est immobilis, vas autem mobile, vt infra exponetur. Sic igitur per hoc ꝙ locus est separabilis, ostenditur ꝙ locus non sit forma. Sed quod locus non sit materia, ostenditur non solum per hoc, ꝙ est separabilis, sed etiam per hoc, quod continet, materia autem non continet, sed continetur. Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Videtur autem semper id, quod est in loco, aliquid esse, & extra ipsum aliquid aliud esse.*

ANTI. *Videtur autem semper, quod est alicubi, ipsum esse aliquid, & alterum aliquid extra ipsum.*

Secunda rō. Quia.n. ostenderat ꝙ locus non est materia, nec forma, per hoc ꝙ locus separatur a locato, vult ostendere ꝙ etiam si locus nunquam separaretur a locato, ex hoc ipso quod dicimus aliquid est in loco, apparet quod locus non est forma neque materia, quia omne, quod dicitur esse alicubi, videtur & ipsum esse aliquid, & alterũ aliquid esse ab eo, in quo est, vnde cum aliquid dicitur esse in loco, sequitur quod locus sit extra locatũ. Materia autem, & forma nõ sunt extra rẽ, ergo neque materia neque forma est locus. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGI. *Plato tamen dicat oportet (si parumper liceat digredi) cur forma numerique non sunt in loco, si locus est id quod est particeps, siue magnum sit illud & paruum, siue materies, vt in Timæo asseruit.*

ANTI. *Platoni igitur dicendum est (si oportet digredientes dicere) quare non in loco species & numeri sunt. si id, quod vere participatiuum est, locus sit siue magnum, siue paruũ sit, quod participatiuum est, siue materia, vt in Timæo scripsit.*

Tertia rō. Hic arguit specialiter cõtra positionem Platonis digrediendo dictũ est.n. supra in Tertio, ꝙ Plato posuit Ideas, & numeros non esse in loco, sequebatur autem, secundum eius sententiam de loco, quod essent in loco, quia omne participatum est in participante, species autẽ & numeros ponebat participari, siue a materia, siue a magno, & paruo, sequitur ergo qđ species & numeri sint in materia, siue in magno, & paruo. Si igitur materia, vel magnum & paruũ est locus, sequitur ꝙ numeri, & species sint in loco. Quartam rationem ponit ibi.

ARGI. *Præterea, si locus esset materies aut forma, quonã pacto res ad suum perget locum? esse.n. id locus non potest ad quod non est motio, & quod hasce differentias, supra in quã, ac infra, non habent, quare locus in talibus est quærendus. Quod si in ipsa re locus non inest, insit.n. oportet si est materies aut forma) locus erit in loco. Mutatur enim vna cum re, atque mouetur, & forma, & id quod terminus caret, & non in eodem est semper, sed vbi est ipsa res Quare fit, vt loci sit locus.*

ANTI. T.c. 19. Quinta. *Amplius quõ ferretur in sui locum, si locus esset materia, aut species, impossibile est enim cuius non est motus neque sursum aut deorsum, locum esse. quare quærendus in huiuscemodi locus est. Si aũt in ipso locus est (oportet* Te com. 20. Sexta. *enim siquidem aut forma aut materia est) erit locus in loco. Transmutantur enim simul cum re, & mouetur, & species, & infinitum, non semper in eodem, sed vbi vtique res. Quare loci erit locus.*

Circa quam dicit, quod non poterit cõuenienter assignari quomodo aliquid mouetur secundum locum, si materia & forma sint locus, impossibile est.n. assignare locum in ijs, quę non mouentur sursum, vel deorsum, vel quomodocunque aliter secundum locum, vnde in illis quærendus est locus, quæ secundum locum mouentur. Sed si in ipso, qđ mouetur, est locus, quasi aliquid ei intrinsecum (quod oportet dicere, si materia vel forma sit locus) sequitur quod locus erit in loco, quia omne quod transmutatur secundũ locum, est in loco, sed ea, quę sunt in re, vt species & infinitum, id est materia, mouetur simul cum re, quia non semper sunt in eodem loco, sed sunt vbi est res, ergo oportet quod materia & forma sint in loco. Si igitur alterum eorum sit locus, sequitur quod locus sit in loco, quod inconueniens ẽst. Quarta rō.

Quintam rationem ponit ibi.

Insuper facta ex aere aqua, periit ipse locus. Corpus .n. id quod est ortum, non in eodem est, at quænam est ipsius loci corruptio? Dicta sunt igitur & ea, ex quibus necesse est aliquid esse locum, & ea rursus, ex quibus de substantia ipsius quispiam dubitabit. ARGY.

Amplius cum ex aere fit aqua, perditus est locus. non .n. in eodem loco fit corpus, quæ igitur corruptio? Ex quib. igitur necessarium est locum esse aliquid, & iterũ ex quibus vtiq. dubitabit aliquis de substantia ipsius, dictũ est. ANTI. T.c. 21. Septima: Te.com. 22.

Quæ talis est, Quandocunque aliquid corrumpitur, corrumpuntur aliquo modo partes speciei ipsius, materia autem & forma sunt partes speciei, ergo corrupta re ad minus per accidens, forma & materia corrumpuntur, si igitur materia & forma sit locus, sequitur quod locus corrumpatur, si locus pertinet ad speciem, quia corpus, quod generatur non esset in eodem loco, si locus aeris pertineret ad speciem eius, sicut cum aqua generatur ex aere. Sed non est assignare qualiter locus corrumpatur, ergo non potest dici, quod materia vel forma sit locus. Vltimo autem epilogat quod dictum est, per quæ videtur necessarium esse quod sit locus, & per quæ aliquis potest dubitare de substantia eius. Quinta rō.

LECTIO IV.

Quot modis quippiam in aliquo esse dicatur inducens vt prius dubitata de loco dissoluat, an aliquid in seipso esse dicatur, & quomodo dilucidat.

Post hoc sumendum est, quot modis quippiã in alio dicitur esse. Vno igitur dicitur modo, vt digitus in manu, & pars omnino in toto. Alio vt hõ in animali, & omnino in genere species. Alio vt genus in specie, & omnino in speciei ratione, pars speciei. Præterea vt sanitas in calidis atque frigidis, & omnino in materia forma. Præterea vt res Græcorum in Rege, & omnino in primo mouente. Insuper in bono, atq. omnino in fine. hoc aũt est id gratia cuius cætera sunt, atque fiunt. Omnium vero id propriissime dicitur, quod est in vase, & omnino in loco. ARGY.

Post hæc aũt accipiendum est quot modis aliud in alio dicitur. vno quidẽ igitur modo sicut digitus in manu, & omnino pars in toto est. Alio vero, sicut totum in partibus, non.n. præter partes est totum. Alio modo sicut homo in animali, & omnino species in genere: alio vero, sicut genus in specie, & omnino pars speciei, in speciei ratione. adhuc sicut sanitas in calidis & frigidis, & omnino species in materia, adhuc sicut in rege, quæ sunt Græcorum, & omnino motum in primo motiuo. Amplius sicut in optimo, & omnino in fine, hoc autem est cuius causa fit. Omnium autem maxime proprium est, sicut in vase, et omnino in loco. ANTI. T.c. 23.

Postquam

â parte.
T c. 30.
Te.c.24.
Te.com.28.

† In prædicamentis vndecim enumerant modi a græcis, hic âr 8. qa aliqui illorū in alios secari possūt, vel vt vr velle Simpl. necessarios tantū aduertit, & tps ob id p̄termittit, ꝙ nihil de ipso dictū sit, ab Arist. octauus dr ꝓ pri° ab A'e. quia esse in aliquo videtur proprie vbi importare & vbi maxime in loco significat, ob hæc oēs alii ab isto originē ducunt.

Postquam Philosophus inquisiuit disputatiue an locus sit. & quid sit. hic accedit ad determinādum veritatem. Et primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad considerationem veritatis. Secundo determinat veritatem. ibi. Quid autem forte. Circa primum tria facit. Primo ostēdit quot modis dicitur aliquid esse in aliquo Secundo inquiri, vtrum aliquid posset esse in seipso ibi. Dubitabit autem aliquis. Tertio soluit quædam prius dubitata ibi. Quod au'ē Zeno opposuit. Ponit ergo octo † modos, quibus aliquid in aliquo dicitur esse. quorū primus est, sicut digitus dicitur esse in manu, & vniuersaliter quæcunq. alia pars in suo toto. Secundus modus est, prout totū dicitur esse in partibus. Et, quia iste modus non est adeo consuetus sicut primus, ad eius manifestationem subiungit, ꝙ totū non est præter partes & sic oportet vt intelligatur esse in partib. Tertius modus est, sicut homo dicitur esse in animali, vel quæcunque alia species in suo genere. Quartus modus est, sicut genus dicitur esse in speciebus. Et ne iste modus extraneus videatur, rationē innuit quare hoc dicit. nam genus est pars definitionis speciei, & etiam differētia, vnde quodammodo, & genus & differentia dicuntur esse in specie, sicut partes in toto. Quintus modus est, sicut sanitas dicitur esse in calidis & frigidis, quorum cōtemperantia constituit sanitatem, & vniuersaliter quæcunque alia forma in materia, vel subiecto, siue sit accidentalis, siue substantialis. Sextus modus, sicut res Græcorū dicuntur esse in Rege Græciæ, & vniuersaliter omne quod mouetur est in primo motiuo. Per hunc etiam modū dicere possum aliquid esse in me, quia est in potestate mea, vt faciam illud. Septimo modo dicitur aliquid esse in aliquo, sicut in quodam optimo diligibili, & vniuersaliter sicut in fine. Et per hunc modū dicitur esse cor alicuius in aliqua re, quam desiderat, & amat. Octauo mō dicitur esse aliquid in aliquo, sicut in vase, & vniuersaliter sicut locatum in loco. Videtur aūt prætermittere modū, quo aliquid est in aliquo, sicut in tēpore, sed hic reducitur in hunc octauum modum. nam sicut locus est mensura mobilis, ita tempus est mēsura motus. Dicit autem, ꝙ secundum hunc octauum modum maxime proprie dicitur esse aliquid in aliquo. vnde oportet secundum regulam, quā tradidit in 4. & 5. Meta. ꝙ omnes alii modi reducantur aliquo modo ad hunc modum, quo aliquid est in aliquo, sicut in loco. Quod sic patet, locatū enim continetur, siue includitur in loco, & in eo habet quietem & fixionē. Propinquissime igitur per hunc modū, pars dicitur esse in toto integrali, in quo actu includitur. vnde etiam infra dicetur ꝙ locatum est in loco, sicut pars separata, & pars est sicut quoddam locatum coniunctum. Totum autem, ꝙ est secundum rationem, ad similitudinem huius totius sumitur. vnde consequenter dicitur id, quod est in ratione alicuius esse in eo, vt animal in homine. Contingit autem sicut partem totius integralis includi in toto secundum actū, ita partem totius vniuersalis includi in toto secundum potentiam. nam genus ad plura se extēdit in potētia quā species, licet species habeat plura in actu, vnde consequenter dicitur esse etiā species in genere. Et quia sicut species continetur in potentia generis, ita forma in potentia materiæ, vlterius dicetur forma esse in materia. Et quia totum habet rationem formæ respectu partiū, vt dictum est in Secundo, consequenter etiam totum dicitur esse in partibus. Sicut autem forma includitur sub potentia passiua materiæ, ita effectus includitur sub potentia actiua agentis, vnde & dicitur aliquod esse in primo motiuo. Deinde autē manifestū est, ꝙ appetitus quiescit in bono desiderato, & amato, & in eo figitur sicut & locatum in loco, vnde ēt dicitur affectus amātis inesse amato. Et sic patet quod omnes alii modi deriuantur ab vltimo, qui est maxime proprius. Secundo ibi.

At enim, hic quispiam dubitauerit sit ne, vt & in ipso quippiam sit, an nihil est in se prorsus. sed omne quoduis, aut nusquam, aut in alio est. ARGI

Dubitabit autem aliquis, vtrum vnum & idē aliquid esse in seipso contingit, aut nihil, sed omnia aut nusquam, aut in alio esse. ANTI. T.c. 24.

Inquirit, vtrum aliquid possit esse in seipso. nā Anaxa. supra dixit infinitum esse in seipso. Primo ergo mouet dubitationem, vtrum .s. aliquod vnū & idem possit esse in seipso, vel nihil. sed omnia, vel nusquā sint, vel sint in aliquo alio. Secundo ibi.

Hoc autē est dupliciter, aut per se, aut per aliud. Nam cum id in quo est & id, quod in illo est, totius sunt partes, tunc totum in seipso esse dicitur. Quippe cum & per partes dicatur vt albus, quia superficies est alba, & sciens, quia anima rationis particeps sit. Dolium igitur non est in seipso, neq. etiam vinum, vini vero dolium erit. Ambo namq. id inquam quod inest, & id in quo est, eiusdē sunt partes. Hoc igitur pacto fit vt quippiam in seipso sit. ARGY.

Dupliciter autem hoc est, aut secundum se, aut secūdū alterū. Cum .n. sint partes totius, & id, in quo, & id, quod in hoc, dicetur totum in seipso esse. Dicitur autem & secūdum partes, vt album, quia superficies, & sciens, quia ratiocinatiuum. Amphora quidem igitur non erit in seipsa, neq. vinum, vini autem amphora erit. Quod nanq. est & in quo est, vtraq. eiusdem partes sunt. Sic quidem igitur contingit idem aliquid esse in seipso. ANTI. T c.25.

Soluit, & primo ostēdit quomodo possit esse aliquid in seipso. Secundo quomodo non possit. ibi. Primum autem non conuenit. Dicit ergo primo, ꝙ dupliciter, potest intelligi aliquid esse in seipso. vno modo primo & per se, alio modo secundum alterum. i. secundū partem, & isto secundo modo potest dici aliquid esse in seipso, cū .n. alicuius totius duæ partes, ita se habeant, ꝙ vna sit, in quo est aliquid, & alia sit, ꝙ est in illa, sequitur ꝙ totū dicatur & ī quo est, rōne vnius partis, & ꝙ est in hoc rōne alterius, & sic totū dicetur esse in seipso. Inuenimus .n. ꝙ aliquid dicitur. de aliquo scd'm partē, sicut aliquis dicitur albus, quia superficies eius est alba, & hō dicitur sciens, quia scientia est in parte rōcinatiua. Si igitur accipiatur amphora plena vino, sicut quoddā totū, cuius partes sunt amphora & vinū, neutra partiū erit in seipsa. i. neq. amphora, neq. vinum. sed hoc totū. s. amphora vini, erit in seipsa, in quantū vtrunque est pars eius. s. & vinū, ꝙ est in amphora, & amphora, in qua est vinum. Per hunc igitur modum contingit aliquod idem esse in seipso. Secundo ibi.

Sed vt primo fieri nequit velut albedo est in corpore nam superficies est in corpore, scientia vero in anima. Et per hæc quæ sūt, vt in homine partes, appellationes hæ nō incongrue fiunt. Dolium autem, atq. vinum cū sunt quidem seorsum, non sunt partes, sed cum sunt simul, quocirca cum sint partes, erit ipsum in seipso, ceu albedo est in homine, quia in corpore est. & in hoc, quia in superficie, in hac autem, non per aliud, atq. hæc diuersa sunt specie & aliam vtraq. naturam, & potentiam habent superficies inquam atque albedo. ARGI.

Primum autem non contingit, vt album in corpore, superficies .n. corpore, scientia autem in anima. Secundū hæc autem sunt appellationes, cum sicut partes sint in homine. Amphora autem, & vinum cum seorsum sint, nō partes sunt. Simul autem cum sint partes, erit idem in seipso, vt album in homine, quoniam in corpore, & in hoc, quoniam in superficie. In hac autem, non amplius, quoniā secundum aliud est. Et altera specie hæc sunt, & alteram naturam habet vnumquodque & potentiam, vt superficies, & album. ANTI.

Ostendit

Ostendit ꝙ non cõtingit aliquid esse primo in seipso. Et primo proponit quod intendit, distinguens vtrũque modũ, quo aliquid est in seipso, & quo non est. Secundo probat propositũ ibi. Neque enim inductiue cõsiderantibus.

T.c.16.

Dicit ergo, quod non contingit aliquid esse primo in seipso, & manifestat quid sit, aliquid esse in seipso per oppositum, album enim dicitur esse in corpore, quia superficies est in corpore, vnde non primo in corpore, sed in superficie. Et similiter scientia primo dicitur esse in anima, non autem in homine, in quo est per animam. Et secundum hæc. s. secũdum animam, & superficiem, sunt appellationes, quib. nominatur homo albus, vel sciens, cum anima & superficies sint sicut partes in homine, non ꝙ superficies sit pars, sed quia se habet ad modum partis inquantũ est aliquid hominis, vt terminus corporis. Si autem accipiatur vinum, & amphora seorsum ab inuicem, non sunt partes. vnde neutri competit esse in seipso. Sed, cum simul sũt, vt pote cum amphora est plena vino. propter hoc ꝙ amphora & vinũ sunt partes, idem erit in seipso, vt expositum est, non primo, sed per partes sicut album nõ primo est in homine, sed per corpus, & in corpore per superficiem. In superficie autem non est per aliquid aliud, vnde primo dicitur esse in superficie. Nec est idem id, in quo est aliquid primo, & quod est in eo, sicut album, & superficies, quia altera sunt secundum speciem, superficies & album, & alia est natura & potẽtia vtriusque. Secundo ibi.

ARGI. *Neq. igitur inductiue considerantes in seipso quicquã vllo dictorum modorum esse videmus.*

ANTI. T.c.16. *Neq. igitur inductiue considerantibus, nihil in seipso videmus secũdum aliquem determinatorum modorum.*

Ostensa differentia inter hoc ꝙ est esse primo in aliquo, & non primo, ostendit iam qđ nihil est primo in seipso. Et primo ostendit, quod non sit aliquid primo in seipso per se. Scđo ꝙ non sit aliquid primo in seipso per accidens. ibi. At vero neq. secundum accidens. &c. Primum ostendit dupliciter, s. inductiue, & ratione. Dicit ergo primo, ꝙ considerando per inductionẽ in singulis modis supra determinatis, quibus dicitur, aliquid esse in aliquo, apparet ꝙ nihil est in seipso primo, & ꝑ sé. neque enim aliquid est totum suipsius, neq. pars, neque genus, & sic de aliis. Ponit autem hoc concludendo ex præmissis, quia sicut manifestũ est in albo, & in superficie, quæ se habent vt forma, & materia, ꝙ sint aliud secundum speciem, & virtutem, ita etiam potest in omnibus aliis modis considerari. Secundo ibi.

ARGY. *Et ratione etiam hoc non posse fieri patet. oportebit. n. ambo esse vtrumq. ceu dolium quidem, & vas & vinũ, vinum autem, & vinum, & dolium si fiat vt quippiam sit in seipso. Quare, si quam maxime in sese sint, doliũ quidem vinum suscipiet, non est ipsum dolium, vinum, sed vt illud. atque patet rationem esse diuersam, alia. n. est eius ratio, in quo est, alia eius, quod est in illo.*

ANTI. *Et ratione manifestum est, quia impossibile est, oportet. n. vtraq. vtrunque esse vt amphoram, vas, & vinũ esse, vinum autem, vas & amphoram si vere primo cõtingit, quippiam in seipso esse. Quare, si quidem maxime, in alterutris esset, amphora quidem accipiet vinum, non secundum quod vinum, sed in quantum illa. & vinũ inerit in amphora, non inquantum amphora ipsum, sed secũdum quod illud, amphora. Secundum esse quidem igitur, quod alterum sit, manifestum est, alia nanque est rõ eius, quod in quo, & alia illius quod in hoc est.*

Probat idem ratione, & dicit manifestum esse per rationẽ, quod impossibile est aliquid esse primo, & per se in seipso. Si. n. aliquid primo & per se sit in seipso, oporteat ꝙ eidem, & secundum idem conueniat ratio eiusdẽ, in quo est aliquid, & rõ eius, qđ est in eo. vnde oportet quod vtrunque. s. tam continens quam contentum sit vtrunque, vt puta quod amphora sit vas, & vinũ, & vinum sit vinum & amphora, si primo, & per se conuenit aliquid esse in seipso. vnde hoc posito, s. ꝙ vinũ sit amphora & vinum, & amphora sit vinum & amphora, si quis dicat quod alterum eorum sit in altero, vt puta vinum in amphora, sequitur quod vinũ recipiatur in amphora, non in quantum vinum est, sed in quãtum vinũ est illa, s. amphora. Quare, si esse in amphora primo, & per se conuenit amphoræ ex eo quod ponitur aliquod primo & per se in seipso esse, sequitur, quod nihil possit dici esse in amphora, nisi in quantum ipsum est amphora. Et sic, si vinum dicatur esse in amphora, sequitur ꝙ esse in amphora competit vino, non secundũ ꝙ vinum est vinum, sed secundum quod vinum est amphora. Et eadem ratione si amphora recipiat vinũ, recipiet ipsum non inquantum amphora est amphora, sed in quantũ amphora est vinum, hoc autem est inconueniens, vnde manifestum est, quod secundum alteram rationem est id in quo, & quod in hoc. Alia est. n. ratio eius, quod in aliquo, & eius, in quo est aliquid. Nõ potest ergo per se & primo aliquid esse in seipso.

Deinde cum dicit.

At vero neq. per accidens fieri potest, nam duo simul in eodẽ erunt, etenim & ipsum doliũ in seipso erit, si cuius natura est susceptiua, id esse in seipso põt, & insuper illud cuius est susceptiuũ ceu vinũ, si vini. Fieri igitur nõ posse, vt in seipso quicquã sit primo, ex iis, quæ diximus patet. ARGI

At vero neque secundum accidens contingit, simul. n. duo corpora in eodem erũt, nã ipsa amphora in seipsa erit, si cuius natura receptiua est, hoc contingit in seipso esse. et adhuc illud, cuius receptiuũ est, vt si vini vinũ. Qđ qdẽ igitur impossibile sit aliquid ĩ seipso esse primo, manifestũ est. ANTI. T.c.27.

Ostendit quod non sit aliquid primo in seipso, etiã secđm accidens. dicitur. n. aliquid esse in aliquo secũdũ accidens, quando est in eo propter aliquid aliud in eo existens, vt si dicamus hominem esse in mari, quia est in naui, q̃ est in mari, in hac tamen primo dicitur esse, idest non propter partem. Si igitur contingat aliquid esse in seipso, non per se quidem, sed per accidens, sequitur quod sit in seipso propter hoc, quod aliquid aliud sit in ipso, & sic sequitur, ꝙ duo corpora sunt in eodem, s. illud corpus, quod est in eo, & ipsummet, ꝙ est in seipso. Sic enim amphora erit in seipsa per accidẽs, si ipsa amphora, cuius natura est vt recipiat aliquid, sit in seipsa, & iterum illud cuius est receptiuum. s. vinũ, ergo in amphora erit amphora, & vinũ, si propter hoc qđ vinum est in amphora, sequitur, amphoram esse in seipsa, & sic duo corpora essent in eodem. Sic igitur patet ꝙ impossibile est aliquid esse primo in seipso. Sciẽdũ tamen quod aliquando dicitur, aliquid esse in seipso, non secundũ intellectum affirmatiuum sicut hic reprobat Philosophus. sed secundum intellectum negatiuũ, prout esse in seipso non significat, nisi non esse in alio. Esse in seipso affirmatiue, & negatiue dicitur.

Deinde cum dicit.

Id vero, quod Zeno dubitabat, si locus sit in rõne rerũ, in quonam erit, solui facile potest. nihil. n. prohibet, vt primus locus in alio quidem sit non tamen in illo. tanquam in loco, sed vt est sanitas quidem in calidis, sicut habitus, caliditas autem in corpore vt affectus. quare, non necesse est in infinitum abire. ARGI.

Quod autem Zeno opposuit, quia si locus est aliquid, in aliquo erit, soluere nõ est difficile. Nihil. n. prohibet in alio esse primũ locũ, non tamen in illo, sicut in loco, sed sicut sanitas quidẽ in calidis, vt habitus, calor autem in corpore sicut passio est, quare non necesse est in infinitum abire. ANTI. T.c.28.

Soluit quædã dubitata. Et primo remouet rationem Zenonis, quæ inducebatur ad probandum, quod locus non sit, per hoc, quia si est, oportet, quod sit in alio, & Supra text. comm. 12.

igitur

igitur in infinitũ. Sed hoc, vt dicit, non est difficile soluere, postquam iam sunt distincti modi, quibus aliquid dicitur esse in aliquo. nihil. n. prohibet dicere, quod locus est in aliquo, non tamen est in illo sicut in loco, sed per quendam alium modum, sicut forma est in materia vel accidens in subiecto, in quantum. s. locus est terminus continẽtis. Et hoc est quod subdit, sicut sanitas est in calidis, vt habitus, & calor in corpore, vt passio, vel accidens. vnde non necesse est, quod procedatur in infinitum. Secundo ibi.

ARGI.

Patet autẽ, cum vas nihil sit eius, quod est in seipso, diuersa namque sunt id quod inest, & id, in quo primo inest locum neque formam esse, neque materiam, sed diuersũ, hæc. n. illius sunt aliquid, quod est in vase, materia inquã ac forma. Hæc igitur de ipso loco sint dubitata.

ANTI. T.c.29.

Illud autem manifestum, quoniam nihil est vas eius, quod in seipso, alterum. n. est primo, & quod est, & in quo est, propter quod non erit, vtiq. neq. materia, neq. forma, locus, sed alterum, illius. n. aliquid hæc sunt & materia, & forma. Hæc quidem igitur sunt opposita.

T.c. 30. Supra t.c.14 15.16.

Soluit etiã dubitationes supra positas de quidditate loci, an. s. sit forma, vel materia. ex hoc quod ostensum est, quod nihil primo & per se est in seipso. ex hoc. n. manifestum est, quod nihil potest esse sicut vas, vel locus eius quod continetur in ipso, sicut pars, quæ sit materia vel forma. oportet. n. primo & per se alterum esse, quod est in aliquo, & in quo est aliquid, vt ostensũ est. Vnde sequitur, quod neq. forma, neq. materia sit locus, sed aliquid alterum a locato sit locus, materia enim, & forma sunt aliquid locati, sicut partes intrinsecæ eius. Vltimo autem concludit, quod supradicta per modũ oppositionis dicta sunt de loco, quarum quidem oppositionum aliquæ iam solutæ sunt, aliquæ vero soluẽtur post manifestatam naturam loci.

LECTIO V.

Quarundam suppositionem intellectus præmittitur, ad assignandam definitionem loci necessarius.

ARGY.

Sed quidnam sit locus hoc modo fuerit manifestũ. Atque sumamus de ipso quæ vere per se competere ipsi videntur. Censemus itaque locum id continere, cuius est locus, & nihil esse ipsius rei. Prçterea primum locum neque minorem esse neque maiorem. Praterea neque ab vnoquoque relinqui, & separabilem esse. Et insuper, omnẽ locum differentias has habere, supra, in quam ac infra. Et corporum vnum quodq. proprios ad locos suapte natura ferri, aut sursum, aut deorsum peragendo, & in eisdẽ manere. His suppositis, reliqua contemplemur oportet.

ANTI.

QVid autem tandem sit locus, hic fiet vtique manifestum. Accipiamus autem de ipso quæcunque videntur vere secundum se inesse ipsi. Dignum est igitur locum esse primum, quod continet illud cuius locus est, & nihil esse rei. Amplius primum locum neque maiorem, neq. minorem esse. Adhuc autem, neque deficere vnicuique & separabilem esse. Adhuc autem omnem locum habere sursum, & deorsum, & ferri natura, & manere vnũquodque corporum in propriis locis. hoc autem facere, aut sursum aut deorsum. Suppositis autem his reliqua consideranda.

T.c. 31.

1.p.31. text. Tex.c.32.

Præmissa disputatione de loco an sit, & quid sit, & solutis quibusdam dubitationib. hic accedit ad determinandum veritatem de loco, & primo præmittit quasdã suppositiones, quibus vtitur determinando de loco. Secundo ostendit qualis dẽat esse definitio danda de loco ibi. Oportet autem tentare. &c. Tertio incipit determinare de loco ibi. Primum quidem igitur. Dicit ergo primo, quod manifestum fiet ex sequentibus, quid sit locus. sed oportet prius accipere quasi quasdam suppositiones, & principia per se nota. illa. s. quæ videntur, per se inesse loco. quæ quidem sunt quatuor, omnes enim reputant hoc esse dignum. Primo quidem, ꝙ locus contineat id, cuius est locus, ita tamen, ꝙ locus non sit aliquid locati, quod quidem dicit ad excludandum continentiam formæ, quæ est aliquid rei, & alio modo continet quam locus. Secunda suppositio est quod primus locus. i. in quo aliquid primo est, est æqualis locato, nõ maior, neque minor. Tertia suppositio est, quod locus non deficit vnicuique locato, quin omne locatum hẽat locum, non tamen ita, quod vnus & idem locus nunquã deficiat eidem locato, quia locus est separabilis a locato, sed quando locus vnus deficit alicui locato, tũc locatum fit in alio loco. Quarta suppositio est, quod in omni loco inuenitur quædam differẽtia loci sursum, & deorsum. & naturaliter vnumquodque corpus, cum est extra proprium locum, fertur ad ipsum, & cum est in eo, manet in ipso. Propria autem loca naturalium corporũ, sunt sursum & deorsum, ad quæ naturaliter mouentur, & in quibus manent. sed hoc dicit secundum eorũ opinionem, qui non ponebant aliquod corpus, præter naturam quatuor elementorum. nondum. n. probauerat corpus cçleste esse, neque graue neq. leue, sed postea probabit hoc in primo lib. de Cœlo. Ex his autem nũc suppositis procedetur ad considerationem aliorum.

Secundo ibi.

ARGI.

Atque conandum est considerationem hoc facere modo, vt ipsum quid est tale assignetur, vt & ea, quæ dubitãtur, soluantur, & ea, quæ competere loco videntur, insint, & insuper ipsa difficultatis & dubitationum, quæ circa ipsum sunt, causa pateat. Sic enim vnumquodq. pulcherrime demonstrari profecto potest.

ANTI.

Oportet autem tentare intentionem sic facere, vt quid sit reddatur, & quæque opposita soluantur & quç videntur, loco inesse insint. Et amplius difficultatis, & oppositorum, causa circa locum manifesta erit, sic enim vtiq. pulcherrime demonstratur vnumquodque.

Definitionis quidditatiuę proprietates vide hic, & primo d' aïa. 11. & 1. de anima. 1a 26 4 Cœli. 1. & 1. de aïa. t. 21 7. Top. c 4. 3 Meta. T.c. 1. 2. Poster.

Ostendit qualis debeat esse definitio danda de loco, & dicit, quod definiendo locum, intentio nostra dẽt ad quatuor attendere, quæ quidem necessaria sunt ad definitionem perfectã. Primo quidem, vt ostendatur quid sit locus. nam definitio est oratio indicãs, quid est res, Secundo vt soluantur quæcunq. opposita sunt circa locum. nam cognitio veritatis est solutio dubitatorũ. Tertiem est, quod ex definitione data manifestentur proprietates loci, quæ insunt ei, quia definitio est medium in demonstratione, qua propria accidentia demonstrãtur de subiectis. Quartum est, quod ex definitione loci erit manifesta cã, quare aliqui Antiqui discordauerunt circa locum, & omniũ quæ sunt opposita circa ipsum, Et sic pulcherrime definitur vnumquodq. Tertio ibi.

ARGI.

Si igitur motus iste non esset, qui ad locum accommodatur, locus sane non quæreretur, quod quidem ante omnia est animaduertendum ob hoc. n. & cælum maxime in loco esse putamus, quia semper motu cietur. Hic autem triplex est, latio, accretio, & decretio. nam in accretione decretioneve fit sane mutatio, & quod prius hic erat, id est ad maius aut ad minus translatum.

ANTI.

Primum quidem igitur oportet intelligere quod non quæreretur locus nisi motus aliquis esset secundum locũ. Propter hoc enim cælum maxime in loco esse opinamur, quod semper in motu est. Huiusmodi autem aliud quidem est loci mutatio, aliud vero augmentum & decrementũ. Et namque in augmento & decremento transmutatur, & quod prius erat hic, iterum transmutatum est in maius aut minus.

T.c. 47. T.c. 48.

Determinat de loco. Et primo ostendit quid sit locus. Secundo soluit dubitationes prius positas ibi. Manifestum autem ex his &c. Tertio assignat causam Naturalium proprietatum loci, ibi. Et fertur igitur in loci ipsius.

ipſius. Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid ſit locus. Secundu, quomodo aliquid ſit in loco ibi. Cui quidem igitur. Circa primum duo facit. Primo præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad inueſtigandum definitionem loci. Secundo incipit determinare loci definitionem ibi. Iam igitur maniſeſtum eſt. Circa primum quatuor præmittit, quorum primum eſt, quod nunquã fuiſſet inquiſitum de loco, niſi eſſet aliquis motus ſecũdum locum. ex hoc enim neceſſe fuit ponere locũ aliud a locato, quia inueniuntur in eodem loco ſucceſsiue duo corpora, & ſimiliter vnum corpus in duobus locis, ſicut etiam tranſmutatio formarum circa vnã materiã, induxit in cognitionem materiæ. Et propter hoc maxime opinantur aliqui, quod cœlum ſit in loco, quia ſemper mouetur. Sed motus aliquis eſt ſecundum locũ per ſe. ſ. loci mutatio, alius autem ex conſequenti, ſ. augmẽtum, & decrementum, quia augmentata quantitate, vel diminuta, corpus accipit maiorem, vel minorem locũ.

Te. com. 43.
T. c. 35.
Commẽ. idẽ hic, tamẽ Alber. aliã aſsignat rõnem.

ARGI.

Secundum ponit ibi.

Mouentur autem alia per ſe actu, alia per accidens, & horum, alia per ſe moueri poſſunt, vt corporis partes atq. nauigij clauus, alia nequeunt, ſed per accidens ſemper mouentur, vt albedo, atq. ſcientia, hæc enim propterea mutãtur loco, quod in quo ſunt, mutatur.

ANTI.

Eſt autem quod mouetur, aliud quidem per ſeipſum actu, aliud vero ſecundum accidens. Ipſius autem, quod ſecundum accidens, alia quidem poſſibilia ſunt moueri per ſe, vt partes corporis, & in naui clauus, alia vero nõ poſſunt, ſed ſemper ſcdm accidens, vt albedo, et ſciẽtia, hæc.n. ſic tranſmutant locum, quia id, in quo ſunt tranſmutatur.

Et dicit, quod aliquid mouetur per ſe in actu, ſicut quodcunq. corpus, aliud vero ſecundum accidens, quod quidem contingit dupliciter. Quædam enim mouentur ſecundum accidens, quæ tamen ſunt poſsibilia moueri, per ſe, ſicut partes alicuius corporis, dum ſunt in toto, mouentur per accidens, ſed quando ſeparantur, mouentur per ſe, vt clauus, quando eſt infixus naui, mouetur per accidens, ſed quando extrahitur, mouetur per ſe, quędã vero non poſſunt moueri per ſe, ſed ſemper mouentur per accidens, ſicut albedo, & ſcientia, quæ mutant locũ, inquantum mutatur illud, in quo ſunt. Hoc autem induxit, quia hoc modo aliquid per ſe, vel per accidẽs, actu vel potentia natum eſt eſſe in loco, ſicut & moueri.

Eorũ, quæ per accidẽs mouẽt aliqua per ſe moueri poſſunt, aliqua vero minime.

Tertium ponit ibi.

ARGY.

Atqui dicimur, in cælo tanquã in loco eſſe, quia in aere ſumus, hic autem eſt in cælo. Et item in aere non vniuerſo, ſed ob vltimum ipſius, & continens in aere dicimus eſſe. nam ſi vniuerſus aer ſit locus, locus profecto cuiuſq. non erit æqualis eius, cuius eſt locus, at æqualis eſſe videtur. Talis autem eſt is, in quo primo quippiam eſt.

ANTI.
Te. com. 33.

Quoniam autem dicimus eſſe in cęlo, ſicut in loco, quia in aere, hic autem in cælo, eſt, & in aere autem non omni, ſed propter vltimum ipſius, & continens, in aere eſſe dicimus, ſi enim omnis aer ſit locus, non æqualis erit vniuſcuiuſque locus, & vnumquodque locatum. Videtur autem huiuſmodi primum in quo eſt.

Et dicit quod aliquis dicitur eſſe in cœlo, ſicut in loco, propter hoc quod eſt in aere, qui quidẽ eſt in cœlo, neq. tamen dicimus, quod in toto aere ſit aliquis primo, & per ſe, ſed propter vltimam extremitatem aeris, quæ continet aliquem, dicitur aliquis eſſe in aere, quia ſi totus aer eſſet locus alicuius, puta hominis, non eſſet ęqualis locus & locatum, quod eſt contra ſuppoſitionem, prius poſitam. Sed in quo eſt aliquid primo videtur eſſe extremũ corporis continentis, & ſic eſt huius. ſ. æquale.

Quartum ponit ibi.

ARGY.

Cum igitur non diuiſum eſt, id quod continet, ſed continuum, tum in illo non tãquã in loco, ſed vt pars in toto dicitur eſſe. At, cum diuiſum eſt atque tangit, tum in primo eſt vltimo continentis, quod quidem neq. pars eſt eius quod eſt in ſeipſo, neq. maius, ſed æquale. In eodem.n. ſũt eorum vltima, quæ ſeſe tangunt.

ANTI.
Te. com. 34.

Cum quidem igitur non diuiſum ſit continens, ſed continuũ, non dicimus eſſe in illo, ſicut in loco, ſed ſicut pars in toto. Cũ vero diuiſum ſit, & cõtactum, in primo quodã eſt vltimo continentis, quod neq. pars eſt ipſius, quod eſt in ipſo, neq. maius diſtantia ſed æquale. In eodem.n. ſunt vltima ſe tangentium.

Et primo ponit. Secundo probat ibi. Et cum continuum. Dicit ergo primo, quod cum continens non eſt diuiſum a corpore contento, ſed eſt ei continuum, non dr̃ eſſe in illo, ſicut in loco, ſed ſicut pars in toto, vt pote, ſi dicamus vnam partẽ aeris contineri a toto aere. Et hoc concludit ex præmiſsis, quia vbi eſt continuum, ibi nõ eſt accipere vltimum in actu, quod ſupra dixit, requiri ad locum. Sed, cum continens eſt diuiſum & contiguũ contento, tunc contentum. ſ. eſt in loco, exiſtens; in vltimo continentis primo, & per ſe, illud, inquam continẽs quod non eſt pars eius neq. eſt maius, neq. minus, ſecũdum diuiſionem, ſed æquale. & quomodo poſſunt eſſe continens, & contentũ ęqualia, oſtendit per hoc, quod vltima contingentium ſe, ſunt ſimul, vnde oportet eorum vltima eſſe æqualia. Secundo ibi.

ARGY.

Atq. ſi continuum quidem eſt non in illo, ſed cum illo mouetur, ſin vero diuiſum eſt, in illo. Siue illud moueatur, ſiue non moueatur.

ANTI.

Et cum continuum quidem ſit, non in illo mouetur, ſed cum illo, diuiſum autem in illo, & ſiue moueatur continens ſiue non, nihil minus.

Probat illud quartum duabus rationibus, quarũ prima eſt, quod contentum contiguum continenti, non mouetur in continente, ſed ſimul cum illo, ſicut pars ſimul cum toto, ſed quando eſt diuiſum contentum a cõtinente tunc poteſt moueri in illo, ſiue continens moueatur, ſiue non, homo enim mouetur in naui vel quieſcente, vel mota. Cum ergo aliquid moueatur in loco, ſequitur quod locus ſit continens diuiſum.

Secundam rationem ponit ibi.

ARGY.

Inſuper cũ non eſt diuiſum, vt pars in toto dicitur eſſe, vt in oculo pupilla, aut in corpore manus, cum vero eſt diuiſum eſſe in illo dicitur, vt aqua in cado, aut in dolio vinum. Nam manus quidem cum corpore, aqua autem in cado mouetur.

ANTI.

Amplius cum non diuiſum ſit, ſicut pars in toto dicitur, vt ſicut in oculo viſus, & in corpore manus. cum aũt diuiſum eſt, vt in cado aqua, & in ſcypho vinũ, manus enim cum corpore mouetur, aqua autem in cado.

Et dicit, quod cum contentum non ſit diuiſum a continente, ſed contiguũ ei, tunc dicitur eſſe in eo, ſicut pars in toto, vt viſus eſt ſicut pars formalis in oculo, & manus ſicut pars organica in corpore, ſed cum diuiſum eſt contentum a continente, tunc dicitur eſſe in eo, vt in vaſe, ſicut aqua in cado, & vinum in ſcypho. quorũ hęc eſt differentia, quod manus mouetur cum corpore, ſed non in corpore, ſed aqua mouetur in cado. Cum igitur ſupra dictum ſit, quod eſſe in loco eſt ſicut eſſe in vaſe non autem ſicut pars in toto, ſequitur, quod locus ſit ſicut continens diuiſum.

T. c. 35.

LECTIO VI.

Diluuntur ex præmiſsis locum formam, ſeu ſpatium aut materiam eſſe dicentes, veraque eius, ac propria traditur definitio.

ARGI.

Iam igitur ex hiſce patet quid nam ſit locus. Quatuor .n. fere ſunt, quorum vnum quid locũ eſſe neceſſe eſt. Aut .n. forma, aut materies, aut interuallum quid eſt inter extrema, aut ipſa extrema, ſi non ſit interuallum vllũ præter ipſius corporis magnitudinem, quod eſt in loco.

Iam

T.c. 35. ANTI. *IAm igitur, manifeſtum ex his, quid eſt locus. Vere .n. quatuor ſunt, quorum neceſſe eſt, locum vnum aliquid eſſe. aut enim forma, aut materia eſt, aut ſpacium aliquod medium extremorum, aut extrema, ſi non eſt ſpatium vllum præter inexiſtentis corporis magnitudinem.*

Præmiſsis his, quæ ſunt neceſſaria ad inueſtigandū definitionem loci, hic inueſtigat loci definitionem, & circa hoc tria facit. Primo inueſtigat particulas definitionis. Secundo concludit definitionem ibi. Quare terminus. Tertio oſtendit eam bene aſsignatā. ibi. Et propter hoc medium. Circa primum duo facit. Primo inueſtigat genus loci. Secundo differentiam complentē definitionis eius ibi. Videtur autem magnum aliquid. Ad inueſtigandum autem genus loci vtitur diuiſione quadam, vnde circa hoc tria facit. Primo proponit diuiſionem. Secundo excludit tria membra diuiſionis ibi. Horum autem quod non contingit. Tertio concludit quartum ibi. Si igitur nihil horum. Dicit ergo primo, quod iam ex præmiſsis poteſt eſſe manifeſtum, quid ſit locus. Videtur enim ſecundum ea, quæ conſueuerunt de loco dici, quod locus ſit vnum de quatuor, ſcilicet, vel materia, vel forma, vel aliquod ſpacium inter extrema continentis, vel, ſi nullum ſpacium eſt inter extrema continentis, quod habeat aliquas dimenſiones præter magnitudinem corporis, quod ponitur infra corpus continens, oportebit dicere quartum, ſ. ꝙ extrema corporis continentis, ſit locus. Secundo ibi.

a. p. tex. 41. Te. com. 41. Tex. c. 49. p. p. tex. 15.

ARGI. *Atque patet, horum tria locum eſſe non poſſe.*

ANTI. *Horū aūt quod non contingat tria eſſe, manifeſtum eſt.*

Te. com. 36. T. c. 38. Excludit tria membra prædictæ diuiſionis. Et primo proponit quod intendit dicens, manifeſtum eſt per ſequentia, quod non contingit locum eſſe aliquod horum trium. Secundo proſequitur ibi.

ARGY. *Sed quia continet, Forma eſſe videtur. in eodē .n. ſūt vltima eorum, quorum alterū continet, alterum continetur.*

ANTI. *Sed propter id quod continet, videtur Forma eſſe. in eodem .n. ſunt extrema continentis & contenti.*

In eodē ſūt extrema cōtinentis, & contenti. Et primo de forma. Secūdo de ſpacio ibi. Sed ex eo ꝙ mutatur. Tertio de materia ibi. Et materia autem videtur. Circa primum duo facit. Primo ponit quare locus videatur eſſe forma, quia. ſ. forma continet, quod videtur eſſe proprium loci. Extrema vero corporis cōtinentis, & contenti ſunt ſimul, cum continens, & contentum ſint continua ad inuicem, & ſic terminus continens, qui eſt locus, non videtur ſeparatus eſſe a termino corporis contenti, & ſic videtur locus non differre a forma. Secundo ibi.

ARGY. *Sunt igitur ambo fines, ſed non eiuſdem, ſed forma quidem ipſius rei, locus autem corporis eius quod continet.*

ANTI. *Sunt quidē igitur vtraq. termini, ſed non eiuſdem, ſed forma quidem rei, locus autem continentis corporis.*

Oſtendit ꝙ forma non ſit locus, quia quamuis locus, & forma in hoc conueniant, ꝙ vterq. eorū eſt quidam terminus, non tamen vnius & eiuſdem, ſed forma eſt terminus eius, cuius eſt forma, locus autem non eſt terminus corporis, cuius eſt locus, ſed corporis continētis ipſum, & licet ſint ſimul termini continentis, & contenti, non tamen ſunt idem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quia vero id, quod continetur, atq. diuiſum eſt, interdum transfertur eo manente quod cōtinet, vt aqua ex vaſe, interuallum quid eſſe videtur, quod eſt inter extrema, vt aliquid aliud præter corpus id, quod transfertur.*

ANTI. Te. com. 36. *Sed ex eo, quod mutatur multoties, manente continēte contentum & diuiſum, vt ex vaſe aqua, ipſum medium eſſe aliquod videtur ſpacium, tanquam aliquid ſit præter corpus, quod transfertur.*

Proſequitur de ſpacio. Et primo ponit quare ſpaciū videtur eſſe locus. Secundo oſtendit, ꝙ nō ſit locus ibi. Hoc autem non eſt. Dicit ergo primo, quod quia multoties mutatur corpus contentum a loco, & diuiſum ab eo, de loco, in locum, & ſuccedunt ſibi corpora inuicē in eodem loco ita ꝙ continens remanet immobile, eo modo, quo aqua exit a vaſe, propter hoc videtur quod locus ſit aliquod ſpacium medium inter extremitates corporis continentis, ac ſi aliquid eſſet ibi præter corpus, quod mouetur de vno loco ad alium. Quia ſi non eſſet aliud ibi præter illud corpus, ſequeretur ꝙ vel locus non eſſet aliud a locato, vel ꝙ id quod eſt medium inter extremitates continentis non poſſet eſſe locus. Sicut aūt oportet locum eſſe aliquid præter corpus contētū, ita videtur ꝙ oporteat locū eſſe aliquid præter corpus continens, ex eo, ꝙ locus manet immobilis, corpus aūt continens, & oē ꝙ eſt in eo contingit tranſmutari. Nihil aūt aliud pōt intelligi eſſe præter corpus continēs & contentum, niſi dimenſiones ſpacii in nullo corpore exiſtentes. Sic igitur ex hoc ꝙ locus eſt immobilis, videtur, quod ſpacium ſit locus. Secundo ibi. Statim infra.

ARGY. *Hoc autem non eſt ita, ſed quoduis eorum corporū incidit quæ transferuntur, aptitudinemq. habent tangendi. Quod ſi eſſet quid interuallum aptum, in eodemque manens, infinita loca eſſent profecto, ſi enim transferatur aqua, & aer, idem facient omnes partes in toto, quod vniuerſa aqua in vaſe.*

ANTI. *Hoc autem non eſt, ſed contingens incidit corpus eorū quæ transferuntur, & quæ ſe apta nata ſunt contingere. Si autem aliquod eſſet ſpacium aptum natum, & manens in eodem loco, infiniti vtique eſſent loca. Diſtante enim aere, & aqua, idem facient omnes partes in toto, quod quidē omnis aqua in vaſe.*

Oſtendit, ꝙ ſpacium non ſit locus duabus rationib. Circa quarum primam dicit, ꝙ hoc non eſt verum, qđ aliquid ſit ibi infra extremitates corporis continentis præter corpus contentum, quod transfertur de loco in locum, ſed infra illas extremitates corporis continētis, incidit aliquod corpus quodcunque illud eſſe contingat, ita tamen ꝙ ſit de numero corporum mobilium et iterum de numero eorum, quæ ſunt apta nata tangere continens. Sed, ſi poſſet eſſe aliquod ſpacium continens medium præter dimenſionem corporis continentis, ꝙ ſemper maneret in eodem loco, ſequeretur, hoc inconueniens ꝙ infinita loca ſimul eſſent, & hoc ideo, quia cum aqua, & aer habeant proprias diſtantias, & quodlibet corpus, & quælibet pars corporis, & omnes partes idem facient in toto, quod tota aqua facit in vaſe. Secūdum vero eorum poſitionem, qui tenent ſententiam de ſpacio, cum tota aqua eſt in vaſe, ſunt ibi aliæ dimenſiones ſpacii præter dimenſiones aquæ. Omnis autem pars continetur a toto, ſicut locatum a vaſe. nec differt niſi ſolum quantum ad hoc, ꝙ pars non eſt diuiſa, locatum autem eſt diuiſum. Si ergo pars diuidatur in actu, ſequetur, quod ſint ibi aliæ dimenſiones totius, ſcilicet continentis, præter dimenſiones partis, non poteſt autem dici, ꝙ diuiſio faceret ibi eſſe de nouo aliquas dimenſiones, non enim diuiſio cauſat dimenſionem, ſed præexiſtentem diuidit, ergo, antequam pars eſſet diuiſa a toto, erant aliæ propriæ dimenſiones partis præter dimenſiones totius penetrantes etiam partem, quot ergo partes eſt accipere per diuiſionē in aliquo toto, ita ꝙ vna contineat aliam, tot dimenſiones ab inuicem diſtinctæ erunt ibi, quarum quædam alias penetrabūt, eſt aūt accipere in infinitum in aliquo toto continuo partes, quæ alias continent, propter hoc, quod continuum in infinitum diuiditur. Relinquitur igitur, ꝙ ſint infinitæ dimenſiones corporis ſe inuicem penetrantes. Si igitur dimenſiones corporis continentis penetrantes locatum, ſit locus, ſequitur ꝙ ſint infinita loca ſimul, ꝙ eſt impoſsibile. Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Et inſuper locus etiam transfertur, quare loci etiam alius*

est alius locus ipsius partis, in quo mouetur, cum vas totũ transfertur, sed idem, aer.n. & aqua vel partes aquæ, in eo in quo sunt mouentur, sed non in eo loco, ad quem accedunt, qui quidẽ pars eius est loci, qui locus totius est cæli.

Simul aũt erit, & locus transmutatus, quare erit loci alius locus, & multi loci simul erũt. Non est autem alius locus partis, in quo mouetur, cum totum vas transmutatur, sed idem, in quo enim est, commutatur aer, & aqua aut partes aquæ. Sed non est in quo fiunt loco, qui pars est loci, qui est locus totius Cæli.

Secunda rō. Ponit secundam rationem, quæ talis est. Si dimensiones spacii, quod est infra extremitates corporis continẽtis, sit locus, sequitur ꝙ locus transmutetur, manifestũ est.n. quod trãsmutato aliquo corpore, vt puta amphora, transmutatur illud spacium, ꝙ est infra extremitates amphoræ, cum nusquã sint, nisi vbi est amphora. Omne autem quod transmutatur in aliquem locum, penetratur, secundum eorum positionem a dimensionibus spacii, in quod transmutatur, sequitur ergo quod aliquę aliæ dimensiones subintrant dimensiones illius spacii amphoræ, & sic loci erit alius locus, & multa loca erũt simul. Hoc ergo inconueniens accidit, quia ponit alius esse locus corporis contenti, vt aquę, & vasis, vt amphorę. nam secundum illorum opinionem, locus aquæ est spacium, quod est infra extremitates amphoræ. Locus autem totius amphoræ est spacium, quod est infra extremitates corporis continentis amphoram. Sed nos nõ dicimus, ꝙ alius sit locus partis, & in quo mouetur pars, cum totum vas transmutetur secundum idem. Dicit autem hic partem, corpus contentum in vase, vt aquam contentã in amphora, quia secundũ Arist. aqua mouetur per accidens vase transmutato, & non mutat locum, nisi in quantum amphora locum mutat, vnde nõ oportet, quod locus, in quem vadit, sit locus partis, per se, sed solum in quantum est locus amphoræ, sed secundũ tenentes opinionem de spacio, sequitur ꝙ ille locus per se respondeat aquæ, sicut & amphoræ, & qđ per se ẽt respondeat spacio, & per se loquendo spaciũ illud mouebitur & habebit locum, & non solũ per accidens. Et licet corpus continens quandoque moueatur, non tamen sequitur, scđm opinionẽ Arist. quod locus moueatur, aut ꝙ loci sit locus. contingit quidem.n. aliquod corpus continens, in quo est aliquid contentum, moueri, sicut aer, vel aqua, aut aliquę partes aquę, vt puta, si nauis est in fluuio, partes aquæ, quæ inferius continent nauem mouentur, sed tamen locus non mouetur. Et hoc est ꝙ subdit, sed non in quo fiunt loco. i. sed nõ illud, in quo aliqua fiunt, sicut in loco mouetur, & quomodo hoc sit verum, ostendit per hoc ꝙ subdit, ꝙ est pars loci, qui est locus totius Cœli. Licet .n. hoc continens moueatur, prout est hoc corpus, tamen prout cõsideratur secundum ordinẽ, quem habet ad totum corpus Cęli non mouetur. nam aliquod corpus, quod succedit eundẽ ordinem vel situm habet per comparationem ad totum Cœlum, quem habuit corpus, qđ prius effluxerat. Hoc est ergo ꝙ dicit, quod licet aqua, vel aer moueatur, non tamen mouetur locus, prout consideratur, vt pars quædam loci totius Cœli, habens determinatum situm in Vniuerso. Deinde cum dicit.

ARGI. *At qui materia quoq. locus esse videbitur. si in quiescẽte, & non separato, sed continuo quispiã considerauerit. Nã, vt si alteratur, est aliquid quod nunc quidẽ est album, olim aũt erat nigrũ, & nunc quidẽ est durum, olim autem erat molle (quapropter & dicimus materiã aliquid esse.) sic & locus per quadã talẽ imaginationẽ esse videtur. Verũ illud quidẽ ex eo, quia quod erat aer, id nunc est aqua, locus aũt ex eo, quia vbi erat aer, hic nunc est aqua.*

ANTI. *Et materia etiã videtur vtiq. esse locus, si in quiescente aliquis cõsideret, & non in separato, sed continuo. Sicut .n. si alteratur, est hoc quidem nunc vtiq. album, tunc autem nigrum, & nunc quidem durum, olim autem molle, vnde dicimus aliquid esse materiam, sic & locus per talẽ quandam videtur esse phantasiam. Verum illud quidem, quoniam quod nunc est aqua, prius erat aer, locus autem, quia vbi nunc est aqua, ibi erat aer.*

Prosequitur de materia, & primo ostendit quare materia dicitur esse locus. Secundo ostendit, quod non sit locus ibi. Sed materia quidem. Dicit ergo primo, ꝙ materia videtur esse locus, si aliquis consideret transmutationem corporum succedentium sibi in eodem loco, in aliquo vno subiecto quiescente secundum locum, & nõ habeatur respectus ad hoc, qđ locus est separatus, sed attendatur solummodo transmutatio in aliquo vno cõtinuo. aliquod.n. corpus continuum & quietum secundum locum, cum alteratur, vnum & idẽ numero nunc quidem est album, nunc autem nigrum, & nunc est durum & prius molle. Et propter istam transmutationẽ, formarum circa subiectum, dicimus quod materia est aliquid, quæ manet vna, facta transmutatione secundũ formã. Et per talem etiam apparentiã videtur locus esse aliquid, quia in eo permanente succedunt sibi diuersa corpora. Sed tamen alio modo loquendi vtimur in vtroq. nam ad designandum materiam, vel subiectũ dicimus, quod id quod nunc est aqua, prius erat aer. Ad designandum autem vnitatem loci, dicimus quod vbi nunc est aqua, prius erat aer. Secundo ibi. Infra.

At.n materia quidem, vt antea diximus, neq. separabilis est a re, neq. continet, loco autem ambo competunt. ARGY.

Sed materia quidem, sicut dictum est in prioribus, neq. diuersa est a re, neq. continet rem, locus autem vtraq. ANTI.

Ostendit quod materia non sit locus, quia, sicut supra dictũ est, materia non est diuisa a re, cuius est materia, neq. continet ea, quorum vtrunq. competit loco. Locus igitur non est materia. Deinde cum dicit.

Si igitur locus non est quicquam istorũ triũ, neq. materia, neq. forma, neq. etiam interuallum, aliquid aliud semper præter ipsius rei spacium, quæ transfertur, necesse est locum quatuor illorum reliquum esse, finem inquam, corporis continentis. Atq. id corpus contineri dico, quod est mobile latione. ARGI.

Si igitur nihil horũ trium locus est, neq. forma, neq. materia, neq. spacium, semper aliquid existens alterum, præter id, quod est rei distantia, necesse est locum esse reliquũ de quatuor, continentis. s. terminum corporis. Dico autem contentum corpus, quod mouetur secundum loci mutationem. ANTI. T.c. 39.

Remotis tribus membris, concludit quartũ, & dicit quod quia locus non est aliquod trium. i. neque forma, neq. materia, neq. aliquod spaciũ, quod sit alterũ præter distantias rei locatæ, necesse est, quod locus sit reliquum de quatuor supra nominatis. s. quod sit terminus corporis continentis. Et ne aliquis intelligat contentũ, vel locatum esse aliquod spacium mediũ, subiungit, & corpus cõtentum dicitur illud, quod est natum moueri secundum loci mutationem. Deinde cum dicit.

Magnum autem quid, difficileq. esse videtur locum percipere, tum quia partim materiæ, partim formæ similis ẽẽ videtur, tum quia translatio eius quod fertur, in ipso continente fit quiescente, esse.n. posse videtur interuallũ aliud quoddam a magnitudinibus, quæ mouentur. Confert autem ad hoc, & ipse aer, qui videtur esse incorporeus. nam non solum fines ipsius vasis, sed interuallum etiam ipsum vt vacuum, locus esse videtur. ARGI

Videtur autem magnum aliquid, & difficile accipi, quid est locus, & propter hoc quod apparet esse materia & forma, & propter hoc quidem, quod in quiescente, & continente fit transmutatio eius, quod fertur. Contingere autem videtur esse spacium mediũ aliud aliquid a motis ANTI.

magni-

magnitudinibus. Proficit autem aliquid, & aer apparens incorporeus esse, videtur .n. non solum terminus vasis esse locus s.d & quod est medium tanquam vacuum.

Inuestigat differẽtiam loci.s. ꝙ sit immobilis. Circa hoc duo facit. Primo ostendit quod ex hac differentia, non debite considerata, insurrexit quidam error circa locum. Secundo ostendit, quõ sit intelligenda immobi-
Te. com. 41. litas loci. ibi. Est autem sicut vas. Dicit ergo primo, ꝙ videtur magnum aliquid, & difficile accipere, quid sit locus, tum propter hoc ꝙ quibusdam videtur ꝙ locus sit materia, vel forma, quæ habent altissimã considerationẽ, vt supra dictũ est, tum propter hoc, quod mutatio eius, quod fertur sc̃dm locũ, fit in quodam quiescente, & continente. Cum igitur nihil videatur esse continens, & immobile, nisi spacium, videtur contingere, ꝙ locus sit quoddã spacium medium, quod sit aliud a magnitudinibus, quæ mouentur secundũ locum. Et ad credulitatẽ huius opinionis multum proficit, ꝙ aer videtur esse incorporeus, quia vbi est aer, videtur ꝙ non sit corpus, sed quoddam spacium vacuum, & sic videtur locus non solum esse terminus vasis, sed quoddam mediũ tanquam vacuum. Secundo ibi.

ARGY. *Vt autem vas locus est potens transferri, sic & locus, vas est immobile. Quocirca cum id, quod est intus mouetur, atq. transfertur, si id mouetur, in quo est, vt in fluuio nauis, vt vase tunc vtitur, illo quod continet magis quam loco. Locus aũt vult esse immobilis, quapropter vniuersus fluuius magis est locus, quia est immobilis vniuersus.*

ANTI. Te. c. 41. *Est autem sicut vas locus transmutabilis, sic locus vas immobile. Vnde cum quidem in eo, quod mouetur quippiã moueatur, & mutet ur quod intus, vt in flumine nauis, tanquam vase vtitur magis quam loco continente. Vult autẽ immobilis locus esse, unde totus fluuius magis locus est, quia immobilis totus est.*

Ostendit quomodo intelligenda est immobilitas loci, vt excludatur opinio prædicta. & dicit, quod vas & locus in hoc differre videntur, qđ vas transmutatur, locus autem non, vnde sicut vas pôt dici locus transmutabilis, ita locus potest dici vas immobile. Et ideo, cũ aliquid mouetur in aliquo corpore, quod mouetur, sicut nauis in flumine, vtitur isto, in quo mouetur, magis sicut vase, quã sicut loco continente, quia locus vult esse immobilis, i. de aptitudine, & natura loci est, quod sit immobilis & propter hoc magis potest dici, quod totus fluuius sit locus nauis, quia totus fluuius est immobilis, sic igitur fluuius totus in quantũ est immobilis, est locus cõmunis. Cum autem locus proprius sit pars loci communis, oportet accipere proprium locum nauis in aqua fluminis, inquantum habet ordinem ad totum fluuium, vt est immobilis. Est igitur accipere locũ nauis in aqua fluente, non secundum hanc aquã, quæ fluit sed secundum ordinem, vel sitũ, quem habet hæc aqua fluens ad totum fluuium, qui quidem ordo, vel situs, idẽ remanet in aqua succedente. Et ideo licet aqua materialiter præterfluat, tamen secundũ quod habet rõnem loci, prout. s. consideratur in tali ordine, & situ ad totũ fluuium, non mutatur. Et per hoc similiter accipere debemus, quomodo inter extremitates corporum mobilium naturalium, sit locus per respectum ad totum corpus sphæricum Cœli, quod habet fixionem & immobi-
2. Mater. co. Lect. 1. litatem, propter immobilitatem centri & polorum. Sic igitur licet hæc pars aeris, quæ cõtinebat, vel hæc pars aquæ affluat, & moueatur, in quantum est hæc aqua, tamen, secundum quod habet hæc aqua rationem loci, s. situs, & ordinis ad totum sphæricũ cæli semper manet. Sicut etiam dicitur, idem ignis manere quantũ ad formam, licet secundum materiã varietur consumptis, & additis quibusdam lignis. Et per hoc cessat obiectio, q́ potest fieri contra hoc, qđ ponimus locũ esse terminũ continentis, quia continens sit mobile & terminus continentis erit mobilis, & sic aliquod quietũ existens habebit diuersa loca. Sed hoc nõ sequitur, quia terminus continentis non erat locus, inquantum est hæc superficies istius corporis mobilis, sed secundum ordinem vel sitũ quẽ habet in toto immobili. Ex quo patet, ꝙ tota rõ loci in omnibus continentibus est ex primo continẽte & locante. s. Cœlo. Deinde cum dicit.

Quare locus est finis continentis immobilis, primus. ARGI.

Quare terminus continentis immobilis primus locus ẽ. ANTI.

Concludit ex præmissis definitionẽ loci. s. quod locus est terminus immobilis continentis primum. dicit autem. Primus vt designet locum proprium, & vt excludat locum communem. Deinde cum dicit.

Atq. ob hoc, medium quidem Vniuersi infra, fines aũt citeriores cæli supra maxime omnibus proprie esse videntur. Quia illud quidem semper manet, fines autem Cæli eodem modo, sese habentes manent. Quare, cum leue quidem sit id quod sursum pergit, graue autem id, quod deorsum fertur suapte natura, his quidem finis, qui versus medium continet, infra est, & ipsum etiam medium, his ãt, qui versus vltimũ continet, supra, & ipsum ẽt vltimum. ARGI.

Et propter hoc medium Cæli, & ultimum ad nos circularis loci mutationis videtur esse, hoc quidem sursum, illud uero deorsum maxime omnibus proprie. quia hoc quidem semper manet, circulorũ autem ultimum, similiter se habens manet. Quare, quoniam quod leue quidem sursum fertur natura, quod uero graue deorsum. quod quidem est ad medium continens, deorsum est, & ipsum medium. ꝙ uero ad ultimum sursum est, & ipsum ultimum. ANTI. Te. com. 41.

Ostẽdit definitionem bene assignatã per hoc quod ea, quæ dicuntur de loco, cõgruũt sc̃dm hanc definitionẽ. Et ponit tria, quorũ primũ est, ꝙ pp hoc ꝙ locus est continens immobile mediũ Cæli, & vltimũ circularis loci mutationis. i. corporũ circulariter motorũ, vltimũ dico versus nos. s. superficies orbis lunæ vẽ hoc quidẽ esse sursũ, i. vltimũ prædictũ, illud vero esse deorsum. s. medium. Et hoc maxime proprie videtur dici inter omnia, quia centrum sphæræ semper manet. Illud autem, quod est vltimum in corporibus circulariter motis versus nos, licet moueatur circulariter tamẽ manet, inquantum similiter se habet. i. in eadem elongatione ad nos. Et, quia ad propria loca mouentur corpora naturalia, inde est, quod leuia naturaliter mouentur sursum, & grauia deorsum, quia ipsum medium, & terminus continens versus medium, vocatur deorsum, & similiter ipsum vltimũ, & ꝙ est versus vltimũ, dicitur esse sursum, vtitur autem, tali mõ loquendi, quia terræ, quæ est simpliciter grauis, locus est mediũ, aquæ ãt locus est versus mediũ. Et similiter locus ignis, qui est simpliciter leuis, est vltimum, locus autem aeris est versus vltimum. Secundum ponit ibi.

Et propterea, locus superficies quædam, & quasi uas continens esse uidetur. ARGY.

Et propter hoc, planum uidetur esse quoddam, & sicut uas locus & continens. ANTI.

Et dicit, quod quia locus est terminus propter hoc locus dicitur esse, sicut quædam superficies, & sicut qđdam vas continens, non autem sicut spacium vasis continentis. Tertium ponit ibi.

Præterea locus simul cum ipsa re quodammodo locus est. Quippe cum ipsi fines sint simul. ARGY.

Amplius simul cum re quodammodo locus est, simul enim finis est, & locus, ANTI.

Et dicit, quod quia locus est terminus, pp hoc simul est locus & locatum, quia simul est finis locati, & terminus continentis, qui est locus, quia tangentium vltima simul sunt. & secundũ hoc etiã intelligitur, quod locus, æquatur locato, quia. s. æquantur secundum extrema.

LECTIO 7.

Quorumcunq. corporum tam proprius quam communis assignatur locus, modus quoque in eo existendi, & præcipue vltimi, differitur.

ARGV. *Atqui corpus quidem, id est in loco extra quod, aliquod est corpus continens ipsum. Quod vero non ita se habet, non est in loco.*

ANTI. T.c.43. **C**ui quidem igitur corpori est aliquod extra corpus cõtinens ipsum, hoc in loco est, cui vero non minime.

Postquam Philosophus definiuit locum, hic ostẽdit qualiter aliquid sit in loco. & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter aliquid simpliciter sit in loco, & qualiter non. Secundo ostendit quomodo illud, quod non est simpliciter in loco, secundum quid in loco sit ibi. Huius text. p.2. Vnde & si aqua fiat. Concludit ergo primo ex præmissis, quod cum locus sit terminus continentis, cuicunq. corpori adiacet aliquod corpus continens ipsum exterius, hoc est in loco simpliciter & per se, cui vero corpori non adiacet aliquod corpus exterius: continens ipsum, minime est in loco. Tale autem corpus in Mundo non est, nisi vnum, s. vltima sphæra, quæcunq. sit illa. vnde secundum hanc determinationem, sequitur quod vltima An vltima sphæra sit i loco. sphæra nõ sit in loco. Sed hoc videtur impossibile, quia vltima sphæra mouetur in loco, nihil autem mouetur in loco quod non sit in loco. Huiusmodi igitur dubitationis difficultas non accidit iis, qui tenent sententiam de spacio. nõ est n. eis necesse dicere, quod ad hoc, quod sphæra vltima sit in loco, quod habeat corpus continens, sed spacium quod intelligitur penetrare totum mundum, & omnes partes eius, est locus totius mundi, & cuiuslibet partium eius secundum eos. Sed hæc positio est impossibilis, quia vel oportet dicere, quod locus non sit aliquid præter locatum, vel quod aliquæ dimẽsiones spatii sint Opinio Alexan. per se existentes, & tamen subintrantes dimensiones, corporum sensibilium, quæ sunt impossibilia. Vnde Alexãder dicit, quod vltima sphæra nullo modo est in loco, non. n. omne corpus de necessitate est in loco, cũ locus nõ cadat in definitione corporis. Et propter hoc dixi, quod vltima sphæra nõ mouetur in loco, neq. secũ Opinio Auicen. dum totum neque secundum partes. Sed, quia oportet omnem motum in aliquo genere motus poni, Auicen. eum secutus, dixit, quod motus vltimæ sphæræ non est motus in loco, sed motus in situ, contra Arist. qui dicit in Quinto huius, quod motus est tãtũ in trib. generibus. s. quãtitate, qualitate, & vbi. Sed hoc nõ põt stare, impossibile est. n. quod motus, sit per se loquẽdo in aliquo genere, cuius specierũ rõ in indiuisibili cõsistit, pp hoc. n. in substantia nõ est motus, quia rõ cuiuslibet speciei substantiæ consistit in indiuisibili, eo quod species substantiæ non dicuntur scdm magis & minus. & pp hoc, cũ motus hẽat successionem, non producitur in esse forma substantialis per motũ, sed per generationẽ, quæ est terminus motus, secus aũt est de albedine, & similibus, quæ participantur scdm magis, & minus. Quęlibet aũt species situs hẽt rõnem in indiuisibili consistentẽ, ita, quod si aliquid additur vel minuitur, nõ est eadẽ spẽs Situs prædicamentũ, & situs quantitatis differẽtia quid. situs. vnde impossibile est, quod in genere situs sit motus. Et præterea remanet eadem difficultas. nã situs scdm quod ponitur prædicamentũ importat ordinem partiũ in loco, licet scdm quod ponitur differentia quantitatis non importat, nisi ordinẽ partiũ in toto. oẽ igitur, quod mouet scdm situm, oportet quod moueatur scdm locũ. Quidã aũt alii dixerunt. s. Auẽpace, quod aliter assignãdus est locus Opinio Auẽpace. corpori, quod mouetur circulariter, & aliter corpori, quod mouetur motu recto, quia. n. linea recta est imperfecta, additionẽ recipiens, corpus, quod mouetur motu recto, requirit locum exterius continentem, quia vero linea circularis in seipsa perficitur, corpus, quod circulariter mouetur, non requirit locum exterius continentẽ, sed locũ circa quẽ reuoluatur, vnde & motus circularis dicitur esse motus circa mediũ. Sic igitur dicunt quod superficies connexa † sphæræ contentæ, est locus primæ sphæræ. Sed hoc est contra suppositiones cões prius de loco positas s. quod locus sit continens, & quod locus sit æqualis locato. Et iõ Auer. dixit quod vltima sphæra est in loco per accidens. Ad cuius euidentiã cõsiderãdũ est quod oẽ illud, quod habet fixionẽ per alterũ, dr̃ esse per accidens in loco, ex hoc quod id, per quod figitur in loco est, vt patet de clauo infixo naui, & de hoĩe quiescente in naui, manifestũ est ãt quod corpora circulariter mota habent fixionẽ per immobilitatẽ centri, vnde vltima sphæra dr̃ esse in loco per accidens in quãtũ centrũ, circa quod reuoluitur, hẽt esse in loco. Quod aũt aliæ sphæræ inferiores habent per se locũ, in quo continentur, hoc accidit, & nõ est de necessitate corporis circulariter moti. Sed contra hoc obiicitur, quia, si vltima sphæra sit in loco per accidẽs, sequitur, quod moueatur in loco per accidens, & sic motus per accidens est prior motu per se. Sed ad hoc respondetur quod ad motũ circularem nõ requiritur, quod id, quod mouet per se circulariter, sit per se in loco, requiritur ãt ad motum rectũ. Sed hoc videtur esse cõtra definitionem Arist. quã supra posuit de eo, quod est in loco per accidens. dixit. n. aliqua esse, vel moueri in loco per accidens, ex hoc quod mouetur id, in quo sunt, non ãt dicitur aliquid esse in loco per accidens ex hoc quod aliquid quod est oĩno extrinsecũ ab ipso, est in loco. cum igitur centrũ sit omnino extrinsecũ a sphæra vltima, ridiculum videtur dicere, quod sphæra vltima sit in loco, per accidens ex hoc quod centrum est in loco. Et iõ magis approbo sententiã Themistii qui dixit, quod vltima sphæra est in loco per suas partes. Ad cuius euidentiã considerandum est, quod sicut Arist. supra dicit, non quæreretur locus nisi ppter motum, qui demõstrat locum, ex hoc quod corpora succedunt sibi in vno loco. Vnde licet locus non sit de necessitate corporis, est tamen de necessitate corporis, quod mouetur secundum locum, sic igitur alicui corpori moto localiter, necesse est assignare locũ secundum quod in illo motu consideratur successio diuersorũ corporũ in eodem loco. In his igitur, quæ mouentur motu recto, manifestum est quod duo corpora succedunt sibi in loco secundum totum, quia totũ, vnũ corpus dimittit totum locum, & in ipsum totum subintrat aliud corpus. vnde necesse est quod corpus, quod mouetur motu recto, sit in loco secundũ se totũ. in motu aũt circulari, licet totũ fiat in diuersis locis rõne, nõ tamẽ totũ mutat locũ subiecto, semper. n. remanet idẽ locus subiecto, sed diuersificatur rõne tãtum, vt in Sexto huius dicetur, sed partes mutant locum, non solum rõne, sed subiecto. Attenditur ergo in motu circulari successio in eodem loco, non totorum corporum, sed partium eiusdem corporis. non igitur corpori, quod circulariter mouetur, debetur ex necessitate locus secundum totum, sed secundum partes. Sed contra hoc esse videtur quod partes secundum locum corporis continui non sunt in loco, neq. mouẽtur, sed totum mouetur, & totum est in loco. manifestum est autem, quod vltima sphæra est corpus continuum, partes igitur eius nec sunt in loco, nec mouentur secundum locum, & sic non videtur verum, quod vltimæ sphæræ debeatur locus rõne partium. Sed ad hoc dicendum est, quod partes totius continui, licet non sint in loco in actu, sunt tamen in loco in potentia, secundum quod continuum est diuisibile, pars. n. si sit diuisa, erit ĩ toto sicut ĩ loco, vnde per hunc modum partes cõtinui mouentur in loco, & hoc maxime apparet in continuis humidis, quæ sunt facilis diuisionis, sicut in aqua, cuius partes inueniũtur moueri infra totã aquam. Sic igitur, quia aliquid dicitur de toto rõne partium, in quantum partes vltimæ sphæræ

† quã Themistio. Sup pl. tribuere vr̃ de iamo connexo superficiei.

Opinio Aue.

Opin. Themistii.

sphæræ sunt in loco in potentia, tota vltima sphæra est in loco per accidens, ratione partium, & sic esse in loco sufficit ad motum circularem. Si quis autem subiiciat, q id, quod est in actu, est prius eo q est in potentia, & sic vr inconueniens, quòd primus motus localis sit corporis existentis in loco per partes, quæ sunt in potentia in loco. Dicendū est ergo, qd hoc optime congruit motui primo, necesse est enim qd gradatim ab vno immobili descendatur ad diuersitatem, quæ est in mobilibus. Minor est autem variatio, quæ est secundum partes existentes in loco in potentia, quam quæ est scd'm tota existentia in loco in actu. Vnde primus motus, qui est circularis, minus habet de difformitate, & plus retinet de vniformitate propinquior existens substantiis immobilibus. Multo autem conuenientius est dicere, qd vltima sphæra sit in loco propter partes suas intrinsecas, quam propter centrum, quòd est omnino extra substātiā eius, & magis consonat opinioni Aristotelis, vt patet inspicienti sequentia, in quibus Philosophus manifestat quomodo Cælum sit in loco ibi.

ARGI.

Quapropter etiamsi aqua fuerit talis, partes quidem ipsius mouebuntur. alia nanque aliam continet. Vniuersum autem partim mouebitur, partim haud mouebitur. vt totum enim simul locum non mutat. versatur tamen (partium enim hic locus est) & sursum quidem & deorsum non mouetur. Quædam autem versantur, & quædam sursum, atque deorsum mouentur: quæ densitatem habent, ac raritatem.

ANTI.

Vnde & si aqua fuerit huiusmodi, partes quidem mouebuntur ipsius: continentur enim subinuicem, omnis autem est tanquam quod mouebitur, & tanquam non. sic quidem enim tota simul locum non mutat, circulariter autem mouebitur (partium enim hic locus est) & sursum quidem, & deorsum non. Circulariter autē quædam. alia verò sursum, & deorsum quæcunque habent densitatem, & raritatem.

Circa hoc.n. duo facit. Primo.n. manifestat quomodo sphæra vltima est in loco, secundo infert cōclusionē ex dictis, ibi. (Vnde mouetur circulariter.) Circa primum tria facit. Primo manifestat, qd vltima sphæra est in loco per partes. Secūdo quō partes eius sint in loco, ibi. (Sicut autem dictum est alia quidem.) Tertio quomodo ex partibus cōpetat toti esse in loco ibi. (Et alia quidem per se.) Quia ergo dixerat, qd cui nō est aliqd extra continens, non est in loco per se, concludit, qd si aliquod huiusmodi corpus, quod non continetur ab alio, sicut est vltima sphæra, sit aqua in qua magis appa ret, quod dicitur propter facilem diuisionem partium, partes eius mouebuntur, in quantum cōtinentur subinuicem, sic quodāmodo in loco existentes. Sed tota aqua quodāmodo mouebitur, & quodammodo non. non.n. sic mouebitur quod tota simul mutet locū, quasi trāslata in alium locum subiecto diuersū, sed mouebitur circulariter, qui quidem motus requirit locum partium, & non totius, & non mouebitur sursum & deorsum, sed circulariter. Quædam autē mouebūtur sursum & deorsum mutantia locum secundum totum, s. corpora rara, & densa, vel grauia, & leuia. Secundo ponit ibi.

Secūda pars textus 45.

T.c.44.

Text. c. 45.

ARGI.

Vt autem dictum est quædam in loco potentia sunt, quædam actu. Idcirco cum id, quod est similium partium continuum est; tum partes potentia sunt in loco, sed, cum sunt separatæ, atque vt in cumulo fit, se tangunt, tum in loco sunt in actu.

ANTI.
T.c.44.

Sicut autem dictum est, alia quidem sunt in loco secundum potentiam, alia vero secundum actum. Vnde, cum sit quidem continuum id, quod est similium partium, secundum potentiam in loco partes sunt: cum autem separata quidem sint, tangant autem se, sicut collectio, secundum actum sunt.

Ostendit quomodo partes vltimæ sphæræ sunt in loco, & dicit, quod sicut supra dictum est, quædam sūt in loco in actu, quædam secundum potentiam. Vnde, cum aliquod sit continuum similium partiū, partes eius sunt in loco secundum potentiam, sicuti est in vltima sphæra. Sed quando partes sunt separatæ, & solum cōtiguæ, sicut accidit in collectione lapidum, tunc partes sunt in loco secundum actum. Tertio ibi.

ARGY.

Et rursus alia quidē per se. vt omne corpus, aut latione aut accretione mobile per se alicubi est. Cælum autem, (vt dictum est) non est alicubi totum, neque est vllo in loco, si nullum ipsum continet corpus, sed quo mouetur, hoc & locus est partibus, alia nanque partium, alij hæret. Alia verò per accidens, vt anima, atque cælum. Omnes nanque partes quodammodo sunt in loco, circumquaque enim alia aliam continet.

ANTI.
T.c.45.

Et alia quidem per se sunt. vt omne corpus aut secundum loci mutationem, aut augmentum mobile, alicubi per se existit. Cælum autem sicut dictum est, non est alicubi totum, neque in aliquo est, si quidem nullum corpus continet ipsum, secundum quod autem mouetur, sic et locus est partibus. altera enim partium ad alteram habita est. Alia verò secundum accidens, vt anima, & cælum, partes enim in loco quodammodo omnes sunt. in eo enim quod circulariter sunt, continet alia aliam.

T.c.32.

Ostendit quomodo ex hoc sequetur, totam sphærā esse in loco, et dicit, qd quædam sunt p se in loco, sicut omne corpus, quod per se mouetur in loco, vel secundum loci mutationem, vel secūdum augmentum, vt supra dictum est. sed cœlum. i. vltima sphæra, non est hoc modo in loco, sicut dictum est, cum nullum corpus cōtineat ipsum, sed scd'm quod mouetur circulariter, partib. sibi inuicem succedentibus, sic et locus debetur partib. eius in potentia, vt dictum est, in quantū. s. vna pars eius est habita. i. consequenter se habens ad aliam. Quædam vero secundum accidēs sunt in loco, sicut anima, et omnes formæ, et hoc etiam modo Cælum. s. vltima sphæra, est in loco, in quantum omnes eius partes sunt in loco, ex eo, quod vnaquæque pars eius cōtinetur sub alia, secundum circulationem. in corpore enim non circulari pars extrema remanet non contenta, sed continens tantum. sed in corpore circulari, quælibet pars est continens et contenta, in potentia tamen. Vnde ratione omnium partium suarum, corpus circulare est in loco. Et hoc accidit esse per accidentia. s. per partes, sicut supra, cum dixit, quod partes corporis mouentur per accidens in loco. Deinde cum dicit.

ARGI.

Quapropter supremū quidē corpus versatur. Vniuersum autē alicubi non est, & ipsum est aliquid. quod enim alicubi est, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid aliud extra se habet quod continet. At præter vniuersum ac totum, nihil est extra. Et propterea omnia sunt in cælo: forsitan enim cælum est vniuersum. Est autem locus, non ipsū cælum, sed aliquid eius, vltimus inquam finis quiescens, quō corpus mobile tangit. Et idcirco terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere, & æther in cælo est collocatus, ipsum verò cælum nullo in alio corpore est vlterius collocatum.

ANTI.
T.c.46.

Vnde mouetur circulariter solū quod sursum est. Totū autem non alicubi est, quod enim alicubi est, & ipsum aliquid est: & adhuc aliquid oportet esse extra hoc, in quo quidem continetur. extra autem omne & totum nihil est. Et propter hoc omnia in cælo sunt. cælum enim ipsum totum fortaßis est, Est autem locus, non cælum, sed cæli quiddam, vltimus scilicet, & tangens mobile corpus terminus quiescens. Et propter hoc terra in aqua est, hæc verò in aere, hic autem in æthere, æther vero in cælo, cælū autem non amplius in alio est.

Inducit quandam conclusionem ex prædictis, quia

enim dixerat quod corpus, ꝙ circulariter mouetur nõ oportet esse in loco secundum totum, sed solum per accidens ratione partium, concludit ꝙ corpus supremũ, mouetur solum circulariter, propter hoc quod ipsum totum non est alicubi, quia quod est alicubi, ipsum est aliquid, & habet aliquid extra se, a quo cõtinetur, sed extra totũ nihil est. Et propter hoc, omnia dicũtur esse in cœlo, sicut in vltimo continente, quia cœlum fortassis est, quod est totum continens. Dicit autem (fortassis.) quia nondum probatum est, ꝙ extra cœlum nihil sit. Non est autem sic intelligendum, ꝙ ipsum corpus cœli sit locus, sed quædam superficies vltima eius versus nos, & est sicut terminus tangẽs corpora mobilia, quæ in ipso sunt. & propter hoc dicimus, ꝙ terra est in aqua, quæ est in aere, qui est in æthere .i. igne, qui est in cœlo, quod non est vlterius in alio. Secundum vero intentionem Auerr. litera ista aliter exponenda est. nam exemplũ de aqua, ꝙ primo inducit, non est referendum, secundum ipsum ad vltimam sphæram, sed ad totum vniuersum, ꝙ quidẽ mouetur, in quantum partes eius mouentur. quędam quidem circulariter, vt corpora cœlestia, quædam vero motu sursum, vel deorsum, vt inferiora corpora. Quod vero postmodum inducitur, ꝙ quædam sunt in loco actu, quædam potentia, non est referendum ad prius dicta, sed oportet vt propter se dictum accipere. quia .n. dixerat, ꝙ quædam sunt in loco secundum partes, quædam secundum totum, consequenter adiungit, quod quædam sunt in loco secundum actum, quædam secundum potẽtiã, & vlterius ꝙ quædam sunt in loco per se, quædam per accidens. Vbi notandum est, ꝙ cœlum secundum ipsum dupliciter accipitur hic. nã primo cęlum accipitur pro vniuersitate corporum, & maximè cœlestium. secundo pro vltima sphęra. Dicit ergo, ꝙ per se sunt in loco, quæ mouentur secundum locũ, siue secundũ totũ, siue secundũ partes, vt cęlum, & vniuersum, per accidens autem sunt in loco, vt anima & cęlum .i. vltima sphæra, quia oportet dicere, quod omnes partes vniuersi aliquo modo sint in loco, vltima quidẽ sphæra per accidens, alia vero corpora per se, inquantum ab exteriori corpore continentur, & hoc manifestat vsque in finem.

LECTIO VIII.

Ex data loci definitione, proposita esse circa loci dubia omnia soluuntur, eaque omnium secundũ naturam mobilium motus, ac quietis rationem reddi posse asseritur.

ARGL. *Patet autem ex his si hoc modo locus dicatur, dubitationes omnes solui facile posse. Neque enim vna cum corpore, necesse est locum incrementa suscipere, neque locum esse puncti, neque in eodem corpora esse duo, neque interuallum quidem corporeum esse. Corpus est enim quoduis id, quod est inter fines corporis continentis: sed non corporis spatium. Est etiam, & hisce locus alicubi, non vt in loco, sed vt finis in eo, quod est finitum. Non est enim in loco, omne quod est, sed tantum mobile corpus.*

ANTL. T.c.47. M*Anifestum autem ex his, quoniã & dubitationes omnes soluuntur, sic vtique dicto loco. Neque .n. simul augmentari necesse est locum, neq; puncti esse locũ, neque duo corpora in eodem loco, neque spatiũ aliquod esse corporeum, corpus enim est medium loci quoduis, sed non spatium corporis. Et est locus alicubi, nõ sicut in loco autẽ, sed sicut terminus in termino, non enim omne quod est, in loco est, sed mobile corpus.*

Postquam Philosophus ostẽdit quid sit locus, hic ex definitione data soluit dubitationes supra positas de loco. Fuerunt autẽ supra positæ sex rationes ad ostendendum locum non esse, quarum duas † prætermisit, illam scilicet in qua inquirebatur, vtrum locus esset elementũ vel ex elemẽtis, & iterum illam, in qua ostendebatur, ꝙ ad nullũ genus causæ locus reducatur. non .n. a ponentibus locum, sic ponitur quasi elemẽtum, vel cã rerum. vnde facit mentionem solum de quatuor residuis, quarum vna erat, ꝙ, cum locus nõ deesset corpori, nec corpus loco, videbatur sequi, quod augmentato corpore, augmẽtetur locus. Sed hoc sequitur, si supponatur, quod locus sit spacium quoddam, coextentum dimensionib. corporis, vt intelligatur illud spacium crescere, crescente corpore, sed hoc non est necesse secundum definitionem prædictam de loco, ꝙ sit terminus cõtinentis. alia rõ fuit, ꝙ, si locus corporis aliud est a corpore, ꝙ etiam locus puncti, aliud sit a puncto, quare non videbatur possibile, ꝙ locus sit aliud a corpore, cum locus puncti non sit aliud a puncto. Sed hæc ẽt rõ procedit secundum imaginationem eorum, qui opinabantur locum esse spatiũ coæquatum dimensionibus corporis, vnde oportebat, quod cuilibet dimẽsioni corporis, rñderet dimẽsio spatij, & similiter cuilibet pũcto corporis, sed hoc nõ oportet dicere, si ponamus locum esse terminũ continentis. Alia rõ fuit, ꝙ si locus est aliquid, oportet ꝙ sit corpus, cũ hẽat tres dimensiones rerũ, & sic sequetur duo corpora esse in eodem loco. sed secũdum eos, qui ponebãt locũ esse terminum corporis cõtinentis, non oportet dicere, neq; ꝙ sit aliquod spatium corporeum, mediũ inter extremitates corporis continentis, sed ꝙ sit ibi quoddã corpus. Item alia rõ fuit, quod si oẽ quod est, est in loco, sequitẽ quod ẽt locus sit in loco. Quæ quidẽ rõ de facili soluit, supposito ꝙ locus sit terminus cõtinẽtis. manifestũ est .n. secundum hoc, quod locus est in aliquo. s. in corpore cõtinẽte, nõ tñ sicut in loco, sed sicut terminus ĩ aliqua re finita, vt pũctũ in linea, & superficies in corpore. nõ .n. necessariũ est, quod oẽ ꝙ est, sit in aliquo, sicut ĩ loco, sed hoc necesse est, solũ de corpore mobili. motus .n. induxit ad distinguẽdũ inter locatũ, & locum. Deinde cũ dicit.

ARGL. *Et fertur igitur quodque cum ratione suum ad locum. Quod enim post aliquod deinceps est collocatum, ac illud non violentia tangit in propinquum est illi natura: atque si copulata quidem sint, passione carent. si uero se tangant passiua sunt vicissim, atque actiua.*

ANTL. Te.com.48. *Et fertur igitur in suum ipsius locum vnumquodque rationabiliter. Cum enim consequenter, & quod tangitur non vi, proximum est. Et simul apta nata, impassibilia sunt. Quæ uero tanguntur, & actiua, & passiua sunt adinuicem.*

Assignat ex prædicta definitione rationem proprietatum loci. Et primo quantum ad hoc ꝙ corpus naturaliter fertur ad proprium locum. Secundo quantum ad hoc, quod corpus naturaliter quiescit in suo loco ibi. (Et manet igitur natura.) Sequen. Dicit ergo primo, quod, si ponatur locus esse terminus continentis, rationabiliter assignari potest causa, quare vnumquodque corpus feratur ad proprium locum, quia illud corpus continens, ad quod consequenter se habet corpus contentum & locatum, & quod ab eo tangitur terminis simul existentibus, & hoc non per violentiam, est proximum ei secundũ naturã. ordo .n. situs in partibus Vniuersi attenditur secundum ordinem naturæ. Nam corpus cœleste, quod est supremum, est nobilissimum. post quod inter alia corpora secũdum ignobilitatẽ naturæ est ignis, & sic deinceps usque ad terrã. Vnde manifestũ est, quod corpus inferius, quod se habet consequenter secundum situm ad corpus superius, est proximum sibi in ordine naturæ. Et ideo addit (nõ vi.) vt ostendat naturalem ordinem situs, cui respondet ordo situs naturalis, & excludat ordinem situs violentum, sicut aliquando per uiolẽtiam corpus terrestre est super aerem uel aquã. & huiusmodi duo corpora se consequentia in naturali ordine situs, & in ordine naturarum, simul apta nata esse, sunt impassibilia, s. cum continuantur adinuicem, & fiunt unum, ad quod aptitudinem habent propter propinquitatem naturæ, tunc sunt im-

In com. suo dicto. Simpli. dicit. n partem esse elementi loci, quia superficies, & causam finalẽ, quia illuc tendunt natura locata, & cõseruantur in eo.

†Duas dub. quas in solutione Aristo. reliquit.

impassibilia. sed dũ tanguntur distincta existentia propter contrarietatem qualitatum actiuarum, & passiuarum, sunt actiua & passiua ad inuicem. Sic igitur proximitas naturæ, quæ est inter corpus continens, & contentum, est causa quare corpus naturaliter mouetur ad suũ locum, quia oportet, quod gradus naturalium locorum respõdeat gradui naturalium locatorũ (vt dictum est.) Sed hæc ratio non potest assignari si ponatur locus esse spatiũ. quia in dimẽsionibus spatij separatis, nullus ordo naturæ considerari potest. Secundo ibi.

ARGI.

Manet præterea quoduis proprio in loco non sine ratione suapte natura. Etenim hæc pars toto in loco, vt diuisibilis pars est ad totum: veluti cum aeris quispiam vel aquæ mouerit partem. Sic etiam ex aqua sese ad aerem hẽt. nam alterum est velut materies, alterum forma. Aqua quidẽ materies aeris, aer autem quasi quidam illius actus. Aqua nanque potentia aer est, at aer alio modo potentia aqua. Sed de his est posterius pertractandum. Atque id, quod nunc necessitate compulsi temporis hunc ad locum attulimus: obscureque est dictum, tunc dilucidius explicabitur. Quod si idem est materies atque actus, ambo nanque est aqua: sed alterum potentia, alterum actu: ipsa sane ad aerem, vt pars quodammodo se habet ad totũ. Quapropter & his est tactus? Copulatio vero tunc erit cum ambo fuerint vnum actu. Sed esse quidem locum & quidnam sit locus, satis iam diximus.

ANTI.

† Simpli. apertissime fatetur, elementa locare se inuicẽ per symbolas qualitates, & duo dubia assert & diluit, qui tamen non cõtrariatur S. Tho. pro Aegidio. T.c. 49.

Et manet igitur natura in proprio loco, † vnumquodque rationabiliter, & nanque, hæc pars in toto loco, sicut diuisibilis pars ad totum est: vt cũ aquæ aliquis moueat partem aut aeris. Si autem, & aer se habet ad aquam, vt materia, hæc autem species: aqua quidem materia aeris, aer autem sicut actus quidam ipsius, Aqua enim potentia aer est, aer vero potentia est aqua alio modo, determinandum autem de his posterius est. Sed propter tempus, necesse quidem est dicere incerte autem nunc dictum, tunc erit certius. Si igitur idẽ materia & actus (aqua enim est vtraq; sed hoc quidem potentia, illud vero actu) se habebit vtiq; sicut pars quodammodo ad totum. vnde & his tactus inest. Copulatio autem, cum vtraque actu vnum fiunt. Et de loco quidem & quoniam est, & quid est dictum est.

Assignat causã, quare corpora naturaliter quiescant in suis locis, & dicit, quod hoc accidit rationabiliter, si ponamus locum esse terminum corporis continentis, quia secundum hoc, corpus locatum se habet ad corpus continens, sicut quædam pars ad totũ, diuisa tamen. Et hoc manifestius apparet in corporibus quæ sunt facilis diuisionis, sicut est aer vel aqua. horum. n. partes possũt moueri ab aliquo in toto, sicut locatum mouetur in loco, & hoc etiam non solum verum est secundum figurã continendi vnum sub alio, sed etiam secundum proprietatem naturæ. aer. n. se habet ad aquam vt totum; quia aqua est vt materia, aer aũt vt forma. nã aqua est quasi materia aeris; & aer est sicut forma eius. qꝫ ex hoc apparet, quia aqua est in potentia ad aerem simpliciter. Sed verum est, quod etiam aer est quodã alio modo in potentia ad aquam, vt determinabitur posterius in libro de Generatione, sed ad præsens tempus, necesse est hoc accipere ad ostensionem propositi. Sed hic non declaratur per certitudinem, sed in libro de Generatione declarabitur certius. Ibi. n. dicetur, quod, cũ ex aqua generatur aer, est corruptio secundum quid, generatio simpliciter. propter hoc quod perfectior forma introducitur, & imperfectior abijcitur. Cum autem ex aere generatur aqua, est corruptio simpliciter & generatio secundum quid, quia perfectior forma abijcitur, & imperfectior introducitur. Sic igitur aqua simpliciter est in potentia ad aerem, sicut imperfectum ad perfectum; aer autem est in potentia ad aquam, sicut perfectum ad imperfectũ. Vnde aer se habet vt forma, & vt totũ, quod habet rationẽ formæ, aqua vero se habet vt materia & vt pars, quæ pertinet ad rationem materiæ. Quanuis igitur idem sit, & materia, & actus, quia aqua in se cõtinet vtrunque, sed tamen hoc quidẽ est in potentia proprie loquendo, scilicet aqua, sicut imperfectum, illud vero. s. aer, in actu, vt perfectum, vnde habebit se aqua ad aerẽ, quodammodo, sicut pars ad totum, & ideo his, scilicet aeri & aquæ, cum sint duo distincta, inest tactus, sed, cũ ex vtrisque fit vnum, vno trãseunte in naturam alterius, tunc fit copulatio, idest continuatio. Sicut igitur pars naturaliter quescit in toto, ita & naturaliter corpus quiescit in suo loco naturali. Considerandum tamen est, qđ Philosophus hic loquitur de corporibus secundum formas substantiales, quas habent ex influentia corporis cœlestis, quod est primus locus, & dans virtutem locatiuam † omnibus alijs corporibus, secundum autem qualitates actiuas & passiuas est contrarietas inter elementa, & vnum est corruptiuum alterius. Vltimo autem epilogando concludit quod dictum est de loco, & quod est, & quid est.

† Damascenus (vt inquit Simpl.) q. cum ex natura sua corporibus locatis perfectioné præbere putat.

LECTIO IX.

Ad Philosophum Naturalem quod de vacuo considerare spectat, & quomodo rationesque tam naturales quam non naturales vacuum esse ostendentes proponit.

ARGY.

Eodem modo autem putandum est Naturalis esse Philosophi de vacuo contemplari, quemadmodum & de loco si sit, nec ne, & quonam sit modo, aut quid tandem sit. Et enim similiter creditur, atque non creditur, per ea, quæ de ipso putantur. Nam qui dicunt vacuum esse, ut locum quẽdam, & vas ipsum ponunt. At plenum quidem esse uidetur cum habet eam molem, cuius est susceptiuum, uacuum autem illa eadem caret, quia idem est uacuum plenum, et locus, esse uero ipsorum non idem est, sed diuersum.

ANTI. T.c. 50.

Eodem autem modo accipiendum Physici esse considerare de Vacuo & si est, aut non, & quo modo est, & quid est, sicut & † de loco. Et nanque similem habet incredulitatem, & fidem, per ea quæ opinantur locum. Vt enim locum quendam, & uas, uacuum ponunt dicentes. uidetur autem esse plenum quidem, cum habet illam molem grauem, cuius susceptiuum est. cum uero priuatum est uacuũ, tanquam idem quidem sit uacuum, & plenum & locus, esse autem ipsis non idem.

† Quid est & quõ est (inquit Aspasius) se. ũ dum opinionem ponentium illud non qđ hoc sit uerũ secũdum Arist. qui negat oĩnu manere.

Postq̃ Philosophus determinauit de loco, hic determinat de vacuo. & circa hoc duo facit. Primo manifestat suam intentionẽ, scđo prosequitur propositum ibi. (Alij quidem igitur.) Circa primum duo facit. Primo ostendit qꝫ ad Philosophum naturalem pertinet determinare de vacuo, Secũdo ostẽdit quo ordine de vacuo determinandum sit ibi. (Incipere autẽ.) Dicit ergo primo, qꝫ sicut ad Philosophũ naturalẽ pertinet determinare de loco an sit, & quid sit, ita, & de vacuo, quia per similes rationes aliqui crediderũt & discrediderũt esse locum & uacuum. illi. n. qui dicũt esse uacuũ, ponunt ipsum ut quẽdam locum, & quoddam uas. & quod quidẽ uas vel locus uidetur esse plenum, cum habet intra se aliquam molem alicuius corporis, sed qñ non habet dr esse vacuum, ac si idem sit subiecto locus, & uacuum, & plenum, sed differant solum scđm rõnem. Secundo ibi.

Tex. c. 51. T.c. 52.

ARGI.

Incipiamus autem considerationem oportet, & hisce, quæ dicunt ij, qui uacuum asserunt esse, & ijs, etiam quæ dicunt qui ipsum e medio tollunt & tertio communibus de ipsis opinionibus sumptis.

ANTI. T.c. 51.

Incipere autem oportet considerationem accipiẽtes quæ dicunt affirmantes esse, & iterum quæ dicunt non affirmantes esse, & iterum communes opiniones de ipsis.

Ostẽdit quo ordine determinandum sit de Vacuo, & dicit, quod oportet incipere ab hoc, qꝫ ponamus rationes eorum, qui dicunt uacuum esse, & iterum eorum qui dicunt uacuum non esse, & iterum communes opi-

niones de vacuo, quid scilicet ad rationem vacui pertineat. Deinde cum dicit.

ARGI. *Qui igitur non esse conantur ostendere, non id e medio tollunt, quod homines dicere vacuum volunt, sed quod dicunt errantes, vt Anaxagoras, & qui hoc red. arguunt modo. Nam aerem aliquid esse demonstrat torquentes vtres, ac aerem roboris esse participem, ostendentes: & itẽ ipsum in hisce vasis includentes, quæ surripiunt aquam. At homines Vacuum spatium esse volunt, in quo nullum est sensibile corpus. Atque cum omne quod est, corpus esse existiment, id in quo nihil est, omnino vacuum esse dicunt. Quapropter id quod est aere plenum, vacuum inquiunt esse. Non igitur id ostendere eos oportet, aerem inquam aliquid esse, sed spatium non esse quicquam præter corporum molem, aut separabile, aut actu, quod quidem vniuersum corpus seiungit, vt non sit continuum, quemadmodum Democritus, & Leucippus, & complures alij. † Naturalium dicũt, aut etiam si quid ponitur, extra corpus continuũ vniuersi: Hi igitur ad propositum non recte proficiscuntur.*

ANTI. † In eandem sententiam incidit Metrodorus. Chius, Epicurus, & Pythagoricorũ quidam.

Alij quidem igitur tentantes monstrare, quia non est, non quod homines volunt dicere vacuum hoc arguũt, sed peccantes dicunt, sicut Anaxagoras, & qui eodem modo argumentantur. demonstrant enim quod aliquid est aer, litigantes per vtres, & demonstrantes quod aer est fortis & accipientes in Clepsydris. Alij autem homines volunt vacuum esse spatium, in quo nullum est corpus sensibile. Opinantes autem omne quod est, esse corpus, dicunt omnino in quo nihil est hoc esse vacuum, vnde plenum aere vacuum esse. Igitur non oportet monstrare, quia est aliquid aer, sed quia non est alterum spatium a corporibus, neque separabile, aut quod sit actu, quod distinguat omne corpus, vt sit non continuum, sicut dicunt Democritus, & Leucippus & alij multi Physiologorum: aut & si aliquid est extra omne corpus est, cum sit continuum. Hi quidem igitur non secundum posita ad problema contradicunt.

T.c. 52. T.c. 53.

Prosequitur quod dictũ est. Et primo præmittit ea, quæ sunt necessaria ad inquirendum veritatem de vacuo. Scd̃o incipit inquirere veritatem ibi, (Quoniam, autem non est.) Circa primum duo facit, Primo ponit rõnes ponentium & negantium esse vacuum. Secundo ponit cõem opinionẽ de vacuo, ostendens quid sit de rõne vacui, ibi. (At quale autem, & cætera.) Circa primũ duo facit. Primo ponit rõnẽ negantiũ esse vacuum, secundo rationes affirmantium ibi. (Sed affirmantes.) Dicit ergo primo quod aliqui antiquorũ Philosophorum volentes mõstrare non esse vacuum, in hoc peccauerunt, quod non arguebant contra rationem ponẽtiũ esse vacuum. non. n. ostẽdebant non esse vacuum, sed inducebant rationes suas ad ostendendum quod plenum aere, nõ est vacuum, vt patet de Anaxa. & alijs similiter argumentantibus, qui ad demonstrandum vacuum nõ esse volebant demonstrare, quod aer sit aliquid, & ita, cum vacuum sit in quo nihil est, sequetur, ꝙ plenũ aere non sit vacuum. Quod autem aer sit aliquid, demõstrabant litigãtes cum suis aduersariis, per vtres, qui cũ sint inflati, possunt aliqd pondus sustinere, quod non esset nisi aer esset aliquid, & sic demonstrãt, quod aer est fortis. Et etiam per hoc quod accipiunt, aerem in clepsydris, idest, in vasis furantibus aquam, in quib. cum attractione aeris attrahitur aqua, vel etiam impeditur introitus aquæ, nisi exeat aer. Patet igitur, quod isto mõ obijciunt ad positionem, quia omnes ponẽtes esse vacuum, volũt esse vacuum spatium, in quo nullum corpus sensibile est, propter hoc, quod omne quod est, opinantur esse corpus sensibile, & sic vbi non est corpus sensibile credunt nihil esse. vnde, cum aer sit corpus modicum sensibile, opinantur, quod vbi nõ est nisi aer, sit vacuũ. Ad destruendum igitur eorum positionem, nõ sufficit ostendere, quod aer sit aliquid, sed oportet ostendere, quod non sit aliquod corpus, vel aliquod spatium sine corpore sensibili: secundum quod dupliciter aliqui ponebant esse vacuum, vno modo sicut separatum a corporibus, vt si diceremus spatium, quod est infra extremitates alicuius domus, esse vacuum: alio modo sicut actu existens inter corpora, quod distinguit corpora ab inuicem, vt nõ sint continua, vt dixerũt Democritus, & Leucippus, & multi aliorum Naturalium philosophorum. imaginabantur. n. quod, si totũ ens esset continuũ, oĩa essent vnum. non. n. esset assignare, quare magis distinguerẽtur corpora plus hic, quam ibi. vnde inter oĩa corpora distincta, ponebant interesse aliquod spatium vacuum, in quo nullum ens esset. Et, quia Demo. ponebat corpora componi ex multis corporibus indiuisibilibus, ponebat inter media illorum corporum indiuisibilium esse quasdam vacuitates, quas dicebat poros, & sic omnia corpora dicebat componi ex pleno, & vacuo. Vel, si etiam totum corpus mundi sit continuum, & nõ sit inter partes vniuersi aliqua vacuitas, ponebat tñ vacuum extra totum mũdum. Manifestũ est igitur, quod prædicti Philosophi volentes destruere vacuum nõ inducebant rationem ad quæstionem secundum positionem aliorum. debuissent enim ostendere, quod nullo illorum modorum sit vacuum. Secundo ibi.

Secũda parte 63. text. Secũda parte. 57. text. Secũda parte. 53. text.

ARGV. *Sed hi magis qui vacuum esse dicunt. Atque primo quidem motum loco accommodatum non fore dicunt, qui quidem est latio, atq. accretio. nõ. n. esse motus videtur, nisi sit vacuum. fieri nanque non potest, vt ipsum plenum suscipiatur, quod si susceperit fuerintq. duo corpora in eodem, possunt & quotquot volueris corpora simul esse. differentia nanque dici non potest, ob quam dictum hoc non eueniet. Quod si hoc erit, potest, & minimum suscipere maximum: quippe cum ipsum magnum multa sit parua. quare, si fit vt æqualia multa simul sint, in eodem fieri potest, vt multa quoque inæqualia simul sint in eodem.*

ANTI. *Sed affirmantes esse magis. dicunt autem vnum quidẽ, quia motus secundum locum non erit: hic autẽ est loci mutatio, & augmentum: nõ enim videbitur vtique motus esse, nisi sit vacuum. plenum enim impossibile est recipere. si vero recipiat, & sint duo in eodem, continget vtique, & quotlibet simul esse corpora. differentiam enim propter quam non erit vtique quod dictum est, non erit dicere. Si autem hoc continget, & paruissimum accipiet maximum: multa nanque parua magnum sunt. quare si multa æqualia contingit in eodem esse, & multa inæqualia.*

Ponit rõnes ponentium esse vacuum. Et primo eorum qui locuti sunt de vacuo naturaliter. Secundo eorum qui locuti sunt non naturaliter ibi. (esse autem affirmauerũt & cætera.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationẽ eorum, qui ponebant vacuũ esse quoddã spatium a corporibus separatum. Secundo eorum qui ponebant vacuum in corporibus ibi. (Alio vero modo, & cætera.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationem ponentium esse vacuum. Secundo ponit quo modo Melissus e contra illa ratione vtebatur ibi. (Melissus quidem igitur.) Dicit ergo primo, quòd illi, qui affirmabant vacuum esse, magis inducebãt rationes ad propositum. Quarum vna erat, ꝙ motus scd̃m locũ, q. est loci mutatio, & augmentatio, vt supra dictum est, non esset, si vacuũ non esset. quod sic ostendebant: si. n. aliquid mouet scd̃m locum, non potest moueri in plenum, quia locus plenus vno corpore non potest recipere aliud, quia si reciperet, sequeretur duo corpora esse in eodem loco, & eadẽ ratione sequeretur de quocunque: non. n. potest assignari differentia, quare duo corpora sint in eodem loco, & non plura. Et, si hoc contingit, s. quod quotcũq. corpora sint in eodem loco sequetur, quod paruissimus locus possit recipere maximum corpus,

Secũda parte. text. 65. T.c. 54. T.c. 53.

pus, quia multa parua constituunt vnum magnum, vnde, si multa parua ęqualia sint in vno loco, & multa in æqualia. Sic ergo probata hac conditionali, quod si motus est, vacuum est, arguebant a positione antecedētis, motus est, ergo vacuum est. Secundo ibi.

ARGY. *Melissus autem, & vniuersum ex his ostendit immobile esse, nam si mouebitur necesse est, inquit, vacuū esse, at vacuum in ratione rerum est. Vno igitur modo ex ijs vacuum quid esse ostendunt.*

ANTI. T.c.54. Te.com.55. *Melissus quidem igitur demonstrat, quod omne immobile ex his, si enim mouebitur aliquid necesse est esse vacuum, dicit, vacuum autem non est eorum, quæ sunt. Vno quidem igitur modo ex his demonstrant quod aliquid est vacuum.*

Ostendit, ꝙ Melissus supposita eadem conditionali argumentabatur e contra, a destructione consequētis, quia si motus est, vacuum est, sed vacuum nō est, ergo motus non est, ergo totum ens est immobile. Iste est igitur vnus modus, quo aliqui probabant vacuū esse quasi separatum. Deinde cum dicit.

ARGY. *Deinde alio modo, quia nonnulla corpora premi, cogiq. videntur, quod intueri licet, cum dolia vna cum vtrib. vt inquiunt, vinum suscipiunt, propterea quod corpus, quod densatur, ea vacua, quæ insunt, ingreditur.*

ANTI. *Alio vero modo, quia videntur quædam corpora coeuntia, & calcantia, vt & vinum, dicunt, cum vtribus, recipere dolia, tanquam in ea, quæ sunt vacua, coeunte densato corpore.*

Ponit tres rationes ponentium vacuum esse in corporibus. Quarum prima est ex his, quæ condensantur, videntur.n. eorum, quæ inspissantur, partes coire vel conuenire in inuicem, & se inuicem calcare & comprimere, ita, ꝙ sicut fertur, dolia tantum de vino recipiunt cum vtribus, quantum etiā sine vtribus, & præcipue si vtres sint subtiles propter hoc, ꝙ vinum in vtribus condensari videtur. Hanc autem condensationem fieri existimabant, ac si densato corpore, partes subintrarent in quasdam vacuitates. Secundam rationem ponit ibi.

Eadem hæc iterpretatio Alex. fuit teste Simpl.

ARGI. *Præterea accretio etiam per vacuum fieri omnibus videtur, nam alimentum quidem est corpus, fieri vero non potest, vt corpora duo sint simul.*

ANTI. *Amplius autem, & augmentum videtur omnibus fieri per vacuum, alimentum quidem corpus esse, duo autem corpora impossibile simul esse.*

2. ratio. Quæ sumitur ex augmento, augentur.n. corpora per alimentum, ꝙ corpus quoddam est. Duo autem corpora non possunt esse in eodē loco, ergo oportet esse aliquas vacuitates in corpore augmentato, in quibus recipiatur alimentum. Et sic necesse est esse vacuū ad hoc quod recipiatur alimentum. Tertiam rōnem ponit ibi.

ARGY. *Testem etiam huius id afferunt, quod in cinere fieri solet, qui quidem tantum suscipit aquæ, quantum vas vacuū capit.*

ANTI. Tex. 56. *Testimonium autem, & quod est de cinere faciunt, qui recipit tantum aquæ, quantum si vas vacuum esset.*

Tertia ratio. Quæ sumitur ex vase pleno cinere, quod tātū recipit de aqua, quantū si esset vacuum, ꝙ non esset nisi essent aliquæ vacuitates inter partes cineris. Deinde, cū dicit.

ARGI. *Esse autem & Pythagorici vacuum dixerunt, & ipsū ex infinito spiritu cælum ingredi quasi respirando cælum ipsum, etiam vacuum traheret, quod naturas ipsas distinguit. Propterea q. vacuum separatio quædam est corū atque distinctio, quæ deinceps sunt collata, atq. hoc, inquiūt primum in numeris esse, vacuum enim naturam ipsorum distinguere dicunt. Talia igitur, & tot fere sunt, ex quib. quidam esse, quidam non esse vacuum censent.*

Lampsacen' Stratō quatuor argumenta Arist. in duo redegit, & tertium ipse addidit.

ANTI. *Esse autem affirmauerunt & Pythagorici vacuum, et ingredi ipsum in cælo ex infinito spiritu tanquam respirāti, & hoc esse vacuum, quod determinat naturas, tanquam sit vacuum separatio quædam eorum, quæ sunt consequenter, & determinatio, & hoc esse primum in numeris, vacuum enim determinare numerum ipsorum. Ex quibus quidem igitur alij dicūt esse, alij uero non dicunt, fere tot, & huiusmodi sunt.* Te.com.57.

Ponit opiniones non naturalium de vacuo, & dicit, qđ etiam Pythagorici affirmauerunt esse vacuū quod quidem ingrediebatur infra partes mundi a cœlo, propter vacuum infinitum, quod ponebant esse extra cęlū, quasi quendam aerem, vel spiritum infinitum, vt sicut ille, qui respirat, diuidit suo flatu aliqua faciliter indiuisibilia, vt aquam aut hmōi, ita ex aliquo quasi respirante ingrederetur distinctio in res, quod non intelligebāt fieri nisi per vacuum, sicut de Democrito dictū est, ac si vacuum nihil esset aliud, quam distinctio rerum. Et quia prima distinctio & pluralitas inuenitur in numeris, iō vacuū primo ponebāt in numeris, vt per naturā vacui vna vnitas distingueretur ab alia, ne numerus sit cōtinuus, sed habeat naturā discretā. Sed, quia isti quasi æquiuoce loquebantur de vacuo, appellantes rerum distinctionem vacuū, propter hoc infra de hac opinione non prosequitur. Vltimo autem quasi epilogando, concludit, dictum esse, propter quid quidam dicunt esse vacuum, & quidam non dicunt.

LECTIO 10.

Vacui quibusdam significatis propositis, opiniones ipsum esse asserentium confutantur.

At nos, vt percipiamus vtronam modo res sese hēat, accipiamus oportet, quid ipsum nomen significat. ARGI.

VT autem sciamus qualiter se habeat, oportet accipere quid significet nomen. ANTI.

Dixerat superius Philosophus a tribus incipiēdum. Postquam ergo prosecutus est duo eorum .s. opiniones negantium, & affirmātiū vacuum esse, hic prosequitur tertium, communes .s. opiniones hominū de vacuo demonstrās. Circa hoc igitur tria facit. Primo ostendit qđ significetur nomine vacui. Secundo ostēdit quomodo vacuum aliqui esse posuerunt ibi. Quoniā autem de loco. Tertio excludit rationes ponentium vacuū esse ibi. Neque vna autem. Circa primum duo facit. Primo ostēdit de quo est intentio. Secundo exequitur propositum ibi. Videtur autem, & cætera. Dicit ergo primo quod cum dictum sit, quod quidam posuerunt vacuum esse, quidam vero negauerunt, ad cognoscendum qualiter se habeat veritas, oportet accipere tanquam principium quid significet nomē vacui, sicut.n. cū dubitatur, an aliqua passio insit alicui subiecto oportet accipere pro principio, quid sit res, ita, cum dubitatur de aliquo, an sit, oportet accipere pro medio quid significet nomē, quæstio enim quid est, sequitur quęstionem an est. Secundo ibi.

T.c.60. Te.com.61. 2.p.57.text.

Vacuum igitur locum esse videtur, in quo nihil est. Qđ quidem inde emersit, omne enim quod est, corpus esse existimant, & omne corpus esse in loco, & vacuum esse locum in quo nullum est corpus, quare si alicubi non est corpus, ibi nihil esse dicunt. Rursus omne corpus tangibile esse putant, & tale aut grauitatis aut leuitatis sit particeps, fit igitur per ratiocinationem, vt id sit uacuum, in quo non est graue quicquam, uel leue. Hæc igitur, uti diximus per ratiocinationem eueniunt. ARGI.

Videtur autem vacuum locus esse, in quo nihil est, huius aūt cā est, quia omne quod est, corpus opinantur esse, omne aūt corpus in loco est. uacuum aūt, in quo nullū corpus est, quare sicubi non est corpus, nihil est ibi. Corpus, autem iterum omne opinantur esse tangibile, huiusmodi autem est, quod habet grauitatem, aut leuitatem, accidit igitur ex syllogismo, hoc esse vacuum, in quo nul- ANTI.

lum est graue, aut leue. Hæc quidem igitur ex syllogismo, sicut prius diximus, accidunt.

Ostendit quid significet nomen Vacui, & primo ponit significationem communiorem, secundo significationem secundum vsum Platonicorum ibi. Alio autem modo. (T. 4. 59. Te. com. 57. 3. pars & 3.) Circa primũ tria facit. Primo ostendit quid significet hoc nomen Vacuum. Secũdo quid oportet addere ad illam significationẽ ibi. Sed inconueniens est. Tertio remouet quandam dubitationem ibi. Vnde & sic, & cetera. Dicit ergo, quod secundum opinionẽ hominum, videtur Vacuum nihil aliud significare, quam locum in quo nihil sit, & huius causa est, quia proprie vacuum dicitur esse, in quo nõ est aliquod corpus, quia soli corpori conuenit, quod sit in loco, & vacuum nihil aliud potest significare quã locũ absq. locato. Sed, quia homines opinantur, quod omne ens sit corpus, sequitur scd'm eorum opinionem, q vbi nõ est corpus, nihil sit. Et vlterius opinantur, q omne corpus sit tangibile. .i. habens tangibiles qualitates, & hmõi corpus est, qd' est graue vel leue, nondũ.n. erat notũ, q corpus cœleste esset præter naturam quatuor elementorum, vnde cum proprie de ratione vacui sit, quod sit locus, in quo non est aliquod corpus, sequitur quod vacuũ sit in quo non est corpus graue vel leue, non quidẽ, quod hoc sit de ratione vacui scd'm primam impositionẽ nominis, sed secundũ quandam syllogisticam deductionem, ex cõi opinione hominum opinantium omne corpus esse graue, vel leue, sicut etiam scd'm opinionem cõem hominum existimantium, omne ens esse corpus, sequitur vacuum esse in quo nihil est. Sic igitur tribus modis potest accipi huius nominis significatio, vna est propria s. vacuum est locus in quo non est corpus, aliæ duæ secundum opinionem hominum, quarum vna est communior, scilicet vacuum est locus, in quo nihil est, alia vero est magis coarctata, s. vacuũ est locus, in quo non est corpus graue, vel leue. Secundo ibi.

ARGY. *Absurdum autem est, si punctus sit vacuum, sit enim id locus oportet, in quo corporis est tangibilis moles. Attamen Vacuum vno quidem modo videtur id dici, quod nõ est plenum corporis sensibilis tactu. Sensibile vero est tactu quod grauitatem habet vel leuitatem.*

ANTI. Te. com. 58. *Sed inconueniens est si punctum vacuum sit, oportet .n. locum esse, in quo loco corporis sit spatium tangibilis. Sic igitur videtur dici uacuum, vno quidem modo non plenũ sensibili corpore secundum tactum, sensibile autem secundum tactum est habens grauitatem aut leuitatem.*

Ostendit quid addẽdum sit ad hanc significationẽ. Dicit enim q inconueniens est, si dicatur, quod punctũ sit vacuum, cum tamen de puncto dici possit, quod in puncto non sit corpus tangibile. Oportet ergo addere, quod vacuum sit locus, in quo non sit corpus tangibile, sed sit ibi spatium susceptiuum corporis tãgibilis, sicut cæcum dicitur, quod caret visu, natum autem habere. Et sic concluditur, quod vno modo dicitur vacuũ spatium, quod non est plenum corpore sensibili secundũ tactum, quod. s. est graue, vel leue. Tertio ibi.

ARGI. *Idcirco & quispiam dubitauerit quidnam dicent, si spatium colorẽ habeat aut sonum, vacuum ne an non vacuũ esse? At, vt patet vacuum esse dicent, si corpus tangibile suscipere possit. Vacuũ non esse, si illud suscipere nequeat.*

ANTI. *Vnde dubitabit aliquis, quid vtiq. dicant si habeat hoc spatium colorem aut sonum, vtrum vacuum, an nõ? Aut manifestum est, si corpus quidem suscipiat tangibile vacuum esse, si vero non minime.*

Remouet quandam dubitationem, quæ est, vtrum, si in aliquo spatio sit color, vel sonus, dicẽdum sit vacuũ, vel non, & hoc propter definitionem primo datam scilicet vacuum est, in quo est nihil. Et soluit, quod si spatium, in quo est tantũ sonus, vel color, est susceptiuum corporis tangibilis, vacuum est, si vero non, vacuum nõ est. Et hoc ideo, quia hæc non est propria definitio vacui, vacuum est in quo nihil est, n. h secundum opinionem credentium, vbi non est corpus nihil esse.

Deinde cum dicit.

ARGI. *Alio vero modo id, in quo non est hoc aliquid, neq. substantia corporea vlla. Quapropter quidam, & vacuũ esse corporum materiam dicunt, qui quidem & locum hoc idẽ asserunt esse, non recte dicentes, ut patet. materia nanq. separabilis non est a corporibus. Vacuum autem vt separabile quærunt.*

ANTI. T. c. 59. *Alio autem modo, in quo non est hoc aliquid, neq. substantia aliqua corporea. Vnde quidam dicunt uacuum esse corporis materiam, qui quidem & locum hoc idem dicentes, non bene, materia.n. separabilis non est a rebus, uacuũ autem quærunt sicut separabile.*

Ponit aliam significationem vacui scd'm vsum Platonicorum, & dicit, quod alio modo dicitur esse vacuũ, in quo non est hoc aliquid, neq. aliqua substantia corporea. Fit autem hoc aliquid per formam, vnde aliqui dicunt materiem corporis, secundum qd' est absque forma, esse vacuũ, qui etiam materiam dicunt esse locũ, vt supra dictum est. Sed non bene dicunt, quia materia nõ est separabilis a rebus, quarũ est materia, sed homines quærunt locum, & vacuum, tanquam aliquid separabile a corporibus locatis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quoniam autem de loco est pertractatum, & uacuum necesse est locũ esse si corpore careat, dictumque est quomodo est, & quomodo non est locus in rebus, patet hoc pacto uacuum, aut separatum, aut inseparabile in ratione rerum non esse, uacuum enim non corpus, sed corporis spatium esse uolunt. Quapropter & uacuum uidetur quia esse, quia & locus.*

ANTI. T. c. 60. *Quoniam autem de loco determinatum est, & uacuũ locum necesse est esse, si est, priuatum corpore, locus autẽ quomodo est, & quomodo non est, dictum est, manifestũ est, quoniam sic quidem uacuum non est, neque separatũ neque inseparabile. Vacuum enim non corpus, sed corporis spatium uolunt esse. Vnde, & uacuum uidetur aliquid esse, quia & locus.* T. c. 61.

Ostendit qũo aliqui ponebant Vacuum esse, & primo quid dicebant esse Vacuum, secundo propter quod Vacuum ponebant ibi. Et propter hoc acceptum. (Infra.) Dicit ergo primo, quod quia vacuũ est locus priuatus corpore, & determinatum est de loco qũo sit, & qũo non sit, dictum est enim quod locus non est aliquod spatiũ, sed terminus continentis, manifestum est etiam, quod neque vacuum est spatium separatum a corporibus, neque intrinsecum corporibus, sicut ponebat Democritus, & hoc ideo, quia ponentes vacuum quocunque istorum modorum, volunt quod vacuũ non sit corpus, sed spatium corporis, ideo enim videbatur aliquid esse vacuũ, quia locus aliquid est, & sicut locus videbatur esse spatium, ita & vacuum. Si ergo locus non est aliquod spatium præter corpus, neq. vacuum potest esse spatiũ præter corpora. Et cum de ratione vacui sit, quod sit spatium corporis præter corpora, vt supra dictum est, sequitur, quod vacuum non sit. Secundo ibi.

ARGI. *Et per eadem sane, motus enim qui loco accommodatur in mentem uenit, & hisce, qui locum esse quid præter corporum molem ingredientium dicũt, & hisce, qui uacuũ ponunt. Atq. causam motus uacuum sic esse putant, ut in illo corpora moueantur, hoc autem tale erit, qualem ipsũ locum quidam inquiunt esse.*

ANTI. *Et per eadem sane acceptum est, prouenit .n. motus qui est secundum locum, & locum dicentibus esse aliquid præter incidentia corpora, & his qui dicunt, quod vacuũ est. Causam autem motus opinantur esse vacuum, sic sicut in*

quo

quo mouentur, hoc autem tale erit, qualem locum dicunt esse quidam.

Ostendit quare posuerunt vacuum, & dicit quod propter idem acceperunt vacuum esse, propter quod acceperũt locum esse .i. propter motum, vt supra dictũ est, quia prouenit, vt saluetur motus secundum locum, tam secundum illos, qui dicunt locũ aliquid esse præter corpora, quæ sunt in loco, quam secũdum illos, qui ponũt vacuum esse. Negantibus autem locum & vacuum, non prouenit motũ secundũ locũ esse. Et sic vacuum quodammodo opinãtur causam esse motus eo modo, quo & locũ, vt in quo. scilicet motus. Deinde cum dicit.

ARGY. *At nulla prorsus necessitas cogit, si motus est, Vacuum esse. Atq. omnino quidem vacuum omnis motus, cũ non est. Quapropter, & Melissus id ipsum præterijt, potest n. alterari plenum, vt patet. Deinde neq. eius motus qui ad locum accommodatur. Possunt n. corpora mutuo sibi cedere, etiam si nullum sit spacium separabile præter corpora, quæ mouentur, atq. hoc in continuorum, sicut & in humidorum connersionibus patet.*

ANTI. Te.com.62. *Nulla autem necessitas est, si motus est, esse Vacuum. Omnino quidem igitur omnis motionis, nequaquam, vnde & Melissum latuit, alterari nanq. contingit plenũ. Sed neq. secundũ locum motum. Similiter enim subingredi ad inuicem, contingit, si nullum spatium separabile sit præter corpora mota. Et hoc manifestum est & in continuorum reuolutionibus sicut in ijs quæ sunt humidorum.*

Excludit rationes ponentium vacuum esse. Et nõ intẽdit hic rationes præmissas vera solutione soluere, sed instantiam dare, ex qua ex ipso aspectu apparet, qđ rationes, non ex necessitate concludunt. Primo ergo excludit rationes ponentium vacuum separatum. Secundo, ponentium vacuum in corporibus ibi. Contingit autem densari. Primam autem rationem excludit dupliciter. Primo quidem, quia non est necessarium si motus sit, ꝙ vacuum sit. Et si loquamur vniuersaliter de quali

T.c.63.

bet specie motus, manifeste apparet, quod nequaquam est necessarium. nihil. n. prohibet id, quod est plenũ alterari, solus. n. motus localis excludi videtur, si vacuum non ponatur. Et hoc latuit Melissum, dum credidit remoto vacuo, omnem speciem motus auferri. Secundo excludit eandẽ rationẽ per hoc, ꝙ neq. motus localis tollitur si vacuum non sit, dato. n. quod nullum spatiũ separabile sit præter corpora quæ mouentur, potest motus localis esse per hoc, quod corpora subintrent seinuicem per modum inspissationis, & sic aliquid in plenum mouetur, & non in vacuum, & hoc apparet manifeste in generationibus corporum continuorum, & præcipue in humidis, sicut videtur in aqua, si. n. proijciatur lapis in aliquam magnam latitudinem aquæ, manifeste apparet fieri quãdã circulationes circa locũ percussionis quousq. pars aquę depulsæ commoueat aliã, & subintret ipsam, vnde, quia modica pars aquæ subintrat per quandam diffusionem in maiorem aquam circulationis prædictæ, a paruo in maius procedunt, quousq. totaliter deficiant. Secundo ibi.

ARGY. *Possunt etiam corpora non ob ingressionem in vacuũ, sed ob extrusionem eorũ, quæ in ipsis insunt, densari, veluti cum premitur aqua sit vt aer qui in ipsa est extrudatur.*

ANTI. Te.com.63. *Contingit autem densari non in vacuum, sed propter id, quod ea, quæ insunt elabantur, vt aqua collisa aer qui inest.*

Excludit rationes ponentium vacuum in corporib. Et primo rationem, quæ procedebat ex cõdensatione, & dicit, quod contingit corpora condensari, & partes corporis subintrare sibi inuicẽ, non propter hoc quod pars subintrans vadit in locum vacuum, sed ideo, quia erant aliqua foramina plena aliquo corpore subtiliori, quod facta condensatione elabitur, sicut quando aqua colliditur, & inspissatur, aer qui intus erat, excluditur, & hæc maxime apparent in spongia, & in huiusmodi corporib. porosis. Hæc igitur solutio non ostendit cãm condensationis, quam inferius ponit, sed ostendit, quod etiam per hunc modum, manifeste excludi potest necessitas vacui. Secundo ibi.

ARGY. *Fiunt præterea incrementa non solum aliquo ingrediẽte, sed etiam alteratione, veluti si aer ex aqua fiat.*

ANTI. *Et augmentari non solum ingrediente aliquo, sed & alteratione, vt si ex aqua fiat aer.*

Excludit rationem, quæ procedit ex augmento, & dicit ꝙ augmentũ contingit esse non solum per additionẽ alicuius corporis ingredientis in corpus augmentatum, vt sic necesse sit esse. Vacuum, sed etiam per alterationem, sicut cum ex aqua fit aer, maior fit quantitas aeris, quã erat aquæ. Et hæc etiã non est vera solutio rationis inductæ, sed solum instantia quędã, ne sic necesse ponere Vacuum. Vera aũt solutio ponitur in libro de Generatione, vbi ostenditur, ꝙ alimentum nõ Te.com.34. sic transit in id, ꝙ augetur, quasi sit aliud corpus ab ipso, sed quia conuertitur in substantiam eius, sicut ligna apposita igni conuertuntur in ignem. Tertio ibi.

ARGY. *Omnino autẽ ea rõ, quę de accretione fit & de aqua, quæ in cinerem funditur, ipsa seipsam impedit, aut. n. nõ augetur quicquã, aut non corpore, aut fieri potest vt sint duo corpora in eodem. Dubitationem igitur communẽm soluere volunt, sed non vacuum esse ostendunt, aut totum corpus vacuum esse neceße est, si omni ex parte augetur & per vacuum, vt dicunt, accrescit. Eadem est, & de cinere ratio. Patet igitur perfacile esse eas soluere rationes, ex quibus quidam vacuum esse ostendunt.*

ANTI. *Omnino autem, & quæ est de augmento ratio, & de aqua in cinerem infusa, ipsa seipsam impedit, aut enim non augetur quodlibet, aut non corpore, aut contingit duo corpora in eodem esse. Dubitationem igitur volunt communem soluere, sed non demonstrant vacuum quod est, aut omne corpus vacuum esse necesse est, si penitus augetur & augetur per vacuum, eadem autem, & in cinere ratio est. Quod quidem igitur & ex quibus demonstrant va-* T.c.65. *cuum, soluere facile sit manifestum est.*

Excludit simul & rationem de augmento, & rationem de aqua effusa in cinerẽ, & dicit, quod vtraque impedit seipsam. Quod sic patet. Est enim circa augmẽtũ hæc dubitatio, videtur. n. quod non totum augeatur, vel quod augmentũ non fiat per additionem corporis, sed per additionem alicuius incorporei, aut quod cõtingat duo corpora esse in eodem loco. Hanc igitur dubitationem, quæ communiter videtur esse, tam contra ponentes vacuum, quã contra non ponentes, volunt soluere. Sed tamen non demonstrant, quod vacuum sit, sed oportet eos dicere, si augmentum sit propter vacuũ, ꝙ totum corpus sit vacuum, cum totum corpus augeatur. Et similiter dicendũ est de cinere, quia si vas plenum cinere recipit tantum de aqua, quantum vacuum, oportet dicere quod totum sit vacuum. Non est igitur hoc propter vacuitatẽ, sed propter commistionem in aqua, aqua. n. commista cineri cõdensatur, & aliqua pars eius exhalat, & iterum partes cineris magis inspissantur humefactione, cuius est signum, quia non potest extrahi tantum de aqua, quantum prius fuit, vltimo autem concludit, quod manifestum est, quod facile est soluere ea, ex quibus demonstrant vacuum esse.

LECTIO 11.

Vacuum non esse, ex natura motus plurimis rationabilibus ostenditur.

ARGY. *Rursus autem dicamus, vacuum hoc pacto separatum non esse vt quidam inquiunt esse, nam si natura cuiq. simplicium corporum aliqua latio competat, vt igni quidẽ sursum, terræ vero deorsum, atq. ad mediũ, patet vacuũ cau-*

niti nulla prorsus sit differentia. Nam quo infinitum est, eo nihil infra, nihil supra, nihil denique medium est, quo verò vacuum est, eo nihil interest inter superum inferumque. nam vt nihil nulla est differentia, sic & eius quod haud est nulla differentia assignari pōt, vacuum vero non ens quid priuatioque esse videtur, At ea latio, quæ natura competit, differentiam subit. quare erunt ea, quæ differentia sunt natura, Aut igitur non est naturalatio vsquam, aut si est, vacuum in ratione rerum profectò non est.

ANTI. T.c.67. *Deinde quoniam omnis motus aut violentus aut secundum naturam est. Necesse est autem, siquidem sit violentus, esse & eum qui secundum naturam, violentus.n. est extra naturam, qui autem extra naturam posterior est eo, qui est secundum naturam. Quare, si non secundum naturam est vnicuique Physicorum corporum motus, neque aliorum erit motuum, neque vnus. At uero motus naturalis quomodo erit in Vacuo, cum nec vna sit differentia secundum vacuum & infinitum? secundum quidem enim quod infinitum est, nihil erit sursum, neque deorsum neque medium: secundum autem quod vacuum est, nihil differens sursum a deorsum. Sicut enim nullius neque vna est differentia, sic & non entis. vacuum autem non ens aliquid & priuatio videtur esse. natura autem loci mutatio differens est. quare erunt, quæ sunt natura differentia. Si igitur non est natura, nusquam & nulla loca mutatio: aut si hoc est, non est vacuum.*

Quarta rō. Quæ talis est. Motus naturalis est prior violento: cū motus violentus non sit nisi quædam declinatio a motu naturali. Remoto ergo motu naturali remouetur oīs motus: cum remoto priori remoueatur posterius, sed posito vacuo remouetur motus naturalis, quia tollitur dr̄ia partium loci, ad quas est motus naturalis, sicut & posito infinito, vt supra dictū est. sed hoc interest inter vacuum & infinitum, quia posito infinito nullo modo potest poni neq; sursum, neq; deorsum, neque mediū, vt in Tertio dictum est: posito aūt Vacuo possunt hæc quidem poni, sed non q̄ ad inuicem differant, quia nullius, & non entis, & per consequens vacui, cum sit non ens & priuatio, non est aliqua differentia. Sed loci mutatio naturalis reqrit locorū dr̄iam, quia diuersa corpora ad diuersa loca mouentur, vnde oportet loca naturalia differre ab inuicem. Si igitur ponatur vacuū, nullius erit naturalis loci mutatio, & si non est loci mutatio naturalis, nulla loci mutatio erit. vñ si est aliqua ꝓpria loci mutatio, oportet quod vacuum nō sit. Quintam ponit ibi.

ARGI. *Præterea nunc quidem mouentur ea, quæ iaciuntur. eo, qui pepulit, non tangente, aut ob antiperistasim, vt quidā inquiunt, aut quia pulsus aer motu pellit celeriore, quam sit ea latio pulsi, qua locum ad proprium fertur. at in vacuo nihil horum esse potest, neque si vt quicquam feratur, nisi vt id, quod vehitur.*

ANTI. Te.com.68. *Amplius nunc quidē proiecta mouentur, proiectore nō tangente, aut propter antiperistasim sicut quidam dicunt: aut ex eo quod pellit pulsus aer velociore motu, quam latio pulsi secundum quam fertur in proprium locum. in vacuo autem nihil horum contingit esse. neque.n. erit ferri, nisi aut quod vehitur.*

Quinta rō. Circa quam considerandum est, quod solet esse quædam dubitatio circa ea quæ proijciuntur, oportet.n. mouens & motum simul esse, vt infra in Septimo ꝓbatur, & tñ illud, quod proijcitur, inuenitur moueri etiā postq̄ separatum est a proijciente, sicut apparet in lapide proiecto, & sagitta emissa per arcū. Nūc igitur supposito, q̄ vacuū non sit, soluitur ista dubitatio ex parte aeris, quo medium repletur, & hoc dupliciter. dicunt.n. quidam, q̄ ea quæ proijciuntur, mouentur postq̄ non tanguntur a proijciēte ꝓp antiperistasim. i. repercussionē, vel contra resistentiam, aer.n. motus repercutitur ad aliū aerem, & ille ad alium, & sic deinceps, & per talem repercussionē aeris ad aerem mouetur lapis. Alii vero dicunt, q̄ hoc ideo est, quia aer qui continuus existens a proijciente impellitur, velocius impellit corpus proiectum, quàm sit motus, quo corpus proiectum fertur naturaliter in proprium locum. Vnde propter velocitatē motus aeris non permittitur corpus proiectum, vt puta lapis, vel aliud hmōi, cadere deorsum, sed fertur fm impulsionem aeris. Nulla autem istarum causarum posset poni si esset vacuum, & ita corpus proiectum nullo mō ferretur, nisi quandiu veheretur, puta a manu proijcientis, sed statim emissus a manu caderet, cuius cōtrarium videmus. non ergo est vacuum. Sextam ponit ibi.

ARGI. *Præterea nemo dicere potest, cur motū, alicubi stabit. cur.n. hic quam ibi potius stabit? Quare aut quiescet, aut in infinitū feratur necesse est, si nō potentius quippiā impedierit. insuper nunc quidē in vacuo ex eo corpora ferri videntur, quia cedit: at in vacuo talis conditio similiter sese habet omni ex parte. quare omnem ad partem feretur.*

ANTI. Te.com.69. *Amplius nullus vtiq. poterit dicere, ꝓp quid quod mouetur, stabit alicubi, quid.n. magis hic quā ibi? Quare aut quiescet, aut in infinitū, necesse est ferri, nisi aliquod impedierit maius. Amplius autem nunc quidem in vacuum* Te.c.70. *ob id quod cedit, ferri videtur, in vacuo autem vbique similiter est huiusmodi, quare in omnem feretur partem.*

Quæ talis est. Si motus sit in vacuo, nullus poterit assignare causam, propter quid illud, quod mouetur, alicubi stat. non.n. est ratio quare magis quiescat in vna parte vacui, quā in alia, neq; in his, quæ mouentur naturaliter, cū non sit differentia inter partes vacui, vt supra dictū est, neq. in his, quæ mouentur motu violento. Nūc .n. dicimus, q̄ cessat motus violentus, vbi deficit repercussio vel impulsio aeris, secundum duas causas assignatas. oportebit ergo q̄ vel quiescat omne corpus & nihil moueatur, aut, si aliquid moueatur, q̄ moueatur in infinitum, nisi occurrat ei aliquod corpus maius, quod violentum motum eius impediat. Ad confirmationem aūt huius rationis subiungit causam quare ponunt aliqui motū ferri in vacuo, quia s. vacuum cedit, & nō resistit mobili. vnde, cum vacuum similiter cedit ex omni parte, fertur in infinitum ex qualibet parte. Sexta ratio.

LECTIO XII.

Ex natura velocitatis ac tarditatis motus illorum destruit sermonem, qui ex iis esse vacuum demonstrasse arbitrantur.

ARGI. *Atqui perspicuum id, quod dicitur & ex hisce, quæ deinceps dicemus erit. Videmus.n. idem pondus, corpusue celerius duas ob causas ferri. Aut quia id differt, per quod mouetur, vt si per terram vel aquam, vel aerem moueatur: aut quia id, quod fertur, differt, si sint eadem cætera ob ponderis, aut leuitatis excessum.*

ANTI. T.c.71. *Amplius autem & ex his manifestum est, quod dicitur. Videmus enim idem graue & leue corpus velocius ferri propter duas causas, aut quia id differt per quod, vt per aquam, aut per terram, aut per aerem, aut quia differt quod fertur, si alia sint eadem, propter excellentiam grauitatis, aut leuitatis.*

Hic ostendit vacuum nō esse ex parte velocitatis, & tarditatis in motu. Et circa hoc duo facit. Primo assignat cās, ꝓp quas velocitas & tarditas est in motu, secundo ex illis causis argumentatur ad propositum ibi. (Hoc igitur per q̄ fertur, &c.) Dicit ergo primo, q̄d & vnum & idem corpus graue, & quodcūque aliud, vt potè lapis vel aliud hmōi, ꝓp duas cās velocius fertur. aut ꝓp dr̄iam mediī, per q̄ fertur, vt per aerem, vel terram vel aquam, aut ꝓp differētiam ipsius mobilis, quia est vel grauius, vel leuius, cæteris paribus. Secundo ibi.

ARGI. *Atque id quidem, per quod fertur causa est, propterea quod impedit maxime quidem si econtra feratur, minus, aūt si maneat, & magis id, quod non est facile diuisibile*

quale


quale eſt id, quod magis eſt curſum. Pondus igitur A per B quidem medium in tempore C feretur. Per D vero ſubtilius quidem illo, longitudine verò æquale in tempore E impedientis corporis ratione. Sit enim B quidem aqua, D autem aer. quanto igitur aer aqua ſubtilior, tanto celerius A pondus per D quàm per B medium feretur, vt patet. Habeat igitur eandem rationem ad celeritatem celeritas, qua diſtat aer ab aqua. Quare, ſi in duplo ſit aer aqua ſubtilior, duplo, in tempore B medium pertranſibit ad id tempus, in quo per medium D fertur, & C tempus, duplum erit temporis E atque quo ſubtilius eſt minuſque impedit atque facilius ſcinditur id, per quod fit tranſitio, eo pondus A celerius ſemper feretur.

ANTI. *Hoc igitur, per quod fertur, cauſa eſt, quia impedit maximè quidem, quod contra fertur, poſtea aũt & manens, magis autem quod non facile diuiditur: huiuſmõi autem groſſius eſt. Id igitur in quo eſt, mouebitur per B. quod autem in quo eſt C tempus: per ipſum autem D cum ſit ſubtilius ſed æqualis longitudo eſt ipſius B, quæ eſt ipſius D ſecũdũ analogiã impedientis corporis. ſit .n. B quidem aqua, D vero aer. quanto igitur ſubtilior aer aqua, & incorporalior, tanto citius A per D mouebitur, quam per B. Hẽt igitur eandem rationem, qua quidem diſtat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. Quare, ſi dupliciter ſubtile eſt in dupli ci tempore quod eſt ipſum B tranſibit, quam D. Et erit in quo eſt C tempus duplex eo, in quo eſt E. & ſemper iam quantumcunque ſit incorporalius et minus impeditiuum & bene diuiſibilius id per quod fertur, citius mouebitur.*

Secũda parte.tex.74. Secunda parte.text.73. Secunda parte.text.72. Ex præmiſsis cauſis argumentatur ad propoſitũ. Et primo ex differentia medij. Secũdo ex dñia mobilis ibi. (Secundo aũt horũ.) Circa primũ duo facit. Primo ponit rõnem, Secũdo eã recapitulãdo recolligit ibi. (Sed ſicut in capitulo.) Circa primum duo facit. Primo ponit rationem. Secundo oſtẽdit concluſionem ſequi ex præmiſsis ibi. (Sicut.n.vacuũ.) Ponit ergo primo talẽ rationem. Proportio motus ad motũ in velocitate eſt ſicut proportio medij ad medium in ſubtilitate, ſed ſpatii vacui ad ſpatium plenum nulla eſt proportio, ergo motus per vacuum non hẽt proportionem ad motum, qui fiet per plenũ. Primo ergo manifeſtat primam propoſitionẽ huius rõnis, & dicit, ꝙ medium, per ꝙ aliquid fertur eſt cã velocitatis, & tarditatis, quia impedit corpus, qđ mouetur. & maxime quidem impedit quãdo medium fertur in contrarium, vt patet in naui, cuius motus impeditur a vento: ſecundario autem impedit, ſi ẽt quieſcat, quia ſi ſimul moueretur cum mobili, nõ impediret, ſed magis iuuaret, ſicut fluuius, qui defert nauim inferius. Sed inter ea, quæ impediunt, magis impedit illud, quod non facile diuiditur, & tale eſt corpus magis groſſum. & hoc manifeſtat per exemplum. ſit.n. corpus, qđ mouetur A, ſpatium, per quod mouetur, ſit B. & tp̃s, in quo A mouetur per B, ſit C. Ponamus aũt aliud ſpatium, qđ ſit D, æqualis longitudinis cum B, ſed tamen D ſit plenum ſubtiliori corpore ꝙ̃ B, ſ̃m aliquã analogiam, i. proportionem corporis medii, quod impedit motũ corporis, vtputa, ꝙ ſpatium B ſit plenum aqua, ſpatium vero D, ſit plenũ aere. q̃to ergo aer eſt ſubtilior aqua & minus ſpiſsus, tanto mobile, quod eſt A, citius mouebitur per ſpatium D, quam per ſpatium B. Quæ eſt ergo proportio aeris ad aquã in ſubtilitate, eadem eſt proportio velocitatis ad velocitatatem, & quãto eſt maior velocitas, tanto eſt minus tp̃s. quia velocior motus dr̃, qui eſt in minori tẽpore, per æquale ſpatium, vt in Sexto dicetur. Lect.3. T.c.23. Vnde, ſi aer eſt in duplo ſubtilior, quã aqua, ſequetur, ꝙ tempus, in quo mouetur per B, quod eſt plenum aqua, ſit duplũ tempus, in quod tranſit D. quod eſt plenum aere, & ita tempus C, in quo pertranſit ſpatium, B, erit duplũ tempore, quod eſt E, in quo pertranſit ſpatium D, & ſic poterimus vniuerſaliter accipere, quod in quacunque portione medium, per ꝙ aliquid fertur, eſt ſubtilius, & minus impeditiuũ & facilius diuiſibile, in eadem proportione erit motus velocior.


Demonſtratio exemplaris, oſtendens quòd talis eſt proportio motus ad motum in velocitate, qualis eſt proportio medij ad medium in ſubtilitate.

C. Tempus.



A Mobile	B. Spatium plenum ſpiſſiori corpore.

E. Tempus.



A. Mobile.	D. Spatium plenum ſubtiliori corpore.

2. ibi.

At vacuum nullam rationem habet, quia corpore exceditur: quemadmodum neque ipſum nihil ad numerum. Nam, ſi quatuor vno quidem tria, pluribus verò duo, & pluribus etiam quàm duo vno excedunt, nullam profectò rationem vlterius habent, quia nihilum ipſum excedunt. Id.n. quod excedit in exceſſum ipſum, & in id, quod exceditur, neceſſe eſt diuidatur: quare ipſa quatuor erunt id, quo excedunt & nihil. Idcirco neque linea punctum excedit, ſi non componatur ex punctis. Similiter & vacuum, nullam ad plenum rationem habere poteſt. ARGI.

Vacuum autem nullam habet rationem; qua excedatur a pleno, ſicut neque ipſum nihil ad numerum. Si enim quatuor tria excedunt vno, pluribus autem duo, & adhuc vnum pluribus quam duo: ipſum autem nihil nõ amplius habent rationem, qua excedant. Neceſſe eſt.n. diuidi excedens in excedentiam, & in id, quod exceditur: Quare & quatuor erunt id quod excedunt, & nihil. Vnde neq. linea punctum excedit, niſi componatur ex punctis. Similiter aũt vacuum ad plenum nullam poſſibile eſt habere rationem. ANTI.

Manifeſtat ſecundam propoſitionem & dicit, ꝙ vacuum non exceditur a pleno ſecũdum aliquam proportionem, & hoc probat per hoc, ꝙ numerus non excedit nihil ſecundum proportionem aliquam, ſed ſolum attẽditur proportio aliqua numeri ad numerum, vel ad vnitatem ſicut quatuor excedunt tria in vno, & adhuc in pluri excedũt duo, adhuc in pluri vnum. vnde dr̃ maior proportio quatuor ad vnum, quam ad duo, vel tria. Sed quatuor non excedunt nihil ſecundum aliquã proportionem. & hoc ideo, quia neceſſe eſt, quod omne excedẽs diuidatur in id, quod exceditur, & in excedẽtiã. i. in id, in quo excedit, ſicut quatuor diuiditur in tria, & in vnum in quo excedit tria. Si ergo quatuor excedant nihil, ſequitur ꝙ quatuor diuidatur in aliquot, & nihil. ꝙ eſt inconueniens. Vnde etiam non poteſt dici, quod linea excedat punctum niſi componeretur ex punctis, & divideretur in ea. Et ſimiliter non poteſt dici, ꝙ vacuũ habeat aliquam proportionem ad plenum, quia vacuũ non cadit in compoſitionem pleni. Tertio ibi.

Quare neque etiam motus. Sed, ſi per ſubtiliſſimũ tanto motu, tanto in tempore pondus A fertur, per vacuum, ſi mouebitur, omnem profectò rationem exuperabit. ARGY.

Ergo neque motum. Sed ſi per ſubtiliſſimum in tanto talique tempore fertur per vacuum, omnem exuperat rationem. ANTI. Te.com.71.

Ponit

Ponit conclusionem concludens, ꝙ nõ est possibile esse proportionem inter motum, qui fit per vacuum, & motum, qui fit per plenum, sed si aliquod corpus fertur per quodcunque subtilissimum in tanto spatio, talique tempore, motus, qui est per vacuum, transcendet omnẽ proportionem datam. Deinde, cum dicit.


ARGY. *Sit enim Z vacuum longitudine æquale B & D plenis. Pondus igitur A si transierit. Atque alio quidem in tempore quod sit I, minore vero quã est tempus E, fuerit motum, hanc profecto rationem, & vacuum habebit ad plenum quam ad tempus, tempus habebit, sed tanto in tẽpore quantum est I pleni D, partem aliquam transierit pondus A. Sitque illa D K. Transierit autem A pondus medium ipsum Z. Si etiam ratione differat subtilitate ab aere, quã E tempus ad I, tempus habet. Nam, si corpus Z, tanto subtilius sit ipso O, quanto tempus E, tempus excedit I, econtra profecto pondus, A transierit illud celeritate, tanto in tempore, quantum est tempus I si per illud feratur. Si igitur nullum in Z fuerit corpus celerius, adhuc per illud sane mouebitur. At in I tempore motum iam erat: quare pondus A æquali in tempore plenum & vacuum pertransibit. At hoc fieri nequit. Si igitur tempus aliquod erit, in quo per vacuum quoduis corpus mouebitur, hoc eueniet impossibile, vt ex hisce quæ diximus patuit, in tempore enim æquali quippiam plenum, atque vacuum pertransibit. erit enim sic aliquod corpus, vt ad tempus est tempus.*

ANTI. *Sit enim Z, vacuũ, æquale autem magnitudine his quæ sunt B et D. A ergo, si transibit, & mouebitur per Z, quodam quidem in tempore quod est I. sed in minori quam in quo est E. & hanc habebit rationem vacuum ad plenum. Sed in tanto tempore quantũ est in quo est I ipsius D, A, transibit subtilius. Transibit autem si sit aliquid subtilitate differens ab aere, in quo est Z, secundum hanc proportionẽ, quam tempus habet, in quo est E ad tempus, in quo est I, Si enim in tanto subtilius est corpus, in quo est Z ipso D, quantum exuperat, D ipsum I, transibunt e contrario velocitate in tanto, quantum I ipsum Z, quod est, in quo est A si feratur. Si igitur nullum sit corpus, in*
Te.com.75. *quo est Z adhuc velocius pertransibit, quoniam & sicut prius, sed erat in quo est I. Quare in æquali tempore transibit, quod est plenum & vacuum. Sed impossibile est. Manifestum est igitur, quod si fuerit aliquod tempus, in quo per vacuum quodlibet feratur, accidet hoc impossibile, in æquali. n. accipietur, & quod plenum est transire aliquod & vacuum: erit enim aliquod analogum corpus alterum ad alterum vt tempus ad tempus.*

Quia prædictã conclusionẽ ostensiue ex principijs suppositis deduxerat, ne qua dubitatio oriatur de principijs præmissis, vt certior sit processus, probat eandẽ cõclusionem deducẽdo ad impossibile. Si. n. dicatur quod motus, qui est per vacuum, habet aliquam proportionem velocitatis ad motum, qui est per plenum, sequuntur multa inconuenientia. ponatur ergo quod spatium vacuum sit Z, quod quidem sit æquale secundũ magnitudinem, spatio B, quod est plenum aqua, & spatio D, quod est plenum aere. Si aũt detur quod motus, qui est per Z, habeat aliquam proportionem secundum velocitatem ad motus qui sunt per B & D, oportet dicere qđ motus, qui est per Z, ꝙ est vacuum, sit in aliquo determinato tempore: quia velocitates distinguuntur scđm quantitates temporum, vt supra dictum est, si ergo dicatur, quod mobile, quod est A. transeat per spatium vacuum, quod est Z, in aliquo tẽpore, sit illud tempus, I, ꝙ oportet esse minus quam tempus E, in quo pertransit spatium D, quod est plenũ aere, & sic, hæc erit proportio motus per vacuum ad motum per plenum, quæ est proportio temporis E, ad tempus I, sed necesse erit ponere quod in tanto tempore quantum est I. mobile, qđ est A, pertranseat quoddam spatium plenum subtiliori corpore ipso D. Et hoc quidem cõtinget, si inueniatur aliquod corpus, qđ differat in subtilitate ab aere, quo ponebatur spatium plenum, D, secundum illã proportionem quam hẽt tempus E ad tempus I, vt puta si dicatur, illud corpus esse ignis, quo plenum ponatur spatiũ Z, secundum quod prius ponebatur vacuum, quia, si corpus, quo ponitur plenum spatium Z, est tanto subtilius corpore, quo ponitur plenum spatium D, quantum tẽps E, excedat I, sequitur quod mobile, ꝙ est A, si feratur per Z, quod est spatium plenum subtilissimo corpore, & per D, quod est spatium plenum aere, transibit per Z econuerso in maiori velocitate in tanto tẽpe, in quanto est minus E. Si ergo nullum corpus sit, in quo est Z, sed ponatur hoc spatiũ vacuũ, sicut & primo, adhuc debebit velocius moueri. Sed hoc est contra id, quod fuit positum. positum. n. erat ꝙ motus fieret per spatiũ Z, ꝙ est vacuum in tẽpe I, & sic cum in tẽpe. I, transeat idẽ spatium cũ est plenum subtilissimo corpore, sequitur ꝙ in eodem tempore trãsit idem mobile vnum & idem spatium, cum est vacuum, & cum est plenum. Manifestum est ergo quod, si fuerit aliquod tẽps, in quo mobile feratur per quodcunque spatium vacuum, sequetur hoc impossibile, quod in æquali tempore pertransibit plenum & vacuum, quia erit accipere aliquod corpus quod habebit proportionem ad aliud corpus, sicut haber proportionem tempus ad tempus. Deinde cum dicit.


Demonstratio ducens ad impossibile, probans non esse possibile proportionem esse inter motum qui sit per vacuum, & qui sit per plenum.

I. Tempus.



| A Mobile | Z. Spatium vacuum plenum vel plenum igne. |

E. Tempus.



| A. Mobile. | D. Spatium plenum aqua, vel B. Spatium plenum aere. |

ARGY. *Vt in summa autem dicam manifesta est huiusce causa accidentis Nam motus quidem omnis ad motum est ratio. (est enim in tempore) & omnis temporis item ad tempus, modo sint ambo finita, sed vacui ad plenũ nulla prorsus esse ratio potest.*

ANTI. *Sed sicut in capitulo est dicere, palam accidentis causa est, quia motus quidem ad motum omnis proportio est, (in tempore enim est) temporis autem omnis est ad tempus, finitus vtrisque, vacui autem ad plenum non est.* Motus ad motum proportio est.

Sũmatim colligit ea, in quib. virtus consistit præmissæ rõnis, & dicit, ꝙ sicut cõuenit recapitulando dicere, manifesta est cã, quare prædictũ inconueniens accidat, quia. s. quilibet motus est proportionatus cuilibet motui scđm velocitatẽ, quia omnis motus est in tempore, & quælibet duo tempora si sint finita, habent proportionem ad inuicem, sed vacui ad plenum non est proportio, vt probatũ est, vnde si ponatur motus fieri per vacuum, necesse est quod sequatur inconueniens.

ARGY. *Hæc igitur eueniunt ob corũ differentiam, per quæ corpora motu cientur.*

ANTI. Tr. com. 74. *Secundum quidem igitur quod differunt per quæ feruntur, hæc contingunt.*

Vltimo autem epilogans concludit, ꝙ prędicta incōuenientia accidunt, si accipiātur diuersę velocitates motuum, secundū differentiam mediorum. Sed contra hāc rōnem Ari. insurgunt plures difficultates. Quarū quidē prima est, ꝙ non vr̄ sequi, si fiat motus per vacuū, ꝙ nō hēat proportionem in velocitate ad motum, qui fit per plenum. Quilibet. n. motus hēt determinatā velocitatē ex proportione potentiæ motoris ad mobile: ēt si nullū sit impedimentum. & hoc patet per exemplum, & per rōnem. per exemplum quidē in corporib. cęlestib. quorum motus a nullo impeditur, & tñ eorum est determinata velocitās secūdum determinatum tp̄s. per rōnem aūt, quia ex hoc ipso ꝙ in magnitudine, per quā fit motus est accipere prius & posterius in motu: prius aūt & posterius est in motu, ex tp̄is rōne, sequitur motū esse in determinato tp̄e. Sed verū est quod huic velocitati pōt aliquid subtrahi ex aliquo impediente: non igitur oportet ꝙ proportio motus ad motū in velocitate sit sicut proportio impedimenti ad impedimētum, ita ꝙ, si non sit aliquod impedimentum, ꝙ motus fiat in non tp̄e. sed oportet ꝙ secundum proportionē impedimenti ad impedimentum, sit proportio retardationis ad retardationē, vnde posito ꝙ motus sit per vacuū, sequitur ꝙ nulla retardatio accidat supra velocitatē naturalē, & non sequitur quod motus, qui est per vacuum, non habeat proportionem ad motū, qui fit per plenū. Huic autem obiectioni Auer. in cōmento suo resistere conatur. Et primo quidē conatur ōndere hāc obiectionē ex falsa imaginatione procedere. dicit. n. ꝙ ponentes prædictā obiectionem, imaginantur additionem in tarditate motus fieri, sicut fit additio in magnitudine lineæ, qđ pars addita sit alia a parte, cui additur. Ita. n. vr̄ p̄dicta obiectio procedere, ac si tardatio fiat ꝑ hoc ꝙ aliquis motus addatur alteri motui: ita qđ subtracto illo motu addito per impedimentū retardās, remaneat q̄titas motus naturalis. Sed hoc dicit non esse simile, quia, cum retardatur motus, quęlibet pars motus fit tardior, nō aūt q̄libet pars lineæ fit maior. Deinde ōndere nititur quō rō Ari. necessitatē hēat, & dicit, qđ velocitas vel tarditas motus consurgit quidē ex proportione motoris ad mobile. Sed oportet mobile esse aliquo modo resistens motori, sicut patiens quodammodo est contrariū agenti, quæ quidem resistentia pōt esse ex trib. Primo quidē ex ipso situ mobilis. ex hoc. n. ipso quod mouēs intēdit transferre mobile ad aliquod vbi, ipsum mobile in alio vbi existēs repugnat intētioni motoris. Scđo ex natura mobilis, sicut apparet in motib. violentis, vt cū graue ꝓijcitur sursum. Tertio ex parte medii. Oīa. n. hęc tria accipienda sunt simul, vt vnum resistens, ad hoc ꝙ causetur vna cā tarditatis in motu. Qm̄ igitur mobile seorsū consideratum, scđm qđ differt a mouente est aliquid ens actu, pōt inueniri resistentia mobilis ad motorem, vel ex parte mobilis tm̄, sicut accidit in corporib. cęlestibus, vel ex parte mobilis & medii simul, sicut accidit in corporib. animatis, quę sunt hic. Sed in grauib. & leuib. subtracto eo quod mobile hēt a mouēte. s. forma. quæ est principiū motus, q̄ dat generans, quod est mouens, non remanet nisi materia, ex cuius parte nulla resistentia pōt considerari ad mouens. vnde relinquitur in talibus sola resistentia ex parte medii. Sic igitur in corporibus cęlestib. est dr̄ia velocitatis solum scđm proportionē motoris ad mobile, in corporib. vero animatis scđm proportionem motoris ad mobile, & ad mediū resistēs simul. & in talib. procedet obiectio prædicta, quod remota retardatione, quę est ex parte medii impedientis, adhuc remanet determinata quantitas temporis in motu secundū proportionem motoris ad mobile. Sed in grauib. & leuib. nō potest esse retardatio velocitatis, nisi secundum resistentiam medii, & in talibus procedit rō Ari. Sed hæc omnino vr̄ esse friuola. Primo quidem, quia licet q̄itas tarditatis non sit secundum modū quātitatis cōtinuæ, vt addatur motui: sed scđm modum q̄titatis intensiuæ, sicut cum aliquid est altero albius, tñ q̄itas tp̄is ex qua Aris. argumentatur, est scđm modū q̄itatis continuæ, & fit tp̄s maius per additionem tp̄is ad tp̄s. vnde subtracto tp̄e quod additur ex impediēte, remanet tp̄s naturalis velocitatis. Deinde, quia in grauibus & leuib. remota forma, quam dat generās remanet per intellectum corpus quantum, & ex hoc ipso ꝙ quātum est in opposito situ existens, habet resistentiam ad motorem, non. n. pōt intelligi alia resistentia in corporib. cęlestib. ad suos motores. vnde nec ēt in grauibus & leuibus sequetur ratio Arist. secundum ꝙ ipse dicit. Et iō melius & breuius dicendum est ꝙ rō Arist. inducta, est rō ad contradicendum positioni, & non rō demonstratiua simpliciter. Ponentes aūt vacuum hac de cā ipsum ponebant, vt non impediretur motus. & sic scđm eos cā motus erat ex parte medii, quod nō impedit motum. Et iō contra eos Arist. argumentatur, ac si tota cā velocitatis & tarditatis esset ex parte medii, sicut ēt & supra euidenter hoc ostendit dicens, ꝙ si natura est cā motus simplicium corporum, non oportet ponere vacuum, vt cā motus eorū. per quod dat intelligere, ꝙ totam cām motus ponebant ex parte medii, & non ex natura mobilis. Secunda aūt dubitatio contra rationē prædictam est, quia, si medium, quod est plenum, impedit, vt ipse dicit, sequitur ꝙ non sit in hoc medio inferiori aliquis motus purus non impeditus, quod vr̄ in conueniens. Et ad hoc Commentator prædictus respondet, ꝙ hoc impedimētū, quod est ex medio, requirit motus naturalis grauiū & leuium, vt possit esse resistentia mobilis ad motorem, saltem ex parte medii. Sed melius dicendum est, ꝙ oīs motus naturalis incipit a loco nō naturali & tendit in locum naturalē. vnde, quandiu ad locum naturalem perueniat non est inconueniens si aliquid naturale ei cōiungatur. Paulatim. n. recedit ab eo, quod est contra naturam, & tendit in id, qđ est secundū naturam. & ꝑꝑ hoc motus naturalis in fine intenditur. Tertia obiectio est, quia, cum in corporibus naturalib. sit determinatus terminus raritatis, non vr̄ ꝙ semper sit accipere corpus rarius, & rarius scđm quamlibet proportionem temporis ad tp̄s. Sed dicendum est, ꝙ licet sit determinata raritas in rebus naturalibus, non tamē hoc est ex natura corporis mobilis in quantum est mobile; sed ex natura determinatarum formarum, quæ requirunt determinatas raritates vel densitates, in hoc autem libro agitur de corpore mobili in cōi, & ideo frequenter vtitur Arist. in hoc libro in suis rationib. quibusdā quæ sunt falsa, si considerentur naturæ determinatę corporum, pòssibilia aūt, si consideretur natura corporis in cōi. Vel potest dici, ꝙ hic etiam procedit secundū opinionem Antiquorum Philosophorum qui ponebāt rarum & densum prima principia formalia, secundum quos raritas & densitas in infinitum augeri poterant, cū non sequerentur alias priores formas, secundū quarum exigentiam determinarentur. Deinde cum dicit.

Qō prima.

An motus q fit per vacuū proportionē hēat ad motum, qui fit per plenum.

Solu. prima.
Auer. ca. 71.

Resistentia motoris ad mobile, ex qua tarditas vel velocitas motus quorumcunque secundū Auer. attenditur, ex trib. consurgit.

Improbat. solu. Auer.

Solutio vera.

An medium plenum quomō motum naturalē impediat.
Solutio.
Auer. ca. 71.

Solutio. 2.

Qō tertia.
An secundū quamcūque proportionē tp̄is ad tempus sēper sit accipere corpus rarius & rarius.
Sol. prima.

Sol. secūda.

Eorum autem, quæ feruntur excessu eueniunt hæc. Cernimus enim ea corporum, quæ plus aut grauitatis aut leuitatis habent momenti (modo eadem ipsis insit figura) celerius per æquale spatium ferri, eaque ratione, quam inter sese habent. quare & per vacuum ita ferentur. At fieri profectò nequit. Quam enim ob causam celerius mouebuntur? in plenis. n. id necessario fit. Maius. n. celerius vi sua medium diuidit. Nam id quod fertur, aut est iactum, figura diuidit, aut momento quod habet. Aequalis igitur celeritatis omnia erunt, at fieri nequit.

Secundum aūt eorum, quæ feruntur, excellentiam, hæc sunt. Videmus enim maiorem inclinationem habētia, aut

grauitatis,

grauitatis, aut leuitatis. si quo ad alia similiter se habeant figuris, citius lata per æquale spatium finitum: & secundum rōnem, quam habent magnitudines ad inuicē. quare & per vacuum. Sed impossibile est: Propter quam enim cām fertur velocius? in plenis quidem.n. ex necessitate, vel locius enim diuidit ex fortitudine maius. aut. n. figura diuidit aut inclinatione, quam hēt, quod fertur aut proiectū. Aeque velocia ergo omnia erunt: sed impossibile est.

Ostendit nō esse vacuum separatum ex velocitate & tarditate motus, fm ꝙ omnino cā sumitur ex parte mobilis, & dicit ꝙ hæc, quæ dicentur consequenter, si consideretur differentia velocitatis & tarditatis secundum ꝙ mobilia, quæ feruntur, se inuicem excellūt. quia videmus quòd per æquale spatium finitum, citius ferūtur ea quæ habent maiorem inclinationem, aut secundū grauitatem, aut secundum leuitatem, siue sint maiora in q̄titate, æqualiter grauia vel leuia existētia, siue sint æqualia in quantitate, & sint magis grauia vel leuia. hoc dico si similiter se habeant secundum figuras (nam corpus latū tardius mouetur, si deficiat in grauitate vel magnitudine, quam corpus acutæ figuræ) & secundum ꝓportionem, quam habent magnitudines motæ ad inuicem vel in grauitate, vel in magnitudine est proportio velocitatis. vnde & oportebit ita esse etiam si sit motus per vacuum secundum ꝙ corpus grauius seu leuius, aut magis acutum velocius feratur per medium vacuū. Sed nō pōt esse, quia non est assignare aliquam cām, ꝓp quam vnum corpus alio velocius feratur. si.n. motus fiat per spatium plenum aliquo corpore, potest assignari causa maioris vel minoris velocitatis, secundum aliquam prædictarum causarum. hoc.n. est quia illud, quod mouet maius existens, ex sua fortitudine velocius diuidit medium, vel propter aptitudinem figuræ, quia acutum est penetrabilius, aut propter inclinationem maiorem q̄ hēt, vel ex grauitate, vel ex leuitate, vel ēt propter violentiam prohibentis. vacuum autem diuidi non potest citius vel tardius. Vnde sequitur ꝙ omnia æquali velocitate mouebuntur per vacuum. sed hoc manifeste apparet impossibile. Patet igitur ex velocitate motus, ꝙ vacuum non est. Attendendum est etiam ꝙ in processu huius rationis est similis difficultas sicut in prima, videtur.n. supponere ꝙ differentia velocitatis in mob. nō fit nisi propter differentiam diuisionis medij, cum tamen in corporibus cœlestibus sint diuersæ velocitates, in quibus non est aliquod plenum medium resistens, quod diuidi oporteat per motum corporis cœlestis. Sed soluenda est hæc dubitatio sicut & prius.

ARGI. *Patet igitur ex hisce, quę diximus, si vacuum sit, contrarium illius accidere, propter quod vacuum esse probāt qui ipsum asserunt esse. Hi namque, si motus is erit, qui loco accommodatur, vacuum separatum per se esse putāt. hoc autem perinde est, atque si separatum quid locum asserant esse. Quod quidem esse non posse, prius est demonstratum.*

ANTI. *Quod quidem igitur, si vacuum sit, accidat contrarium quam propter quod probant esse vacuum, manifestum est ex dictis. Hi igitur opinantur vacuum esse, si erit secundū locum motus discretum secundum se. Hoc autem idem est ei, quod est dicere, locum esse aliquid separatum. Sed hoc quod sit impossibile esse, dictum est prius.*

Vltimo autem epilogando concludit manifestū esse ex dictis, ꝙ si ponatur vacuum esse, accidit contrarium eius, quod supponebant probantes esse vacuum, illi.n. ꝓcedebant, ac si motus esse non possit, si vacuum non sit. Sed ostensum est contrarium, s. si vacuum sit, ꝙ motus non est. Sic igitur præmissi Philosophi opinantur vacuum esse quoddam discretum & separatum secundum se, s. quoddam spatium habens dimensiones separatas, & huiusmodi vacuum opinantur necesse esse ponere, si sit motus secundum locū, aut vacuum separatum, ꝙ idē est, quod dicere locum esse quoddam spatium, distinctum a corporibus, quod est impossibile, vt supra ostēsum est in tractatu de Loco.

LECTIO XIII.

Vacuum sic esse vti nomen sonat, tribus rationibus ostenditur.

At verò si per se quoque ipsum considerabimus, vacuū id quod vacuum dicitur atque inane vere videbitur. Nam vt si in aqua quispiam cubum posuerit tantum aquæ cedet quantus est ipse cubus, sic & in aere fiet, sed sensu non patet. Et semper omne corpus quod ferri potest ad id, ad qđ aptum est ferri, nisi densetur, aut ad infera, si sit terra: aut ad supera si sit ignis, aut ad vtraque feratur cedendo necesse est siue cubus, siue quoduis aliud in ipso corpus ponatur, quod ferri potest ad id, quod est aptum ferri, nisi densetur. At hoc quidem in vacuo fieri nequit, quippe cum non sit corpus. Cubum autem æquale vacui spatium penetrasse videbitur; perinde atque si aqua ligneo cubo non cederet, neque aer, sed ipsum omnia penetrarent. Atqui cubus etiam tantam magnitudinem habet, quanta est ea vacui, quæ occupatur ab ipso quæ etsi calida est, aut frigida, & grauis aut leuis, non minus tamen ob hoc ratione ab vniuersis affectibus est diuersa, etiam si non ab illis sit separabilis. Dico autem ipsam lignei cubi molem, quare etiam si ab illis omnibus fuerit separata, & neque grauis fuerit neque leuis, æquale sibi spatium occupabit in eademque loci vacuiue parte sibi æquali erit, vt patet. Quomodo igitur cubi moles ab æquali vacuo differet, atque loco? Et si duæ tales simul fuerint moles, cur & quotquot volueris in eodem non erunt? Vnum igitur hoc absurdum ac impossibile sequitur. ARGY.

ANTI. Te. com. 76. A*T verò per se considerantibus videbitur vtique dictū vacuum, sicut vere vacuum. Sicut enim in aqua si ponat aliquis cubum, cedet tanta aqua, quantus est cubus, sic est etiā in aere, sed sensui immanifestum est. Et semper igitur in omni corpore habenti transmutationem* † *in quo, est aptum natum mutari, necesse est, nisi coeat, transmutari, aut deorsum semper, si deorsum est motus, sicut est terræ, aut sursum sicut ignis, aut ad vtraq: aut quodcūq; aliquid sit impositum. In vacuo autem hoc quidem impossibile est: nullum enim corpus est. Sed per vacuum æquale spatium transire videtur, quod quidem erat prius in vacuo: tanquam si aqua non cederet ligneo cubo, neque aer, sed omnia transirent per ipsum. at vero cubus habet tantā magnitudinem, quantam continet vacuum. quod si calidū est, aut frigidum, aut graue, aut leue, nihilominus alterum in esse ab omnibus passionibus est, & si non diuisibile sit ab illis. dico autem corpus lignei cubi quod etiam si separetur ab omnibus aliis, & neque graue, neque leue sit, continebit æquale vacuum, & in eadem erit, qua est loci & vacui parte æquali sibi. Quid igitur distabit cubi corpus ab æquali, vacuo, & loco? Etsi duo huiusmodi sunt, propter quid non quotlibet in eodem erunt? Vnum igitur hoc, inconueniens, & impossibile est.*

† al. in quod.

Hic ostendit vacuum nō esse, rationibus acceptis ex parte ipsius vacui, absque consideratione motus. & hoc ostendit tribus rationibus. Dicit ergo primo, quòd etiā cōsiderantibus vacuum per se absque motu videbitur, quod ita sit dictum ab aliquibus vacuum esse, sicut vere sonat nomen vacui. Nam vacuū sonat aliquid inane, & quod non est, & inaniter & absq. rōne & veritate dictum est, quod vacuum sit. & hoc quidem sic ostendit, quia, si aliquis ponat in aqua aliquod corpus cubum, s. quod habet sex superficies quadratas, oportet quod tāta quantitas aquæ recedat a loco suo, quanta est q̄titas cubi, & sicut est de aqua, ita est de aere, licet non sit ita manifestū, eo quòd aqua est magis sēsibilis quā aer. Eadem igitur ratione, quādocūque aliquid immittitur in

aliquod,

aliquod corpus, quod natum est transmutari in aliquã partem, necesse est, nisi partes cohæreant per condensationem, aut subintrationem partium in inuicem, quod transmutetur vel secundum conditionem corporis cedentis (quando habet exitum liberum) vtpote qđ corpus graue, vt terra, cedat deorsũ, & corpus leue vt ignis cedat sursum, & corpus qđ est respectu alicuius graue, & respectu alicuius leue, cedat in vtrãq. partẽ. sicut aer & aqua. vel ꝙ corpus cedat ſm cõditionẽ corporis interpositi, quãdo. s. corpus cedens coarctatur a corpore iterposito, vt nõ possit moueri ſm suã exigẽtiã, sed ſm exigẽtiã corporis interpositi. Vniuersaliter tñ hoc verũ est, ꝙ oportet corpus, in qđ alterũ corpus immittitur, cedere corpori immisso, ne sint duo corpora simul. sed hoc nõ põt dici de vacuo ꝙ cedat corpori immisso, qa vacuũ nõ est aliqđ corpus, oẽ aũt qđ mouetur quocũq. mõ, est corpus. sed, si sit aliqđ spatiũ vacuũ, & aliqđ corpus immittatur in illud spatiũ, oportet ꝙ corpus impositũ trãseat p illud spatiũ, qđ prius erat vacuũ. s. simul cum eo existens, sicut si aqua nõ cederet ligno cubo, neque aer, sed ista corpora trãsiẽt p ipsum corpus ligneũ cubũ, ita ꝙ aer & aqua subintrarẽt ipsum corpus cubũ, & essent simul cum eo. sed hoc est impossibile. s. ꝙ corpus cubum ligneum sit simul cum spatio vacuo quia corpus ligneum cubum habet tantam magnitudinem q̃tã habet vacuum, ꝙ ponitur quoddam spatium dimẽsionatũ sine corpore sensibili. Et q̃uis corpus ligneũ cubicum sit calidum vel frigidum, aut graue vel leue, nihilominus tñ ipsum corpus cubicum alterũ est ſm rõnẽ ab oĩb. passionib. sensibilibus sibi accidentib. quãuis nõ sit separabile ab eis secundum rem. Hoc autem qđ est secundũ rationẽ alterum a passionibus est ipsum (corpus lignei cubi.). i. quod pertinet ad corporeitatẽ eius. Si ergo separetur hoc corpus ab omnibus, quæ sunt alia ab ipso secundum rationem, ita quod non sit graue neque leue, sequitur quod contineat vel occupet de spatio vacuo aliquid æquale sibi. Et sic in eadem parte sibi æquali, quæ est pars loci & vacui, erit simul corpus lignei cubi. Quo supposito, non videtur quod sit assignare differentiam inter corpus cubi, & dimensiones loci, vel vacui. nam sicut dimensiones loci vel vacui sunt sine qualitatibus sensibilibus, ita & dimensiones corporis cubici, ad minus secundum rationem sunt aliæ ab huiusmodi passionibus. duæ autem magnitudines æqualis quantitatis non possunt differre nisi secundum situm. non. n. põt imaginari quod hæc linea sit alia ab illa sibi æquali, nisi in quantum imaginamur vtranque in alio & alio situ. vnde, si ponantur duæ magnitudines simul, non videtur, quomodo possint differre. & sic, si duo corpora æqualia dimensionata sint simul, siue sint cum passionibus sensibilibus, siue non, sequitur quod duo corpora sint vnum. Vnde si adhuc corpus cubicum, & spatium, quod est locus, vel vacuum remaneãt duo, & simul sint, non põt assignari ratio, quare non quæcunque alia corpora simul esse possint in eodem. Et ita sicut corpus cubicum simul est cum spatio loci aut vacui. itẽ & simul cũ vtroque poterit esse adhuc aliqđ tertium vel quartũ corpus, ꝙ impossibile est. Nõ enim potest dici quod simul cum corpore cubico ligneo nõ possit esse simul aliquod sensibile corpus propter materiam; quia corpori non debetur locus ratione materiæ, nisi secundum qđ materia continetur sub dimensionibus, vnde quod duo corpora non possint esse simul, non est ex parte materiæ vel passionum sensibilium, sed solum ex ratione dimensionum, in quibus non potest esse diuersitas si sint æquales, nisi secundum situm, vt dictum est. Vnde, cum dimensiones sint in spatio vacuo, sicut in corpore sensibili, sicut duo corpora sensibilia non possunt esse simul, ita nec corpus sensibile simul cum spatio vacuo. Hoc igitur videtur vnum inconueniens & impossibile, quod sequitur ex præmissa positione, quod duo corpora sint simul. Secundam rationem ponit ibi.

Duæ magnitudines æqualis quantitatis solo situ differentes sunt.

Duo corpora simul esse non ex necessario seu passionibus sensibilibus, sed ex dimẽsionibus impossibile est.

ARGY. *Præterea patet, id cubum ipsum habere cum transfertur, quod & vniuersa caeterea corpora habent. Quare, si nihil a loco differat, cur corporibus facere locum oportet præter vniuscuiusque molem, si moles sit affectuum expers? nihil enim confert si tale circa ipsum aliud spatium sit æquale.*

ANTI. T.c.1. *Amplius autem manifestum est, quod hoc cubus habet transmutatus, quod & omnia alia corpora habent. Quare si a loco nihil differt, quid oportet locũ facere corporibus extra vniuscuiusque corpus, si impassibile est corpus? Nihil enim cõfert si alterũ circa ipsum æquale spatium hmõi sit.*

Secunda ra. Et dicit manifestum esse, quod cubus, qui transmutatur, & ponitur in spatium vacuum, habet hoc quod habent omnia alia corpora, s. dimẽsiones. si ergo dimẽsiones corporis cubici non differunt a dimensionibus loci secundum rationem, quare oportet facere aliquem locum corporibus extra proprium corpus vniuscuiusque, si locus nihil aliud est q̃ corpus impassibile. i. absq. passionibus sensibilibus? Ex quo. n. corpus habet proprias dimẽsiones, ad nihil videtur esse necessarium quod ponantur circa ipsum aliquæ aliæ dimensiones spatij æquales suis dimẽsionibus. Accidit igitur, si ponatur vacuũ, vel locus esse quoddam spatium separatum, vel ꝙ non est necessariũ corpora esse ĩ loco. Tertiã rõnẽ ponit ibi.

Non est necesse corpus pter sui ipsius dimensioẽ, alias quoq; habere, in quib. sit.

ARGY. *Amplius autem oportet manifestum esse quale vacuũ sit in his quæ mouentur. Nunc autẽ nusquam infra mundum: aer enim aliquid est, non videtur autem neque aqua, si essent pisces ferrei. Tactu enim fit discretio illius quod tangitur. Ex his igitur patet in ratione rerum vacuum separatum non esse.*

ANTI. Te.c.78. †*Amplius oportet manifestum esse quale vacuũ sit in his quæ mouentur. Nunc autem nusquam infra mundum; aer enim aliquid est, non videtur autem neque aqua, si essent pisces ferrei. Tactu enim est discretio illius quod tangitur. Quod quidem igitur non separatum sit vacuum, ex his manifestum est.*

†Aliqui codices Græci textum istum non habent. Te.com. 79.

Et dicit, quod si aliquid esset vacuũ, oportaret quod manifestaretur in istis mobilib. sed nunquã apparet aliquod vacuum infra mũdum. quia plenum aere, quod vr vacuum, non est vacuum. aer. n. est aliquid, licet visu nõ percipiatur. Quia, si etiam pisces essẽt ferrei, & haberẽt similem apparentiã cum aqua, non posset aqua discerni ab eis per visum, nec tñ. sequeretur, quod aqua non esset; vel ẽt pisces, quia non solum visu, sed ẽt tactu discernitur illud quod tãgitur. Et sic patet aerem aliquid esse, quia tactu percipitur calidus, vel frigidus. Ex his igitur apparet, quod vacuum non sit aliquod spatium separatum, neque infra mundum, neque extra mundũ.

LECTIO XIIII.

Vacuum corporibus inditum non esse asseritur, non irrationabilia item fuisse Antiquorum de vacuo dubitata ratiocinatur, ipsorumque omnium solutio ponitur.

ARGY. *Sed sunt qui putant per rarũ ac densum patere vacuũ esse. Nam si nõ sit rarum ac densum, neque fieri potest vt corpora coeant atq; premantur. Quod si id non sit, aut mundus omnino non erit, aut vniuersum fluctuabit, vt inquit Xuthus. Aut in aerem æqualem atque aquam fieri mutationem semper oportet. Hoc (inquam) pacto, vt si ex aqua poculi vnius oriatur aer, tanta simul aqua ex æquali aere generetur, aut necesse est vacuum esse. alio namque modo fieri nequit, vt corpora constringantur ac dilatentur.*

ANTI. *SVnt aũt quidam, qui per rarum & densum opinantur manifestum esse, quod sit vacuum. Si enim non est rarũ & dẽsum, neque coire & calcari possibile est. si vero hoc*

non

Xuthi ſententia de vacuo.

non ſit, aut omnino motus non erit, aut mouetur totum ſicut dixit Xuthus, aut in æquale ſemper mutari aquam, & aerem oportebit. dico autem ſic, vt ſi ex aqua cyathi, factus ſit aer, ſimul ex æquali aere tantundem aquam fieri, aut vacuum erit ex neceſſitate. conculcari enim, vel extendi, non contingit alter.

T. c. 86. T. c. 83. Poſtquam Philoſophus oſtendit non eſſe vacuũ, hic oſtendit non eſſe vacuum corporibus inditum. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rõnem ponentium vacuum. Secundo improbat poſitionem eorum ibi. (Si igitur rarum dicit, &c.) Tertio ſoluit rõnem ipſorũ ibi. (Quoniam autem vacuum, &c.) Dicit ergo ꝙ quidam Philoſophi fuerunt, qui opinati ſunt, quod vacuum ſit in corporibus, accipientes rationem ex raro & denſo. videbatur.n.eis, ꝙ rarefactio & condenſatio fieret propter vacuum intrinſecum corporibus. Si vero non eſſet ſic rarum & denſum, dicebant quod nõ erat poſſibile, vt partes alicuius corporis coirẽt. i. ſubintrarent ad inuicem, & ꝙ aliquod corpus calcaretur, i. comprimeretur per condenſationem. Si autem hoc non ſit, ducebãt ad incõueniens & ex parte motus localis, & ex parte motus generationis & corruptionis, ſiue motus alterationis. Ex parte quidem motus localis, quia oportebit dicere, vel quod omnino motus non ſit, vel quod vno moto moueatur totum vniuerſum, ſicut dixit Xuthus Philoſophus. & hoc ideo, quia, ſi aliquod corpus mouetur localiter, cum accedit ad locũ plenũ alio corpore, oportet quod illud corpus inde expellatur, & tendat in alium locum, & iterum illud aliud corpus ibi inuẽtum in aliũ, & niſi fiat cõdenſatio corporum, oportebit ꝙ omnia corpora moueantur. Ex parte vero generationis ſiue alterationis ſequitur hoc inconueniẽs, quod ſemper fiat æ- (2. de Gene. Tex. c. 73.) qualis mutatio ex aere in aquam, & ex aqua in aerem, vt puta, ſi ex aqua vnius cyathi generatus eſt aer, oportet quod ex tanto aere, quãtus eſt aer generatus, alibi generetur aqua, & hoc ideo, ꝙ maior quãtitas eſt aeris quam aquæ, ex qua generatur. Occupat igitur aer generatus maiorẽ locũ q̃ aqua ex qua generatur, & ſic oportet ꝙ vel totum corpus vniuerſi occuparet maiorem locum, vel quod alibi tantundem de aere cõuertať in aquã, vel oportet dicere quòd ſit aliqd vacuum intra corpora, ad hoc quod fiat condenſatio corporum, quia non opinabantur quod aliter contingeret condenſari & rareſieri corpora, niſi vacuo in eis exiſtente. Secundo ibi.

ARGY. *Si igitur id inquiunt eſſe rarum, quod habet multa vacua ſeparata, patet, ſi vacuum ſeparatum eſſe non poſſit, ſicut neque locus ſpatium habens, neque rarum in ratione rerum ſic eſſe.*

ANTI. T. c. 80. *Si igitur rarum dicunt, multa vacua ſeparata habens, manifeſtum eſt, quod, ſi neque vacuum contingit eſſe ſeparabile, ſicut neque locum habentem aliquod vacuum ſui ipſius, nec rarum ſic.*

T. c. 81. Deſtruit poſitionem prædictam. Et primo ſecũdum vnum intellectum. Secundo ſecundum alium ibi. (Si autem non eſt ſeparabile.) Dicit ergo primo, quod illi, qui dicunt vacuum eſſe in corporibus, dupliciter poſſunt hoc intelligere, vno modo quod in quodlibet corpore ſint multa quaſi foramina vacua quæ ſint ſeparata ſecundum ſitum ab alijs partibus plenis, ſicut eſt videre in ſpongia, vel in pumice, vel in aliquo alio hmôi. alio modo quod vacuum non ſit ſeparatum ſecundum ſitum ab alijs partibus corporis, vt pote ſi dicamus qđ dimenſiones, quas dicebant eſſe vacuum, ſubintrẽt omnes partes corporis. Si autem primo modo dicant vacuum eſſe in corporibus, patet reprobatio huiuſmodi ex præmiſſis, per quam enim rationem oſtenditur, qđ non eſt aliquod vacuum ſeparatum extra corpora, nec aliquis locus habens tale ſpatium proprium præter dimenſiones corporum, per eandem rationem, probari poteſt, quod non eſt aliquod corpus hoc modo rarum, quod habeat intra ſe aliqua ſpatia vacua, diſtincta ab aliis partibus corporis. Secundo ibi.

ARGY. *Si verò non ſeparabile ſed tamen ineſſe quid vacuum dicũt, minus quidem eſt hoc impoſſibile. Accidit autem, primo quidem, nõ omnis motus cauſam vacuum eſſe, ſed eius duntaxat, quo ſupera loca petuntur: rarum enim leue eſt, quapropter & ignem rarum inquiunt eſſe.*

ANTI. Te. com. 81. *Si autem non eſt ſeparabile, ſed tamen ineſt aliquod vacuum, minus quidem impoſſibile, Cõtingit autem, primum quidem quod non omnis motus eſt rã vacuũ: ſed eius, qui ſurſum eſt. rarum.n. leue: vnde ignem rarum eſſe dicunt.*

Improbat prædictam poſitionem, quantum ad ſm intellectum quatuor rationibus. Dicit ergo, quod ſi vacuum non ſit in corporibus ſicut ſeparabile & diſtinctum ab aliis partibus, ſed tamen ineſt aliquod vacuũ in corporibus, minus quidem eſt impoſſibile: quia non ſequuntur inconuenientia ſupra poſita contra vacuum ſeparatum. Sed tamen ad hoc etiam ſequuntur quędam inconuenientia. Primo quidem, ꝙ vacuum non erit cã omnis motus localis, vt ipſi intendebant, ſed ſolum motus, qui eſt in ſurſum, quia vacuum ſcđm eos eſt cã raritatis. rarum aũt inuenitur eſſe leue, vt patet in igne: leue aũt eſt quod mouetur ſurſum. vnde vacuum erit cã ſolum motus ſurſum. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Deinde nõ eſſe vacuum motus ſic cauſam, vt in ipſo qđ mouetur: Sed vt vtres mouẽt id ſurſum, quod adiunctũ eſt ipſis ex eo, quia ſurſum ipſi feruntur, ſic & vacuũ ſurſum mouere. At quonam pacto ratio vacuũ poteſt vel locus eſſe? vacui nanque vacuum id erit ad quod feretur.*

ANTI. *Poſtea motus cauſa non ſit vacuum, ſicut in quo eſt, ſed ſicut vtres in eo quod feruntur ipſi ſurſum ferunt qđ ipſis continuum eſt, ſic vacuum ſurſum fert. Et etiam qualiter poteſt motus eſſe vacui, aut locus vacuũ vacui enim eſt vacuum, in quod fertur.*

Secunda ratio. Et dicit, quod ſecundum iſtos, qui ponunt vacuum in corporibus, vacuũ eſt cauſa motus, non ſicut in quo aliquid mouetur, vt ponebant cauſam motus vacuum, qui dicebant vacuum ſpatium ſeparatum, ſed eo modo ponunt vacuum cauſam motus, in quantum ipſum vacuum intrinſecum defert corpora: ſicut ſi dicamus, ꝙ vtres inflati in eo quod feruntur ipſi ſurſum propter leuitatem, deferunt ſurſum quicquid eis continuatur. & ſic vacuum inditum corporibus fert ſecum corpus in quo eſt. Sed hoc videtur eſſe impoſſibile, quia tũc oporteret, quod ſi vacuum moueretur, quod eſſet aliquis locus vacui. & cum vacuum & locus ſint idem, ſequeretur quod vacui interioris eſſet vacuum exterius in quod fertur: quod eſt impoſſibile: Tertiam rõnem ponit ibi.

ARGY. *Præterea quam cauſam aſſignabunt quod graue deorſum fertur?*

ANTI. *Amplius quomodo aſſignabunt in graui ferri deorſũ?*

Tex. cõ. 81. Tertia ratio. Et dicit, quod ſi motus ſurſum cauſa eſt vacuum deferens corpus ſurſum, cum nihil ſit aſſignare quod defert corpus deorſum, non erit aſſignare quare grauia deorſum ferantur. Quartam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et inſuper patet, ſi quanto rarius quippiã magisq; vacuum eſt, tanto celerius ſurſum feretur, quod ſi vacuũ ſit omnino, ſurſũ id vel celerrime ferri. An forſitan & hoc moueri non poteſt? vt enim demonſtratũ eſt, in vacuo cũcta immobilia, ſic eadem ratione vacuum etiã demonſtrabitur immobile eſſe. celeritates enim cõparari non poſſunt.*

ANTI. *Et manifeſtum eſt, quod ſi quanto fuerit rarius & magis vacuum, magis ſurſum feretur, & ſi ſit omnino vacuũ velociſsime vtique feretur. Fortaſsis autẽ & hoc impoſsile eſt moueri. ratio autem eadẽ, ſicut.n. in vacuo ſine motu omnia ſunt, ſic, & vacuum quidem eſt, quod eſt ſine motu: incomparabiles enim ſunt velocitates.*

Et dicit, quod ſi rarum cauſat motũ ſurſum, ꝓp vacuitatem,

cuitatem, oportebit quod quanto aliquid est rarius & magis vacuum, tanto velocius feratur sursum: & si illud omnino vacuū velocissime feretur. sed hoc est impossibile, quia quod est omnino vacuum nō pōt moueri eadem ratione, qua supra ostensum est, q; in spacio vacuo non potest esse motus, quia non esset comparare velocitates & vacui & pleni, neq; ex parte spacij, neq; ex parte mobilis scd'm aliquā determinatam proportionē, eo q; pleni ad vacuum nulla est proportio. Non ergo vacuum potest esse causa motus sursum. Deinde cū dicit,

ARGI. *At enim dum vacuum quidem non esse dicamus, cætera autem vere sint dubitata, & hoc cōsideremus oportet. Nam aut motus non erit, si raritas densitas-ve non erit, aut inundabit cælum, aut aqua ex aere, & aer ex aqua semper orietur æqualis. Patet enim plus aeris ex aqua semper oriri. Necesse est igitur, si corpora non premantur, atque densentur, aut id quod heret, efficiat tandem expulsū vt vltimum turgeat, atque tumescat, aut alio in loco æqualis, aqua ex aere fiat, vt tota moles æqualis sit vniuersi, aut nihil penitus moueatur. semper enim cum aliquid mouetur, id accidet, nisi versetur. At non vniuersa versantur, sed sunt & ea, quæ recto motu cientur: illi igitur ob hæc ipsa, vacuum quid dicerent esse.*

ANTI. T.c.83. *Quoniam autem vacuum quidē non dicimus esse, alia vero vere dubitata sunt, aut motus nō erit, nisi erit densitas & raritas, aut turbabitur cælum, aut si æqualis aqua ex aere, & ex aqua erit & aer. manifestū enim est, quia plus aeris ex aqua fit. Necesse igitur, nisi sit, aut depulsū quod habetur vltimum tumultuari facere, aut alibi alicubi æqualiter mutare ex aere in aquam, vt omne corpus totius æquale sit, aut nihil moueri. semper enim transmutato, hoc accidet, nisi circulariter moueatur. Non semper autem in circulum fit loci mutatio, sed aliquādo & in rectum est, hi igitur propter hoc vacuum aliquid dicunt esse.*

Soluit præmissam rationem. Et primo repetit eā magis ipsam explanans. secundo soluit eam ibi. (Nos autē dicimus.) Dicit ergo primo, quod quia non dicimus esse vacuum, neque in corporibus neq; extra, oportet soluere, quę ab alijs inducuntur, quia vere ingerunt dubitationem. Et primo ex parte motus localis: quia aut nō erit omnino motus, nisi sit raritas & densitas, quam non intelligebant fieri nisi per vacuum: aut oportebit dicere, qđ ad motum cuiuslibet corporis etiam ipsum cęlū in sursum feratur, vel aliqua pars eius, quod vocat turbationem cœli. Aut iterum ex parte generationis, & corruptionis oportebit q; semper ęqualis aqua fiat ex aere, & alibi aer ex aqua, quia cū plus ex aere generetur q̃ ex aqua, necesse est vt fiat condensatio, quam non credebant posse fieri sine vacuo: aut q; corpus, quod habetur vltimum secundum communem opinionem, s. corpus Cœleste, depellatur per exuperantiam inferiorum corporum, aut q; alibi in quocunq; loco tantundem de aere cōuertatur in aquam, ad hoc q; totum corpus vniuersi inueniatur semper æquale. Sed quia ad hoc, quod dixerat de motu locali posset quodāmodo obuiari: iterum repetit, vt excludat illud, & dicit, quod aut sequitur quod nihil moueatur, quia secundum prædicta, tumultuatio cœli accidet quocunque transmutato. Sed hoc est verum, nisi intelligatur motus fieri circulariter, vt puta q; A moueatur ad locum B, & B ad locū C, & C ad locum D: & iterum D ad locum A. sic n. nō oportebit posita circulari latione, quod vno motu totum vniuersum turbetur. sed nos non videmus q; omnis loci mutatio corporum naturalium fit in circulū, sed multæ sunt in rectum. vnde adhuc sequetur tumultuatio cœli, nisi ponatur condensatio & vacuum. Hæc igitur est ratio, propter quā aliqui ponebant esse vacuum. Secundo ibi.

ARGY. *Nos autem ex hisce, quæ iam concessa sunt dicimus materiam vnam esse contrariorū, caliditatis, inquam, atque frigiditatis & cæterarum naturalium contrarietatum, et ex ente potentia ens actu fieri. Atque non esse quidem ipsam materiam separabilem, ratione vero esse diuersam. Et vnam numero coloris, si forte fuerit, & caliditatis, atq; frigiditatis.*

ANTI. *Nos autem dicimus ex subiectis, quoniam est materia vna contrariorum calidi & frigidi, & aliarum naturaliū contrarietatum, & ex eo quod potentia est, actu ens fit. & non separabilis quidem materia est, esse autem alterū est. Et vna quidem est numero, & si contingat coloris, calidi, & frigidi.*

Soluit præmissam rationem. Tota autem vis præmissæ rationis in hoc consistit, quod rarefactio & condensatio fiat per vacuum. Vnde obuiat Arist. ostendēs, quod contingit rarefieri & condensari sine vacuo. Et primo ostendit propositum. Secundo inducit conclusionem principaliter intentam ibi. (Ex dictis igitur manifestū est.) Circa primum tria facit. Primo manifestat propositum per rationem. Secundo per exempla ibi. (Sicut. n. ex frigido & calido.) Tertio per effectus rari & dēsi ibi. (Est autem densum quidē.) Circa primū duo facit. Primo præmittit quędam necessaria ad propositum. Secūdo probat propositum ibi. (Est igitur & corporis.) Præmittit autem quatuor, quæ accipit ex subiectis. i. ex his, quæ supponuntur in Scientia Naturali. & supra etiā manifestata sunt in Primo huius libri. Primū est, q; vna est materia contrariorum, vt calidi & frigidi, vel cuiuscunque alterius naturalis contrarietatis, contraria. n. nata sunt fieri circa idem. Secundum est, quod omne, quod est in actu necessario fit ex eo quod est in potētia. Tertium est, quod materia non est separabilis a contrarijs, ita vt sit absq; eis, sed tamen secundum rationem materia est aliud a cōtrarijs. Quartum est, quod materia per hoc, quod nunc est sub vno cōtrario, & postea sub alio non est alia & alia, sed eadem numero. Secundo ibi.

Tertia parte.84.

T.c.85. Secūda parte.84.text.

ARGY: *Est, corporis item materiam eandem magni, ac parui, quidem, ex eo maxime patet. Nam si factus est aer ex aqua, eadem materia facta est aer, nulla re insuper alia assumpta, sed quod erat potentia, id tandem factum est actu. Et rursus simili modo, si orta est ex aere aqua. Eadem namque materia nunc in magnam ex parua, nunc in paruā ex magna vertitur molem. Simili igitur modo, si aer ex maiore stringitur in minorem, & ex minore rursus in maiorem extenditur molem, materia ipsa, quæ est ambo potentia, fit vicissim vtrunque.*

ANTI. *Est igitur & corporis materia & magni & parui eadē. manifestū est aūt hoc, cum enim ex aqua aer fiat, eadē materia nō accipiens aliud aliqd facta est, sed quod erat potentia, actu facta est, & iterum aqua ex aere, similiter aliquando quidem in magnitudinem ex paruitate, aliquando in paruitatem ex magnitudine. Similiter autem, & cum multus aer existens, in minori fit mole, & ex minori maior, potentia cum sit, fit materia vtraque.*

Ex præmissis ostendit propositum in hunc modum. Eadem numero est materia cōtrariorum, magnum aūt & paruum sunt contraria circa quantitatē, ergo eadem numero est materia magni & parui. Et hoc manifestū est in transmutatione substantiali, cum enim generatur aer ex aqua, eadem materia, quæ prius erat sub aqua, facta est sub aere, non accipiendo aliquid, quod prius nō haberet, sed illud, quod prius erat in potentia, & in materia, reductum est in actum, & similiter est cū ecōuerso ex aere generetur aqua, sed hoc interest, quod cum ex aqua gñatur aer, fit mutatio ex paruo in magnū, quia maior est quantitas aeris generati quam aquæ, ex qua gñatur, cum autem ex aere fit aqua, fit econtra transmutatio a magnitudine in paruitatē. Ergo & cum aer multus existens reducitur ad minorem q̃titatem per condēsationem, vel ex minori in maiorem per rarefactionem,

eadem materia est, quæ fit vtrunque in actu. s. magnũ & paruum prius existens ad hæc in potentia. Non ergo condensatio fit per hoc, quod aliquæ aliæ partes subintrando adueniant, vel rarefactio per hoc quod partes inhęrentes extrahantur, vt existimant ponentes vacuũ inter corpora, sed per hoc ꝙ materia earundem partiũ accipit nunc maiorem nunc minorem quantitatem. vt sic rarefieri nihil aliud sit, q̃ materiã recipere maiores dimẽsiones per reductionem de potentia in actum, condensari autem econtrario. Sicut autem materia est in potentia ad determinatas formas, ita & est in potentia ad determinatam q̃titatem, vñ rarefactio & cõdensatio non procedit in reb. naturalibus in infinitũ. Secũdo ibi.

Rarefactio, ac condensatio in corporib. quomodo fiat.

ARGY.

Nunc vt ex frigido calidum, & ex calido frigidum fit, quia eadem potentia erãt ambo, sic & ex calido fit magis calidum, nulla prorsus ipsius parte tunc emergente calida, quæ non erat antea calida, cum calida minus erat. Quemadmodum neq. circumferentia circuli, in minoris ambitũ est redacta, siue sit eadem, siue sit alia, pars ipsius nulla facta est curua, quæ non erat antea curua, sed recta. Non enim ex toto quippiã minus aut magis est tale, quia id intermittitur quo minus aut magis dicitur tale. Neque fit vt flammæ pars vlla sumatur, in qua caliditas albedoque non sit. Quare & ipsa moles sensibilis non ideo extenditur aut cõstringitur quia materies aliquid insuper accipit aut abijcit, sed quia ipsa materies vtrũq; subire põt. Quo fit, vt idẽ sit rarum & densum, & vtriusque materies vna.

ANTI.

Sicut.n. ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum, quia eadem est, quæ erat potẽtia, sic ex calido magis calidum nullo facto in materia calido, quod non esset calidum quando erat minus calidũ. Sicut quidẽ nec maioris circuli circulatio & conuexitas si fiat minoris circuli, eadem cũ sit, aut alia, in nullo alio factus est ambitus, quod non esset ambitus, sed rectum. non enim deficiendo minus aut magis est. Neq; enim scintillæ est accipere aliquam magnitudinẽ in qua non & caliditas, & albedo insit. Sic igitur & prior calor posteriori. quare & magnitudo & paruitas sensibilis corporis non accipiente aliquid materia extenditur, sed quia potentia est materia vtriusque. Itaque idem est densum & rarum, & vna materia ipsorum.

Manifestat idem per exempla. Et quia rarefactio & condensatio pertinet ad motũ alterationis, ponit exemplum de alijs alterationibus, & dicit, ꝙ sicut eadem materia mutatur ex frigido in calidũ, & ex calido in frigidum propter hoc ꝙ vtrunq; eorum erat in potentia in materia, sic etiam & aliquid fit magis calidum, non propter hoc, ꝙ aliqua pars materiæ fiat calida, quæ prius non erat calida, cum esset minus calidum, sed quia tota materia reducitur in actu magis vel minus calidi. Aliud exemplum ponit de qualitate circa quantitatẽ, & dicit, ꝙ si circũferẽtia & cõuexitas maioris circuli restringatur ad minorem circulum, manifestum est, quod fit magis curuum; non tñ ista rõne, ꝙ ambitus. i. circularitas facta sit in aliqua parte, quæ primo non fuisset curuata, sed recta, sed per hoc quod idẽ ipsum, quod prius erat minus curuatũ, magis curuatur. nõ. n. in huiusmõi alterationibus fit aliquid magis vel minus deficiendo. s. per subtractionẽ, neque ẽt per additionẽ, sed per vnius & eiusdem trãsmutationem de perfecto ad imperfectum, aut econtra, & hoc patet per hoc ꝙ in eo, ꝙ est simpliciter & vniformiter aliquale, non est inuenire aliquam partẽ quæ sit sine tali qualitate, sicut non est accipere in scintilla ignis aliquam partem, in qua non sit caliditas, & albedo. i. claritas. Sic igitur & prior calor aduenit posteriori, non per hoc quod aliqua pars, quæ nõ erat calida, sit facta calida, sed p hoc ꝙ illud, qđ erat minus calidũ fit magis calidum. Vnde & magnitudo & paruitas sensibilis corporis nõ extẽditur vel ampliatur in rarefactione & condensatione per hoc quod materia aliquid super additum accipiat, sed quia materia, quæ prius erat in potentia ad magnũ, & paruum, transmutatur de vno in alterum. & iõ rarum dẽsum nõ fit per additionem partiũ subintrãtium, vel per subtractionem earũdem, sed per hoc, quod vna est materia rari & densi. Tertio ibi.

ARGY.

Atqui densum quidem est graue, rarum aũt leue. Amplius, sicut circuli circulatio conducta in minus nõ accepit aliud concauum, sed quod erat conuexum, sic & ignis, quia si aliquis accipiat omne calidum est, sic & omne cõductione & distensione eiusdem materiæ. Duo namque cõmitantur vtrũq: graue.n. & durũ dẽsa esse videtur, leue vero ac molle rara. Verum in plumbo ac ferro, graue durum que discrepant.

ANTI. T.c.85.

Est aũt densũ quidẽ graue, rarũ aũt leue. Amplius sicut circuli circulatio cõducta in minus, nõ aliud accipit cõcauũ, sed qđ erat conductũ est, sic & ignis. quodcunq; aliquis acceperit, oẽ calidũ est. sic & oẽ conductione & distentione eiusdẽ materiei. Duo.n. sunt ab vtroq; denso & raro, graue.n. & durũ densa videtur esse, & cõtraria rara, leue et molle. Dissonat autem graue & durum in plũbo & ferro.

Manifestat propositum per effectus rari & densi. Ex differentia. n. raritatis & densitatis sequitur dñia aliarũ qualitatum. s. grauis & leuis, duri & mollis, & sic patet, quod rarum & densum diuersificant qualitates, & non quãtitates. Dicit ergo, ꝙ ad raritatem sequitur leuitas, & ad densitatem sequitur grauitas, & hoc rationabiliter. quia rarum est ex hoc, ꝙ materia recipit maiores dimentiones, densum autem ex hoc, quod materia recipit minores dimẽsiones. & sic, si accipiãtur diuersa corpora æqualis quantitatis, vnum rarum, & aliud dẽsum, densum habet plus de materia. Dictum est autem supra in tractatu de Loco, quod corpus contentum comparatur ad continẽs, sicut materia ad formã, & sic graue qđ tendit versus medium contentũ rõnabiliter est magis densum habens plus de materia. Sicut ergo circulũ nõ recipit concauitatẽ in aliqua sui parte, in qua non erat prius, sed qđ prius erat concauũ reducitur ad maiorem concauitatem, & sicut quæcunque pars ignis, quã quis receperit, est calida, ita & totũ corpus fit rarum & densum conductione. i. contractione & distentione vnius & eiusdẽ materiæ, sm ꝙ mouetur ad maiorem vel minorẽ dimẽsionẽ. Et hoc patet p hęc quæ sequunt̃ ex raro & denso, q̃ sunt qualitates, nã ad dẽsum sequit̃ graue & durũ, & de graui q̃dẽ rõ assignata est, de duro aũt rõ manifesta est, quia durũ dr̃ qđ magis resistit pulsui vel diuisioni, ꝙ aũt hẽt plus de materia, minus est diuisibile, q̃a minus obedit agenti. pp hoc ꝙ est magis remotũ ab actu. E conuerso aũt ad rarũ sequit̃ leue & molle. Sed graue & durũ in aliq̃b. dissonãt, sicut ĩ ferro & plũbo. nã plũbũ ẽ grauius, sed ferrũ est durius. Et huius rõ est, q̃a plũbũ hẽt plus de terrestri, sed id, ꝙ ẽ aq̃ in eo ei imperfectius cõgelatũ & digestũ est. Deinde cũ dicit.

T.c.100.

ARGI.

Ex his igitur, quæ dicta sunt patet neque separatũ, aut simpliciter, aut in raro, neque potẽtia vacuum esse, nisi quispiam voluerit omnino vacuum id appellare, quod est cã lationis. Hoc autem pacto grauis ipsius, leuisque materies, vt est talis, vacuum erit. Rarum enim ac densum, hac quidem contrarietate lationis sunt effectiua. ratione vero duri mollisue causa sunt facilis difficilisve passionis, & non lationis, sed potius alterationis. Sed de Vacuo quidem quo pacto est, & quo pacto non est in ratione rerum, hoc sit modo determinatum.

ANTI.

Ex dictis igitur manifestum est, quod neque disgregatũ est vacuum, neq; simpliciter, neq; in raro neq; potentia, nisi aliquis velit penitus vocare vacuum causam loci mutationis. Sic autem qua grauis est aut leuis materia quæ huiusmodi, erit vacuum. Dẽsum.n. & rarum secundum hãc contrarietatẽ motus actiua sunt, secundum autem durum & molle, passionis & non passionis receptiua &, non loci mu-

mutationis sed alterationis magis. Et de Vacuo quidem quo est, & quomodo non est, determinatum sit hoc modo.

Concludit principale propositum, & dicit manifestũ esse ex dictis, quod non est vacuum aliquod spatium separatum, neque simpliciter est extra corpus existens, neque existens in raro, secundum aliqua foramina vacua, neq; ẽt existens est in potentia in corpore raro, secundum illos, qui non ponebant vacuum, quod est in corporibus, separatum a pleno. Et sic nullo modo est vacuum, nisi aliquis velit, penitus vocare vacuum materiã quæ quodammodo est causa grauitatis & leuitatis, & sic est causa motus secundum locum. Densum enim & rarum sunt causa motus secundum contrarietatem grauis & leuis, sed secundum cõtrarietatem duri & mollis, sunt cã passibilis & impassibilis. nam molle est, id qđ facile patitur diuisionem, durum autem econtra, vt dictum est, hoc non pertinet ad loci mutationem, sed magis ad alterationem. Et sic concludit determinatum esse de Vacuo, quomodo sit, & quomodo non sit.

LECTIO XV.

Tempus an sit nec ne, & an vnum & idem nunc contingat in toto tempore esse vel plura, quæritur.

ARGI. *Post hæc autem cõsequẽs est de tempore tractare. Atque primo quidem dubitandum est de ipso; & per rationes exteras. si sit in ratione verum, nec ne: deinde contemplandum est, quænam sit ipsius tandem natura.*

ANTI. T.c.87. *Consequens autem dictis est aggredi de Tempore. Primum autem bene se habet opponere de ipso, & per extraneas rationes, vtrum sit eorum quæ sunt, aut non entium, postea, quæ natura ipsius.*

Postquam determinauit de loco & vacuo, nunc determinat de tempore. Et primo dicit de quo est intentio, & quo ordine procedendum sit. Secundo prosequitur propositũ ibi. (Quod quidẽ igitur.) Dicit ergo primo, quod consequens est ad prædicta aggredi de tempore in quo designat difficultatem considerationis. Et sicut de præmissis, ita & de tempore, primo oportet opponẽdo procedere (per rõnes extraneas,) i. ab aliis, positas, vel sophisticas, vtrum, s. sit Tempus vel non, & si est, quæ est natura eius. Secundo ibi.

ARGY. *Ex his itaque tẽpus non esse penitus aut vix esse, aut exigue, quispiam suspicabitur. Nam aliud ipsius fuit, atq; non est, aliud est futurum, & nondum est. Ex hisce autem constat, & infinitum, & quod semper accipitur tempus. At hoc in ratione rerum esse, quod ex hisce, quæ non sunt, constat, impossibile esse videtur.*

ANTI. T.c.88. *Quod quidem igitur omnino non sit, aut vix & obscure, ex his aliquis vtique concipiet, Hoc quidem enim ipsius prius factum est, & non est, aliud vero futurũ & nondũ est. Ex his autem, & infinitum, & semper acceptũ tẽpus componitur. Ex his aũt quæ non sunt, compositum impossibile esse videtur participare aliquam substantiam.*

Tertia part. text. 89. Secũda par. 93 tex. Prosequitur de Tempore, & primo opponendo, secundo determinando veritatem, ibi (. Accipiendum autem.) Circa primum duo facit, primo opponendo inquirit an tempus sit, secundo, quid sit, ibi. (Quid autem sit tempus.) Circa primum duo facit. Primo ponit duas rationes ad ostendandum tempus non esse. Secundo inquirit de nunc, vtrum sit vnum nunc in toto tempore, Tex. 90. vel plura, ibi (amplius autem ipsum nunc.) Dicit ergo primo, ꝙ ex istis duabus rationibus potest aliquis concipere vel quod tempus omnino nõ sit, vel ꝙ sit aliquid quod vix & obscure percipi possit. prima ergo ratio est talis. Omne compositum ex his, quæ non sunt, impossibile est esse, vel habere aliquam substantiam, sed tẽpus componitur ex his, quæ non sunt, quia temporis est aliquid præteritum & iam nõ est, aliud est futurum, & nõdum est, & ex his duobus componitur totum tempus, infinitum, & perpetuum positum: ergo impossibile est Tempus aliquid esse. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea partibilis omnis rei, si sit, necesse est, cum est, aut omnes partes, aut nonnullas esse. at temporis, quod quidem esse partibile constat, aliæ partes transactæ, aliæ futuræ sunt, nullaque penitus adest. Ipsum autem nunc partẽ non esse constat, pars namq; metitur, at ipsum nunc non metitur. Ex partibus præterea constet totum oportet, at tẽpus ex ipsis nunc non videtur constare. ARGY.

Adhuc autem omnis res diuisibilis siquidem sit necesse est, cum est, aut oẽs, aut quasdã partes esse. Temporis autem aliæ factæ, aliæ vero futura sunt, est autem nihil cũ sit diuisibile. Ipsum autem nunc non est pars, mensurat n. pars, & componi oportet totum ex partibus. Tempus autem non videtur componi ex ipsis nunc. ANTI. Te c.89. Alex. legit (mẽsuratur enim pars) Sic pl. aut actiuæ. Secunda rõ

Quæ talis est, cuiuslibet diuisibilis existentis necesse est dum est, aliquam partem esse, vel aliquas, sed Tempus non est huiusmodi, quia quædam temporis partes sunt præteritæ, aliæ vero sunt futuræ, & nihil temporis, quod sit diuisibile, est in actu. Ipsum vero nunc, quod est in actu, non est pars tpis, quia pars est, quæ mensurat totum, vt binarius senarium, vel saltem ex qua componitur totum, sicut quaternarius est pars senerii non mẽsurans ipsum, sed quia ex ipso & binario cõponitur senarius, tps aũt non cõponitur ex ipsis nunc, vt infra ꝓbabitur, tps igitur non est aliquid. Deinde cum dicit, Lect. 18. T.c. 107.

Insuper ipsum Nunc, quod præteritum distinguere futurumq. videtur, vtrum vnũ idemq; semper permaneat, an aliud sit atque aliud, non discerni facile potest. ARGI.

Amplius autem ipsum Nunc, quod videtur distinguere præteritum & futurum, vtrum vnum & idem semper permaneat, an aliud, & aliud, non facile est scire. ANTI. T.c.90.

Inquirit vtrum sit idem Nunc in toto tpe. & circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem. Secundo obiicit ad vnam partem ibi. (Si quidem enim nũc.) Tertio ad alteram ibi. (At vero neque nunc.) Dicit ergo primo, quod non est facile scire, vtrum Nunc, quod videtur distinguere inter præteritũ & futurũ, semꝑ maneat idem in toto tpe, an sit aliud, & aliud. Secundo ibi. Infra: Secũda par. te. 91. text.

Nam si sit aliud atq; aliud semper, cum plures partes temporis, nullæ simul, nisi altera contineatur ab altera perinde minus a maiore tempore contineatur, atque id, quod nunc quidem non est, antea vero fuit, necesse sit aliquando esse corruptum, ipsa nunc profecto simul non erunt, prius autem semper corruptum esse necesse est. In seipso igitur corruptum esse non potest: propterea quod tunc est: in alio vero, nunc, fieri non potest vt sit corruptum. Sit.n. hoc impossibile, ipsa nunc sibi hærere vt puncto pũctum. Si igitur non in eo quod est deinceps corruptum est, sed in alio, in ipsis profecto nunc mediis simul erit, quæ quidem sunt infinita: at fieri nequit.

Si quidem.n. Nunc semper alterum & alterum, nulla autem est earum, quæ sunt in tempore, alia & alia pars simul est, quæ non continet, alia vero continetur, sicut minus tempus est sub maiore; ipsum aut nunc, quod non est, prius autem fuit, necesse est corruptum esse aliquãdo, quia ipsa quidem nunc simul adinuicem non erunt, corruptum autẽ esse necesse est prius. In eodẽ quidẽ igitur corruptũ esse impossibile est propter hoc, quod tunc est, in alio autem nunc corrumpi ipsum prius nunc, non contingit. Sic enim impossibile est habita esse inuicem ipsa Nunc, vt punctũ cum puncto. Si igitur in eo, quod consequenter est non corrumpitur, sed in alio. in mediis nunc, quæ sunt infinita simul erit. hoc autem impossibile est.

Ostendit quod non sit aliud, & aliud nunc, tali rõne, Duæ partes temporis, quę sunt aliæ abinuicem non possunt simul esse, nisi vna contineat aliam, sicut maius tẽpus continet minus, vt annus mensem, mensis diem (simul.n. est & dies, & mensis, & annus) sed vnum Nũc,

cum

cum indiuisibile sit, non cõtinet alterum. si ergo est accipere in tempore duo nunc, necesse est ꝙ illud nunc quod prius fuit, & modo non est, aliquando corrumpatur, & ꝙ nunquam duo nunc sint simul. Omne autem corruptum necesse est in aliquo nunc corrumpi. (Non autem potest dici, ꝙ prius nunc sit corruptum in ipso nunc priori, quia tunc erat ipsum nunc, & nihil corrumpitur dum est. Similiter etiam non potest dici, ꝙ prius nunc corrumpatur in posteriori, quia impossibile est sic se habere duo nunc adinuicem ꝙ sint habita, id est, mediate consequentia se, sicut etiam impossibile est de duobus punctis, & hoc nunc supponatur, quia in Sexto probabitur. Sic igitur inter quælibet duo nunc, sunt infinita nunc. si ergo prius nunc corrumpatur in aliquo posteriori nunc, sequitur ꝙ illud Nunc, quod est ante, simul sit cum omnibus alijs Nunc intermedijs, quod est impossibile, vt dictum est. Impossibile est igitur esse aliud & aliud nunc. Tertio ibi.

ARGY. *At verò, neque idem semper permanere potest. Nullus enim diuisibilis finiti finis est vnus, siue ad vnum, siue ad plura continuum sit. At ipsum nunc finis est, & tempusque sumi finitum potest.*

ANTI. Tex.c.91. *At verò neque nunc semper manere idē possibile est. Nullius enim diuisibilis finiti vnus terminus est, nec si in vno sit continuum, nec si in plura. Ipsum aut em nunc terminus est, & tempus est accipere finitum.*

Ostendit quòd non possit esse vnum & idem nunc duabus rationibus. Quarum prima talis est. Nullius diuisibilis finiti potest esse vnus terminus tantum, neque si sit continuum secundum vnam dimensionem, vt linea, neque si secundum plures, vt superficies, & corpus. nam vnius lineæ finitæ termini sunt duo puncta, & superficiei plures lineæ, & corporis plures superficies. sed ipsum nunc est terminus temporis. Cum igitur sit accipere aliquod tempus finitum, necesse est ponere plura nunc. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea, cum simul esse tempore, & neque prius neque posterius nihil aliud sit, quam in eodem nunc esse, si priora posterioraue in hoc nunc sunt, ea profecto quæ ante cēties centenos annos sunt facta, simul cum his erunt, quæ hodierno die conficeretur, & neque prius quicquam alio, neque posterius erit. De his igitur, quæ insunt tempori, tot sint dubitata.*

ANTI. T.c.91. *Amplius si simul esse secundum tempus, & nec prius, nec posterius, in eodem esse, & ipso nunc est, simul sunt*
T.c.93. *que in annum sunt millesimum hic, quæ sunt hodie, nec prius nec posterius nihil aliud alio. De his quidem igitur quæ insunt ipsi, tot opposita sint.*

Secunda 16. Illa dicūtur esse simul secūdum tempus, & nec prius nec posterius, quæ sunt in eodem nunc, si ergo est idē nunc permanens in toto tempore, sequitur ꝙ illa, quæ fuerunt ante mille annos, sint simul cum his, quæ sunt hodie. Vltimo autem epilogando concludit, tot esse opposita de ipsis nunc, quæ sunt in tempore.

LECTIO XVI.

Quid tempus inquirens, quamuis ipsum, motum non esse dicat, illud tamen sine motu non esse, ratiocinatur.

ARGY. *Sed quidnam sit tempus, & quæ sit ipsius natura simul ter est obscurum, & ex his, quæ a maioribus nostris tradita sunt, & ex his, quæ nuper a nobis sunt dicta. Quidam enim vniuersi motum, quidam sphæram ipsam tempus esse dixerunt. quod neutrum verum est.*

ANTI. *Quid autem tempus, & quæ ipsius natura: similiter & ex traditis immanifestum est, & ex quibus ante gimus aduenientes prius. Quidam enim totius quidem motum dicunt, Alij autem ipsam sphæram.*

Postquam inquisiuit an tēpus sit, hic disputatiuè inquirit quid sit. Et primo improbat positiones aliorum. Secundo inquirit, quomodo se habet tempus ad motū qui tempori propinquissimus videtur ibi. (Qm̄ autē videtur maxime.) Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones. Secundo improbat eas ibi. (Quamuis circulationis.) Dicit ergo primo, ꝙ quid sit tempus & quid sit natura eius, non potest esse manifestum ex his, quæ tradita erant de tempore ab antiquioribus, neque per aliqua, quibus attingi possit quid ipsi circa hoc determinauerint. quidam. n. dixerunt, ꝙ ipsum est motus cœli. quidam verò, ꝙ est ipsa sphæra cœlestis. Secundo ibi.

Etenim conuersionis pars, tempus est quoddam: Conuersio verò non est. Pars enim conuersionis est id, quod sumptum est, non conuersio. ARGL.

Quamuis circulationis pars tempus quoddam est, circulatio autem non est. Pars enim circulationis est, quæ accipitur, sed non circulatio. ANTI.

Improbat positas opiniones, & primo primam, secūdo secūdam ibi. (Totius autem sphæra.) Circa primum ponit duas rationes. Quarum prima talis est. Si circulatio est tempus, oportet ꝙ pars circulationis, sit circulatio, quia pars temporis tempus est: sed pars circulationis non est circulatio. ergo tempus non est circulatio. Secundam rationem ponit ibi. Secunda 94.

Præterea si plures essent cœli, motus vniuscuiusque similiter tempus esset. Quare plura tempora simul essent. ARGL.

Amplius aūt si plures essent cœli similiter esset tempus cuiuslibet ipsorum motus. Quare multa tempora simul. ANTI.

Quæ est talis. Motus multiplicatur secundum multitudinem mobilium. si ergo plures essent Cœli, plures essent circulationes eorum. & sic, si circulatio sit tempus, sequeretur ꝙ essent multa tempora simul, quod est impossibile. non enim est accipere duas partes temporis simul, nisi vna contineat aliam, vt supra dictum est. Mouebantur tamen hi ad ponendum tempus esse circulationem, quia videbant tempora circulo quodam reiterari. Deinde cum dicit.

Sphæram autem vniuersi quidam ideò tempus esse putauerunt, quia & in tempore, & vniuersi sphæra sunt cuncta. Sed hoc adeo stultum est, ut superuacaneum sit ea impossibilia, quæ sequuntur considerare. ARGL.

Totius autem sphæra visa est quidem, dicentibus esse tēpus, quia in tempore omnia sunt, & in totius sphæra. Est autem stultius quod dicitur, quam & de hoc impossibilia considerare. ANTI. T.c.94.

Excludit secundam opinionem, & dicit. Quibusdam visum est ꝙ sphæra cœli esset tempus, per hoc ꝙ omnia sunt in tempore, & etiam omnia sunt in sphæra totius, quia cœlum continet omnia. vnde concludere volebant, ꝙ sphæra cœli esset tempus. In qua quidem ratio ne duplex erat defectus, quia non vniuoce dicitur esse aliquid in tempore, & in loco. Secundo quia argumentabantur in secūda figura, ex duabus affirmatiuis. Et iō dicit, ꝙ ista positio est magis stulta quam considerare impossibilia, quæ ad ipsam consequuntur. Manifestum est enim ꝙ omnes partes sphæræ sunt simul, non autem temporis. Deinde cum dicit.

Cum vero motus quidam atque mutatio quædam tempus esse maxime videatur, id si sit consideremus oportet. Mutatio igitur motusve in ipso est, quod mutatur, duntaxat, aut vbi id est quod mouetur atque mutatur. At tempus vbique est æquè, & apud omnia. ARGL.

Quoniā autem videtur maxime motus esse & mutatio quædam tempus, hoc considerandum est. Vniuscuiusque quidē igitur mutatio, & motus in ipso, quod mouetur est solū, aut vbi fortasse est ipsum, quod mouetur & trāsmutatur. Tempus autem similiter, & vbique & apud omnia est. ANTI. T.c.95.

Inquirit quomodo se habet tempus ad motum. Et
Secūda. 98. primo ostendit quod tempus non est motus, secundo ꝙ non est sine motu, ibi. (At vero neq. sine motu, &c.) Circa primum ponit duas rationes ad ostendendum ꝙ tempus non sit motus aut mutatio, quod posset maxime videri. Primo, quia omnis motus & mutatio, vel est solum in ipso transmutato; vel etiã in loco vbi est transmutatum & transmutans; quorũ primum dicitur propter motum in substantia, & qualitate, & quantitate. Secundum autem dr, propter motum in vbi, qui dicitur motus in loco. sed tempus est vbiq. & apud omnia, ergo tempus non est motus. Secundam rõnem ponit ibi.

ARGI. *Præterea mutatio quidem omnis celerior est atque tardior: at tempus non est. tardum enim & velox tempore est definitum. Nam id quidem est velox, quod in breui tẽpore magnum; id autem tardũ, quod in longo paruum spatiũ transit. At tempus, nec vt quantũ quid est, nec vt quale, tempore definitur. Tempus igitur non esse motum satis iam patuit. At nihil in præsentiarum interfit vtro nomine, motu an mutatione vtamur.*

ANTI. T.c.96. *Amplius autem mutatio quidem oĩs velocior aut tardior est, tempus autem non est. tardum enim & velox tẽpore determinantur. Velox quidem, quod in pauco multũ mouetur. Tardum autem quod in multo paucum, tempus autem non determinatur tempore, neque quo quantũ aliquid est, neque quo quale. Quo quidem igitur non est motus, manifestum est. Nihil autem differat nobis dicere in præsenti motum aut mutationem.*

T.c.97. Secunda ratio. Quæ talis est. Omnis mutatio & motus est velox aut tardus, sed tempus non est huiusmodi, ergo tempus nõ est motus vel mutatio. Mediam sic probat. Tardum & velox determinantur ex tempore, quia velox dicitur quod mouetur per multum spatium in pauco tempore, tardum autem quod ecõtrario per paucum spatium in multo tempore. sed tempus non determinatur tempore, neque secundum suam quantitatem, neque secundum qualitatem, quia idem non est mensura suiipsius. ergo tempus non est velox neque tardum. Et, quia proposuerat, quod mutatio est velox aut tarda, non facta mentione de motu, subiungit quod quantum ad præsens, non differt dicere motũ aut mutationem. in Quinto. n. ostendetur eorum differentia. Deinde cum dicit.

ARGI. *At vero non sine mutatione tempus esse videtur. nam cum ipsi nihil mente mutamur, aut non animaduertimus nos esse mutatos, non videtur nobis tẽpus fuiße. Quemadmodum nec hisce, quos ferũt in Sardo apud Heroas dormire, cũ fuerint experrecti. Coniungunt enim nunc ipsa, prius inquam, atque posterius vnumque faciunt mediũ ob sensus occupationem temporis excipientes. Vt igitur si non aliud, atque aliud sed vnum idemque nunc eßet, tempus sane non esset. sic et cum lateat aliud atque aliud esse mediũ ipsum non esse tempus videtur. Quod si tunc sit, vt tẽpus eße non arbitremur, cum nullã definimus mutationẽ, sed in vno atque indiuisibili anima manere videtur: cum vero senserimus definierimusq; mutationem, tunc tempus fuisse dicimus: patet profecto sine motu mutatione tempus nõ eße. Quæ cum ita sint, patet tempus nec motum esse, nec esse etiam absque motu.*

ANTI. *At vero neque sine motu tempus est: cũ enim nihil ipsi mutamur secundum intelligentiam, aut latet nos mutari, non videtur nobis fieri tempus, sicut neque his qui in Sardo fabulantur dormire apud Heroas cum expergiscuntur. Copulant enim primum Nunc, posteriori Nunc, & vnum faciunt, remouentes propter insensibilitatem medium. Vt igitur si non esset alterum nunc, sed idem & vnum, non esset tempus, sic & quando latet alterum esse non videtur quod medium est eße tempus. Si igitur opinari non eße tẽpus, tunc accidit nobis, cum non definimus, nec vnã mutationem; sed in vno indiuisibili videtur anima manere: cũ autem sentimus & determinamus, tunc dicimus fieri tẽpus: manifestum est, quod non est sine motu neque mutatione tempus. Quod igitur neque motus, neque sine motu tempus est, manifestum est.*

Ostendit quod tempus non est sine motu, quia, quãdo homines non mutantur secundum suam apprehensionẽ, aut si mutantur, tamen latet eos, tunc non vr eis, quod pertranseat aliquod tempus. Sicut patet in ijs, qui in Sardo, quæ est ciuitas Asiæ, dicũtur fabulose dormire apud Heroas, i. apud Deos. Animas. n. bonorũ & magnorum Heroas vocabant, & quasi Deos vocabant. vt Herculis, Bacchi & similium. Per incitationes enim aliquas aliqui insensibiles reddebantur, quos dicebant dormire apud Heroas, quia excitati quædam miracula se vidisse dicebant, & futura quædam prænunciabant. Tales autem redeuntes non percipiebant tps, quod præterierat, dum ipsi sic absorpti erant, quia illud instans primum, in quo dormire cœperant, copulabant posteriori nunc, in quo excitabantur; ac si essent vnum. medium enim tẽpus non percipiebant. Sicut igitur, si non esset aliud & aliud nunc, sed idem & vnum, non esset tẽpus mediũ. sic & quando latet diuersitas duorum nunc, non videtur tempus esse medium. Si ergo tunc accidit non opinari tempus, cum non percipimus aliquam mutationem, sed homini videtur quod sit in vno indiuisibili nunc, tunc autem percipimus fieri tempus, quando sentimus & determinamus. i. numeramus motum aut mutationem, manifeste sequitur quod tempus non sit sine motu, neque sine mutatione. Vltimo ergo concludit quod tempus non sit motus, nec sit sine motu. T.c.98.

LECTIO XVII.

Tempus, cum aliquid motus esse definieris, quid nam sit eius, latius manifestat.

Quoniam autem quidnã sit tempus quærimus, sumamus oportet hinc ordientes quidnã ipsius sit motus. nam simul motũ tempusque sentimus. Etenim, si tenebræ sint et nihil per corpus afficiamur, motus autem insint in anima, cõtinuo sane quoddam etiam simul fuiße tempus videtur. At cum tempus etiam quoddam videtur nobis fuisse, simul tunc & motus fuisse quidam videtur. Quibus efficitur, vt tempus aut motus sit, aut aliquid motus: cum igitur motus non sit, necesse est ipsum aliquid motus esse. ARGI.

Acceptandum autem quoniam quærimus quid sit tẽpus, hinc incipientibus, quidnã ipsius motus est. simul enim motum sentimus & tempus. Et nanque si sint tenebræ, et nihil per corpus patiamur: motus autem aliquis in anima fiat, subito simul videtur fieri quodammodo tempus. At vero & cum tempus videtur fuisse aliquod, simul & motus aliquis fuisse videtur. Quare, aut motus, aut aliquid motus est tempus: quoniam autem non est motus, necesse est motus aliquid esse ipsum. ANTI.

Postq̃ Philosophus disputatiue inquisiuit de tempore, hic incipit determinare veritatem. Et primo determinat veritatem de Tempore, Secundo mouet quasdã dubitationes circa veritatem determinatã, & soluit eas ibi. (Dignum aũt.) Circa primum duo facit. Primo de- Te.c6.130. terminat de tempore secundum se, Secundo per compa- T.c.114. rationem ad ea, quæ tempore mensurantur ibi. (Quoniam aũt est tempus, &c.) Circa primum tria facit. Primo manifestat quid sit tempus, Secundo quid sit nunc T.c.103. temporis ibi. (Et sicut motus semper, &c.) Tertio ex definitione motus assignat rationes eorum, quæ dicuntur de tempore ibi. (Quod quidem igitur tempus, T.c.108. &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit temporis definitionem, Secũdo manifestat eam ibi. (Signum autẽ.) Text.c.101. Prima pars diuiditur in tres particulas secundum tres partes definitionis temporis, quas inuestigat. Scd'a pars

incipit

T.c. 99. Secũda 101.

incipit ibi.(Quoniam autem quod mouetur,&c.) Tertia ibi.)Determinamus aũt &c. Primo. ergo inuestigat hãc particulam, ꝙ tp̃s est aliquid motus, vnde dicit, ꝙ quia inquirimus quid sit tp̃s, hinc incipiẽdum est, vt accipiamus ꝙ motus sit tp̃s. Et ꝙ tp̃s sit aliquid motus, p hoc manifestum est, ꝙ simul sentimus motũ & tp̃s: Cõtingit.n.q̃nque ꝙ percipimus fluxum tp̃is, quãuis nullum motũ particularem sensibilem sentiamus, vtpote, si simus in tenebris, & sic visu non sentimus motum alicuius corporis exterioris. & si nos non patiamur aliquã alterationem in corporibus nostris ab aliquo exteriori agente, nullum motum corporis sentiemus, & tamen, si fiet aliquis motus in anima nostra, puta secundum successionem cogitationum & imaginationum, subito videtur nobis ꝙ fiat aliquod tempus, & sic percipiendo quemcunque motum percipimus tempus, & similiter ẽ contra, cum percipimus tempus, simul percipimus motum. vnde cum non sit ipse motus, vt probatum est, relinquitur ꝙ sit aliquid motus.

Obiectio.

Habet autem dubitationem quod hic dicitur de perceptione temporis & motus. si.n. tempus consequatur aliquem motum sensibilẽ extra animam existentem, sequitur, ꝙ qui non sentit illum motum non sentiat tempus, cuius contrarium hic dicitur; si autem consequatur motum animæ, sequitur, quòd res non comparentur ad tẽpus nisi mediante anima, & sic tempus erit non res naturæ, sed intentio animæ ad modum intentionis generis, & speciei. Si aũt cõsequatur vniuersaliter omnem motum, sequitur, quod quot sunt motus, tot sint tempora, quod est impossibile, quia duo tempora non sunt simul, vt supra habitum est: Ad huius igitur euidentiam sciendũ est, ꝙ est vnus primus motus, qui est causa omnis alterius motus, vnde quæcunque sunt in esse transmutabili habent hoc ex illo primo motu, qui est motus primi mobilis. Quicunq. autem percipit quemcunque motum, siue in rebus sensibilibus existentem, siue in anima, percipit esse transmutabilib. & per consequens percipit primum motum, quẽ sequitur tempus. Vnde quicunque percipit quemcunq. motum, percipit tp̃s, licet tp̃s nõ cõsequatur nisi vnum primum motum, a quo omnes alij causantur & mensurantur, & sic remanet tñ vnum tempus. Secundo ibi.

Quo nam mõ tempus motus consequatur.

Tempus primum tancũ motum consequitur.

Cum aũt id, quod mouetur, ex quodam in quoddam proficiscatur: magnitudoq. omnis continua sit, motus profecto magnitudinem sequitur. Quia nanque magnitudo continua est, ideo & motus continuum est, at quia motus continuus est, & tempus continuum est. Quantitas enim est motus tantum & tempus semper fuisse videtur.

ANTI. T.c. 99.

Quoniã aũt quod mouetur, mouetur ex quodã in quiddã, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus. Propter id.n. quòd magnitudo continua est, & motus continuus erit, quia verò motus, & tempus. Quantus.n. motus est, tantum & tempus videtur fieri.

Inuestigat secũdam particulam positam in definitione tp̃is. Supposito.n. ꝙ tp̃s sit aliquid motus, consequẽs est ipsum, restat inuestigandum sm quid tempus consequatur motum, quia sm prius & posterius. Circa hoc ergo tria facit. Primo ostendit quõ in motu inueniatur prius & posterius, Secundo quõ prius & posterius se habet ad motum ibi, (Est aũt prius & posterius.) Tertio quòd tẽpus sequitur motũ scd̃m prius, & posterius ibi. (At verò & tempus.) Circa primum duo facit: Primo ostendit ꝙ continuitas est in tempore ex motu & magnitudine. Secundo, quòd etiam prius & posterius ibi, (Prius autem & posterius.) Dicit ergo primo, ꝙ omne quod mouetur, mouetur ex quodam in quiddam, sed inter alios motus, primus est motus localis, qui est a loco in locum secundum aliquam magnitudinem. Primum autem motum consequitur tempus. & ideo ad inuestigandum dè tempore, oportet accipere motum secundũ locum. quia ergo motus secundum locum est secũdum magnitudinem ex quodam in quiddam, & omnis magnitudo est continua, oportet ꝙ motus consequatur magnitudinem in continuitate, vt quia magnitudo continua est, & motus continuus est, & per consequens tempus etiam continuum est, quia quantus est motus primus, tantum fieri tempus videtur, non autem tp̃s mensuratur secundum quantitatem cuiuscunque motus, quia tardus non mouetur secundum paucum spatiũ in multo tempore, velox autem econuerso, sed solum quantitatem primi motus sequitur tempus. Secundo ibi.

Tertia 79. T.c. 100.

Infra.

ARGI.

Atqui prius & posterius in loco est primo, atq; positione. Cum vero in magnitudine sit, in motu quoq; similitudine rõnis prius esse posteriusue necesse est. At vero prius atque posterius in tempore etiam est, ex eo sane, quia semper alterum ipsorum alterum sequitur.

ANTI.

Prius autem & posterius in loco primum sunt: hæc autem positione sunt determinata. Quoniam autem in magnitudine prius & posterius est, necesse est in motu prius & posterius esse proportionaliter iis, quæ sunt ibi. At vero & in tempore est prius & posterius propter id, quia sequitur semper alterum ipsorum.

Ostendit etiam, ꝙ idem ordo consideratur in priori & posteriori. & dicit, ꝙ prius & posterius sunt prius in loco siue in magnitudine. & hoc ideo quia magnitudo est quantitas positionem habens. de ratione autem positionis est prius & posterius. vnde ex ipsa positione locus hẽt prius & posterius. Et, quia in magnitudine est prius & posterius, necesse est, ꝙ in motu sit prius & posterius proportionaliter his (quæ sunt ibi.) s. in magnitudine, & in loco. & per consequens etiam in tempore est prius & posterius, quia motus & tempus ita se habent, quod semper alterum eorum sequitur ad alterum. Deinde cum dicit.

ARGI.

Prius aũt in motu posteriusue, subiecto quidem est motus, ipso autem esse diuersum est, & non est motus.

ANTI.

Est aũt prius & posterius ipsorũ in motu, id qdẽ quod est motus est: tamen esse ipsius alterũ est, & nõ est motus.

Ostendit quõ prius & posterius se habent ad motũ. & dicit, quod prius & posterius ipsorum. s. temporis & motus, quantum ad id, quod est, motus est, tamen secũdum rationem est alterum a motu & nõ est motus. De ratione.n. motus est, ꝙ sit actus existentis in potentia, sed ꝙ in motu sit prius & posterius, hoc contingit motui ex ordine partium magnitudinis. Sic igitur prius & posterius sunt idem subiecto cum motu, sed differũt ratione. Vnde restat inquirendum, cum tempus sequatur motum, sicut supra ostensum est, vtrum sequatur ipsum inquantum est motus, an inquantum habet prius & posterius. Deinde cum dicit.

ARGI.

Atque tempus quoq; cognoscimus, cũ motum definimus, priore posterioreve definientes. Atq; tũc fuisse dicimus tẽpus, cum prius in motu posteriusue senserimus.

ANTI.

At vero & tempus cognoscimus, cum definimus motum, prius & posterius determinantes: & tunc dicimus fieri tempus, quando prioris & posterioris in motu sensum percipimus.

Ostendit ꝙ tempus sequatur motum ratione prioris & posterioris. Propter hoc.n. est ostẽsum ꝙ tẽpus sequitur motum, quia simul cognoscimus tempus & motum. secundum illud ergo tempus sequitur motum, quo cognito in motu cognoscitur tempus, sed tunc cognoscimus tempus, cum distinguimus determinando prius & posterius, & tunc dicimus fieri tempus, quando accipimus sensum prioris & posterioris in motu. Relinquitur quòd tempus sequitur motus secundum prius & posterius. Deinde, cum dicit.

ARGI.

Hoc aũt ipso definimus, quod aliud atque aliud ipsa, aliud quid inter ipsa medium esse, existimamus. Nam cũ

extrema alia, medio intelligimus esse, & anima ipsa nunc duo dicit, alterum prius, alterum posterius, tunc & hoc ipsum tempus dicimus esse. Quod.n. ipso nunc definitur, id tempus esse videtur, & supponitur. Cũ igitur ipsum nunc, vt vnum sentimus, & non aut vt prius in motu posteriusve, aut vt idem quidem, non autem prioris cuiuſdam, posterioriſve, tempus tũc nullum fuiſſe videtur, quoniam neque motus. Sed, cum prius sentimus atque posterius, tunc & tempus dicimus esse, hoc enim est Tempus, numerus motus per ipsum prius posteriusve. Non ergo tempus est motus, sed vt motus ipse numerum habet.

ANTI. T.c.101.

Determinamus aũt in accipiendo aliud & aliud ipsum & medium ipsorum alterum. Cum.n. altera extrema me dij intelligimus, et duo dicat anima ipsa, nunc hoc quidem prius, illud verò posterius, tunc & hoc dicimus esse tempus. Determinatum enim ipso nunc tempus esse videtur, & supponatur. Quando igitur tanquã vnũ ipsũ nunc sentimus, & nõ fit sicut prius et posterius in motu, aut vt idẽ quidem, non aũt prioris & posterioris alicuius, nõ videtur tempus fieri vllum nec motus. Cum autem prius & posterius est, tunc dicimus tempus, hoc.n. est Tempus, numerus motus secundum prius & posterius. Non ergo motus tẽpus est, sed secundum quod numerum habet motus.

Definitio temporis.

Ostendit ꝙ motus tempus sit, quia numerus motus. & hoc etiam ostẽdit eodem medio, s. ꝙ per cognitionẽ temporis, ex motu. Manifestum est.n. ꝙ tunc esse tẽpus determinamus, cum accipimus in motu aliud, & aliud, & accipimus aliquid mediũ inter ea. Cũ.n. intelligimus extrema diuersa alicuius medij, & anima dicat, illa esse duo nunc; hoc prius, illud posterius, quasi numerando prius & posterius in motu, tunc hoc dicimus esse tempus. Tempus.n. determinari videtur ipso nunc, & hoc supponatur ad præsens, quia postea erit magis manifestum. Quando igitur sentimus vnum nunc, & nõ discernimus in motu prius & posterius: accipimus idem nunc non vt finem prioris, & principium posterioris: non videtur fieri tempus, quia neq; est motus, sed cum accipimus prius & posterius, & numeramus ea, tunc dicimus fieri tẽpus. & hoc ideo, quia tps nihil aliud est, ꝗ numerus motus sm prius & posterius. tempus.n. percipimus, vt dictum est, cũ numeramus prius & posterius in motu. Manifestum est ergo, ꝙ tempus non est motus, sed sequitur motum secundum ꝙ numeratur. Vnde est numerus motus. Siquis autem obijciat contra prædictam definitionem, ꝙ prius & posterius tempore determinantur, & sic definitio est circularis: Dicendum est ꝙ prius & posterius ponuntur in definitione temporis, secundũ ꝙ causantur in motu ex magnitudine, & non secundũ ꝙ mensurantur ex tempore. & ideo supra Aristoteles ostendit, ꝙ prius & posterius prius sunt in magnitudine, quàm in motu, & in motu quam in tempore, vt hæc obiectio excludatur. Deinde cum dicit.

Obiectio Galeni. Responsio.

ARGY.

Id ita esse hoc indicat signum. nam plus quidem & minus numero, plurem verò minorem ve motum, tempore solemus discernere. Tempus ergo numerus quidam est.

ARGI. T.c.102.

Signum est autem. plus enim & minus iudicamus numero: motum autem plurem & minorem tempore: Numerus itaque quidam tempus est.

Manifestat prædictam definitionem dupliciter. Primo quidem quodam signo: id enim quod aliquid iudicamus plus & minus, est numerus eius: sed motum iudicamus plurem & minorem tempore, tempus igitur est numerus. Secundo ibi.

ARGY.

Cum verò duplex sit numerus: (nam & id, quod numeratur, ac numerabile, & id, quo numeramus numerum dicimus:) id quod numeratur, non id quo numeramus, est tempus. Sunt autem id, quo numeramus, et id, quod numeratur, non eadem, sed diuersa.

ANTI.

Quoniam autem numerus est dupliciter, (& namque quod numeratur, & numerabile numerum dicimus, & quo numeramus,) tempus autem est quod numeratur, & non quo numeramus: est autem alterum quo numeramus & quod numeratur.

Manifestat quod dictum est per distinctionẽ numeri. & dicit, ꝙ numerus dicitur dupliciter. Vno modo id quod numeramus actu, vel quod est numerabile, vtpote cum dicimus decem homines vel decem equos, qui dicitur numerus numeratus: quia est numerus applicatus rebus numeratis. Alio modo dicitur numerus quo numeramus, i. ipse numerus absolute acceptus, vt duo, tria quatuor. Tempus autem non est numerus, quo numeramus: quia sic sequeretur, ꝙ numerus cuiuslibet rei esset tempus, sed est numerus numeratus, quia ipse numerus prioris & posterioris in motu tempus dicitur, vel etiam ipsa, quæ sunt prius & posterius numerata, & ideo licet numerus sit quantitas discreta, tempus tamen est quantitas continua, propter rem numeratam, sicut decem mensuræ panni quoddam continuum est, quamuis denarius numerus, sit quantitas discreta.

LECTIO XVIII.

Quo pacto nunc ipsum idem, vel non idem sit in toto tempore; quomodo item Tempus respiciat, contineat, vel distinguat, exactissima redditur ratio.

ARGY.

Atque vt motus alius est, atque alius est, sic & tẽpus. Tempus autem omne, quod est simul, est idem. Nã ipsum nunc idem est subiecto: esse autem ipsius, diuersum est.

ANTI. Text.c.103.

ET sicut motus semper alius est & alius, sic & tẽpus. Quod autem simul omne tempus, idem est. Ipsum enim nunc idem est secundum id, quod est: esse autem ipsi alterum est. Ipsum autem nunc Tempus mensurat secundum quod prius & posterius est.

T.c.104.

Postquam Philosophus ostẽdit quid est tempus, hic determinat de Nunc. & primo ostendit vtrum sit idem Nunc in toto tempore vel aliud & aliud, quod supra in dubitatione positum fuit. Secundo ex hoc vlterius assignat rationem eorum, quæ dicuntur de Nunc ibi. (Manifestum autem est, & cætera.) Circa primũ tria facit. Primo ponit, ꝙ nunc quodammodo est idem, & quodammodo non est idem. Secundo exponit quod dixerat ibi (Ipsum autem nũc.) Tertio probat ibi. Sequitur enim sicut dictum est.) Dicit ergo primo, ꝙ cum tẽpus sit numerus motus, sicut partes motus sunt semper aliæ & aliæ, ita & partes temporis. sed illud, quod simul existit de toto tempore, est idem. s. ipsum nunc, Quod quidem secundum id; quod est, idem est, sed ratione est alterum, secundum quod est prius & posterius, & sic Nũc mensurat tempus non secundum ꝙ est idem subiecto, sed secũdum ꝙ ratione est alterum & alterum, & prius & posterius. Secundo ibi.

T.c.105. Tex.c.104. Secũda 104.

ARGY.

Atque sic est idem tum non est idem. Nam vt est quidem in alio atque alio, differt. Atque hoc pacto, est ipsum nunc, subiecto verò est idem.

ANTI.

Ipsum aũt nunc, est quidem sicut idem, est vero sicut non idem. Secundum quidem enim quod in alio & alio alterum est. (Hoc verò erat ipsi nunc.) quod verò aliquando ens est, ipsum Nunc idem est.

Exponit quod dixerat & dicit, ꝙ ipsum Nunc, quodammodo semper est idem, & quodammodo non idẽ, in quantum enim semper consideratur vt aliud & aliud secundum successionem temporis & motus, sic est alterum, & non idem, sed secundum ꝙ consideratur in se, sic est idem. & hoc est qđ supra diximus, ꝙ ipsi est esse alterũ. Nã hoc est esse ipsi nunc, id est secundũ hoc accipitur ratio ipsius, vt consideratur in decursu temporis & motus, sed in quantum ipsum nunc est quoddam ens, sic est idem subiecto. Tertio ibi.

Etenim motus magnitudinem sequitur, & tempus motum

tum, vt diximus: Quo fit, vt & id, quod fertur quo motũ, & prius in ipso, posteriusve cognoscimus, punctum sequatur. Hoc igitur subiecto quidem est idem (est. n. aut punctũ, aut lapis, aut aliquid aliud tale.) Ratione verò diversum, perinde atque Sophistæ Coriscum in lyceo, Coriscum in foro esse, sumunt esse diversa: & hoc igitur vt alibi est atque alibi, est diversum. At ipsum nunc sequitur id, quod fertur, perinde atque tempus sequitur motum. Ipso namq; quod fertur, prius in motu, posteriusve cognoscimus. Prius vero posteriusve vt numerabile est, ipsum profectò est nunc. Quare & hoc ipsum subiecto quidem est idem. Et enim prius aut posterius quod est in motu. Ipso autem esse diversum est. prius nanque posteriusve vt numerabile est, ipsum est Nunc.

ANTI.

Sequitur enim sicut dictum est, magnitudinem motus, hunc autem tempus, sicut diximus, & similiter igitur punctum id, quod fertur, quo motum cognoscimus & prius in ipso & posterius. hoc quã quidem quodcũque ens est, idem est, punctum enim aut lapis, aut aliquid aliud huiusmodi est: ratione autem aliud est. sicut Sophistæ accipiunt alterum, Coriscum in theatro esse, & Coriscum in foro, & hoc igitur in eo quod alibi et alibi, est alterum. Id autem, quod fertur, sequitur ipsum nũc, sicut tempus motum. Eo enim quod fertur cognoscimus & prius & posterius in motu. Secundum autem quod numerabile, & prius & posterius ipsum nunc est. Quare & in his, quod quidem ens nunc est, idem est. prius enim & posterius est quod in motu; ipsum autem esse alterum. Secundum enim quod numerabile est prius & posterius ipsum nunc est.

Probat quod dixerat. Et primo probat, ꝙ Nunc est idẽ subiecto, sed alterũ & alterum rõne. Scdo, ꝙ ipsum Nũc mẽsuret tp̃s ibi. (Et notũ aũt maxime) Dicit ergo primo, ꝙ sicut supra dictum est, motus q̃tũ ad cõtinuitatẽ, & prius & posterius sequit̃ magnitudinẽ, & tp̃s motũ, sicut dictũ est. Imaginamur igitur ẽm Geometras, ꝙ pũctus motus faciat lineã, similiter oportebit aliqd esse idẽ in tp̃e, sicut est aliquid in motu. Si aũt punctum motũ suo motu faciat lineam, ipsum punctũ, qđ fertur, est quo cognoscimus motũ, & prius & posterius in ipso. Non. n. motus percipit̃ n. si ex hoc, qđ mobile aliter & aliter se hẽt. & ẽm id, qđ pertinet ad p̄cedentẽ dispositionẽ mobilis, iudicamus prius in motu: ẽm aũt id, qđ ptinet ad sequentẽ dispositionẽ mobilis, iudicamus posterius in motu. Hoc ergo quod mouetur, quo motum cognoscimus & discernimus prius & posterius in ipso, sive sit punctum sive sit lapis, sive quodcunque aliud, & ex ea parte, qua est quoddam ens, quodcunq; sit, est idẽ .s. subiecto, sed rõne est alterum: & hoc modo Sophistę vtuntur altero, cum dicunt, Coriscum alterum esse in theatro, & in foro, sic arguentes secũdum sophisma accidẽtis. Esse in foro est aliud ab eo, quod est in theatro: sed Coriscus est nunc in foro, nunc in theatro: ergo est alius a se. Sic igitur patet, ꝙ id, quod mouetur, est alterum ẽm rõnem in eo quod est alibi & alibi, licet sit idẽ subiecto, sed sicut tp̃s sequitur ad motum, ita ipsũ nunc sequitur ad id, quod fertur, & hoc probat, quia per mobile cognoscimus prius & posterius in motu. cum enim inuenimus mobile in aliqua parte magnitudinis, per quam mouetur, iudicamus, quòd motus, qui fuit per vnam partem magnitudinis prius præteriit, & per aliam partem magnitudinis posterius sequitur. & similiter in numeratione motus, quæ fit per tp̃s, id quod distinguit prius & posterius t p̃is, est ipsum nunc, quod est terminus præteriti, & principiũ futuri. Sic igitur nunc se habet ad tp̃s, sicut mobile ad motum, ergo ẽm commutatam proportionem, sicut tẽpus ad motum, ita & nunc ad mobile. vnde, si mobile in toto motu est idem subiecto, sed differat ratione, oportebit ita esse, & in nunc, ꝙ sit idem subiecto & aliud rõne, quia illud, quod discernitur in motu prius & posterius, est idem subiecto, sed alterum ratione. s. mobile, & id, secundum quod numeratur prius & posterius in tempore, est ipsum nunc. Ex hac autem consideratione de facili potest accipi intellectus æternitatis. Ipsum. n. nunc inquantum respondet mobili se habenti aliter & aliter, discernit prius et posterius in tẽpore, et suo fluxu tempus facit, sicut punctus lineam. Sublata igitur alia et alia dispositione a mobili, remanet substãtia semper eodẽ modo se habẽs. Vnde intelligitur nunc, vt semper stans, et non vt fluens, nec habens prius et posterius. Sicut igitur nunc temporis intelligitur, vt numerus mobilis, ita nunc æternitatis intelligitur vt numerus, vel potius vt vnitas rei, semper eodẽ modo se habentis. Secundo ibi.

Aeternitatis intellectus.

ARGI.

Est etiã hoc maxime notũ. Nã & motio ob id, quod mouetur, & latio ob id, quod fertur, est nota. Est enim hoc aliquid id quod fertur, motus verò non est. Est igitur, tum idem id, quod nunc dicitur semper, tum non idem, quippe cum, & id quod fertur, tales subeat modos.

ANTI.

Et notum maxime hoc est. Etenim motus est propter id quod mouetur, & loci mutatio propter id quod fertur: hoc aliquid. n. est quod fertur, motus autem, non. Est igitur sicut idem ipsum, quod nunc dicitur, semper: est autem sicut non idem & nanque est similiter, quod fertur.

Ostendit vnde habeat mensurare nunc tempus, et dicit, quod hoc ideo est, quia id, quod est maxime notum in tempore nunc est. & vnumquodque mensuratur per id, quod est maxime notum sui generis, vt dicitur in to. Me. a. & hoc ẽt ostendit ex habitudine motus ad mobile. quia motus cognoscitur per id, quod mouetur, & loci mutatio per id, quod localiter fertur, quasi minus notum per magis notum. quod ideo est, quia id, quod mouetur (est hoc aliquid) .i. res quædam per se s̃tãs, quod non conuenit motui. vnde mobile est notius motu, & per mobile cognoscitur motus. & similiter tempus per ipsum nunc: & sic concludit conclusionem principaliter intentam, ꝙ id, quod dicitur nunc, semper est idem quodammodo, & quodammodo non, quia similiter est de mobili, vt dictum est. Deinde, cum dicit.

Lectu. 2. in princ.

ARGVI.

Patet etiam nunc ipsum non esse, si tempus non sit, & tempus non esse, si non sit ipsum nunc. Nam vt simul sunt id quod fertur, & latio, sic & numerus eius quod fertur, & numerus ipsius etiam lationis sunt simul. Est enim tẽpus quidem numerus lationis. Ipsum autem nunc eius quod fertur, perinde atque vnitas numeri.

ANTI. Tex. c. 105.

Manifestum est autẽ, quòd nisi tempus sit, ipsum nunc non erit, & si ipsum nunc non erit, tempus non erit. Sicut enim simul sunt, quod fertur, & loci mutatio, sic & numerus, qui est eius quod fertur, & qui est loci mutationis. Tẽpus enim est loci mutationis numerus: ipsum autem nunc est, vt quod fertur: vt vnitas numeri.

Assignat rationem eorum, quæ dicuntur de Nunc, & primo eius, quod dicitur, quòd nihil est temporis nisi nunc: secundo eius quod dicitur, ꝙ nunc diuidit & continuat temporis partes ibi. (Et continuum autem.) tertio eius quòd dicitur, quòd nunc non sit pars temporis ibi. (Et adhuc manifestum.) Dicit ergo primo, manifestum esse qđ, si non sit tempus, non erit nunc, & si non erit nunc, non erit tempus. & hoc ex habitudine motus ad mobile. Sicut enim loci mutatio, & id, quod fertur, sunt simul, sic & numerus eius quod fertur, simul est cum numero localis motus, sed tempus est numerus loci mutationis, ipsum autem nunc comparatur ad id, quod fertur, non quidem sicut numerus (quia nunc indiuisibile est) sed sicut vnitas numeri. relinquitur igit̃, quod tempus & nunc non sunt sine inuicem. Attendendum est autem, quod tempus semper comparatur loci mutationi, qui est primus motuum. tempus enim est numerus primi motus, vt dictum est. Secundo ibi.

Infra.

T. c. 107.

Nota.

ARGI. *Est præterea tempus ipso nunc continuum, atq; diuisũ Hoc enim ad lationem, & ad id, quod fertur, accommodatur. Nam motus ac latio vna est, ipso sane, quod fertur, propterea quod vnum est, & non subiecto (sic enim intercapedines esse possunt) sed ratione. Distinguit etiam hoc priorem posterioremque motum.*

ANTI. *Et continuum tempus est ipsi nunc. & diuiditur secundum ipsum nunc. Sequitur enim hoc ad loci mutationem & ad id, quod fertur. Motus. n. & loci mutatio vna est ab eo quod fertur, quia vnum & non quodcunque ens (& .n. deficeret) sed ratione. & nanque determinat priorem & posteriorem motum hoc.*

Assignat rationem eius quod dicitur, quod tempus continuatur, & diuiditur ſm nunc. Et primo ex parte motus & mobilis. Secundo ex parte lineæ & puncti ibi. (Sequitur autem & hoc) Dicit ergo primo, quod iam ex dictis patet, quod tps est cõtinuum ipsi nunc, i. continuatur per ipsum, & diuiditur per ipsum. Et hoc etiam cõsequens est ad id, quod inuenitur in loci mutatione, cuius numerus est tempus, & in eo quod fertur secundũ locum, cui respondet ipsum nũc. Manifestum est enim quod omnis motus habet vnitatem ab eo, quod mouetur, quia. s. id quod mouetur est vnum & idem manens in toto motu, & non est indifferenter id, quod mouetur vno motu manente, quodcunque ens, sed illud idem ens, quod prius incepit moueri, quia, si esset aliud ens, quod postea moueretur, deficeret primus motus, & esset alius motus alterius mobilis. Et sic patet, quod mobile dat vnitatem motui, quæ est eius continuitas. Sed verum est, quod mobile est aliud & aliud secundum rõnem, & per hunc modum distinguit priorem, & posteriorem partem motus, quia secundum quod consideratur in vna ratione vel dispositione, cognoscitur, quod quæcunque dispositio fuit in mobili ante illam assignatam, pertinebat ad priorem partem motus, quæcunque autem post hanc erit, pertinebit ad posteriorem. Sic ergo mobile, & continuat motum, & distinguit ipsum, & eodem modo se habet nunc, ad tempus. Secundo ibi.

ARGY. *Atque hoc etiam accommodatur quodammodo pũcto, & .n. punctum & continuat longitudinem, & distinguit, nam huius principium est illius finis. Verum, cũ hoc pacto quispiam ipsum sumit, vt ipso tanquam duobus vtatur, tunc stetur necesse est, si punctum idem principium erit ac finis. Ipsum autẽ nunc, quia id, quod fertur mouetur, aliud est atque aliud semper. Quare tempus est numerus, non hoc sane quod nũc ipsum perinde atq. punctum idem principium sumitur, atque finis, ob id porro quod antea diximus, tunc enim erit vsus medij puncti, tanquam duorum. Quare fiet, vt stetur. Sed hoc potius, quod eam in hoc ipsa nunc subeunt rationem, quam extrema lineæ in eadem, atque non vt partes.*

ANTI. T.c.106. *Sequitur autem & hoc quodammodo ad punctum, & punctum enim continuat longitudinem, & determinat. est. n. huius quidem principium, illius aũt finis. Sed cum sic quidem accipiat aliquis, tanquam duobus vtens vno, necesse est stare, si principium & finis idem punctum erit. Ipsum autem nunc propter id, quod mouetur quod fertur, sẽper alterum est. Quare tempus numerus est, non sicut eiusdem puncti, quia est, & principium & finis, sed sicut vltima eiusdẽ magis, & non sicut partes, & propter quod dictum est, medio enim puncto, tanquam duobus vtetur. Quare quiescere accidet.*

Assignat eiusdem rõnem ex parte lineæ & puncti. & dicit, ꝙ hoc quod dictum est de tempore & Nunc, consequitur quodammodo ad id, quod inuenitur in linea & puncto, quia punctum continuat lineã, & distinguit ipsam in quantum est principium vnius partis, & finis alterius. Sed tamen differenter se habet in linea, & puncto, & tempore, & nunc. quia punctum est quoddam stãs, & linea similiter. vnde potest homo accipere idem pũctum bis, & vti eo vt duobus, vt scilicet principio & fine, & cum sic vtimur puncto vt duobus, accidit quies, sicut patet in motu reflexo, in quo id, qđ erat finis primi motus, est principium secundi motus reflexi. Et propter hoc probatur infra in Octauo, quod motus reflexus, non est continuus, sed intercedit quies media. sed ipsum nunc non est stans, propter id, quod respondet mobili, quod semper fertur durante motu, & ꝑ hoc oportet nunc esse semper alterum & alterum secũdum rõnẽ, vt supra dictũ est. Et ideo, cum tempus sit numerus motus, nõ hoc modo numerat motum, quod aliqđ idem tpis accipiatur, vt principium vnius, & finis alterius, sed magis numerat motum accipiendo duo vltima temporis, s. duo nunc, quæ tamen non sunt partes eius. Et quare competat iste modus numerandi in tempore magis quam alius, quo per punctum numerantur partes, in quantum est principium & finis, ratio est, quæ dicta est. quia ſm hunc modum vtitur aliquis puncto, vt duobus, & sic accidit quies media, quæ non potest esse in tempore & motu. Non tamen intelligendum est per id quod dicitur, quod idem nunc nõ sit principium futuri & finis præteriti, sed quod non percipimus tempus numerando motum per vnum nunc, sed magis ꝑ duo. vt dictum est, quia sequeretur, quod in numeratione motus idem nunc sumeretur bis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet enim neque nunc ipsum, temporis esse partem, neque diuisionem motus. Quemadmodum neque puncta sũt lineæ partes, sed duæ lineæ semper. Ipsum igitur nunc, vt est quidem finis tempus non est, sed accidit, vt autem numerat numerus est. Nam fines quidem illius sunt solum cuius sunt fines. Numerus autem horum equorum, denarius inquam, & alibi etiam est.*

ANTI. T.c.17. *Et adhuc manifestum, quod nulla pars ipsum nunc temporis est. neque diuisio motus sicut neque puncta lineæ. lineæ enim duæ partes vnius sunt. Secundũ quidẽ igitur, qđ est terminus, ipsum nunc non est tempus, sed accidit, secundum vero quod numerat, numerus. Termini quidem enim illius solum sunt cuius sunt termini. Numerus autem qui est horum equorum decem, alibi & alibi est.*

Assignat rationem eius quod dicitur, quod nunc nõ est pars temporis, & dicit manifestum esse, ꝙ nunc non est pars temporis, sicut neque id, per quod distinguitur motus, nõ est pars motus, s. aliqua diuisio signata in mobili, sicut etiam nec puncta sunt partes lineæ, duæ enim lineę sunt partes vnius lineę. Manifestat autem proprietates ipsius tẽporis ex motu & linea, quia, sicut dictum est supra, motus est continuus propter magnitudinem, & tempus propter motum. Concludit ergo finaliter, quod ipsum nunc secundum quod est terminus quidã, non est tempus, sed accidit ipsi, vt terminus terminato, sed secundum quod tempus numerat alia, sic & nunc est numerus aliorum quam tẽporis. Et huius ratio est, quia terminus non est nisi eius cuius est terminus, sed numerus potest esse diuersorum, sicut numerus decem equorum, numerus est & aliarum rerum. Sic igitur nũc non est terminus solius temporis, sed est numerus omnium mobilium, quę mouentur in tempore.

LECTIO XIX.

Quisnam numerus motus tempus sit, nonnullorum etiam de ipso dictorum rationes redduntur.

ARGI. *Patet igitur tempus numerum esse motus per prius posteriusque, & cõtinuum ẽt esse, cum sit continui numerus, vti diximus. Numerus autem minimus absolutus quidem est dualitas, inquam, ipsa, quidam aũt partim est, partim non est. veluti lineæ multitudine quidem, minimus est, duæ inquam lineæ aut vna, magnitudine aũt esse non*

potest

potest: omnis namq; linea diuiditur semper; Quare similiter & tempus: numero quidem minimum vnum vel duo magnitudine vero non est.

ANTI. Tex.c.108.

QVod quidem igitur tempus numerus motus secundū prius & posterius sit, & continuum, (continui namque) manifestum est. Minimus autem numerus, quidam simpliciter quidem est, vt dualitas est: quidam autem numerus est, qui est quidem sic, est autem tanquam non sic: vt lineæ minimū multitudine quidē est duæ, aut vna, magnitudine autem non est minimū: semper enim diuiditur omnis linea. Quare similiter, & tempus. minimum enim quidem est secundum numerum vnum aut duo, secūdum vero magnitudinem non est.

Postquam Philosophus definiuit tempus, hic ex definitione data reddit rationē eorum, quæ dicūtur de Tēpore. Et circa hoc quatuor facit. Primo ostēdit quomodo in tempore inuenitur minimum, & quomodo non. Secūdo quare tempus dicitur multum & paucum, breue, & longum, non autem velox, et tardum ibi. (Manifestum autem propter quid.) Tertio ostendit, qūo tempus sit idem, et qūo nō, ibi. (Et idem autē vbiq.) Quarto qūo tempus cognoscitur motu, et econtra ibi. (Non solum autem motu.) Dicit ergo primo ꝙ manifestum est ex definitione temporis prius data, ꝙ tempus est numerus motus secundum prius et posterius, vt supra expositum est. & iterum manifestum est ex præmissis, ꝙ tempus est quoddam continuum. licet autem non habeat continuitatē ex eo quod est numerus, habet tamē continuitatem ab eo, cuius est numerus: quia est numerus continui. s. motus, vt supra dictum est. Non est autē tempus numerus simpliciter, sed numerus numeratus. In numero autē simpliciter est inueniri aliquem minimum numerū. s. dualitatem. Sed si accipiamus numerū quendam, s. numerum alicuius rei cōtinuæ, quodammodo est inuenire minimum, & quodammodo non: quia secūdum multitudinem est inuenire minimum, non autem secundum magnitudinē: sicut in multis lineis secūdum multitudinē quidem est minimum, vt vna linea, vel duæ, vna quidem si accipiatur id, quod est minimū simpliciter in numero: duæ autem, si accipiatur id, qđ est minimum in genere numeri, habens rationē numeri. Sed in lineis non est inuenire minimum secundum magnitudinem, vt sit, s. aliqua linea minima, quia semꝑ est diuidere quamcūque lineā, Et similiter dicendū est de tempore, quia est inuenire in eo minimum secundū multitudinem. s. vnum vel duo, vt puta aut vnum annū, aut duos annos, aut duos dies, aut horas; sed minimum secundum magnitudinem nō est inuenire in tempore, quia cuiuslibet temporis dati est accipere partes, in quas diuiditur. Secundo ibi,

In numero simpliciter est inuenire aliquem minimum numerū. s. dualitatem, in numero autē tali quandoque sic, quandoque autem non.

T.c.109. T.c.110. T.c.111.

ARGI.

Perspicuum etiam est, & cur velox quidem ac tardū non dicitur; multum autem & paucum, & longū ac breue dicitur: quo nãque continuum est hoc longū & breue: quo vero numerus est, hoc multum ac paucum dicitur. Velox autem & tardum non est, quippe cum neque numerus quo numeramus velox vllus sit, atque tardus,

ANTI. T.c.109.

Manifestum est autem, propter quid tardum & velox non dicitur, multū autem & paucum, & breue & longū. secundum.n. quod continuum est, longū, & breue dicitur: secundum autem quod numerus, multum & paucum. velox autem & tardum non est, neque enim numerus, quo numeramus, velox & tardus vllus est.

Assignat rationem, quare tempus non dicitur tardū aut velox, sed dicitur multum & paucum, breue & longum. Iam enim ostensum est, quod tempus & numerus est, & continuum est. in quantum ergo est continuum, dicitur tempus, & longum & breue, sicut & linea. in quātum autem numerus est, dicitur & multum & paucum. Esse autem & velox & tardum nullo modo cōpetit numero, neque numero simpliciter, vt manifestum est, neque etiam potest conuenire numero alicuius rei. Nam esse velox vel tardum dicitur de aliquo secūdum quod est numeratum. dicitur n. velox motus, eo ꝙ paruo tempore numeratur: tardū aūt econtra. vñ manifestum est, quod tempus nullo modo potest dici velox vel tardū. Tertio ibi

ARGY.

Est etiam idem simul vbique, non est autem idem tempus prius posteriusue, quoniam & mutatio præsens quidē est, vna facta vero futuraque alia. Tempus autem numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur. Atque hoc sane aliud est prius atque posterius semper. nam ipsa nunc alia sunt, vt patet; Est autem vnius idemque numerus centum hominum, cētumque equorum, at ea quorum est numerus, equi inquam & homines sunt diuersa.

ANTI. Tex.c.110.

Et idem vbique simul. prius autem & posterius non idem, quia & mutatio præsens quidem vna est, facta aūt & futura altera est. Tempus autem numerus est, nō quo numeramus sed quod numeratur, vel numeratus. Huic accidit prius & posterius semper esse altera: ipsa enim nunc semper altera. Est autem numerus vnus quidē & idem qui est centum equorum, & qui est centum hominum: quorū aūt numerus est, altera sunt vt equi ab hoīb.

Ostendit qūo tempus sit idem, & qūo non idem. Et primo qūo sit idem vel non idem simpliciter. Secundo qūo sit idem secundum quid, ibi. (Amplius sicut contingit.) Dicit ergo primo quod tempus simul existens est idem vbique. i. respectu omniū quæ mouentur vbique, non enim diuersificatur secundū diuersa mobilia, sed diuersificatur secundum diuersas partes eiusdem motus. Et ideo tempus prius, & posterius non est idem. & hoc ideo, quia prima mutatio præsens, cuius primo & principaliter numerus tempus est, vna est. sed huius mutationis altera pars est, quæ iam facta est & pertransijt, & altera, quæ futura est. Vnde, & tempus alterum est. quod prius fuit, & alterū quod futurū est, & hoc ideo, quia ipsa non est numerus simpliciter, sed numerus alicuius rei numeratæ, i. prioris & posterioris in motu. & huic numero sp accidit esse alterū, & prius, & posterius ꝑꝑ hoc, quod ipsa nunc secundum ꝙ se habent prius & posterius semper sunt altera: si autem esset numerus simpliciter, tunc esset idē tempus, & mutationis quæ ꝑterijt: & eius quæ futura est; qa numerus simpliciter est vnus & idē diuersorū numeratorū, & vt centū equorū & centum hominum; sed numerus numeratus est alius diuersorū. centum enim equi sunt aliud quid a centum hominib. & quia tempus est numerus prioris, & posterioris in motu, nam alia sunt, quæ in motu se habent vt prius, secundū id, qđ præterijt de motu, & alia vt posterius, secundum id qđ sequitur: propter hoc est aliud tempus præteritum, & aliud futurum. Secundo ibi.

ARGI.

Præterea vt motus idem ac vnus, iterum atq: iterū esse potest, sic & tempus idem vnumque esse potest, velut annus, ver, autumnus.

ANTI. Tex.c. 111.

Amplius sicut contingit motum esse eundem & vnū iterum, & iterum, sic & tempus contingit, vt hyemem, aut ver, aut autumnum.

Ostendit qūo tempus reiteratur idē, secundum quid. Et dicit, quod sicut reiterari vnum & eundem motum contingit, sic cōtingit reiterari vnum & idem tempus. reiteratur. n. idē motus specie, sed non numero: quia ab eodem signo arietis, a quo primo mouebatur Sol, & postea mouebitur. Et ideo sicut prius fuit hyems, aut ver aut æstas, aut autumnus, ita erit postea, non quidem vnum numero, sed specie. Deinde, cum dicit.

Atqui non solum tēpore motū; sed etiam tempus motu metimur, ex eo sane quia a sese vicissim definiūtur. Nā tempus quidē definit motum, quippe cum sit ipsius numerus, vti diximus, motus autē tempus. Atq; multum paucum

cum ve dicimus tẽpus, motu metiẽtes ipsum, pertude atq; numeris re numerabili num-*rabimus, vt vno equo numerum ipsum equorum. Etenim numero quidẽ multitudinẽ equorum. vno autem equo numerum ipsum rursus equorum cognoscimus: simul ter fit & in tempore, atque motu. Tempore namque motum, motu vero tempus metimur.*

ANTI. T.c.111. *Non solum autem motum tempore, metimur sed motu tempus, propterea quod definiuntur se inuicem. Tẽpus quidem enim determinat motum, cum sit numerus ipsius: motus aũt tempus, Et dicimus multum aut paucum esse tempus, motu mẽsurantes, sicut & numerabilibus numerum. Numero quidem equorum multitudinem cognoscimur. Iterum autem, vno equo equorum numerum ipsum: similiter autem, & in tempore, & motu est. Tempore quidem enim motum, motu autem tempus mensuramus.*

Ostendit, quod sicut motum cognoscimus tẽpore, ita & tẽpus motu. & hoc primo ex ratione numeri & numerati. Secundo ex similitudine magnitudinis motus ibi. (Et hoc rationabiliter, &c.) Dicit ergo primo, quod non solum mensuramus motum per tempus, sed etiam mensuramus tempus per motum, propter hoc, quod inuicem definiũtur, oportet enim accipere quantitatem vnius, secundũ quantitatẽ alterius: quod enim tempus determinet motum ex hoc contingit, quia est numerus ipsius. sed econtra motus determinat tempus quo ad nos: percipimus enim interdum quantitatem tẽporis ex motu, vtpote, dicimus tempus esse multum vel paucum secundum mensuram motus nobis certã: quia & ipsum numerum aliquando per numerabilia cognoscimus & econtra. Cognoscimus enim numero equorũ multitudinem; & iterum vno equo cognoscimus numerum equorum. Non enim sciremus quot sunt milliara, nisi sciremus quod est milliare. Et similiter est in tempore & motu. quia cum est nobis certa quantitas temporis, quantitas autem motus ignota, tunc tempore mensuramus motum, & econtra, quando motus est notus, & tempus ignotum. Secundo ibi.

ARGY. *Idq; accidit non sine ratione profecto. Sequitur. n. magnitudinẽ motus; & tempus motũ hoc sane, quo quanta & continua atq; diuisibilia sunt. Quia nanque magnitudo est talis, ideo motus his est effectus, tempus aũt ob motũ est tale. Atque metimur & magnitudinem motu, & magnitudine motũ. Nã si ambulatio multa sit, viam multam dicimus esse: & hanc rursus multam, si via sit multa. Similiter & tempus si motus, & motum, si tempus.*

ANTI. T.c.113. *Et hoc rationabiliter accidit. Imitatur enim magnitudinem quidem motus, hunc autem tempus, eo quod quanta & continua sint & diuisibilia. propter magnitudinẽ enim esse huiusmodi motus hæc sustinet, propter autem motum tempus. Et mensuramus magnitudinem motu, & motum magnitudine. multam enim dicimus esse viam, si processus multus; & hunc multum si via multa. Sic igitur, & tempus, si motus, & motum si tempus.*

Ostendit idem ex comparatione motus ad magnitudinem, & dicit, quod rationabiliter accidit, quod dictũ est de Tempore, & Motu, quia sicut motus magnitudinem imitatur in quantitate, & continuitate & diuisibilitate, ita & tempus imitatur motum. hæc enim in motu inueniuntur propter magnitudinem, & in tempore propter motum. Mensuramus autem magnitudinem per motum, & motum per magnitudinẽ: dicimus enim multam esse viam, quando percipimus motũ nostrum fuisse multum, & econtra, quando consideramus magnitudinem viæ, dicimus, & motum nostrum fuisse multum. Et ita etiam de tempore, & motu est, vt supra dictũ est.

LECTIO XX.

Quid sit in tempore esse. Quæ sint ea, quæ sunt in tempore, & quæ non sunt in tempore, tempusque vt motuum ita & quiescentia mensurare.

Cum autem tempus mensura sit motus, ipsiusque mouendi, mensuraret autem motum definiẽdo motum aliquem, qui metietur totum, vt longitudinem vlna metitur definiendo magnitudinem aliquam, quæ totam longitudinem metietur: patet & motum in tempore esse, hoc esse sane, ipsum inquam, & esse ipsius tempore mensurari. Nam si mul & motum, & esse motus metitur, & hoc est ipsum in tempore esse mensurari ipsius esse. ARGY.

Quoniam autem est tempus mensura motus, & eius quod est moueri. mensurat autem sic motum in determinando quẽdam motum, quo mensurabit totum, sicut longitudinem cubitus, in determinando aliquam magnitudinem, quæ metitur totum. Et est motui in tempore esse mensurari tempore, & ipsum, & esse eius. Simul enim & motum, & esse motus mensurat; & hoc est ipsi in tempore esse, mensurari ipsius esse. ANTI. T.c.114.

Postquam Philosophus determinauit de Tempore sec*ũ*m se, hic determinat de tempore per comparationẽ ad ea quæ sunt in tempore. Et circa hoc duo facit. Primo comparat tempus ad ea, quæ sunt in tempore, Secũdo ad ea quæ sunt in nunc, ibi. (Ipsum autem nunc.) Circa primum duo facit. Primo comparat tps ad motum. T.c.12... Secundo ad alia quæ sunt in tempore ibi. (Manifestum T.c.115. autem quia.) Circa primum considerandum est, quod alio modo comparatur motus ad tempus, & alio modo res aliæ. Motus enim mensuratur tempore & secundum illud quod est, & secundum suam durationem, siue secũdũ esse suum. res aũt aliæ, vtpote homo, aut lapis mensurantur tẽpore secundum suum esse, siue secundum durationem, prout habent esse transmutabile: secundum autem id, quod sunt, non mensurantur tẽpore, sed magis ei respondet nunc temporis, vt supra dictum est. Dicit ergo primo, quod tps est mensura ipsius motus, & eius quod est moueri: per quod dat intelligere durationem motus. Mensurat aũt tps motũ per hoc, quod Tempore mensuratur aliqua pars motus, quæ mensurat totum & hoc necessariũ est; quia vnumquodque mensuratur per aliquid sui generis, vt dicitur in 10. Meta. Et hoc apparet in magnitudinem mensuris. cubitus enim mensurat totam longitudinum alicuius panni vel alicuius viæ per hoc quod determinat aliquam partem illius longitudinis, quæ metitur totum, & sic per partem motus tẽpus mensurat totum motum. per motum enim vnius horæ mensuratur motus totius diei, & per motum diurnum mensuratur motus annuus. Quia igitur motus mẽsuratur tẽpore, nihil est aliud motum esse in tempore, quam mẽsurari a tpe, & secundum id quod est, & secũdum suam durationem, quia secundum vtrunque mensuratur a tempore, vt dictum est. Secundo ibi.

Et cætera etiam in tempore esse, hoc esse plane, ipsorum inquam esse a tempore mensurari. In tempore enim esse duo significat, vnũ tunc esse cum tempus est, alterũ eo modo, quo dicimus aliqua numero esse, hoc aũt aut partem numeri, vel affectum, et omnino quid numeri significat esse, aut ipsius numerum esse, Atque cum tempus sit numerus, nunc quidem ipsum, & prius, & istiusmodi cætera in tempore sunt, vt vnitas est in numero, & par atq. impar, hæc enim aliquid numeri, illa temporis aliquid sunt. res autem in tempore sunt vt in numero. Quod si ita sit, res a tẽpore, vt a numero continentur, quemadmodum & a loco ea quæ sunt in loco. Patet autem, & in tẽpore esse nõ hoc esse, tunc, inquam, esse cũ tempus est, quemadmodum nec in motu aut in loco esse, hoc est tunc esse cum motus, aut cũ locus est. Si. n. in aliquo esse sic erit oẽs profecto res in quouis erunt & cælum in milio erit. nam cum milium est & cælum etiam est. verum hoc quidem accidit, illud autem sequatur necesse est, vt tempus sit, cum aliquid est in tempore, & motus sit, cum aliquid est in motu. ARGY.

ANTI. T.c.115. *Manifestũ autem quod & alijs hoc est in tempore esse*

se

se mensurari esse ipsorũ a tẽpore. In tẽpore enim esse duorum est alterum: vnum quidem esse tũc, quando tẽpus est: alterum autem sicut quædã dicimus, quia in numero sunt. hoc autem significat aut sicut partem numeri, et passionẽ, & omnino quod numeri aliquid est, aut quod est ipsius numerus. Quoniam autem numerus tempus est, ipsum quidẽ nũc, & prius, & quæcunq; sunt huiusmodi sic in tẽpore sunt, sicut in numero vnitas, & superfluum, & par, hæc quidẽ numeri aliquid, illa vero temporis aliquid sunt. Res autem sicut in numero in tempore sunt: si autẽ hoc est, continentur sub numero, sicut quæ sunt in loco sub loco. Manifestũ autẽ est, quoniã non est in tẽpore esse quãdo tempus est; sicut neque in motu esse neque in loco, quãdo locus & motus est. Si enim erit quod est in aliquo, sic omnes res erunt in quolibet, & cælum in milio, quãdo enim milium est, est & cælum. sed hoc quidem accidit, illud autẽ necesse est cõsequi: & ei quod est in tempore, esse quoddam tempus quando & illud est: & ei quod est in motu, esse tunc motum.

Tex. cõ. 116. Ostẽdit quõ se habet ad alia. Et primo ostẽdit quõ aliæ res sunt in tempore, secundo quibus rebus conueniat in tempore esse ibi. (Quoniam autem est sicut & cætera.) Dicit ergo primo, quia motum esse in tempore est tempore mensurari, & ipsum & esse eius, manifestum est, quod etiam idem est alia in tempore esse, & mensurari a tempore, non ipsa, sed esse eorum. motus enim per se mensuratur a tempore, sed alia secundum quod habent motum. Et quod hoc sit rem esse in tempore, quod mensurari esse eius a tempore sic ostendit, quia esse in tẽpore dupliciter potest intelligi. vno modo vt dicatur aliquid esse in tempore, quia est simul cum tempore. alio modo vt dicantur aliqua esse in tempore, sicut dicuntur aliqua esse in numero, quod et dicitur dupliciter. in numero enim est aliquid sicut pars, sicut binarius est in quaternario: & aliquid est sicut propria passio eius, vt par & impar, vel quicquid aliud est ipsius numeri. alio vero modo dicitur aliquid esse in numero, non quia ipsum est aliquid numeri, sed quia numerus est eius, vt numerati, sicut homines dicuntur esse in tali vel tali numero. Sed quia tẽpus est numerus, vtroq; modo contingit aliquid esse in tempore. nã nũc & prius, & posterius, & quæcũque sunt huiusmodi, hoc modo sunt in tempore, sicut sunt in numero vnitas, quæ est pars, & par & impar, quæ sunt numeri passiones & superfluum & perfectum. Dicitur autem numerus perfectus, qui constat ex partibus mensurantibus ipsum, sicut numerus senarius, quẽ mensurant vnitas, binarius & ternarius, quæ simul iuncta constituũt senarium. Numerus autem superfluus dicitur, cuius partes mensurantes ipsum, excedunt totum, sicut duodenarius, qui mensuratur vnitate, binario, ternario, & quaternario, & senario, quæ simul iuncta consurgunt in sexdecim. & per hunc modum sunt aliqua in tempore, in quantum sunt aliquid temporis. Sed res, quæ non sunt aliquid temporis dicuntur esse in tempore, sicut numerata in numero, vnde oportet quod ea, quæ sunt in tempore, contineantur sub tempore, sicut sub numero, sicut ea, quæ sunt in loco, continentur sub loco, sicut sub mensura. Exponit etiam consequenter primum modum essendi aliquid in tempore, & dicit manifestum esse, quod non est idem esse in tempore, & esse quando tempus est, sicut etiam non est idem esse in motu & in loco, & esse quando est locus & motus. alioquin sequeretur, quod omnes res essent in quolibet, vt puta, quod cælum esset in grano milij, quia quando est milium, est cælum. Est autem inter hæc duo differentia, quia, quando dicitur aliquid esse, quando alterum est, accidit vni, quod sit cum altero simul. sed illud, in quo aliud est, sicut in mensura, ex necessitate consequitur, sicut tempus ex necessitate consequitur ei, quod est in tempore, & motus ei, quod est in motu, vt simul sint. Secundo ibi.

Quis numerus perfectus dicatur.

Numerus superfluus quid.

ARGI. *Cum igitur in tempore esse, sit in ipso esse tanquam in numero, maius quid tempus omni eo quod in tempore est, sumetur. Quapropter omnia, quæ sunt in tempore, a tempore contineantur necesse est, quemadmodum & cætera, quæ in aliquo sunt, vt a loco ea, quæ sunt in loco.*

ANTI. T.c.117. *Quoniam autem est sicut est in numero, sic in tempore, accipietur aliquod maius tempus omni eo quod est in tempore. Vnde necesse est omnia quæ sunt in tempore, contineri a tempore, sicut alia quæcunque in aliquo sunt, vt quæ sunt in loco a loco.*

T.c.120. Ostendit quibus conueniat esse in tempore. Et primo quod non omnia entia sunt in tempore, secundo quod non omnia non entia ibi. (Manifestum igitur, Circa primum duo facit, primo ostendit, quod ea quæ sunt semper, non sunt in tempore, secundo quod nihilominus ea, quæ quiescunt, in quantum huiusmodi, sunt in tempore T.c.120. ibi. (Quoniam autem est tempus, Circa primum duo facit, primo proponit ea, ex quibus procedit ad propositum ostendendum, secundo concludit propositum ibi, Textus. 117. (Quare Manifestum est, &c.) Proponit autem duo, quorum primum est, quod, cum aliquid sit in tempore, sicut numeratum in numero, necesse est, quod accipi possit aliquod maius tempus omni eo, quod est in tempore, sicut potest accipi aliquis numerus maior omni eo quod est numeratum. Et propter hoc necesse est omnia, quæ sunt in tempore, & totaliter contineri a tempore, & concludi sub ipso, sicut ea, quæ sunt in loco, concluduntur sub loco. Secundo ibi.

ARGI. *Et patiantur etiam aliquid a tempore quemadmodum dicere consueuimus, nunc tempus consumere, nunc tempore cuncta senescere, nunc ob tempus eadem obliuisci. sed non didicisse, nec adoleuisse, nec pulchrum etiam euasisse; corruptionis enim per se magis est causa tempus, est enim numerus motus, motus autem, id quod inest, extendit.*

ANTI. *Et pati iã aliquid sub tempore, sicut & consueuimus dicere, quia tabefacit tempus, & senescunt omnia in tempore, & obliuiscuntur propter tempus, sed non didicit, neque nouum factum est, neque bonum. corruptionis enim causa per se magis est tempus, numerus etenim motus est, motus autem distare facit quod est.*

Et est, quod omne, quod est in tempore, aliquid patitur sub tempore, secundum quod passio pertinet ad defectum, & hoc probat ex consueto modo locutionis. Consueuimus enim dicere quod longitudo temporis tabefacit, i. putrefacit, & corrumpit: & iterum quod propter tempus omnia senescunt, quæ sunt in tempore, & quod propter tempus obliuio accidit. quæ enim de recenti cognouimus, in memoria manent, sed per diuturnitatẽ temporis elabuntur. Et, si aliquis dicat quod etiam perfectiones attribuuntur tẽpori sicut, & passiones, hoc cõsequenter excludit. & ponit tria contra tria præmissa. Contra id enim quod dixit, quod obliuiscitur propter tempus, subdit quod aliquis non addiscit propter tempus, si enim aliquis diu viuat ociosus a studio addiscendi, non propter hoc addiscit, sicut propter tempus obliuiscitur. Contra hoc autem quod dixit quod omnia senescunt sub tempore, subdit quod non est aliquid factum nouum propter tempus, non enim solum per hoc aliquid innouatur, quia lõgo tempore durat, sed magis antiquatur. Contra illud vero quod dixerat, quod tempus tabefacit, subdit, quod tempus non facit (bonum,) idest integrum, & perfectum, sed magis tabidum, & corruptum, & huius causa est, quia ex tempore aliqua corrumpuntur, etiam si nõ appareat aliquid aliud manifestum corrumpens, quod ex ipsa ratione temporis apparet. est enim tempus numerus motus. de ratione autẽ motus est, quod facit distare id qđ est a dispõne in quã prius erat, vnde, cũ tẽpus sit numerus primi motus, ex quo om-

omnibus causatur mutabilitas, sequitur quod p diuturnitatem temporis, omnia quæ sunt in tempore, remoueantur a sua dispositione. Deinde cum dicit.

ARGI. *Quæ cum ita sint, patet ea quæ sunt semper, hoc ipso sane, quod semper sunt in tempore, non esse enim a tempore cõtinentur, nec ipsorum esse a tempore mensuratur.*

ANTI. *Quare manifestum est, quoniam, quæ semper sunt secũdum quod semper sunt, non sunt in tempore, neq; .n. continentur sub tempore, neq. mensuratur esse eorũ sub tẽpore.*

Concludit propositum ex præmissis, & primo ex primo prius proposito, Ostensum est.n. quod quæcunque sunt in tempore continentur sub tempore, quæ autem sunt semper, non continentur sub tempore, quasi excedente, neque esse, i. duratio eorũ mensuratur sub tẽpore, cum in infinitũ durent. infinitum autem non contingit mensurari, ergo illa quæ sunt semper, non sunt in tẽpore. Sed hoc verum est secundum quod sunt semper. corpora.n. cœlestia sunt semper secundum esse substantiæ eorum, nõ autem secundum vbi. & ideo, duratio eorum non mensuratur tempore, sed motus localis ipsorum tempore mensuratur. Secundo ibi.

ARGY. *Signum huius est; ipsa nihil a tempore pati, propterea quod in tempore non sunt.*

ANTI. *Signum autem huius, quoniam neque patiuntur nihil a tempore, tanquam non existentia in tempore.*

Probat idem ex secundo prius positorum, & dicit, q signum huius, quod ea quæ sunt semper, non sunt in tẽpore, est, quod non patiuntur a tempore, quasi existentia in tempore. non enim tabescunt neque senescunt, sicut dictum de illis, quæ sunt in tẽpore. Deinde cũ dicit.

ARGY. *At vero, cum tps mensura sit motus; erit & quietis mensura per accidens, est enim in tempore quies omnis.*

ANTI. T.c.118. *Quoniam autem tempus mensura motus est, erit & quietis mensura secundum accidens, omnis enim quies in tempore est.*

Quia ostenderat, quod ea, quæ sunt semper non sunt in tempore, ea autem quæ quiescunt, eodem modo se habent, posset aliquis credere, quod quiescentia in quãtum huiusmodi, non mẽsurarentur tempore, & ideo ad hoc excludendum ostẽdit, quod tempus est etiam quietis mẽsura. Et circa hoc quinque facit. Primo enim proponit quod intendit, & dicit, quod, quia tempus est mẽsura motus per se, erit etiam & per accidens mensura quietis, quia & omnis quies est in tempore, sicut & omnis motus. Secundo ibi.

ARGY. *Non enim vt omne quod est in motu, sic & id quod est in tempore moueatur necesse est. Tempus namque non motus est, sed numerus motus. in numero autem motus, & id esse potest, quod quiescit.*

ANTI. *Non.n. sicut quod in motu est, necesse moueri, sic, & quod in tempore est. non .n. tẽpus motus est, sed numerus motus, in numero autem motus contingit esse & quiescẽs.*

Excludit quoddam per quod videri posset, qđ quies non mensuraretur tempore, quia enim tempus est mensura motus, posset aliquis credere quod quiescens, quia non est in motu, non sit in tempore. Et ideo ad hoc excludendum dicit, q nõ est necesse moueri omne qđ est in tempore, sicut necesse moueri omne, quod est in motu, quia tempus nõ est motus, sed numerus motus. Contingit autem esse in numero motus nõ solum quod mouetur, sed etiam quod quiescit. Tertio ibi.

ARGY. *Non enim omne quod immobile est quiescit, sed quod caret motu, atque vt moueatur est aptum, vt & antea diximus. Esse autem quippiam in numero id est vt diximus esse numerum ipsius quendam, & mensurari ipsius esse, eo sane numero, in quo dicitur esse. Quare si est in tempore, mensurabitur.*

ANTI. *Non.n. omne immobile quiescit, sed priuatũ motu, aptum autem natum moueri, sicut dictum est in prioribus. Esse autem in numero, est esse quendam numerũ rei; & mensurari esse ipsius numero in quo est, quare, si in tempore & sub tempore est.*

Probat propositum, quod quiescens sit in numero motus ita, quod tempore mensuretur. & ad hoc probandum inducit quod (non omne immobile) idest, nõ omne, quod nõ mouetur, quiescit. Sed quiescẽs est priuatũ motu, quod tamen aptum natum est moueri, sicut supra dictum est in Tertio, quod mouetur illud, cuius immobilitas quies est, quies enim non est negatio motus, sed priuatio ipsius. & sic patet, quod esse quiescentis est esse rei mobilis, vnde, cum esse rei mobilis sit in tempore, & mensuretur tempore, esse etiam rei quiescentis tẽpore mensuratur. Hic autem dicimus esse in tempore aliquid sicut in numero, quia est aliquis numerus ipsius rei, & quia esse ipsius mẽsuratur numero temporis. Vnde manifestum est, quod quiescens est in tempore, & mensuratur tempore, non inquantum est quiescens, sed inquantum est mobile. Et propter hoc præmisit, quod tempus est mensura motus per se, quietis autem per accidens. Quarto ibi.

ARGY. *Metietur aũt tempus & id quod mouetur, & id quod quiescit, illud vt mouetur, hoc vt quiescit. Nam alterius ipsorum motum alterius quietem, quanta quædam sit metietur. Quare id quod mouetur non a tempore mensurabile simpliciter erit; vt quantum est quoddam, sed vt motus eius est quantus.*

ANTI. T.c.119. *Mensurabit aũt tempus id quod mouetur, & quiescens secundum quod hoc quidem motũ, illud autem quiescens. Motum enim ipsorum & quietem mensurabit secundum quod quanta quædam. Quare quod mouetur non simpliciter erit mensurabile sub tempore, secundum quod quantũ aliquid est: sed secundum quod motus ipsius quantus.*

Ostendit secundum quid mobile & quiescens mensurantur a tempore, & dicit q tempus mẽsurat illud q mouetur, & quiescit, non inquantum est lapis vel homo, sed in quãtum est motum, & quiescens, mensuratio enim proprie debetur quantitati. cuius ergo quantitas tẽpore mensuratur, illud tempore proprie mensuratur. Ex mensuratione autem temporis cognoscitur quantus sit motus, & quanta sit quies, non autem quantum sit illud quod mouetur. Vnde quod mouetur, simpliciter nõ mensuratur tempore secundum propriam quantitatem sed secundum quantitatem sui motus. Ex quo patet, q proprie tempus sit mensura motus & quietis, sed per se motus, quietis autem per accidens. Quinto ibi.

ARGY. *Quibus efficitur, vt ea non sint in tempore; quæ neque mouentur, neq; quiescunt. esse.n. in tempore est tempore mẽsurari. tẽpus autem motus est quietisue mensura.*

ANTI. *Quare quæcũque neq. mouentur, neque quiescunt non sunt in tempore: in tempore enim esse est mensurari tẽpore; tempus autem motus & quietis mensura est.*


Inducit quoddam corollariũ ex premissis. Si.n. nihil mensuratur tempore, nisi secundum quod mouetur & quiescit, sequitur quod quæcunque non mouentur neque quiescunt, vt substantiæ separatæ, non sint in tempore, quia hoc est esse in tempore, mensurari a tempore. Tempus autem est mensura motus & quietis, vt ex dictis patet. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet igitur, neq. omnia, quæ nõ sunt, in tempore esse. ea .n. non sunt in tempore, quæ non possunt aliter se habere vt diametrum esse commensurabilem costæ. Omnino enim si tempus mensura est motus quidem per se, cæterorũ vero per accidens, patet quorum esse metitur, eorum omniũ esse in quiete, vel in motu cõsistere. Quæ igitur sub corruptionẽ generationemq. cadunt, atq; omnino nũc sunt, nunc non sunt, ea in tempore esse necesse est: est enim maius qd tempus, quod esse ipsorũ excedit & id tempus, quod est illorũ aqui mensura. Cũ autẽ quæ nunc non sunt, partim continea-*

theatricè, partim non continentur a tempore, eorum, quæ tempus continēt, quædam olim erant, vt Homerus, quædā erunt, vt aliquid futurorum, quæ quidem altera ex parte continet tempus. Quod si sint quæ ad vtranque partem cōtinet tempus, illa modū vtriusq; subeunt: erant enim ac erunt. Ea vero, quæ neutra ex parte continet tempus, neq; erant, neque sunt, neque erunt. Sunt aūt ea quorū opposita semper sunt, veluti diametrum incommensurabilem esse costæ semper est, atque hoc non erit in tempore, neque igitur illud erit, diametrum inquam incommensurabilem esse costæ. Quæ propter semper non est, quod contrarium est ei quod semper est. Quorum vero contrarium non semper est, ea & esse & non esse possunt, atque ipsorum est, et generatio, & corruptio.

ANTL. T.c.122. *Manifestum igitur, quoniam neque quod non est omne in tempore erit, & quod cunque non contingit aliter, sicut diametrum esse lateri commensurabilem. Omnino enim si mensura est tempus motus per se, aliorum autem secundum accidens, manifestum est, quod quorum esse mensurat, his omnibus inerit esse in moueri, & quiescere. Quæcunque quidem igitur generabilia & corruptibilia sunt, et omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando autem non sunt, necesse est in tempore esse: est enim quoddam tempus maius, quod excellit esse ipsorum, & mensurat substantiam. ipsorum autem quæ non sunt, quæcunque continet tempus, alia quidem erant vt Homerus aliquando erat, alia vero erunt, vt futurorum aliquod, & tēpus vtraque continet, & si ad ambo vtraque, & erant, & erunt. Quæcunque autem non continet, neque erant, neque sunt, neque erunt. Sunt autem huiusmodi eorum, quæ non sunt, quorum opposita semper sunt, vt incommensurabilem esse diametrum semper est, & non erit hoc in tempore, ergo neque cōmensurabilem esse: vnde semper, non est, quia contrarium est ei, quod semper est. Quorum autem non semper est contrarium, hæc & possunt esse & non esse, & est generatio & corruptio ipsorum.*

Latus.



1. Ostēdit, qđ nō oīa, non entia sunt in tpe. & dicit manifestū, esse ex pmis sis, quod neque ēt omne non ens est in tempore, sicut ea quæ non contingūt aliter esse, vt diametrum esse cōmensurabilē lateri quadrati. hoc.n. est impossibile, quia nunquam contingit esse verū. Huiusmodi autē non mensurantur tempore, & hoc sic probat. Tempus primo & per se est mensura motus, alia autem non mensurantur nisi per accidens, quæcunque ergo mensurantur tempore, eis contingit moueri & quiescere, quia quoddam maius eis excellit durationem eorū. Vnde, & generabilia & corruptibilia, & omnia, quæ qñque sunt, & quandoque non sunt, (quia sunt in moueri & quiescere) sunt in tempore, quia quoddam tēpus est maius eis, quod excellit durationem ipsorum, & propter hoc mensurat substantias eorum; non secundum ad quod sunt, sed secundum esse vel durationē ipsorum. Sed inter ea, quæ non sunt, & tamen continentur a tempore, quædam aliquando erant, vt Homerus, quædā aliquando erunt, vt aliquod futurum, vel si continentur a tēpore præterito & futuro, erunt, & erant, ea vero, quæ nullo modo continentur a tempore, neque sunt neque fuerunt, neque erunt. & talia sunt ea, quæ sp non sunt, & eorum opposita semper sunt, sicut diametrū esse incommensurabilem lateri semper est, vnde non mēsuratur tempore. Et propter hoc neque contrarium eius, quod est, diametrum esse commensurabilem lateri mēsuratur tempore. ideo enim sempee non est, quia est cōtrarium ei, quod semper est. Quorum autem contrariū non semper est, hæc possunt esse & non esse, & habent generationem & corruptionem, & talia mensurantur tempore.

LECTIO XXI.

Quid ipsum Nunc, Tunc, Iam, Modo, Olim, Repente, significent, ex nunc ac temporis ratione insinuatur.

ARGI. *Ipsum autem nunc continuatio temporis est, vt antea diximus. Præteritum enim & futurum tempus coniungit, atque vltimum omnium temporis est: est enim huius quidem principium, illius autem finis. Verum hoc non vt in puncto manente, patet.*

ANTL. T.c.123. *IPsum autem nunc est continuatio temporis, vt dictum, est prius: continuat.n. tempus præteritum, & futurum, & omnino terminus temporis est, est.n. huius quidē principium, illius autem finis. Sed hoc non sicut & in puncto manente, manifestum est.*

Postquam Philosophus ostendit, qūo se habeat tempus ad ea, quæ sunt in tempore, hic ostendit quomodo per comparationem ad nunc aliqua diuersimode secundum tempus nominantur. Et circa hoc duo facit. Primo ponit significationem ipsius nunc. Secundo quorumdā aliorum, quæ determinantur secundum tūc, ibi. (Ipsum autem tunc.) Circa primum duo facit. Primo proponit propriam & principalem significationem ipsius nunc. T.c.123. Secundo ponit secundariam significationem. ibi (Aliud autem.) Circa primum tria dicit de nunc, quorum primum est, quod nunc continuat tempus præteritum futuro, in quantum est terminus temporis, principium quidem futuri, finis autem præteriti, licet hoc non sit sic manifestum in nunc, sicut in puncto, nam punctū stans est, & ideo potest bis accipi, semel vt principium, & semel vt terminus, quod non accidit in nunc, vt supra dictum est. Secundo ibi. Secūda.222.

ARGY. *Diuidit etiam potentia tempus. Atq; vt tale est, diuersum est semper, vt aūt coniūgit, semper est idem, vt in mathematicis lineis fieri solet, non.n. idem semper, vnumque punctū est, cogitatione. Cū.n. diuidimus, aliud est atque aliud punctum, at quo linea est vna, hoc idē est penitus punctū. Sic & ipsum nunc partim temporis est diuisio potentia, vti diximus, partim finis est vtriusque ac vnio.*

ANTL. *Diuidit autem† potētia & in quantum quidē hmōi est, semper alterum est ipsum nunc, in quantum autem copulat, semper idem est. Sicut & in mathematicis lineis non semper enim idem vtrinque punctum, intellectum est; diuidentium enim semper aliud est. Secundum autem quod copulat, vnum idemq; penitus est. Sic & ipsum nunc aliud quidem temporis diuisio secūdum potentiam est, aliud autem terminus vtrorumque & vnio.* † al. & potētia.

Dicit, quod tempus etiam diuiditur secundum nunc, sicut & linea diuiditur secundum punctum, sed tamen nunc diuidit tempus in quātum consideratur vt multa, in potētia, prout. s. accipitur seorsum, vt principium huius temporis, & seorsum vt finis alterius, & inquantum sic accipitur, accipitur vt alterum & alterum nunc, sed secundum quod accipitur, vt copulans tempus & continuās, accipitur vt idem. Et hoc manifestat per simile in lineis mathematicis, in quibus magis est manifestum. non enim in lineis mathematicis punctum, quod signa

tur

tur in medio, semper intelligitur idem, quia; secundum quod diuiditur linea intelligitur aliud punctum, quod est vltimum vnius lineæ, & aliud secũdum, quod est vltimum alterius, quia lineæ, secundum quod sunt diuisæ actu intelliguntur vt cõtiguę. contigua autem sunt, quorum vltima sunt simul. Sed, secundum quod punctum continuat partes lineæ, sic est vnum & idem: quia continua sunt quorum terminus est idem. Et sic est etiam de nunc respectu temporis, quia vno modo potest accipi vt diuisio temporis secundum potentiam, alio modo secundum quod est terminus communis duorum temporum veniens, & continuans ea. Tertio ibi.

ARGI. *Est aũt idem, & per idem diuisio, atque vnio, at esse nõ idem est. Ipsum igitur nũc hoc vno dicitur modo.*

ANTI. T.c.122. *Est aũt idẽ, & secundũ idem diuisio & vnio, esse autẽ non idem est. Hoc quidem igitur, sic dicitur ipsorum nunc.*

Dicit quod nunc diuidens, & continuans tempus est vnum, & idem subiecto: sed differt ratione, vt ex prædictis patet. Vno igitur modo sic dicitur nunc.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Alio vero modò tempus huic propinquum: Dicimus.n. nunc accidet quia hodie veniet. At res, quæ actæ sunt olim non fuisse nunc dicimus, neque diluuium, quamquam tempus continuum est vsque ad illa, sed, quia non sunt prope, ideo non illo modo dicuntur.*

ANTI. *Aliud aũt est tempus, quod est huius, propè sit, vt veniet nunc, quia hodie veniet, venit nunc, quia hodie venit, sed in Ilio facta, non sunt nũc, neque diluuium factum est nũc, tamẽ tempus continuum est, sed quia non est prope.*

Ponit secundariam significationem ipsius nunc. & dicit ꝙ alio modo dicitur nunc nõ vt terminus temporis continuans præteritum futuro, sed ipsum tempus ꝓpinquum præsenti nunc, siue sit præteritum, siue sit futurum, sicut dicimus veniet nunc, quia veniet hodie, & venit nunc, quia venit hodie. Sed nõ dicimus, quòd bellum Troianum factum est nunc, neque quod diluuium factum sit nunc, quia licet totum tempus sit cõtinuum, non tñ est propinquũ præsenti nũc. Deinde cum dicit.

ARGY. *Ipsum autem olim, tempus est ad prius atque posterius nunc definitum, vt olim capta est Troia, & olim diluuium erat. oportet enim finitum ad ipsum nũc esse. Erit ergo atque erat tempus quoddam ab hoc ad illud vtrunq; determinatum.*

ANTI. T.c.123. *Ipsum aũt tunc tempus determinatum per prius nunc est, vt tunc destructa est Troia, & tunc erat diluuium. Oportet.n. includi ad ipsum nunc. Erit ergo quantum aliquod ab hoc tempore in illud, quod erat, ad præteritum.*

Exponit quædam quæ determinantur per Tunc. Et primo quod significet ipsum. Circa quod duo facit. Primo ponit significationem eius, Secũdo mouet quæstionem ibi. (Si verò neque tempus) Ostendit ergo primo

T.c.124. ꝙ hoc quod dico Tunc, significat tempus determinatum per aliquod prius nunc, siue propinquum siue remotum, possumus enim dicere, quod tunc destructa est Troia, & tunc factum est diluuium, oportet enim ꝙ id, quod dicitur factum tunc, includatur ad aliquod nunc, vel instans præcedens, oportebit enim dicere, ꝙ sit aliquod tempus determinatæ quantitatis ab hoc tempore præsenti in illud nunc, quod erat in præterito. Et sic patet, ꝙ hoc quod dico tunc differt a secũda significatione nunc in duobus: quia tũc semper est ad præteritũ, & indifferenter se habet ad propinquum & remotum, sed nunc se habet ad propinquum, sed indifferenter ad præteritum & futurum. Secundo ibi.

ARGY. *Quòd si nullũ est tempus, quod non sit olim, omne sanè tempus erit finitum. Deficiente igitur tandem: At id fieri nequit si semper est motus. Aliudne igitur, atque aliud erit? ad idẽ sæpe redibit? An vt motus ita sese habet & tempus? nã si vnus idemq; sit, & tempus idem at vnum erit sin vero non sit, nec illud vnum ideq; redibit. cum autem ipsum nunc finis sit atq; principiũ temporis, non tamen eiusdem, sed transacti quidem finis, principium aũt consequentis, vt circulus in eodem quodammodo curuum & concauũ habet, sic & tempus in principio est semper ac fine, & propterea semper aliud, aliudque videtur: non enim ipsum nunc principium est, & finis eiusdem: simul enim per idem opposita numero essent. Non ergo tempus deficiet, quippe cum ipsum sit in principio semper.*

Si verò neque tẽpus est, quod non sit tunc, omne erit tempus finitum. Aut ergo deficiet aut non, siquidem semper est motus. Aliud igitur, aut idem multoties. manifestum quoniã vt vtiq; motus, sic & tẽpus est. Si.n. vnus & idẽ sit motus, aliquando erit & tempus vnum, & idem, si autem non, non erit. Quoniam aũt ipsum nunc principiũ, & finis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis, principium autem futuri, sicut habebit circulus in eodem quodammodo curuum, et concauum, sic & tempus semper in principio & fine, & propter hoc videtur semper alterum. non enim semper eiusdem: principium & finis ipsum nũc, simul enim & secundum idem opposita essent. non deficiet itaque tempus, semper enim in principio est. ANTI. Te.c.12 T.c.125

Mouet quandam dubitationẽ ex præmissis, & soluit eam. Dixerat enim quòd tempus quod dicitur tunc includitur intra præteritum nunc, & præsens. vnde omne tempus, quod dicitur tunc, oportet esse finitum, sed nõ est aliquod tempus, quod non possit dici tũc, ergo omne tempus erit finitum. Sed omne tempus finitum deficit, videtur ergo dicendum, ꝙ tẽpus deficiat. Sed, si semper est motus, & tempus est numerus motus, vr quòd tẽpus non deficiat. Oportebat ergo dicere quòd, si omne tempus est finitum, quod vel sit aliud & aliud tempus, vel ꝙ idem tempus multoties reiteretur. Et hoc oportet esse in tempore, sicut & in motu. Si enim sit semper vnus & idem motus, oportebit esse vnum & idem tempus. Si verò non sit vnus & idem motus, non erit vnum & idem tempus. Secundum igitur opinionem eius, motus nunquàm incæpit neque deficiet, vt in octauo patebit, & ita reiteratur vnus quidem motus specie, non numero. non enim eadem est circulatio, quæ nunc est, cũ illa, quæ fuit heri numero, sed specie, & tamẽ totus motus est vnus continuitate, quia vna circulatio continuatur alteri. vt in octauo probabitur, & similiter oportet esse de tempore, sicut de motu, vnde consequenter ostẽdit, quod tẽpus nunquam deficiet. Patet enim ex præmissis, quod nunc est principium & finis, sed non respectu eiusdem, sed finis respectu præteriti, & principium respectu futuri. Vnde sic se habet de nunc, sicut se habet de circulo, in quo concauum & connexum sunt idẽ subiecto, sed differunt ratione per respectum ad diuersa. nam connexum circuli attenditur secundum comparationem ad exteriora, concauum autem per respectũ ad interiora. Et, quia nihil est accipere de tempore nisi nũc, vt supra dictum est, sequitur quòd tempus semper sit in principio, & in fine. Et propter hoc tempus videt̃ esse alterum & alterum, quia nunc est principium, & finis eiusdem temporis, sed diuersorum temporum, alioquin opposita inessent eidem secundum idem. principium enim & finis habent oppositas rationes. si ergo idem esset principium, & finis respectu eiusdem, opposita inessent eidem secundum idem. Vlterius concludit ex præmissis, quod quia nunc est principium & finis temporis, tempus nunquam deficiet, quia tempus non potest accipi sine nunc, vt supra dictum est, & nũc est principium temporis: vnde tempus semper est in sui principio. quod autem est in sui principio non deficit. vnde tempus non deficiet. Et eadem ratione põt probari ꝙ tempus non incæpit, secundum quod nũc est finis temporis. Sed hæc rõ procedit, supposito ꝙ motus semper

per

per sit, vt ipse dicit. Hoc. n. supposito necesse est dicere ꝙ quodlibet nunc tpis sit principium & finis. Si autem dicatur, ꝙ motus incepit aut terminetur, sequitur ꝙ ali quod nunc temporis est principium & non finis, & ali quod est finis, & nõ principiũ, sicut & in linea accidit. si .n. esset linea infinita, quodlibet punctũ signatũ in ea es set principiũ & finis. In linea aũt finita est accipere aliquod punctũ, ꝙ est principiũ tm, vel finis tantũ. Sed de hoc magis inquiretur in Octauo. Deinde cum dicit.

ARGI. *Ipsum autem Iam, pars futuri præteritive temporis est indiuiduo nũc instanti propinqua. Quando ambulabis, aut ambulauisti? iam ambulabo, inquit, aut iã ambulaui: quia tempus in quo ambulauit, vel ambulabit, est prope nunc ipsum instans & non longe distat. Ilion autem non dicimus iam captum fuiße, quia longe ab instanti nunc distat.*

ANTI. Secūda. 126. *Ipsum autem iam, propinquum præsenti nunc indiuisibile pars est futuri temporis quando vadet? iam: quia prope est tempus, in quo futurum est. Et præteriti temporis, quod non procul est ab ipso nunc. Quando vadis? Iam iui. Ilion autem destrui iam non dicimus, quia procul multũ est ab ipso nunc.*

Ostendit quid significet hoc quod dico Iam, & hẽt eandẽ significationẽ, quam hẽt nunc secundo modo acceptũ, illud .n. dr̃ iam, ꝙ est propinquũ præsenti indiuisibili nũc: siue sit pars futuri siue sit pars præteriti. Pars quidẽ futuri, sicut cum dico, quãdo ibis? Iam, quia. s. tp̃s, in quo est hoc futurum, propinquum est: pars aũt præteriti, sicut cum quæritur, quando vadis? & rñdetur iam iui. Sed de iis, quæ sunt procul nõ dicimus iam, sicut nõ dicimus ꝙ Troia iam sit destructa: quia hoc est multũ remotum a præsenti nunc. Deinde cum dicit.

ARGI. *Ipsum autem nuper, ea pars est præteriti tẽporis, quæ instanti nunc est propinqua: quando venisti? nuper inquiet, si tempus instanti nunc sit propinquum. Quondam autem pars est eiusdem temporis longe ab eodem nunc distans: Subito autem dicimus, cum quippiam in tempore insensibili ob breuitatem dimotum est.*

ANTI. T. c. 127. *Ipsum autem Modo, prope præsenti nunc, est pars præteriti. Quando venit? modo. si sit tempus proximum præsenti nunc. Olim autem, quod procul. Repente autem quod insensibili tempore est propter paruitatem.*

Exponit quædam alia ad tempus pertinentia. & dicit quod hoc quod dico, Modo, significat quod præteritum est propinquum præsenti nunc, sicut si quæratur, quando factum est hoc: respondetur, modo, si tempus præteritum sit proximum præsenti nunc. Sed olim dicimus, quando est remotum a præsenti nunc in præterito. Repente autem aliquid fieri dicitur, quando tẽpus, in quo fit, est insensibile propter paruitatem.

LECTIO XXII.

Tempus generationis causam per se magis, corruptionis autem per accidens dicitur esse, omnemque mutationem ac motum in tempore esse ratiocinatur.

ARGY. *Mutatio autem omnis natura est dimotiua, atq; in tempore omnia fiunt & corrumpuntur. Quapropter sunt, qui sapiẽtissimũ ipsum esse dicebant. At Pythagoricus Parõ rudissimum eße dixit, quia in ipso etiam obliuiscuntur, rectius dicens. Patet igitur corruptionis magis esse per se causam tempus, quam generationis, vt et antea diximus. Mutatio namque per se quidem est dimotiua, generationis autem, & vt quippiam sit, causa per accidens est.*

ANTI. T. c. 128. Corruptionis magis p secũ est tempus idem supra tex. 117. *Mutatio autem omnis a natura remotiua est, in tempore autẽ omnia fiunt, & corrumpuntur. Vnde & alij quidem sapientißimum dicebant. Pythagoreus autem Paro penitus indisciplinabile, quia & obliuiscuntur in hoc, rectius dicens. Manifestum igitur, quoniam corruptionis magis erit per se causa quam generationis sicut dictum est prius. destructiuum autem mutatio per se est, generationis autem & ipsius eße est secundum accidens.*

Postquam Philosophus comparauit tempus ad nũc & ad ea, quæ sunt in tempore, hic manifestat quædam, q̃ superius tacta sũt. Et primo quõ corruptio attribuitur tempori: Secundo quõ omnis motus & mutatio fit in tempore. ibi. (His autem nobis.) Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum per rationẽ, Secundo per signum. ibi. (Signum sufficiens.) Dicit ergo primo, ꝙ omnis mutatio de sui rõne remouet rẽ, quæ mutatur, a naturali dispositione sua, sed tã generatio quam corruptio fit in tempore. & ideo quidã attribuebãt generationes rerum tempori vt disciplinam, & huiusmodi, dicentes tempus esse sapientissimum, propter hoc ꝙ generatio scientiæ fit in tempore. Sed quidem Philosophus Paro nomine de secta Pythagoricorum posuit ecõ uerso, videlicet, quod penitus tẽpus est indisciplinabile. quia. s. per longitudinem temporis accidit obliuio. Et in hoc rectius dixit, quia, vt supra dictum est, tẽpus, per se magis est causa corruptionis quã generationis. & hoc ideo, quia tempus est numerus motus: mutatio autem per se est destructiua & corruptiua. Sed causa generationis & ipsius esse non est nisi per accidẽs. ex hoc enim ipso quod aliquid mouetur, recedit a dispositione quã prius habebat, sed quod peruenit ad aliquam dispositionem, hoc nõ importatur in ratione motus, in quãtũ est motus, sed in quantum est finitus & perfectus. q̃ quidem perfectionem habet motus ex intentione agentis, quod mouet ad determinatum finem. Et ideo corruptio magis potest attribui mutationi quam tempori, sed generatio & esse, agenti & generanti. Secundo ibi.

Id indicatur ex eo satis, quia nihil quidem fit, nisi ipsũ moueatur aliquo modo, atque quippiam agat: corrumpitur autem aliquid, etiam si non moueatur, atque hanc corruptionem a tempore fieri maxime dicere consueuimus. Verum neque hanc tempus facit, sed hãc quoque mutationẽ accidit in tempore fieri.

Signũ autẽ sufficiẽs est, quia fit quidẽ nihil, nisi moueat ipsum quoddammodo & agat: corrumpitur autem, & cũ nihil moueatur. & hanc maxime solemus dicere sub tempore corruptionem. At vero neque hanc tempus facit, sed accidit in tempore fieri & hanc mutationem.

Manifestat idem per signum. & dicit signum esse sufficiẽs eius, quod dictum est, quod nihil inuenitur fieri, nisi appareat aliquid agens, & mouẽs ipsum. Sed tamen aliquid corrũpitur, cũ non appareat manifeste aliquid, quod moueat ipsum ad corruptionem. & talem corruptionem solemus attribuere tempori, sicut cum aliquis senio deficit ex causa intrinseca corrumpente nõ manifesta, cum autẽ aliquis occiditur gladio, corruptio eius nõ attribuitur tẽpori. In generatione autem semper est generans manifestũ: quia nihil a seipso generatur. & iõ generatio nõ attribuitur tempori sicut corruptio. Non tñ corruptio sic attribuitur tpi, quod tẽpus faciat ipsã, sed quia fit in tempore, & corrumpẽs latet. Vltimo ibi.

Esse igitur tempus, & quid nam sit, quotquot modis nunc ipsum dicatur, et quid sit olim, quid iam, quid nuper, quid quondam, quid subitò, satis per ea, quæ dicta sunt, explicamus. ARGI.

Quod quidem igitur tẽpus est, & quid est, & quot modis dicimus ipsum nunc, & quid ipsum tunc, & quid modo, & quid iam, & quid olim, & quid repente, dictũ est. ANTI.

Epilogat dictum esse ꝙ tẽpus est, & quid sit, & quot modis dicitur nunc. & quid significet, & tunc, modo, & olim, & iam, & repente. Deinde cum dicit.

His autẽ hoc pacto determinatis, patet omnẽ mutationem necessario in tempore eße, & omne quod mouetur in tẽpore moueri: celerius enim, & tardius in omni fane mutatione est. nam in cũctis ita videtur. Dico autem id celerius ARGY.

Text. c. 125.

Infra.

xius moueri, quod prius ad id, quo pergit, venit, modo sit id spatium vniformisque motus. velut in latione, si ambo super circumferentia aut super recta linea mouentur: & in cæteris simili modo.

ANTI.
T.c.129.

His aũt nobis sic determinatis, manifestum est, & oẽm mutationem, & omne quod mouetur, necesse est moueri in tempore: velocius. n. & tardius dicimus secundũ oẽm mutationẽ. in omnib. n. sic videtur. Dico autẽ velocius moueri, quod prius transmutatur ad subiectũ secundũ idẽ spatium, & quod secundũ regularem motũ mouetur, vt in loci mutatione, si vtraq; secundum circulationẽ mouentur, aut vtraq. secundum rectum: similiter autem & in alijs.

Ostẽdit quod omnis mutatio fit in tempore, duabus rationibus. Quarũ prima talis est, In omni mutatione inuenitur velocius & tardius: hæc autem determinãtur tempore, quia velocius dicitur mutari quod transmutatur prius ad terminatum terminum secundũ idem spatium, ita tamen quod eadem sit regula vtriusque motus, vt in loci mutatione si sit vtraque mutatio circularis, aut vtraque recta. si autem vna esset circularis & alia recta, nõ propter hoc velocius mouetur quod prius veniret ad terminũ, & similiter intelligendum de alijs generibus mutationũ, Sequitur igitur, quod omnis mutatio fit in tempore. Secundam rationem ponit ibi.

ARGV.

At ipsum prius in tempore est. Prius. n. atque posterius rõne distantiæ ad ipsũ nunc dicimus. ipsum vero nunc terminus est transacti atque futuri. Quare cũ ipsum nunc in tempore sit, & prius ipsum posteriusue in tempore erit. in quo namque nunc ipsum est, in hoc & distantia ipsius nũc esse necesse est. Modo aũt contrario, prius ipsũ in præterito atq; futuro tempore dicitur. Nam in præterito quidem id dicimus prius, quod lõgius ab ipso nũc distat: id vero posterius quod idem propinquius est. In futuro autem id quidẽ prius, quod est propinquius illi. id vero posterius quod ab eodem longius distat. Quare cum ipsum quidem prius in tempore sit, omnem autem motũ comitetur ipsum prius, vt patet, perspicuum est omnem mutationem, omnemque motum in tempore esse.

ANTI.

At vero prius in tempore est. Prius enim, & posterius dicimus secundum ad ipsum nunc distantiam. ipsum autẽ nunc terminus præteriti, & futuri est. Quare quoniam ipsum nunc in tempore est, & prius et posterius in tempore erunt. In quo. n. est ipsum, & ipsius nunc distantia. E contrario autem prius dicitur & secundum præteritum tempus & futurum: In præterito quidẽ. n. prius dicimus quod longius est ab ipso nunc: posterius aũt, & quod prope est, in futuro autem prius quidem, quod propinquius est ipsi nunc, posterius autẽ quod procul est. Quare quoniam prius in tẽpore est, omnẽ autem motum sequitur prius, manifestum est, quod omnis mutatio, & motus in tempore est.

Et ad hoc probãdum vtitur tali propositione. Prius & posterius sunt in tempore, quod quidem manifestat hoc modo. Prius & posterius dicitur aliquid per distantiam ad ipsum nunc, quod est terminus præteriti & futuri, sed ipsum nunc est in tempore, quia in eodẽ oportet quod sit nunc & distantia ipsius nunc, sicut in eodẽ est punctus & distantia, quæ accipitur per respectum ad punctum, vtrunque enim est in linea. Et quia dixerat quod prius, & posterius determinantur per distantiã ad ipsum nunc, ostendit quomodo hoc fit e contrario in præteritis & futuris. quia in præterito dicitur prius qđ est remotius ab ipso nunc, posterius autẽ, quod est propinquius. in futuro autem est ecõtra. Si ergo, quia prius & posterius sunt in tempore: ad omnem autem motũ sequitur prius & posterius: necesse est quod omnis motus sit in tempore.

LECTIO XXIII.

Duæ de tempore dubitationes mouentur ac soluuntur, altera de existentia, altera de ipsius vnitate.

ARGI.

Dignum autem est consideratione, & quonam modo se habet ad animam tempus: & cur in omnibus tempus esse videtur, & in terra, & in mari, atque in Cœlo.

ANTI.
T.c.130.

Dignum autem cõsideratione est, & quomodo igitur se habet tempus ad animã, & propter quid in omni videtur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo.

Lect. 23.

Postquam Philosophus determinauit de Tempore, hic remouet quasdam dubitationes circa tps. Et primo circa existentiam temporis. Secũdo circa temporis vnitatem, ibi (Dubitabit autem aliquis.) Circa primũ duo facit. Primo mouet duas dubitationes. Secundo soluit eas. ibi (Aut quia motus.) Dicit ergo primo quod hæ dubitationes indigent diligenti consideratione, s. quomodo tempus se habet ad animam, & iterum, quare tẽpus videatur esse vbique, scilicet in terra, in mari, & in cœlo. Secundo ibi.

Infra.

ARGI.

An quia tempus cum mensura sit motus, affectus est quidam ipsius vel habitus. Hæc autem mobilia cuncta sunt: in loco namque sunt vniuersa. Tempus vero ac motus simul potentia sunt atque actu.

ANTI.

Aut, quia motus est passio quædam vel habitus, numerus existens, hæc autem mobilia omnia. in loco. n. sunt omnia. Tempus autem & motus, simul sunt & secundum potentiam & actum.

Soluit præmissas qõnes. Et primo secundam, quæ facilior est. Secundo primam. (Vtrum autem cum sit.) Dicit ergo, q tps est quoddam accidẽs motus, quia est numerus eius. accidens autem consueuit nomine habitus & passionis nominari, vnde vbicunque est motus, oportet q sit tempus. Omnia autẽ corpora sunt mobilia, & si non alijs motibus, saltẽ motu locali. quia omnia sunt in loco. Et qa posset aliquis dicere q licet sint mobilia, non tamen omnia mouentur, sed quædam quiescunt, & sic tempus non videtur esse in omnib. ad hoc excludendum subiungit, q tempus est simul cum motu, siue motus accipiatur secundum actum, siue secundum potentiam. Quæcunque. n. sunt possibilia moueri, & non mouentur actu, quiescunt. Tempus autem non solum mensurat motum, sed etiam quietem, vt supra dictum est. Vnde relinquitur q vbicunque est motus, vel actu, vel potentia, quòd ibi sit tempus. Secundo ibi.

ARGI.

Dubitauerit autem quispiam si anima sublata, tempus esse possit, necne.

ANTI.
T.c.131.

Vtrum autem, cum non sit anima, erit tempus, an non, dubitabit vtique aliquis.

Infra.
Infra.

Soluit primam quæstionẽ. Et circa hoc tria facit, Primo mouet dubitationem, Secundo obijcit ad quæstionẽ, ibi (impossibile. n.) Tertio soluit ibi. (Si autẽ hoc.) Est ergo dubitatio vtrum non existente anima esset tẽpus aut non. Secundo ibi.

ARGI.

Nam si numeraturum esse non posit, neq; quicquã numerabile esse põt. Quare patet neq; numerũ esse posse, est. n. numerus aut id quod numeratur, aut numerabile ipsũ. Quod si nihil aliud aptum est numerare, quam anima & animæ mens, impossibile est si anima non sit, tempus esse.

ANTI.

Impossibile. n. cum sit numeraturum esse aliquem, impossibile est numerabile esse aliquid: Quare manifestum est, quia neque numerus est, numerus enim aut quod numeratur est, aut numerabile. Si autem nihil aliud aptum natum est quam anima numerare, & animæ intellectus impossibile est tempus esse, anima si non sit.

Obijcit ad ostendendum quod non, quia, si impossibile esset esse aliquod potens numerare, impossibile esset esse aliquod numerabile, potens, s. numerari. sed si non est numerabile, non est numerus, qa numerus non est, nisi in eo, quod numeratur actu, vel quod est numerabile in potentia. Relinquitur ergo, quòd si non est aliquod potens numerare, quòd non sit numerus. Sed nihil aliud natum est numerare quam anima, & inter partes

tes

tes animę non alia quam intellectus, quia numerus fit p collationem numerariorum ad vnam primam mensurá, conferre autem rationis est. Si ergo non est anima intellectiua, non est numerus. Tempus autem est numerus, vt dictum est. Si ergo non sit anima intellectiua, non est tempus. Tertio ibi.

T.c.17. T.c.101.

Nisi id quod subiecto est tempus, si fieri potest, vt sit sine anima motus. Ipsum enim prius, atque posterius est in motu: tempus autem est hæc vt numerabilia sunt.

Nisi hoc quod vtcũq. ens est tẽpus, vt si contingit motũ esse sine anima: prius autem, & posterius in motu sunt: tempus autem hæc sunt, secũdum quod numerabilia sunt.

Soluit dubitationẽ, & dicit, ꝙ aut oportet dicere qđ tempus non sit, si nõ est anima, aut oportet hoc dicere verius, qđ tempus est vtcũque ens sine anima, vt puta si cõtingit motum esse sine anima. sicut.n. ponitur motus, ita necesse est poni tẽpus, quia prius & posterius in motu sunt, & hæc. s. prius, & posterius motus, inquantũ sunt numerabilia, sunt ipsum tempus. Ad euidẽtiam autem huius solutionis cõsiderandum est, quod positis rebus numeratis necesse est poni numerum: vnde sicut res numeratæ dependent a numerãte, ita & numerus eorũ, esse autem rerum numeratarũ non dependent ab intellectu, nisi sit aliquis intellectus, qui sit causa rerum, sicut est intellectus diuinus. non autem dependet ab intellectu animæ, vnde nec numerus rerũ ab intellectu animę dependet, sed solũ ipsa numeratio, quæ est actus animæ ab intellectu animæ dependet. Sicuti ergo possunt esse sensibilia sensu non existente, ita possunt esse numerabilia, & numerus non existente numerante. Sed forte conditionalis, q̃ primo posũit, est vera. s. ꝙ si est impossibile esse aliquẽ numerantem, impossibile est esse aliquod numerabile. sicut hæc est vera, si impossibile est esse aliquẽ sentientem, impossibile est esse aliquid sensibile. Si .n. est sensibile põt sentiri, & si põt sentiri, põt esse aliquod sentiẽs, & licet nõ sequatur, ꝙ si est sensibile qđ sit sentiẽs, & similiter sequitur, ꝙ si est aliquid numerabile qđ possit esse aliqd numerans, vnde, si impossibile est esse aliqđ numerãs, impossibile est eẽ aliqd numerabile, non tñ sequitur, ꝙ si non est numerãs, quod nõ sit numerabile, vt obiectio Philosophi procedebat. Si ergo motus haberet esse fixũ in rebus sicut lapis, vel equus, posset absolute dici, quod sicut etiam anima non existẽte est numerus lapidis, ita etiam anima non existente esset numerus motus, qui est tempus: sed motus nõ habet esse fixum in rebus, nec aliquid actu inuenitur in rebus de motu, nisi quoddã indiuisibile motus, qđ non est motus diuisio, sed totalitas motus accipitur per considerationẽ animæ, comparantis priorem dispositionẽ mobilis ad posteriorẽ. Sic igitur tp̃s non habet esse extra animã, nisi secũdum suum indiuisibile. Ipsa tñ totalitas temporis accipitur per ordinationem animæ numerãtis prius, & posterius in motu, vt supra dictum est: & ideo signanter dicit Philosophus, ꝙ tẽpus non existente anima est vtcũq; ens. i. imperfecte, sicut & si dicatur quod motum cõtingit esse sine anima imperfecte, & per hoc soluuntur rõnes supra positæ ad ostendendum quod tẽpus nõ sit, quia componitur ex partibus non existentibus, patet .n. ex prædictis quod non habet esse perfectum extra animam, sicut nec motus. Deinde cum dicit.

ARGI. *Dubitauerit etiam quispiam, qualisnam motus tempus est numerus.*

ANTI. T.c.132. *Dubitabit autem aliquis, & qualis motus tempus numerus sit.*

Mouet quæstionem de vnitate temporis, siue de cõparatione tp̃is ad motum. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Scđo soluit ibi. (Aut cuiuslibet.) Tertio manifestat quoddã qđ supposuerat. ibi. (Dicitũ aũt rectè.) Dicit ergo primo, qđ dubitatio est, cũ tp̃s sit numerꝰ motus, cuiꝰ vel qualis motꝰ sit numerꝰ. Scđo ibi

ARGI. *An qualis vis. generatur enim in tempore, ac augetur, & alteratur itidem in tempore, atq. corrumpitur, quo igitur motus est, hoc motus cuiusque tempus numerus est. Quapropter tempus absolute motus cõtinui, sed non cuiusdam, numerus est.*

ANTI. *Aut cuiuslibet, & enim generatur in tempore, & augmẽtatur, et alteratur in tẽpore, & fertur. Secũdũ igitur qđ motus est, sic est vniuscuiusq. motus numerus, vñ motus simpliciter numerus est continui, sed non cuiusdam.*

Te c.133. Soluit dubitationẽ. Et primo excludit falsã solutionem. Secundo ponit veram. ibi. (Qm̃ autem loci mutatio.) Circa primum tria facit. Primo Ponit solutionem falsam, secũdo improbat eam ducẽdo ad inconueniẽs. ibi. (Sed est nunc moueri.) Tertio ostendit illud inconueniens esse impossibile. ibi. Aut non omne nanq. Est ergo prima solutio, quod sit tp̃s numerus cuiuslibet motus, & ad hoc probandum inducit, quod oĩs motus est in tpe. s. generatio, & augmẽtũ, & alteratio, & loci mutatio, quod aũt cõuenit omni motui, conuenit motui secundum quod ipsum, esse autem in tempore est numerari tempore. Sic igitur videtur quod quilibet motus, in quantum huiusmodi, habet numerum, vnde cum tempus sit numerus motus, uidetur sequi, quod tempus sit numerus motus continui vniuersaliter, & non alicuius determinati motus. Secundo ibi.

Secunda. Tertia.

ARGI. *At vero fieri põt, vt nũc vnũ & aliud moueatur, quorũ vtriusq. motus tempus numerus erit. Aliud ne igitur atque aliud erit, & æqualia duo tempora simul erunt.*

ANTI. *Sed est nunc moueri vnum & aliud, quorum vtriusq; motus erit numerus. Alterum & alterũ igitur tempus; & simul duo tempora æqualia erunt.*

Improbat prædictã solutionẽ. cõtingit.n. aliqua duo simul moueri, si ergo cuiuslibet motus tẽpus sit numerus, sequitur quod duorum motuum simul existentium sit alterum & alterum tp̃s, & sic vlterius sequitur, quod duo tempora æqualia sunt simul, utpote duo dies, uel duæ horæ, duo autem tempora inęqualia simul esse nõ est admirabile, vt diem, & horam. Tertio ibi.

ARGI. *An vnum tempus motus metietur vtrosq;, omne nanque tempus vnũ similiter est & simul: specie vero sunt eadẽ & quæ non sunt simul: nam vt si sint hi quidem canes, illi autem equi atq; vtriq; sint septẽ, idẽ est numerus vtrorũq; sic & eorũ motuũ, qui simul incipiũt, simulq; desinũt, idem est numero tempus, & si celerior alter forsitan est, tardior alter, & alter latio: alter est alteratio. Quãquam .n. motus hisce differunt differentiis, idẽ est tamen tempus alterationis lationisue æquale, si simul fiãt. quippe cum & numerus sit idem canum, equorumue, quem diximus. Et propterea motus quidem diuersi seorsumq; fiunt, tempus autem idem est vbique, quoniam & numerus eorum quæ sunt ęqualia simulque, vnus & idem vbique est.*

ANTI. *Aut non omne nãq; tp̃s, vnum similiter & simul est, spẽ aũt, & quæ non simul, si enim, & hi sunt canes, illi vero equi, vtriq; aũt septem, idem numerus est, sic & motuũ simul terminatorum idem tempus est, sed hic velox fortassis, alius vero non, & alius quidem loci mutatio est, hic autem alteratio, tempus tamen idem est, siquidem & numerus æqualis sit, & alterationis & loci mutationis, & simul sint. Et propter hoc motus quidẽ alteri sunt, & seorsum sunt, tempus autem vbique idem, quia & numerus, vnus & idem vbique est, qui est æqualium, & simul.*

Ostendit hoc esse impossibile. s. duo tempora æqualia simul esse, quia omne tẽpus, quod est simul & similiter. i. æqualiter est unum tãtum, sed tempus, quod non est simul, nõ est unum numero, sed species eius est una, sicut dies cum die, & annus cum anno, & hoc manifestat per simile in aliis numeratis. Si enim sunt septem equi, & septem canes, non differũt secundũ numerum,

sed differunt secundum speciem rerum numeratarum, & similiter omnium motuum, qui simul terminantur secundum principium & secundum finem, & idem tempus, sed motus differunt secundum proprias rationes, inquantum forte vnus est velox, & alius tardus, & vnus est loci mutatio, & alius alteratio. sed tempus est idem, si alterationis & loci mutationis sit æqualis numerus, supposito q sint simul, & propter hoc oportet q motus sint alteri & diuisi ab inuicé, sed tempus in omnibus est idem, quia vnus & idem numerus est eorũ, quæ sunt æqualia & simul, vbicunque sint. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atqui cum latio quidam sit motus. & huius species sit conuersio, vnumquodque autem vno quodam sibi numeretur propinquo, vnitates quidem vnitate, equi autem equo, tempus etiam hoc pacto tempore profecto quodam mensurabitur definito. Atque motu quidem tempus, motus autem tempore mensuratur, sicut diximus. hoc autem ideò, & quia quantitas motus ac temporis ab eo motu, qui definitus est, tempore mensuratur.*

ANTI. T.c. 133. *Quoniam autem loci mutatio, & huius circularis, numeratur autem vnumquodque vno quodam proximo, vnitates vnitate, equi vero equo, sic & tempus tẽpore quodã finito. (Mensuratur autem, sicut diximus, tẽpus motu, et motus tẽpore. hoc aũt est, quia determinato motu, & tẽpore mensuratur motus quantitas, & temporis.)*

Secũda. 133 Ponit verã solutionem, & circa hoc tria facit. Primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad solutionem. Secundo ex præmissis solutioné concludit, ibi. (Si igitur quod primum.) Tertio manifestat solutioné prædictam per dicta aliorum. ibi. (Vnde videtur.) Circa primum præmittit tria. Quorum primum est, q inter alios motus,

Tertia. primus, & magis simplex & regularis est motus localis. & inter alios motus locales, motus circularis, vt in Octauo probabitur. Secundum est. q vnumquodq; numeratur vno quodam proximo sui generis, sicut vnitates vnitate, & equus equo, vt patet in 10. Metaphys. vnde oportet q tempus quodam terminato tempore mẽsuretur, sicut videmus quod tẽpora mensurantur per diem. Tertium, quod præmittit est, quod tempus mensuratur motu, & motus tempore, sicut supra dictum est, & hoc ideo est, quia aliquo terminato motu, & aliquo terminato tempore mẽsuratur quantitas cuiuslibet motus & temporis. Secundo ibi.

ARGI. *Si igitur ipsum primum propinquorum omnium est mẽsura, vniformis sanè conuersio mensura potissimum erit, quoniam huiusce numerus notissimus est, vt patet, atque alteratio quidem vniformis non est, nec accretio, nec generatio, latio autem est.*

ANTI. *Si igitur quod primũ mensura est omnium proximorũ circulatio, quæ regularis est. mensura maximè erit, quia numerus huius notissimus est. Neque igitur alteratio, neque augmentatio regulares, loci autem mutatio est.*

Cõcludit ex præmissis, q si aliquid, quod est primũ est mensura omnium proximorum, i. omnium, quæ sunt sui generis, necesse est q circulatio, quæ est maxime regularis, sit mensura omnium motuum. Dicitur autem motus regularis, qui est vnus, & vniformis. hæc autem regularis non potest inueniri in alteratione & augmento, quia non sunt vsquequaque continui, nec æqualis velocitatis. Sed in loci mutatione inueniri potest regularitas, quia potest esse aliquis motus localis continuus, & vniformis, & talis est solus motus circularis, vt in Octauo probabitur, & inter alios motus circularis maxime vniformis, & regularis est primus motus, qui reuoluit totum firmamentũ motu diurno, vnde illa circulatio tanquã prima, & simplicior & regularior est mẽsura omnium motuum. Oportet autem motum regularem esse mensuram, seu numerum aliorum, quia omnis mensura debet esse certissima, & talia sunt, quæ vniformiter se habent. Ex hoc ergo colligere possumus, quòd si prima circulatio mensurat omnem motum, & motus mensuratur a tempore, inquantum mensuratur quodam motu, necesse est dicere, quòd tẽpus sit numerus primæ circulationis, secundum quam mensuratur tempus, & ad quem mensurantur omnes alij motus tẽporis mensuratione. Tertio ibi.

ARGY. *Quapropter, & motus ipsius Sphæræ tẽpus esse vi-, quia cæteri motus hoc motu mensurantur, et ẽt ipsum tempus.*

ANTI. *Vnde & videtur tempus esse Sphæræ motus, quia hoc mensurantur alij motus & tempus hoc motu.*

Approbat prędictam solutionem per opiniones aliorum Et primo per opinionem errantium, qui moti fuerunt ad dicendum, quòd motus Sphæræ cœlestis sit tẽpus propter hoc, q hoc motu mensurantur omnes alij motus, & tempus mensuratur hoc motu. manifestum est enim quod dicimus diem, vel annum completum attendentes ad motum cœli. Secundo ex vsu communiter loquentium ibi.

ARGY. *Propter hoc & id accidit, quod consuetum est dici. Res .n. humanas, & cæterarum eas, quæ naturalem motum et ortum ac obitum subeunt, circulum esse dicunt. Idque propterea, quod hæ vniuersæ tempore dijudicantur, finemque subeunt ac principium, perinde atque si reditione quadam hoc fiat, etenim tempus ipsum, circulus quidam esse videtur. Hoc autem ideo rursus videtur, quia talis lationis est ipsum mensura, & a tali latione ipsum etiam mensuratur. Quare dicere rerum eas, quæ fiunt, circulum esse, est dicere temporis circulum quendam esse. Hoc autem ideo dicitur, quia tempus mẽsuratur ipsa conuersione. Id enim quod mensuratur, nihil aliud esse videtur præter id, quod metitur, quam totum plures mensuræ.*


ANTI. *Propter hoc aũt & consuetum dici accidit. Dicunt. n. circulũ esse humanas res, & aliorum motum habẽt, videlicet naturalem, & generationem, & corruptionem. Hoc aũt est, quia omnia hæc tempore diiudicantur, & accipiũt finem & principium, sicut si secundum quandam circulationem sit tempus, etenim ipsum videtur circulus quidã. Hoc autem iterum videtur ob hoc, quod huius loci mutationis mensura est, & mensuratur ipsum ab hmői. Quare dicere esse rerũ, quæ fiunt circulum, dicere est tẽporis esse quendam circulum. Hoc autem est, quia mensuratur circulatione, extra enim mẽsuram nihil aliud videtur esse quod mensuratur, sed aut multæ mensuræ totum.*

Et dicit propter hoc, s. q tempus est numerus circulationis primæ, accidit quod consueuit dici, q quidam circulus sit in rebus humanis, & in aliis, quæ mouentur naturaliter, & generantur & corrumpuntur. quod ideo est, quia omnia huiusmodi mensurantur tempore, & accipiunt principium, & finem in tempore, ac si tẽpus secundum quandam circulationem sit, quia, & ipsum tempus videtur esse quidam circulus, & iterum hoc videtur propter hoc, q est mensura circulationis, & etiam a tali circulatione mẽsuratur, & ideo dicere q eorum, quæ fiunt in tempore, est quidam circulus, nihil aliud est q̃ dicere, temporis esse quendam circulum, quod accidit propter hoc, quòd tempus mensuratur circulatione. Id enim quod mensuratur, non videtur esse aliud quã mẽsura, sed multæ mensuræ videntur facere vnum totum, sicut multæ vnitates vnum numerum, & multæ mensuræ panni vnam quantitatem panni. & hoc verum est cũ accipitur mensura vnius generis. Sic igitur patet quod tempus primo mensurat & numerat primum motum circularem, & per eum mensurat omnes alios motus, vnde est vnum tempus tantum propter vnitatem primi motus, & tamen quicunque sentit quemcunque motum sentit tempus eo, quod ex primo motu causatur mutabilitas in omibus mobilibus, vt supra dictum est.

Deinde cum dicit.

ARGI. *Dicitur.n.rectè numerum quidem eundem esse ouium atque canum, si est æqualis. quaternitatem autem non eã dem, neque quatuor eadem esse. quemadmodum neq; triã gulis sunt idem hi, quorum alter ex æqualibus alter inæqualibus omnibus lateribus constat. quanquam eadem est vtraque figura, quoniam ambo trianguli sunt. Eadem n.aliqua eo dicuntur, cuius non differunt differentia, non eo cuius differentia differunt, veluti trianguli dicti differẽtia trianguli differunt non figuræ. Igitur trianguli quidem sunt diuersi, figuræ autem diuersæ non sunt: sed in eandem vnam ve cadunt diuisionem. Figura nanque talis quidem est circulus, talis autem est triangulus & hisce talis quidem est æqualium laterum, talis autem inæqualium. Sunt igitur eadem hi figura, trium enim vterque est angulorũ, at non sunt triangulus idem. Et numerus igitur dictus pari ratione idem est sanè. non enim numerus ipsorum differentia numeri differt. Quaternitas autem non eadem est: ea namque, de quibus dicitur, differũt. hæc enim canes sunt illa oues. Sed de tempore quidem ipso, & de hisce, quæ circa ipsum quidem sunt, ad hanc autem considerationem ac commodantur, satis iam diximus.*

ANTI. T.c.134. *Dicitur autẽ rectè, quod numerus quidem idem est ouiũ & caniũ, si æqualis vterque sit: decem aũt non idem, neque decem eadem sunt, sicut neque trianguli idem, qui est Aequilaterus, & Gradatus, & tamen eadem figura est, quia vtraque trianguli sunt. Idem enim dicitur, cuius non differunt differentia, sed non cuius differt, vt triangulus a triã gulo differentia differt (alteri quidem enim trianguli sũt) figuræ autem non, sed in vna, & eadem diuisione. figura enim hæc quidem talis circulus est, talis vero triangulus. huius autem talis quidem est æquilaterus, talis vero qui gradatus. figura igitur eadem et hæc, triangulus enim est: triangulus autem non idem est. Et numerus iam similiter idem, non enim differt numeri differentia: similiter idem, non enim differt numeri differentia numerus horũ. Decem autem non idem est: in quibus enim dicitur, differunt. hæc quidem enim canes, alia verò equi. Et de tempore quidem ipso, & de circa ipsum proprietatibus, hac inten tione, dictum est.*



Gradatus. Aequilaterus.

Manifestat quoddã quod supra dixerat, qualiter sit intelligendum. dixerat.n.ꝙ idem est numerus septẽ canũ, & septẽ equorũ. Quõ igitur hoc sit verum ostendit, & dicit ꝙ rectè põt dici, si æqualis est numerus aliquarũ rerum diuersarum, puta ouium & canum, ꝙ idẽ sit numerus vtrorumq; vt puta si sũt canes, & oues sint decem, sed nõ põt dici, ꝙ hoc ipsum, ꝙ est decẽ esse, sit idẽ canũ & ouiũ. non.n. eadem decẽ sũt decem canes, & decẽ oues. Et hoc ideo, quia genus põt cũ additione vnitatis, vel identitatis prædicari de pluribus indiuiduis existentibus in vna spẽ, & similiter genus remotũ de pluribus spẽbus existentibus sub vno genere propinquo, neq. nõ spẽs de indiuiduis, neq. genus propinquum de speb. diuersis prædicari potest cũ additione vnitatis, vel identitatis, & hmõi consequenter ponit exemplum. sunt. n. duæ spẽs triãguli, s. Aequilaterus. i. habens tria latera æqualia, & Gradatus. i. habens tria latera inæqualia, figura autem est genus triãguli, non ergo possumus dicere, ꝙ æquilaterus & gradatus sit idem triangulus, sed possumus dicere, ꝙ sunt eadem figura, quia vtrunque continetur sub triangulo, qui est vna spẽs figuræ, & huius assignat rationem, quia, cum idem, & diuersum seu diffe-

rens opponantur, ibi possumus dicere identitatem, vbi non est differentia. manifestum est. n. ꝙ æquilaterus & gradatus differunt ab inuicem differentia trianguli, id est quæ est proprie diuisiua trianguli. & hoc ideo, quia sũt diuersæ triãguli species, sed æquilaterus & gradatus non differunt secundum differentiam figuræ, sed sub vna, & eadem differentia continẽtur, & hoc sic patet. si n. diuidamus figuras in suas species, quæ per differẽtias cõstituuntur, inuenitur ꝙ alius est circulus, & alius triã gulus, & sic de alijs speciebus figuræ. sed si diuidamus triangulum, inueniemus, quòd alia species eius est æquilaterus, & alia gradatus. Manifestum est igitur, ꝙ æquilaterus, & gradatus sunt vna figura, quia continentur sub vna specie figuræ, quæ est triangulus, sed non sunt vnus triangulus, quia sunt diuersæ trianguli species. Similiter est in proposito. numerus. n. diuiditur in diuersas species, quarum vna est decẽ, omnia ergo, quæ sunt decem, dicuntur habere vnum numerum, quia non differunt ad inuicem secundum speciem numeri, cum con tineantur sub vna numeri specie, sed non potest dici, ꝙ sint eadem decem, quia ea, quibus applicatur numerus denarius, differunt, cum quædam horum sint canes, & quædam equi. Videtur autem hoc Aristo. introduxisse, ne aliquis ad sumendam temporis vnitatem sit contentus eo, ꝙ dicitur vnum numerum esse æqualium numero, licet diuersorum: quia licet sit idẽ denarius, vel ternarius propter vnitatem speciei, non tamen est idem denarius, vel ternarius propter diuersitatem, quæ est secun dum numerum ex parte materię. Vnde secũdum istam rationem, sequeretur ꝙ tempus esset vnum specie, sed non numero, & ideo ad accipiendum veram temporis vnitatem oportet recurrere ad vnitatem primi motus, qui primo mensuratur tempore, & quo etiam mensuratur tempus. Vltimo autem epilogando concludit dictũ esse de tempore, & de ijs, quæ sunt propria ad considerationem temporis.

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER QVINTVS.

Cum S. Thoma expositione.

SVMMA LIBRI.

Motus in species diuiditur, deque ipsius Vnitate ac Pluralitate multa dicuntur. de Contrarietate item motuum ac Quietum agitur.

LECTIO I.

Motus per se a motu per accidens, & ab eo qui est secundum partem distinguitur, idque cum mobilis tum mouentis, tum termini inductione explanatur, quique motus considerandus sit, aperit.



Omne aũt, quod mutantur, aliud per accidens mutatur, veluti, cum ambulare musicum dicimus, quia id ambulat, cui accidit musicum esse. Aliud ex eo, quia, si huius aliquid mutatur, simpliciter dicitur mutari, vt ea quæ per partes mutari dicuntur. corpus enim sanatur, quia oculus aut pectus sanatur. hæc vero partes totius corporis sunt. At est aliquid, quod neq; per accidens mouetur, neque ex eo, quia aliquid ipsius mo uetur, sed quare ipsum primo mouetur. at q; hoc est id quod per se mobile est. Est autem aliud in alio motu, vt alterabile, & alterabilis sanabile, aut calefactibile. ARGI.

ANTI. T.c.4.



Ransmutatur autem transmutans omne aliud quidem secundum accidens, vt cum dicimus musicum ambulare, quoniam, cui accidit musicum esse, hoc ambulat. Hoc autem ex eo, quia huius aliquid mutatur, & simpliciter dicitur mutari, vt quæcunque dicuntur secundum partes. sanatur enim corpus, quia oculus; aut thorax: hæ autem partes totius corporis sunt. Est autem etiam aliquod, quod neque secundum accidens mouetur, neque in eo, quòd aliquid ipsius: sed in eo quòd ipsum mouetur primo: & hoc est secundum seipsum mobile. Secundum alium autem motum, & alium, alterum est, vt alterabile & alterationis sanabile, & calefactibile alterũ.

POstquã Philosophus determinauit de motu, & de his, quæ consequuntur motum in communi, hic iam accedit ad diuidendum motum. & diuiditur in partes duas. In prima agit de diuisione motus, secundum quod diuiditur in species. In secunda de diuisione motus in partes quantitatiuas, & hoc in Sexto libro ibi. (Si aũt est continuum.) Prima in duas. In prima agit de diuisione motus in suas species. In secunda agit de vnitate & oppositione motus. ibi. (Post hoc autem dicamus quid est simul.) Prima in duas. In prima distinguit motũ per se, a motu per accidens. In secunda diuidit motum per se, in suas species ibi (Quoniam aũt omnis mutatio) Prima in duas. In prima distinguit motum per se a motu per accidens. In secunda prætermittendum docet motũ per accidens, & determinandum esse de motu per se ibi. (Secũdum quidem igitur accidens.) Circa primum duo facit, primo distinguit motum per se a motu per accidens. Secundo epilogat prædicta ibi. Quomodo quidẽ.) Distinguit autem in prima parte motum per se a motu per accidens tripliciter. Primo quidem ex parte mobilis. Secundo ex parte mouentis. ibi. (Est autem & in mouente.) Tertio ex parte termini ibi. (Quoniam autem est aliquid.) Dicit ergo primo, quòd omne transmutãs. id est transmutatum, tribus modis dr̃ transmutari. Vno modo dr̃ aliquid transmutari per accidens, sicut cum dicimus musicum ambulare, quoniam hic homo ambulat, cui accidit esse musicum. Alio modo dr̃ aliquid transmutari simpliciter, quia aliqua pars eius mutatur, sicut omnia quæ dicuntur mutari secundum partes, & ponit exemplum in motu alterationis. dr̃ enim sanari corpus animalis, quia sanatur vel oculus, vel thorax. i. pectus, quæ sunt partes totius corporis. Tertio modo dr̃ aliquid moueri, quod neque secundum accidens mouetur neque secundum partem, sed ex eo quòd ipsum mouetur, primo & per se, vt per hoc quòd dicit primo, excludatur motus secundum partem, per id quod dr̃ secũdum se, excludatur motus per accidens. Hoc autem per se mobile variatur fm̃ diuersas spẽs motus, sicut alterabile est mobile secũdum alterationem, & augmentabile secundum augmẽtum. Et iterũ in specie alterationis differt sanabile, quod mouetur secundum sanationem, & calefactibile, quod mouetur secundum calefactionem. Secundo ibi.

T.c.1. Secunda pars te.a.1. text. T. c. 7. T.c. 6. Te. c. 2. T.c.3.

ARGI. *Similis est & in eo quod mouet diuisio. Aliud enim per accidens mouet. Aliud parte, quia ipsius aliquid mouet. Aliud per se primo, vt Medicus quidem sanat, manus autem percutit.*

ANTI. T.c. 2. *Est autem, & in mouente similiter. Aliud enim secundum accidens mouet. Aliud secundum partem, in eo quòd huius aliqua. Aliud verò per seipsum primo, vt Medicus quidem sanat, manus autem percutit.*

Distinguit motum per se a motu per accidens ex parte mouẽtis, & dicit quòd similiter prædicta distinctio, quæ posita est ex parte mobilis, attendi pòt in ipso mouẽte, Tripliciter enim dicitur aliquid moueri. Vno modo, per accidens, sicut musicus ædificat. Alio modo secundum partem, inquantum aliqua pars eius mouet, sicut homo dicitur percutere, quia manus eius percutit. Tertio modo dicitur aliquid mouere primo, & per se, sicut Medicus sanat. Tertio ibi.

ARGI. *Cum autem sit quippiam, quod primo mouet, & quippiam quod mouetur, & tempus in quo, & præter hæc, id ex quo, & id ad quod (omnis nanque motus ex quopiam in quippiam est.)*

ANTI. T.c.3. *Quoniam autem est aliquid mouens primum, est autẽ & aliud quod mouetur, adhuc in quo tempus, & præter hæc, ex quo, & in quid (omnis enim motus a quodam, & in quiddam.)*

Procedit ad distinguendum motũ eodem modo ex parte termini. Et primo præmittit quædam præambula. Secundo ponit diuisionem, ibi (Est autem & in illis.) Circa primum tria facit. Primo ponit quot requirantur ad motum. Secundo comparat ea adinuicem. ibi. (Alterum. n. est quod.) Tertio soluit quandam dubitationem ibi. (Quid quidem igitur.) Dicit ergo primo, quòd ad motum requiruntur quinque. Primo requiritur primum mouens, a quo. s. est principium motus, secundo requiritur mobile, quod mouetur, tertio tempus in quo est motus, præter ista tria requiruntur duo termini, vnus. s. ex quo incipit motus, & alius in quem motus procedit, omnis enim motus est a quodam in quiddam. Secundo ibi.

Te. c6. Infra. T. comm.

ARGY. *Aliud est. n. id quod primo mouetur, & id in quod atque ex quo mouetur. veluti lignum & calidum, atque frigidum, quorũ aliud est quod, aliud ad quod, aliud ex quo mouetur. Patet motum in ligno esse, & non in forma. Neque enim forma neque locus, neque etiam ipsum tantum mouet, aut mouetur. sed est id quod mouet, & id quod mouetur, & id, ad quod mouetur.*

ANTI. Tex.com.4. *Alterum. n. est quod primum mouetur, & in quod mouetur, & ex quo, vt lignũ, & calidũ, & frigidũ: horũ aũt aliud quidem mobile est, aliud verò in quod, aliud ex quo. Motus aũt manifestũ quòd in ligno, non in specie est. neque enim mouet neque mouetur species, aut locus aut quãtũ hoc. Sed est mouens, & quod mouetur & in quod mouetur.*

Cõparat præmissa adinuicem. Et primo mobile ad duos terminos motus. Secũdo duos terminos motus ad inuicem. ibi (Magis igitur in quod.) Dicit ergo primo, quòd id, quod primo & per se mouetur, alterum est a termino in quem tendit motus, & a termino, a quo motus incipit. Sicut patet in istis tribus, lignum calidum, & frigidũ. In motu. n. calefactionis lignum quidẽ est subiectum mobile. aliud verò, s. calidũ est terminus ad quem, aliud autem, s. frigidum, est terminus a quo. Dicit autẽ id quod primum mouetur, esse alterum ab vtroque termino, quia nihil prohibet illud, quia mouetur per accidens esse alterum terminorum. subiectum. n. vt lignum, est quod calefit per se, priuatio verò, & contrarium, vt frigidũ, est quod calefit per accidens, vt in Primo dictũ est. Quod autem mobile sit alterum ab vtroque termino, consequenter probat per hoc, quòd motus est in subiecto, sicut in ligno, non autem est in altero terminorum, neq; in specie albi, neq. in specie nigri. Et hoc patet per hoc quòd illud, in quo est motus, mouetur, terminus autem motus, neq. mouet, neq. mouetur, siue terminus motus sit species. i. qualitas, vt in alteratione, siue sit locus, vt in motu locali, siue quantum, vt in motu augmenti, & decrementi, sed mouens mouet subiectum (quod moueatur, in quod mouetur), i. in terminum ad quem. Quia ergo motus est in subiecto, quod mouetur, non autem in termino, manifestum est, quòd subiectum mobile est aliud a termino motus. Tertio ibi.

Infra.

ARGY. *Mutatio nanque magis ab eo, ad quod est, quam ab eo ex quo est nuncupatur. Quapropter corruptio mutatio est ad id quod non est, & si id, quod corrumpitur, ex ente mutatur. Et generatio ad ens est mutatio, & si id, quod generatur ex non ente mutatur.*

Magis

Mutatio denominatur magis ab eo in qđ, quam ex quo mouetur. *Magis autē ab eo in quod, quam ex quo mouetur, denominatur mutatio. Vnde corruptio in non esse mutatio est, quamuis ex esse mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in esse, quamuis ex non esse.*

Comparat vtrunque terminorum adinuicem, & dicit quod mutatio magis denominatur a termino ad quē, quā a termino a quo, sicut corruptio dicitur mutatio in non esse, quamuis id quod corrumpitur mutetur ex esse, econtra generatio est mutatio in esse, quamuis incipiat a non esse. Nomen autem generationis ad esse pertinet, corruptionis vero ad non esse. Huiusmodi autem ratio est, quia per mutationem aufertur terminus a quo, & acquiritur terminus ad quem. vnde motus videtur repugnare termino a quo, & conuenientiam habere cum termino ad quem. & propter hoc ab eo denominatur. Deinde cum dicit.

ARGYi *Quid igitur est motus prius est dictum. Formæ autem, et affectus & locus, ad quæ mouentur ea quæ subeunt motum, immobilia sunt veluti scientia, & caliditas.*

ANTI. Tex.c.5. *Quid quidem igitur motus sit, dictum est prius. Species autem, & locus, & passiones, in quæ mouentur, quæ mouentur immobilia sunt, vt scientia, & calor.*

Soluit quandam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo præmittit duo, quæ ex præmissis sunt manifesta, quorum primum est, quod in Tertio dictum est, quid sit motus. Secundum est, quod in præcedentib. immediate dictum est, quod (species) .i. qualitas. & locus, & quæcunque (passiones) .i. passibiles qualitates, quæ sunt termini motus, non mouentur, cum in eis non sit motus, vt dictum est, vt patet in scientia quæ est quædā species, & calore, qui est quædam passio, vel passibilis qualitas. Secundo ibi.

ARGI. *Dubitauerit tamen quispiam si affectus sunt motus: albedo autem est affectus.*

ANTI. *Et dubitabit aliquis si passione motus sunt, albedo autem passio est.*

Ponit tertium de quo est dubitatio. & dicit quod aliquis dubitare potest, vtrum (passiones) .i. passibiles qualitates, vt calor, & frigus, & albedo & nigredo, & ex quo non mouentur, sint quidam motus. Tertio ibi.

ARGI. *Ad motum enim erit mutatio. At fortasse non albedo est motus, sed dealbatio.*

ANTI. *Erit enim ad motum mutatio. Et fortassis non est albedo motus, sed albatio.*

Ducit ad inconueniens, si hoc ponatur. Cum.n. albedo sit terminus in quem est motus: si albedo sit motus, sequitur quod motus sit terminus motus, quod non potest esse, vt infra probabitur. Et ex hoc determinat veritatem, & dicit quod albedo non est motus, sed albatio. Addit autem (fortassis) quia nondum probauit, quod motus non terminetur in motum. Deinde cum dicit.

ARGYi *Est autē & in illis id quod est per accidens, & id quod est per partem, atque per aliud, & id etiam quod primo, et non per aliud est. Id enim quod dealbatur, ad id quidē quod intelligitur, mutatur per accidens, colori enim accidit, vt intelligatur. Ad colorem autem quia album pars est coloris, & in Europam, quia Athenæ pars sunt Europæ. Ad colorem autem album per se.*

ANTI. *Est autē & in illis & quod est secundum accidens, & quod est secundum partem, & secundum aliud, & quod primo est, & non secundum aliud. Vt quod fit album, in id quod intelligitur, mutatur secundum accidens, colori.n. accidit intelligi. In colorem autem, quia album pars coloris est, & in Europam, quia pars Europæ Athenæ sunt. In album autem colorem per se.*

Ex quo termini motus sunt aliud a mobili, & a mouente, vt ostensum est, ostendit quod præter diuisionē motus, quæ accipitur ex parte mobilis, & mouentis, dicitur tertio motus ex parte termini. Et quia terminus ad quem magis denominat motum, quam terminus a quo, vt dictum est, accipit diuisionem motus a termino ad quem, licet non a termino a quo. Et dicit quod etiam ex parte illorum.s. terminorum, potest accipi in motu aliquid quod est per accidens, & aliquid quod est secundum partem, & secundum aliud, & aliud quod est primo, & non secundum aliud. Per accidens quidem, sicut si dicatur de eo quod fit album, quod mutatur in id quod intelligitur, vel cognoscitur ab aliquo: erit hoc per accidēs. accedit enim colori albo, quod intelligatur. Si autem dicatur de eo quod fit album, quod mutetur in colorem, hoc erit secūdum partem, dicitur enim mutari in colorem, quia mutatur in albedinē, quæ est pars coloris. & similiter est si dicā de aliquo quod vadit Athenas, quod vadit in Europam, quia Athenæ sunt pars Europæ. Si autem dicatur, de eo quod fit album, ꝙ mutatur in album colorem, hoc erit primo, & per se. Non autem diuidit motum ex parte temporis, quod videbatur residuum: quia tempus comparatur ad motum vt mensura extrinseca. Deinde cum dicit.

Patet igitur, quomodo per se quippiam mouetur, & per accidens ac per aliud, & quomodo idem primū est in mouente, & in subeunte motum, & motum non in forma sed in eo quod mouetur, in ipsoque mobili actu. ARGI.

Quomodo igitur per se mouetur, & quomodo secundū accidens, & quomodo secundum aliud aliquid, & quomodo ipsum primum in mouente, & in eo quod mouetur, manifestum est: & quod motus non in specie, sed in eo quod mouetur, & mobili secundum actum est. ANTI.

Epilogat quod dixerat, & dicit ꝙ manifestū est, quo modo aliquid per se mouetur, & quomodo secundum accidens (& quomodo secundum aliquid aliud) .i. secūdum partē. Et iterum quomodo hoc, quod dico primo & per se, inuenitur tam in mouente quam in mobili. Dictum est.n. quid est mouens primo & per se: & quid est quod mouetur primo, & per se. Et iterum dictum est quod motus non est in specie.i. in qualitate, quę est terminus motus sed est in eo quod mouetur, siue in mobili secundum actum, quod idem est. Deinde cum dicit.

Mutatio igitur ea quæ est per accidens omittatur: est.n. in omnibus, & semper, ac omnium. Ea vero, quæ non per accidens est, non in oib. est, sed in contrarijs: & in medijs & in contradictione, cuius fides est ex inductione. ARGI:

Secūdum igitur accidens mutatio dimittatur: in omnib. enim est, & semper & omnium. Quæ vero non secūdum accidēs est, nō est in omnibus, sed in contrarijs & medijs et in contradictione. Huius autem fides ex inductione est. ANTI. Tex.c. 6.

Ostendit de quo motu sit agendum. Et primo ostendit propositum. Secundo manifestat quoddam quod dixerat. ibi. (Ex medio autem.) Dicit ergo primo ꝙ mutatio quæ est per accidens, dimittenda est: siue per accidens accipiatur ex parte mouentis, siue ex parte mobilis, siue ex parte termini. Et hoc ideo, quia motus per accidens est indeterminatus. est.n. in omnibus, sicut in terminis, & in omni tempore, & omnium subiectorum vel mouentium, quia vni infinita possunt accidere. Sed mutatio, quæ non est secundum accidens, non est in omnibus: sed est tantum (in contrarijs & medijs) quantum ad motum qui est in qualitate, quantitate, & vbi, & in contradictione, quantum ad generationem, & corruptionem, quorum termini sunt esse & non esse: & hoc patet per inductionem. Sub arte autem non cadunt nisi ea quæ sunt determinata, nam infinitorum non est ars. Secundo ibi. Infra: T.c.5;

Fit autem e medio mutatio. vtitur enim ipso vt contrario ad vtrunque. Est enim medium quodāmodo ipsa extrema. Quapropter & hoc ad illa, & ad hoc cōtraria quodāmodo dicuntur, ceu media sidum grauis ad vltimam di- ARGI.

ctitur, & acuta ad primam. Fuscum etiam album ad nigrum dicitur, & nigrum ad album.

ANTI. *Ex medio autem mutatur. † vtitur enim ipso, sicut quod est contrarium, ad vtrunque. Etenim quodammodo medium, vltima. Vnde & hoc ad illa, & illa ad hoc quodammodo dicuntur contraria, vt vox media grauis ad vltimam, subtilis ad extremam. Est fuscum, album ad nigrũ, & nigrum ad album.*

† Addita l. ut ex contrario. Medium est quodammodo extrema.

Manifestat quoddam quod dixerat, s. ꝙ motus sit in medijs, & dicit, quod contingit mutari ex medio ad vtrumque extremorum, & è contrario, in quantum. s. possumus vti medio vt contrario respectu vtriusque extremi. Medium enim inquantum habet cõuenientiam cũ vtroque extremorum, est quodammodo vtrunque eorum, & ideo potest dici hoc ad illud, & illud ad hoc, sicut si dicam quòd media vox inter grauem & acutam (est grauis ad vltimam) .i. per comparationem ad acutã & (est subtilis.) id est acuta per comparationem (ad extremam.) i. ad grauem. Et fuscum est nigrum, per comparationem ad album, & è contra.

LECTIO II.

Tribus mutationis speciebus propositis, duæ earum, generatio videlicet ac corruptio a motus ratione excluduntur.

ARGI. *Cum autem omnis mutatio, è quopiam sit ad quippiam (vt ipsum quoque nomen significat, quorum aliud prius aliud posterius est, id quod mutatur, mutari quatuor modis potest. Aut .n. è subiecto ad subiectum, Aut è non subiecto ad non subiectum, aut è non subiecto ad subiectum, Aut è subiecto ad non subiectum mutatur. Dico autem id subiectum, quod affirmatione significatur.*

ANTI. Tex. c. 7. *Quoniam autem omnis mutatio est a quodam, & in quiddam (manifestat autem nomen. post aliud enim aliquid, & aliud quidem significat prius, aliud autem posterius) mutabitur quod mutatur quadrifariam, Aut .n. ex subiecto in subiectum, Aut ex subiecto in non subiectum. Aut ex non subiecto in subiectum, Aut ex non subiecto in non subiectum. dico autem subiectum affirmatione monstratum.*

Postquam Philosophus distinxit motum per se a motu per accidens, hic diuidit mutationem, & motum per se in suas species. Vbi considerandum est, ꝙ Aris. supra in Tertio vbi motum definiuit, accepit nomen motus, fm quod est cõmune omnibus speciebus mutationis, & hoc modo accipit hic nomen mutationis: motum autẽ accipit magis stricte, pro quadam mutationis specie. Diuiditur ergo pars ista in partes duas: quia primo diuidit mutationem in suas species: quarum vna est motus.
T. c. 9. Tex. c. 7. In secunda subdiuidit motũ in suas species, ibi. (Si igitur prædicamenta.) Circa primum duo facit. Primo ponit diuisionem mutationis. Secundo manifestat partes diuisionis ibi. (Ex non subiecto quidem.) Circa primũ tria facit. Primo præmittit quædam necessaria ad diuisionem mutationis. Secundo cõcludit ea præmissis mutationis diuisionem ibi. (Quare necesse est.) Tertio excludit quandam obiectionem. ibi (Quæ enim est ex nõ
Secunda. 7. subiecto.) Dicit ergo primo, ꝙ cũ omnis mutatio sit a
Tertia. 7. quodam in quiddam, vt manifestatur ex ipso mutationis nomine, qđ denotat aliquid esse post aliud, & aliud esse prius & aliud posterius, necesse est his suppositis, ꝙ omne, ꝙ mutatur, quatuor modis mutetur. Aut .n. vterque terminus est affirmatus, & sic dicitur aliquid mutari ex subiecto in subiectum. Aut terminus, a quo est affirmatus, & terminus ad quem est negatus, & sic dr̃ aliquid moueri ex subiecto in non subiectum. Aut è contrario terminus a quo, est negatus, & terminus ad quẽ affirmatus, & sic dicitur aliquid moueri ex nõ subiecto in subiectum. Aut vterque terminus est negatus, & sic dr̃ aliquid mutari ex non subiecto in non subiectum. Non enim accipitur hic subiectum eo modo quo sustinet formã, sed omne id, quod affirmatiue significatur, dicitur hic subiectum. Secundo ibi.

Quare ex dictis tres mutationes esse necesse est. eã quę è subiecto est ab subiectum; et eã, quæ è subiecto ad non subiectum, & eam, quæ e non subiecto est ad subiectum. ARGI.

Quare necesse est ex iis quæ dicta sunt, tres esse mutationes. s. ex subiecto in subiectum, & ex subiecto in nõ subiectum, & ex non subiecto in subiectum. ANTI.

Concludit ex præmissis diuisionem mutationis, & dicit ꝙ necessario ex præmissis sequitur, ꝙ tres sint mutationis species, quarũ una est ex subiecto in subiectũ, sicut cum aliquid mutatur de albo in nigrum. Alia autem est ex subiecto in non subiectum, sicut cum aliquid mutatur de esse in non esse: tertia est è contra ex non subiecto in subiectum, sicut cum aliquid mutatur de non esse in esse. Tertio ibi.

Ea namque, quæ est è non subiecto ad non subiectum, nõ est mutatio, quia per oppositionem non est, neque enim contraria neque contradictoria est. ARGI.

Quæ .n. est ex non subiecto in non subiectum, nõ est mutatio propter hoc, quod non est secundum oppositionem. neque enim contraria, neque contradictio est. ANTI.

Excludit quandam obiectionẽ. Posset .n. aliquis obijcere, cũ præmiserit, quatuor modis aliquid mutari, debuisset cõcludere, quatuor esse species mutationis, & nõ tres tantum. Sed hanc obiectionem excludit dicens, ꝙ nõ põt esse aliqua mutationis species de non subiecto in non subiectum, quia omnis mutatio est inter opposita, duæ aũt negationes non sunt oppositæ. Neq; .n. dici põt, ꝙ sint cõtraria, neque quod sint contradictoria. Et hmõi signũ est, quia quascunque negationes cõtingit simul esse veras de aliquo vno & eodẽ sicut lapis, nec est sanus nec æger. Vnde, cũ mutatio p se sit solũ in cõtrariis & cõtradictione (vt supra dictũ est) sequit ꝙ ex negatione in negationem, non fit mutatio per se, sed solũ sic mutatur aliquid per accidens. Cũ .n. aliquid fit de albo nigrũ, fit ẽt per accidens de non nigro nõ album. & per hunc modum dixit, aliquid mutari ex non subiecto in non subiectum. Quod autem est per accidens in aliquo genere nõ potest esse species illius generis. & ideo ex non subiecto in non subiectum non potest esse aliqua mutationis species. Deinde cum dicit.

Ea igitur mutatio, quæ per contradictionem ex non subiecto est ad subiectum, generatio est, alia simplex quæ est simpliciter, alia quædam quę est cuiusdam, veluti ea quidẽ, quæ est ex non albo ad album, huiusmodi est generatio. ea verò, quæ est ex eo, quod non est, simpliciter ad substãtiam generatio simpliciter est, qua quidem simpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus. ARGY.

Ex non subiecto igitur in subiectum mutatio secundũ cõtradictionẽ generatio est. alia quidem simpliciter simplex, alia uero quædam cuiusdam, vt ea, quæ ex non albo in album generatio quidem, huiusmodi est. Quæ vero ex non esse simpliciter in substantiam est, generatio simpliciter est, secundum quam fieri & non fieri simpliciter aliquid dicimus. ANTI.

Manifestat partes positæ diuisionis: & circa hoc tria facit. Primo manifestat duas partes diuisionis. Secundo ostẽdit qđ neutra earũ est motus, ibi (Si igitur quod nõ est.) Tertio cõcludit qđ residua pars diuisionis, est motus. ibi. (Quoniam autem motus.) Circa primum duo facit. Primo manifestat vnam partem diuisionis, secũdo secundam. ibi. (Quæ vero ex subiecto in non.) Dicit ergo primo, quod illa mutatio, quæ est ex nõ subiecto in subiectũ, est inter opposita scđm contradictionẽ, & vocatur generatio, quæ est mutatio de nõ esse in esse. Sed hæc est duplex, quædam .n. est simplex generatio, qua ali-

aliquid simpliciter generatur, alia vero est generatio quædam, qua aliqd secundũ quid generatur. Et ponit exemplũ de vtraque generatione. & primo de secunda, dicens, quod cum aliquid mutatur de nõ albo in albũ (est generatio hmõi albi) & non simpliciter. Et secundo de prima. & dicit quod illa generatio quæ est ex non esse simpliciter in ens, qđ est substantia, est generatio simpliciter, secundum quam simpliciter dicimus aliquid fieri, & non fieri.) Cum enim generatio sit mutatio de nõ esse in esse, scđm illum modum dr̃ aliquid generari, quo ex non esse in esse mutatur. Cum autem ex non albo fit album, non mutatur aliquid ex non esse simpliciter in esse simpliciter. Quod enim mutatur proprie, subiectũ est, subiectum autem albi est aliquod ens actu. Vnde, cum subiectum maneat in tota mutatione, etiã in principio mutationis erat ens actu, simpliciter loquendo, non tamen erat ens actu hoc. s. album, & ideo non dr̃ fieri simpliciter, sed fieri hoc. s. album. Subiectum vero formæ substãtialis non est aliquod ens actu, sed ens in potentia tantum, s. materia prima, quæ in principio generationis est sub priuatione, in fine vero sub forma. & ideo secundum generationem substantiæ fit aliquid simpliciter. Et ex hoc haberi potest, quod scđm nullã formam quæ præsupponit aliam formam in materia, attenditur generatio simpliciter, sed solum secundũ qđ, quia quælibet forma facit ens actu. Secundo ibi.

Te. cõ. 8. T. c. 9. Infra.

ARGI. *Ea vero, quæ ad nõ subiectum est ex subiecto, corruptio est, & simpliciter quidem ea, quæ est e substantia ad ipsũ non esse. Quædam autem ea, quæ est ad negationem opposicam, vt in generatione est dictum.*

ANTI. *Quæ vero ex subiecto, in non subiectum, corruptio est. Simpliciter quidem, quæ ex substantia ad non esse est, quædam autem est, quæ est in oppositam negationem, sicut dictum est in generatione.*

Manifestat aliã partẽ diuisionis, & dicit qđ illa mutatio, quæ est ex subiecto in non subiectũ, vocatur corruptio. Sed quædam est corruptio simpliciter, quæ. s. est ex esse substantiali in non esse, quædam vero est in oppositam negationem cuiuscunq. affirmationis, sicut de albo in non album, quæ est corruptio huiusmodi, sicut & de generatione dictum est. Deinde cum dicit.

ARGI. *Si igitur id, quod non est, multis dicitur modis, & neq; id moueri potest, quod in compositione diuisioneque consistit: neque id, quod est potentia, quod quidem ei opponitur, quod est simpliciter. nam id quidem, quod est non album, aut non bonum, moueri per accidens potest. esse enim id homo potest quod est non album, id autem, quod nõ hoc simpliciter est, nullo pacto moueri potest, fieri enim non potest, vt id quod non est moueatur. Impossibile est profecto generationem esse motum. id enim quod haud est generatur. Nam etsi, quam maxime per accidens generatur: vere tamen de eo quod simpliciter generatur, id dici potest. ipsum inquam, id esse, quod haud est. Simili sane modo fieri etiam nequit, ut ipsum idem quiescat. Hæc igitur difficilia accidunt huic, moueri inquam id quod non est.*

ANTI. T. c. 8. *Si igitur quod non est, dicitur multipliciter, & neque qđ est secundum compositionẽ aut diuisionem cõtingit moueri, neq; quod est secundũ potẽtiã, quod ei, quod est simpliciter secũdũ actũ oppositum est, quod enim est non album, aut non bonũ, tamen contingit moueri secundum accidẽs, erit. n. homo non albus. Quod autẽ simpliciter non hoc aliquid est, hoc nullo modo cõtingit moueri. impossibile est. n. quod non est moueri. Si autem hoc, & generationem esse motum impossibile erit. Fit. n. quod non est. Si. n. & quod ex non ente maxime secundum accidens fit, sed tamen verum est dicere quo est quod non est de eo quod fit. simpliciter autem, & quiescere. Hæc igitur accidunt inconuenientia, si mouetur, quod non est.*

Ostendit quod neutra prædictarũ partiũ est motus Et primo qđ generatio non sit motus. Secũdo qđ neq. corruptio, ibi, (neque iã corruptio.) Primũ probat duabus rationibus. Quarum prima talis est, Quod simpliciter non est hoc aliquid, non potest moueri, quia qđ non est non mouetur, sed quod generatur simpliciter nõ est hoc aliquid, est. n. non ens simpliciter, ergo quod generatur simpliciter nõ mouetur, ergo generatio simplex non est motus. Ad manifestationem autem primæ propositionis, dicit quod non ens dicitur tripliciter. & duobus modis dictum non ens nõ mouetur. Tertio mõ dictum mouetur per accidens. Vno modo dicitur ens & non ens scđm diuisionem, & compositionem propositionis, prout sunt idem cum vero, & falso, & sic ens, & non ens sunt in mente tãtum, siue in ratione tantum. vt dr̃ in Sexto Metaphis. vnde non competit eis motus. Alio modo dr̃ non ens, quod est in potentia, secundum quod esse in potẽtia opponitur ei, quod est esse in actu simpliciter. & hoc etiam non mouetur. Tertio modo dr̃ non ens, quod est in potentia, quæ non excludit esse in actu simpliciter, sed esse actu hoc, sicut non album dicitur non ens, & non bonum, & huiusmodi non ens contingit moueri, sed per accidens, secundum quod huiusmodi non ens accidit alicui existenti in actu, cui competit moueri, sicut cum non est albus homo. Quod autẽ id, qđ simpliciter nõ est hoc aliquid, nullo modo mouetur, nec per se neque per accidẽs, patet ex hoc, qđ impossibile est quod non est moueri, vnde impossibile est generationẽ esse motum. Illud. n. quod non est, fit siue generatur. Et quamuis, vt in Primo huius dictum est, ex non ente fiat aliquid per accidens, ex ente autem in potentia per se, nihilominus tamẽ verum est dicere de eo quod fit simpliciter, qđ simpliciter non est, vnde moueri non potest, & eadem ratione nec quiescere. vnde generatio nec motus est, nec quies. Hæc igitur inconuenientia sequuntur, si quis ponat generationem esse motum, scilicet quod non ens moueatur & quiescat. Secundam rationem ponit ibi.

Tertia 8. Lect. 1. cõmen. 51. Lectio. 14. T. c. 78.

ARGI. *Et si omne quod mouetur in loco sit: id autem quod nõ est in loco non sit (erit enim alicubi) id profecto quod haud est, non mouetur.*

ANTI. *Et, si omne, quod mouetur, in loco est, quod autem non est: non est in loco (esset enim alicubi.)*

Secunda rõ. Quæ talis est, Omne, qđ mouetur, est in loco, sed qđ non est, non est in loco, quia posset de eo dici quod alicubi esset, ergo quod non est, non mouetur. & sic idem qđ supra. Veritas autẽ primæ propositionis apparet ex hoc quod cum motus localis sit primus motuum, oportet quod omne quod mouetur, mouetur secundum locum, & ita sit in loco. Remoto enim priori, remouẽtur quæ consequenter sunt. Deinde cum dicit.

ARGI. *Neque ergo corruptio motus est. Motui nanque motus contrarius est, aut quies. At corruptio contrarium est generationi.*

ANTI. *Neque iam corruptio motus est. Contrarium enim motui motus est, aut quies. Corruptio autem generationi contrarium est.*

Probat quod corruptio non sit motus, quia motui nihil contrariatur nisi motus vel quies, sed corruptioni cõtrariatur generatio, quæ neque est motus, neque quies, vt ostensum est, ergo corruptio non est motus.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Cum autem omnis motus sit quædam mutatio: tres vero sint mutationes quas diximus, quarum duæ, quæ in contradictione consistunt, generatio inquam, atque corruptio motus non sint, (vt ostendimus) motum eam esse solum mutationem necesse est, quæ e subiecto ad subiectum accedit. Subiecta uero aut contraria sunt aut media. etenim priuatio ponitur contrarium. At qui nudum & album, ac nigrum affirmatione significantur.*

ANTI. T.c. 9.

Quoniam autem motus mutatio quædam est, mutationes autem tres sunt dictæ. Harum autem, quæ sunt secundum generationem, & corruptionem, non sunt motus, hæ autem sunt secundum contradictionem. necesse est ex subiecto in subiectum mutationem, motum esse solum. Substantia autem, aut contraria aut media sunt. Etenim priuatio ponitur contrarium, & monstratur affirmatione nudum & album & nigrum.

Concludit ex præmissis, quod residua pars supra positę diuisionis sit motus. Cū.n. motus sit quædam mutationis species: quia in eo est aliquid post aliud, quod supra dixit ad rationem mutationis pertinere: motus autem neque est generatio neque corruptio, quæ sunt mutationes secundum cōtradictionem. relinquitur ex necessitate, cum non sint nisi tres species mutationis, quod motus sit mutatio de subiecto in subiectum. Ita tamen quod per (duo subiecta) .i. per duo affirmata, intelligamus contraria aut media; quia etiam priuatio quodā modo est contrarium, & quandoque significatur affirmatiue, vt nudum, quòd est priuatio, & album & nigrum quæ sunt contraria.

LECTIO III.

Nullam motus seu mutationis speciem in substantia, nec in Ad aliquid, nec in actione & passione per se esse, multiplicibus rationibus ostenditur.

ARGL.

Si igitur prædicamenta diuisa sint, & aliud sit substantia, aliud quantitas, aliud qualitas, aliud vbi, aliud ad aliquid, aliud actio, aliud passio, tres esse motus necesse est, quantitatis, qualitatis, & loci.

ANTI.

Si igitur prędicamenta diuisa sunt, substantia, & qualitate, & vbi, & quando, & aliquid & quantitate, & facere, & pati, necesse est tres esse motus, & eum qui quantitatis, & eum, qui qualitatis, et eum, qui secundum locum.

Postquam Philosophus diuisit mutationem in generationem, & corruptionē, & motū, hic subdiuidit motum in suas partes. Et quia oppositorum est eadē scientia, primo assignat species motus: secundo ostēdit quot modis immobile dicatur. ibi (Immobile autem.) Circa primum duo facit. Primo ponit quandā conditionalē, per quam accipitur diuisio motus in suas partes: secundo manifestat conditionalem pręmissam. ibi. (Secundū substantiam autem.) Cōcludit ergo ex præmissis, quod cū motus sit de subiecto in subiectum, subiecta autem sūt in aliquo genere prædicamentorum: necesse est quod species motus distinguantur secundum genera prædicamētorum, cum motus denominationem & speciem a termino trahat, vt supra dictum est. Si ergo prædicamenta sunt diuisa in decem rerum genera, s. substantiā, & qualitatem &c. vt dictum est in libro Prædicamentorum, & in Quinto Metaphysicæ, & in tribus illorū inueniatur motus, necesse est esse tres species motus, s. motus qui est in genere quantitatis, & motus qui est in genere Qualitatis, & motus qui est in genere vbi, qui dicitur secundum locum. Qualiter autem motus sit in istis generibus, & pertineat motus ad prædicamentum actionis & passionis, in Tertio dictum est. Vnde nunc breuiter dicere sufficiat quod quilibet motus est in eodē genere cum suo termino, nō quidem ita quod motus, qui est ad qualitatem, sit species qualitatis, sed per reductionem. Sicut enim potentia reducitur ad genus actus, propter quod omne genus diuiditur per potentiam & actum: ita oportet quod motus, qui est actus imperfectus, reducatur ad genus actus perfecti. Secūdū aūt quod motus cōsideratur, vt est in hoc ab alio, vel ab hoc in aliud, seu pertinet ad prædicamētū actionis & passionis. Secundo ibi.

(margin: Secunda, ro.1. — T.c.10. — Tex.c. 14.)

ARGL.

Substantia vero motus non est, propterea quod nihil substantiæ contrarium est.

ANTI. Tex.c. 1.

Secundum substantiam autem non est motus: eo quod nullum entium est substantiæ contrarium.

Manifestat conditionalē præmissam. Et primo ostēdit quod in aliis generibus a tribus prædictis nō potest esse motus: secundo ostendit quomodo in istis trib. generibus motus fit. ibi (Quoniam autem neque substantiæ.) Circa primum tria facit, quia primo ostendit, quod in genere substantiæ non est motus, secundo quod nec in genere ad aliquid ibi. neque est in ad aliquid. Tertio quod nec in genere actionis & passionis, ibi (neque agentis, neque patientis. Præmittit autem tria prædicamenta, s. quando, & situm, & habere. Quando, n. significat in tēpore esse, tempus autem mensura motus est, vnde per quam rōnem non est motus in actione, & passione, quæ pertinet ad motum, eadem ratione nec in quādo. Situs autem ordinem quēdam partium demonstrat, ordo uero relatio est, vnde sicut in ad aliquid non est motus, ita nec in situ. Et similiter habere dicitur secundum quandam habitudinem corporis ad id, quod ei adiacet, vnde in his non potest esse motus, sicut nec in relatione. Qđ ergo motus non sit in genere substātię, sic probat. Omnis motus est inter contraria, sicut supra dictum est, sed substantiæ nihil est contrarium, ergo secundum substātiā non est motus. Habet autem dubitationem quod hic dicitur, propter hoc qđ idem Philosophus dicit libro secūdo de Generatione, qđ ignis est cōtrari' aquę, & in Primo libro de Cœlo dicitur quòd Cęlum non est generabile nec corruptibile, quia non habet contrariū. Vnde videtur relinquere, quod ea, quæ corrumpuntur, vel sunt contraria, vel ex contrarijs composita. Dicūt autē quidam ad hoc, quòd vna substantia pōt esse alteri contraria, vt ignis aquæ secundum suam formam, non secūdum suum subiectum. Sed fm hoc probatio Arist. non valeret, sufficeret. n. ad hoc quod motus sit in substātia, quòd formæ substantiales sint contrariæ. Est enim motus de forma in formam, quia & in alteratione subiectum non est cōtrarium subiecto, sed forma formæ. Et ideo aliter dicendum, quod ignis est contrarius aquæ secundum qualitates actiuas & passiuas, quæ sunt calidū, frigidum, humidum, & siccū, nō autem fm formas substantiales. Non. n. potest dici quod calor sit forma substantialis ignis, cum in alijs corporibus sit accidens de genere qualitatis. Quod. n. est de genere substantiæ, nō potest esse alicui accidens. Sed hæc etiam responsio difficultatem patitur. Manifestū est. n. qđ propriæ passiones causantur ex principijs subiecti, quæ sunt materia & forma. Si igitur propriæ passiones ignis, & aquæ sūt contrariæ, cum contrariorum sint contrariæ causæ, vr quòd formæ substantiales sint contrariæ. Item in Decimo Metaphy. probatur, quòd omne genus diuiditur per contrarias differentias, differentiæ autem sumuntur a formis, vt in Octauo eiusdem libri habet, videtur ergo quòd sit contrarietas in formis substantialibus. Dicendū est igitur, quod cōtrarietas differentiarū, quæ est in omnibus generibus, attenditur secundum communem radicem contrarietatis, quæ quidem est excellentia, & defectus, ad quam oppositionem omnia contraria reducuntur, vt in primo huius habitum est. Omnes enim differentiæ diuidentes aliquod genus hoc modo se habent, quod vna earum est vt abundans, & alia vt deficiēs respectu alterius. propter quod Aristoteles dicit in Octauo Metaphysicæ quod definitiones rerum sunt sicut numeri, quorum species variantur per additionem & subtractionem vnitatis. Non autem oportet quod in quolibet genere sit contrarietas fm propriam rōnem huius, & illius speciei, sed solum fm communē rationē excellentiæ & defectus. Quia. n. contraria sunt quæ maxime distant, oportet quod in quocunq; genere inueniatur cōtrarietas, qđ inueniātur duo termini maxime distan-

(margin: T.c. 18. — Infra. Tertia. 10. — Te.cō.35. T.c. 10. — Tex.c. 53. Tex.c.6. — ANTI. — Quocūque in genere est vna prima cōtrarietas secundum cōem contrarietatis, radicē, non autem secundū propriam rationem.)

Quæ nō cōtrarietas attendenda sit eo in genere in quo sit motus.

stantes, inter quos cadunt omnia, quę sunt illius generis. Nec hoc sufficeret ad hoc ꝙ in illo genere esset motus, nisi de vno extremo in aliud cōtingeret cōtinue peruenire. In quibusdam ergo generibus hæ duæ conditiones desunt, vt patet in numeris, quamuis enim omnes species numerorum differant secundum excellentiam & defectum, tamē non est accipere duo extrema maxime distantia in illo genere, est.n. accipere minimū numerum, s. dualitatem, non tamen maximum. Similiter inter species numerorum non est continuitas, quia quælibet species numerorum formaliter perficitur per vnitatem, quæ indiuisibilis est, & alteri vnitati non continua. Et similiter ēt est in genere substantiæ. Sunt.n. formæ diuersarum specierum abinuicem differentes secūdum excellentiam & defectum, in quantum vna forma est nobilior alia, & propter hoc ex diuersis formis pōt causari diuersæ passiones, vt obiectum est, tamen vna forma speciei secundum propriam suam rationem nō habet contrarietatem ad aliā. Primo quia in formis substantialib. non attenditur maxima distantia inter aliquas duas formas, ita ꝙ ab vna earum non veniatur ordinatim nisi per media, sed materia, dum exuitur vna forma, pōt indifferenter recipere diuersas formas absq. ordine. Vnde Arist. dicit in Secundo de Generatione, ꝙ cum ex terra fit ignis, non oportet ꝙ sit transitus p media elementa. Secundo, quia cū esse substantiale cuiuslibet rei sit in aliquo indiuisibili, non potest aliqua cōtinuitas attendi in formis substantialibus, vt motus continuus possit esse de vna forma in aliam secundū remissionem vnius formę, & intentionem alterius. Vnde pro-

T.c.14.

batio Aristotelis, qua probat in substantia non esse motum, qa nō est ibi contrarietas, est demōstratiua, & nō probabilis tantum, vt Commentator innuere videtur. Licet possit & alia ratione probari, quod motus non est in substantia, quā supra posuit, quia, s. subiectum formæ substantialis est ens in potentia tantum. In qualitatibus aūt tertiæ speciei, manifeste apparet contrarietas s̄m vtrāq. rōnē, & quia qualitates pñt intendi & remitti, vt sic possit esse continuus motus de qualitate in qualitate, & quia inuenitur maxima distātia in eo genere inter duo determinata extrema, sicut in coloribus, inter albū & nigrū, in saporib. inter dulce & amarū: in quantitate aūt & loco, alterum istorum manifeste inuenitur, s. cōtinuitas, sed aliud, s. maxima distantia determinatorum extremorū non inuenitur in eis, si s̄m cōem rationem quantitatis, & loci accipiantur, sed solum secundū quod accipiuntur in aliqua re determinata, sicut in aliqua specie animalis vel plantæ, est aliqua minima quantitas, a qua incipit motus augmenti, & aliqua maxima, ad quā terminatur. Similiter etiam in loco inueniuntur, duo termini maxime distantes, per comparationem ad motum aliquem, in quorum vno incipit motus, & in alium terminatur, siue sit motus voluntarius naturalis, siue violentus. Secundo ibi.

ARGY. *At neque in hisce quæ sunt ad aliquid, altero. n. subeunte mutationem, alterum mutationem non subiens, vere dici potest, quare motus ipsorum per accidens est.*

ANTE. *Neque est in ad aliquid, contingit enim altero mutato, verum esse alterum non mutari, quare secundum accidēs motus horum est.*

T.c.

Ostendit quod non est motus in genere ad aliquid. In quocunq;.n. genere est per se motus, nihil illius generis de nouo inuenitur in aliquo absque eius mutatione, sicut nouus color non inuenitur in aliquo colorato, absque eius alteratione. Sed contingit de nouo verum esse aliquid relatiue dici ad alterum altero mutato, ipso tamen non mutato, ergo motus non est per se in ad aliquid, sed solum per accidens, in quātum. s. ad aliquā mutationem consequitur noua relatio, sicut ad mutationē secundum quantitatem sequitur æqualitas vel inæqualitas, & ex mutatione scd̄m qualitatē, similitudo & dissimilitudo. Hoc autem quod hic dicitur, in quibusdam non vr̄ habere difficultatem, in quibusdam aut sic. Sūt.n. quædam relationes, quæ non sunt aliquid realiter in eo, de quo prædicantur, quod quidē quandoque contingit ex parte vtriusque extremi, sicut cum dr̄ idē eidē, idē hæc.n. idētitatis relatio in infinitum multiplicaretur, si quælibet res esset sibi eadē per relationē additā: manifestū est.n. ꝙ qd̄libet sibiipsi est idem. Est ergo hæc relatio scd̄m rōnē tm̄, in quantum. s. vnā & eādem rem rō accipit, vt duo extrema relationis. Et similiter est ī multis aliis. Quædam vero relationes sunt, quarū vna realiter est in vno extremo, & alia scd̄m rōnē tm̄ in altero, sicut scientia & scibile. scibile.n. relatiue dr̄, non quia ipsum refertur per aliquā relationē in ipso existentē, sed quia aliud refertur ad ipsum, vt patet p Philosophū in Quinto Metaphy. & similiter est cum columna dr̄ dextra in animali. Dextrum.n. & sinistrum sunt relationes Lect.31.
reales in animali, quia in eis inueniuntur determinatæ virtutes, in quibus huiusmodi relationes fundantur. in columna autem non sunt secundum rem, sed secundū rōnem tantum, quia non habet prædictas virtutes, quæ sunt fundamenta harum relationum. Quædam uero relatiua sunt, in quibus ex parte vtriusq. extremi inuenit relatio realiter existens, sicut in æqualitate & similitudine, in vtraq. .n. inuenitur quantitas vel qualitas, quæ est huius relationis radix, & simile etiam apparet in multis aliis relationibus. In illis igitur relationibus quæ nō ponunt rem aliquam nisi in uno extremorum, non videt difficile, quod mutato illo extremo, in quo relatio realiter existit, de nouo dicatur aliquid relatiue de altero, absque sui mutatione, cum nihil ei realiter adueniat. Sed in illis, in quibus relatio inuenitur realiter in vtroq. extremorum, vr̄ difficile quod aliquid relatiue dicatur, de vno per mutationem alterius absque mutatione sui, cū nihil de nouo adueniat alicui absque mutatione eius cui aduenit. Vnde dicendum est, quod si aliquis per suā mutationē efficiatur mihi æqualis, me nō mutato, ista æqualitas primo erat in me quodammodo, sicut in sua radice, ex qua habet eē reale. ex hoc enim quod habeo talem quantitatem, cōpetit mihi quod sim æqualis omnibus illis, qui eandem quantitatem habent. Cum ergo aliquis de nouo accipit illam quantitatem, ista communis radix æqualitatis determinatur ad istum, & ideo nihil aduenit mihi de nouo per hoc quod incipio esse alteri æqualis per eius mutationem. Tertio ibi.

Neq. item agentis est motus, ac patientis, neq. mouentis, ac eius quod mouetur. quia motus non est motus., neq. gn̄ationis est generatio, neque ōino mutationis, mutatio. ARGY.

Neq. agentis neq. patientis, neq. omnis quod mouetur aut mouentis, quia non est motus motus, neque generationis generatio, neque omnino mutationis mutatio. ANTI.

Probat quod nō sit motus in gn̄e Actionis & Passionis. Actio enim & passio nō differunt subiecto a motu, sed addunt aliquam rationem, vt in Tertio dictum est. Vnde idem est dicere quod motus sit in agere & pati, et quod motus sit in motu. Circa hoc ergo tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat proposi- Text. c.11.
tum ibi. (Primum quidem cum contingit.) Tertio po- T.c.17.
nit quandam distinctionem ad propositi manifestationem. ibi. (Omnino autem quoniam mouetur,) Dicit ergo primo, quod sicut motus non est eius, quod est aliquid, ita etiam non est agentis & patiētis, neque etiam vt absolute loquamur, est mouentis aut moti, quia non potest esse quod aliquis motus sit alicuius motus, neq. qd̄ generatio, sit generationis, quę sunt species mutationis. neque etiam quod mutationis sit mutatio, quæ est genus eorum, & etiam corruptionis. Secundo ibi.

ARGU. *Motus.n.dupliciter motus esse potest. Aut vt subiecti ut homo mouetur, quia ex albo in nigrũ mutatur. Et motus ne igitur hoc modo, aut calefit, aut frigefit, aut mutat locum, aut accrescit, aut decrescit? at hoc fieri nequit. Mutatio namque non sulnt rõnẽ subiecti. Aut hoc ipso quod aliquod aliud subiectum ex vna mutatione ad aliam mutationis speciem, perinde vt homo ex ægritudine ad sanitatem mutatur. At neque hoc esse potest, nisi per accidens, hic.n.motus ex alia forma in aliam est mutatio, & generatio & corruptio modo eodem, hoc excepto, has quidem ad sic opposita esse, motum autem non similiter. Simul igitur in morbum e sanitate mutatur, & ex hac ipsa mutatione ad aliam. Patet igitur cum ægrotauerit ad quamuis fore mutatum, quiescere nãque potest. Et insuper non ad quamuis semper, & illam, ex aliquo nimirum in aliqd aliud erit. Quare & opposita sanatio erit. non erga motus est motus nisi per accidens, velut si ex recordatione in obliuionem mutatur, quia cui illud inest, id interdum in sciẽtiam, interdum in sanitatem mutatur.*

ANTI. Tex. 55. *Primum.n.contingit dupliciter motus esse motũ. Aut sicut subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrũ mutatur, an sic & motus, aut calescit aut frigescit, aut locum mutat, aut augmentatur, aut diminuitur? Hoc aũt impossibile est. Non.n.subiectorum aliquid est mutatio. Aut ex eo, quia aliquod aliud subiectum ex mutatione mutatur*

T.c. 52. *in alteram speciem, vt homo ex ægritudine in sanitatẽ. Sed neque hoc possibile est nisi secundũ accidens. Hic enim motus ex alia specie in aliam mutatio est, & generatio & corruptio similiter præter quòd hæ sunt in opposita sic: motus autem non similiter. Similiter igitur mutabitur ex sanitate in ægritudinem, & ex ipsa hac mutatione, in aliam. Manifestum aũt quod cũ infirmetur mutatus erit in quali bet, contingit enim quiescere. Et amplius, non in contingentem semper, & illa, ex quodam in quoddam alterum est. Quare & opposita erit sanatio, sed secundum quod accidit, vt si ex recordatione in obliuionem mutatur. quoniã cui inest, illud mutatur aliquando in scientiam, aliquando vero in sanitatem.*

Probat quod mutationis non possit esse mutatio, & hoc per sex rationes. Quarum prima est, quia, si mutationis sit mutatio, hoc potest intelligi dupliciter. vno mõ, vt mutatio sit mutationis sicut subiecti, quod mouetur, sicut aliqua mutatio est hominis, quia homo mouetur puta de albedine in nigredinem. Sic ergo põt intelligi, quod motus aut mutatio sit mutationis, aut motus vt subiecti, ita.s.quod mot⁹ aut mutatio moueatur, puta qđ calescat aut infrigidetur, vel moueatur sc̃dm locum, aut secũdũ augmẽtum & diminutionẽ. Sed hoc est impossibile, quia mutatio non est de numero subiectorum, cum non sit substantia per se subsistens, non ergo põt esse mutatio mutationis vt subiecti. Alio modo põt intelligi, vt sit motus mutationis vt termini, ita.s.q aliquod subiectum moueatur ex vna specie mutationis in alteram, sicut ex calefactione in infrigidationem, aut sanationẽ, vt duæ mutationes intelligantur duo termini vnius mutationis, sicut ægritudo & sanitas intelligũtur duo termini mutationis, cum homo mutatur a sanitate in ægritudinem. Sed non est possibile quod aliqđ subiectũ moueatur per se de mutatione in mutationẽ, sed solum per accidens. Et quod hoc non sit possibile per se, probat dupliciter. primo quidẽ sic. Omnis.n.motus est mutatio ab vna specie determinata in aliam speciem determinatam. & similiter generatio & corruptio quæ condiuiduntur motui, habent determinatos terminos, sed est differẽtia in tantum quod generatio & corruptio sunt in terminum oppositum, sic.i.secũdum contradictionem, sed motus est in terminum oppositũ (nõ similiter) sed secundum contrarietatem. Si igitur aliqđ subiectum mutetur de mutatione in mutationem puta de ægrotatione in dealbationem, simul dum mutatur subiectum de sanitate in ægritudinem, mutabitur etiã ex hac mutatione in aliam. Dum enim subiectum adhuc est partim in termino a quo, mouetur in terminũ ad quẽ, sicut dũ aliquis habet aliquid de sanitate mouetur ad ægritudinem. Si ergo motus de sanitate in ægritudinem sit terminus a quo alicuius motus, dum adhuc durat illa mutatio, qua. s. aliquis mutatur de sanitate in ægritudinem, simul mutabitur subiectum de hac mutatione in aliam, quæ succedit in subiecto huic mutationi. Manifestum est autem, quando prima mutatio fuerit terminata, s. cum iam quis ex sanitate mutatus est in ægritudinem, poterit deinceps succedere sibi quæcunque alia mutatio. Nec hoc est mirum, quia contingit terminatã prima mutatione, subiectum quiescere, & nulla mutatione mutari, & eadem ratione contingit, qđ mutetur alia quacunque mutatione. Si igitur est aliquis motus de prima mutatione in secundam mutationem, quæ succedit in subiecto, sequetur quod motus sit de prima mutatione in quãcunque aliam indeterminate. Et hoc est cõtra rationem motus per se, quia omnis motus est de determinato ad determinatum terminum. nõ enim corpus mouetur per se de albo in quodcunque, sed in nigrum aut medium. Patet ergo quod duæ mutationes non sunt per se termini mutationis alicuius. Secundo autem probat idem per aliam rationem. Quia si mutatio quædam per se est de mutatione præcedente in mutationem subsequentem, non oportet quod semper sit mutatio in mutationem (contingentem) s. quam contingat simul esse cum mutatione præcedente, sicut dealbatio simul potest esse cum ægrotatione, sed sanatio non potest simul esse cum ægrotatione, quia sunt contrariæ mutationes. Contingit tamen quod ægrotationi succedat in eodem subiecto sicut dealbatio, ita & sanatio. Et hoc est quod dicit, quod mutatio, quæ ponitur esse de vna mutatione in aliam, nõ semper est in mutationem contingentem, cum quandoque succedat non contingens. Et illa etiam mutatio non contingens est (ex quodã in quoddã alterum). i. inter duos alios terminos, quare illa mutatio nõ cõtingẽs, in q̃ aliquis mutaẽ de ægrotatione, erit sanatio opposita ægrotationi. Quod autem hoc sequatur inconueniẽs, patet ex propositione supra inducta, s. quod simul dum est prima mutatio, mutabitur in secundam. simul ergo dum aliquis mouetur ad ægritudinem, mutabitur ad sanationem. Sanationis autem terminus est sanitas: est.n. de quodam in quoddam aliud, vt dicit. Vnde relinquitur, quod simul dum aliqd mouetur ad ægritudinem, moueatur etiam ad sanitatẽ; quod est moueri ad duo contraria simul, & intendere ea simul, quod est impossibile. Sic igitur manifestũ est quod nulla mutatio est per se de vna mutatione in aliã. Sed quod hoc contingat esse per accidens, vt præmisit manifestat subdens; quod per accidens hoc contingit, sicut qñ subiectũ nunc mutatur vna mutatione, & postmodum alia, puta si aliquid dicitur mutari per accidens de recordatione in obliuionem, vel in quancunque aliã mutationem, quia subiectum mutationis quandoq; mutatur in scientiam; quandoque in aliquid aliud, puta in sanitatem. Secundam rationem ponit ibi.

ARGV. *Præterea, si mutationis est mutatio, generationisq; generatio, in infinitum erit abitio. Necesse est aũt & priorem esse, si posterior erit, veluti, si generatio simplex aliquando fiebat, & ipsum fiens fiebat. Quare nondum erat fiens simpliciter, sed aliquod fiens, atq; tũ fiens, & hoc rursus aliquando fiebat. Quare nondum erat tum fiens. Cum autem infinitorum primum quicquam non sit, primum ipsum non erit, quare neque id erit quod hæret. Impossibile est igitur generari quicquam, moueri, aut mutari.*

ANTI. T.c. 13. *Amplius autem in infinitum vadit, si erit mutationis*

muta-

mutatio, & generationis generatio. Necesse est igitur esse prima, si vltima erit, vt si simpliciter generatio fiebat, aliquando, & quod fit, fiebat. Quare nondum erat quod fit simpliciter. sed aliquid cum fit & factum est iam, & iterum fiebat hoc aliquando, quare nondum erat tunc, quod fit. Quoniam autem infinitorum non est primum. non erit quid vltimum, quare neque habitum, neque fieri igitur, neque moueri possibile est, neque mutari nihil.

Secunda rō. Præmittit duas conditionales. Quarum prima est, ꝙ si mutatio est mutationis, vel generationis generatio, quocunque modo necesse est procedere in infinitum, quia eadem ratione generatio secunda habebit aliã generationem, & sic in infinitum. Secunda conditionalis est, quod si ordinentur hoc modo generationes, & mutationes, quod mutatio sit mutationis, & generatio generationis: si vltima mutatio vel generatio erit, necesse est ꝙ prima sit. Hanc autem secundam conditionalem sic probat. Sit.n. aliquid, quod generetur simpliciter, puta ignis, si generationis est generatio, oportet dicere ꝙ etiam ista simpliciter generatio aliquãdo generabatur, & hoc ipsum fieri fiebat, cum aũt fiebat ipsa generatio, nondum erat illud qđ generatur simpliciter, s. ignis, quia aliquid non est dum fit, sed quando iam factum est, nũc primo est, quandiu ergo fiebat generatio ignis, ignis nõ dum erat factus, nondum ergo erat. & iterum ipsa generatio suæ generationis eadem ratione aliquando fiebat, & sicut quando fiebat generatio ignis, nõdum erat ignis, ita sequitur quod quandiu fiebat generatio generationis ignis, nondũ esset generatio ignis, ex quo manifestum est quod generatio ignis esse non potest nisi cõpleta sua generatione, & eadem ratione nec illa, nisi fuerit præcedens, & sic vsque ad primam. Si ergo non fuerit prima generatio, non erit vltima, quæ est generatio ignis, sed si procedatur in generationibus in infinitum non est accipere primam mutationem, vel generationem, quia in Infinitis nõ est primum, vnde sequitur quod neque sit (habitum). i. consequenter se habens in generationibus, & mutationibus. Si autem nõ sit aliqua generatio nec mutatio, nihil fit neque mouetur. Si ergo generationis sit generatio & mutationis sit mutatio, nihil fit neque mouetur. Est autem attendendum, qđ hæc ratio non excludit, quin mutatio possit sequi mutationẽ per accidens in infinitum, quod oportet dicere secundũ opinionem Arist. qui posuit motum æternum. Sed intẽdit ostendere, sicut prius dictum est, quod mutatio non sit mutationis per se in Infinitum. Sic enim postrema dependerent ex infinitis præcedentibus, & nunquam finirentur. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea eiusdem est contrarius motus & quies, insuper, & generatio atque corruptio. Quare ipsum fiens tunc corrumpitur, cum fit fiens, neq; n. statim fiens neque posterius, sit enim oportet, id quod corrumpitur.*

ANTI. Te.c.14. *Amplius eiusdem motus cõtrarius est, & adhuc quies & generatio, & corruptio. Quare & quod fit (cum fiat quod fit) tunc corrumpitur neque enim cum mox fit neq; posterius, esse enim oportet quod corrumpitur.*

Tertia ratio Quæ talis est. Eidem motui cõtrariatur & motus & quies sicut ascensioni contrariatur descensus & quies in loco inferiori. & similiter generatio & corruptio contrariantur, cõtraria autem nata sunt fieri circa idem, ergo quicquid generatur potest corrumpi. Sed, si generationis est generatio, oportet quod generatio generetur: ergo generatio corrumpitur. Sed quod corrumpitur oportet esse, sicut.n. generatur quod nõ est, ita corrumpitur quod est. ergo oportet quod (cum fiat quod fit) id est, cum generatur aliquid generatione existente, tunc ipsa generatio corrumpatur, non quidem statim cum generatio desierit, neque iterum in posteriori tempore, sed simul, quod videtur inconueniens. Est autem cõsiderandum quod generatio est vt terminus eius quod generatur sicut substantia, quia generatio est transmutatio ad substantiam, quod autem est generationis subiectum, non est id quod generatur, sed materia eius. Vnde Arist. nõ recedit a suo proposito, quo intendebat ostẽdere quod mutatio non est mutationis, vt termini. Quartam rationem ponit ibi.

ARGI. *Præterea & ei quod generatur, & ei quod mutatur, materiam subesse oportet. Erit igitur, vt alterabile corpus est aut anima, sic aliquid id quod fit motus, vel generatio. Et aliquid rursus ad quod mouentur. Oportet enim huiusmodi ex hoc ad hoc motum aliquid esse, non motum vel generationem.*

ANTI. Te.c.15. *Amplius oportet materiam subesse, & ei quod fit, & ei, quod mutatur. Quæ igitur erit materia? sicut alterabile, vt corpus aut anima, sic aliquid quod fit motus aut generatio. Et iterum aliquid, in quod mouetur. Oportet enim aliquid esse huiusmodi ex hoc in hoc motum, non motum, aut generationem.* Te.c.16.

Quarta rō. Quæ talis est. In omni generatione oportet esse aliquã materiam, ex qua fiat illud quod generatur. sicut in oĩ mutatione oportet esse aliquã materiam vel subiectum; vt in alteratione subiectum est corpus, quãtum ad corporales alterationes, & anima quãtum ad animales. si ergo generatio generetur, oportet quod sit aliqua materia ipsius generationis, quæ. s. in speciẽ generationis trãseat, sicut materia ignis generati trãsit in speciem ignis, & talem materiam non est assignare. Ponit etiã sub eadem ratione aliud mediũ, quia. s. in qualibet generatione vel mutatione oportet esse aliquẽ terminum, in quẽ aliquid mouetur, & huiusmodi terminum oportet esse hoc aliquid demõstratum vel determinatum. hmõi autem non est nec motus, neque generatio. Non est ergo possibile, quod generationis, aut motus sit aliqua generatio. Quintam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et insuper quo pacto erit, non enim generatio perceptionis, erit perceptio. Quare neque generationis erit generatio, neque quædam cuiusdam.*

ANTI. *Similiter autem, & quomodo erit, non.n. erit doctrina, doctrinæ generatio. Quare neque generationis generatio, neque quædam, cuiusdam.*

Quinta rō. Quæ talis est. Sicut se habet genus ad genus, sic & spẽs ad speciem. si igitur generationis sit gñatio, oportebit quod & iã doctrinæ gñatio sit doctrina. Sed hoc apparet manifeste falsum. Doctrina.n. est generatio scientiæ, & non generatio doctrinæ, ergo nec generationis potest esse generatio. Sextam rationem ponit ibi.

ARGY: *Præterea si tres mutationis species sunt, subiectam naturam harum aliquam esse, & eã, in quam mouentur necesse est. Veluti lationem alterari aut ferri necesse est.*

ANTI. *Amplius, si tres species sunt motus harum aliquam necesse est esse subiectam naturam, & in quam mouetur. Loci ergo mutationem alterari aut ferri continget.*

Sexta ratio. Quæ talis est. Si mutationis sit mutatio, vel sicut subiectũ vel sicut termini, cũ tres sint species motus. s. motus in vbi, & motus in quantitate, & qualitate, sequetur, quod vna harum specierum possit esse subiectum alterius, & terminus etiam suiipsius. Sequeretur ergo ꝙ loci mutatio alteretur, vel & feratur secundum locum, quæ quidem euidentius apparent inconuenientia in speciali quam in communi. Non ergo dicendum est ꝙ mutationis sit mutatio, aut generationis generatio. Tertio ibi.

ARGY. *Omnino autem, cum omne quod mouetur trifariam moueatur, aut quia per accidens moueatur, aut quia pars aliqua mouetur, aut quia per se mouetur, per accidens duntaxat mutari mutatio potest, veluti si is, qui sanatur, currit vel discit. At eã, quæ est per accidẽs, iã dudũ omisimus.*

ANTI. *Omnino autem, quoniam mouetur omne quod mouetur tri-*

tripliciter, aut in eo quod est secundum accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per se, secundum accidens solum contingit mutari mutationem, vt si quis sanus fit, currat aut discat. Hanc autem secundum accidens dimisimus olim.

Ostēdit quō possit esse mutationis mutatio, & dicit ꝙ cū tripliciter aliquid moueatur (vt supra est dictum) vel secundum accidens, vel secūdum partem, vel per se, solummodo per accidēs, contingit mutari mutationē, in quantum. s. subiectum mutationis mutatur, puta si aliquis dum fit sanus currat aut discat, tunc enim sanatio curret aut discet ꝑ accidens, sicut musicus ędificat. Sed de eo quod mouetur per accidens, nō intendimus nunc tractare, hoc enim supra iam prætermisimus.

LECTIO IIII.

Motus proprie tribus tantum in generibus esse dicitur, Quot item modis sumatur immobile, ostenditur.

ARGY. *Cum autē neque in substantia, neque in relatione, neque in actione, passione ne sit motus, restat in qualitate, quantitate, ac vbi tantummodo motum esse: in vnoquoque namque istorum, contrarietas est.*

ANTI. T.c.18. *QVoniam autem neque substantiæ, neque ipsius ad aliquid, neque ipsius facere aut pati, relinquitur secundum quale, aut quantum, & vbi, motū esse solum, in vnoquoque enim horum est contrarietas.*

Ostenso quod non est motus in substantia, neque in ad aliquid, neque in actione & passione, concludit in quibus generibus sit motus. Et circa hoc tria facit. Primo inducit conclusionem intentam. Secundo ostendit qualiter sit motus in vnoquoque trium generū. ibi (Motus quidem igitur.) Tertio remouet quandam dubitationem. ibi. (Quæ autem est in eadem specie.) Dicit ergo primo, quod cum motus non sit nec in substantia, nec in ad aliquid, nec in facere & pati, vt ostensum est, Relinquitur quod motus sit solum in istis tribus generib. scilicet qualitate, & quantitate, & vbi, quia in vnoquoq; horum generum cōtingit esse contrarietatem, quam requirit motus. Quare autem prætermittat tria genera. s. quando, situm, & habere, & quomodo in istis tribus generibus, in quibus est motus, sit contrarietas, supra ostēsum est. Secundo ibi.

Infra. T.c. 19.

ARGY. *Is igitur motus, qui in qualitate est, alteratio sit. hoc. n. commune nomen positum est. Atque qualitatem non eam dico, quæ in substātia est (est enim differentia qualitas). sed eam quæ est passiua, qua quippiam pati dicitur, aut impassibile esse.*

ARGI. *Motus igitur secundum quale, alteratio sit. huic enim alludit cōe nomen. Dico autem quale non in substantia, (est namque differentia quale est) sed quod passiuum, secundū quod dicitur pati, aut impassibile esse.*

Ostendit qualiter sit motus in prædictis generibus. Et primo qualiter sit in qualitate. Secundo qualiter in quantitate. ibi. (Qui vero secundum.) Tertio qualiter in vbi. ibi. (Qui autem secūdum locum.) Dicit ergo primo quod motus, qui est in qualitate, vocatur alteratio. Huic enim generi alludit hoc commune nomen, quod est alteratio. nam alterum solet dici qđ differt secūdum qualitatem. Loquimur autem nunc de qualitate non secundum quod quale inuenitur in genere substantiæ, secundum quod differentia substantialis dr̃ prædicari in eo quod quale, sed de quali passiuo, quod continetur in tertia specie qualitatis, secundum quod quale dicitur aliquid pati aut non pati, vt calidum & frigidū, albū & nigrum, & huiusmodi. In his enim contingit esse alterationem, vt in Septimo probabitur. Secundo ibi.

ARGY. *Hic autem, qui est in quantitate, communi quidem nomine caret, habet autem earum partium, in quas diffunditur nomina, quarum altera Accretio, alia Decretio nuncupatur. Ea quidem, quæ ad perfectam acceditur magnitudinem Accretio, ea vero, quæ ex hac receditur, Decretio.*

ANTI. *Qui vero secundum quantum, secundum commune quidem innominatus est, sed secundum vtrunque Augmentū & Decrementum: qui. n. est in perfectam magnitudinē Augmentum est, qui vero ex hac, Decrementum.*

Ostendit quomodo sit motus in quantitate. & dicit quod motus, qui est in quātitate, nō est nominatus ſm suum genus, sicut alteratio, sed nominatur secundum suas species, quæ sunt augmentum, & decrementū. Motus. n. qui est ab imperfecta magnitudine ad perfectam vocatur augmentum, qui vero est a perfecta magnitudine in imperfectam vocatur decrementum. Tertio ibi.

ARGY. *At is qui est in loco, & cōmuni nomine caret, & proprio. latio autem communi nomine nuncupetur, quāquam ea sola proprie ferri dicuntur, in quibus cum mutant locū, non est situm stare, & quo loco seipsa non mouerint.*

ANTI. *Qui aūt est secundum locum, & secundum proprium, & commune innominatus est, sit autē latio vocata, quod commune est, quamuis dicātur ferri hæc sola proprie, cum non in seipsis sit stare mutantibus locum, & quæcunque, non ipsa seipsa mouent secundum locum.*

Ostēdit qualiter sit motus in vbi. & dicit qđ motus secundum locum non habet nomen cōe generis, neque nomina propria specierum, sed impositum est ei nomē cōe vt vocetur latio, quamuis hoc nomen sit proprium omnino motus localis in communi. Illa enim sola dicū tur proprie ferri, quæ sic mouentur secundum locum, quod non est in potestate eorum quod stent. & huiusmodi sunt illa, quæ nō mouentur a seipsis secundum locum, sed ab aliis. Ideo autem imponi potuit nomen cōmune motui in qualitate, quia qualitates sunt contrariæ secundum propriam rationem suarum specierum, secūdum quas continentur sub genere qualitatis. Contrarietas autem in quantitate nō est secundum rationem suarum specierum, sed secūdum perfectum & diminutum vt supra dictum est, & secūdum hoc denominatur spēs. Sed in loco est cōtrarietas solum per comparationem, ad motum, respectu cuius duo termini maxime distāt, & ideo quia ista contrarietas est secūdum id, quod omnino extraneum est ab hoc genere, non potuit motus, qui est in hoc genere, habere nomen neque in generali, neque secundum partes. Deinde cum dicit.

ARGI. *Mutatio autem ea, quæ est eadem in forma ad magis, ac minus tale, alteratio est. Ea namq; mutatio, quæ ex cōtrario ad contrarium itur, aut simpliciter, aut aliqua ex parte motus nimirū est. Nā si ad minus tale, acceditur ad contrarium, si ad magis vt ex contrario in ipsum, mutari dicetur. Nihil enim interest aliqua ex parte quippiam an absolute mutetur, attamen aliqua ex parte esse ipsa contraria oportebit. Est autem ex eo magis minusue, tale quia plus aut minus inest contrarij, & non inest.*

ANTI. Text.c. 19. *Quæ autem est in eadem specie mutatio in magis & minus alteratio est. Quæ. n. ex contrario, & aut in contrariū, motus est, aut simpliciter, aut sic. In minus quidē. n. vadens, in contrarium dicetur mutari, in magis aūt, tanquam ex cōtrario in seipsum. Differt. n. nihil sic mutari, aut simpliciter, nisi quod sic oportebit contraria esse. Magis autem & minus est quo plus aut minus contrarij inest, aut non.*

Manifestat quoddam qđ poterat esse dubium, ostendens ad quam speciem motus reducatur mutatio, quæ est secundum magis & minus, puta cum aliquid de magis albo fit minus album, & econtrario. posset. n. alicui videri ꝙ reduceretur ad motum augmenti & decrementi. Sed ipse ostēdit, ꝙ reducitur ad motum alterationis, & dicit quod mutatio, quæ est in eadem specie qualitatis, puta in albedine vel in magis, vel in minus, est alteratio. Et hoc probat ꝑ hoc ꝙ alteratio est mutatio de cōtrario in contrarium secundum qualitatem, quod con-

tingit

tingit dupliciter. Aut ſimpliciter, cum aliquis mutatur de albo in nigrum, vel econtra, aut ſic. ſ. quando aliquid mutatur de magis albo in minus album, & econtra. Et ꝙ ſic mutari ſit mutari de contrario in cōtrarium probat per hoc, quòd cum aliquid mutatur de magis albo in minus album poteſt dici mutari de contrario in contrarium, quia appropinquat ad contrarium, ſ. ad nigrū. cum autem mutatur aliquid de minus albo in magis album, idem eſt ac ſi mutaretur de contrario in contrarium, ſ. de nigro in ipſum album: ex hoc enim fit magis album, quia magis recedit a nigro, & perfectius participat albedinem. Et nihil differunt quantum ad hoc ꝙ ſit alteratio, ꝙ mutetur de contrario in contrarium, vel ſimpliciter, vel ſic, ſ. ſecundū magis & minus: niſi quòd, quando mutatur aliquid ſimpliciter de contrario in cōtrarium, neceſſe eſt ꝙ ſint duo contraria in actu termini alterationis, vt album & nigrum, ſed mutatio ſecundum magis & minus eſt inquantum eſt plus & minus de altero contrariorum, vel non eſt. Vlterius ibi.

ARGL. *Et ex his igitur, quæ dicta ſunt, patet motus has tres ſolas eſſe mutationes.*

ANTL. *Quod quidem igitur hi tres ſoli motus ſunt, ex his manifeſtum eſt.*

Concludit ex dictis três ſolum prædictas ſpecies motus eſſe. Deinde cum dicit.

ARGL. *Eſt autem immobile & id, quod moueri non poteſt, & id quod multo in tempore vix mouetur. Aut id, quod tarde admodum incipit. Et id inſuper, quod aptum eſt quidē vt moueat, mouerique poteſt, non tamen tunc cum eſt aptum moueri, & vbi, & quemadmodum eſt aptum, mouetur; quod quidem ſolum immobilium quieſcere voco. Eſt enim motui contraria quies: quare fit, vt ipſa ſit priuatio ſuſceptiui.*

ANTL. T.c.10. Immobile quot dicatur modis. *Immobile autē eſt, & quod omnino impoßibile eſt moueri, ſicut ſonus inuiſibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur. Aut quod tarde incipit; quod dicitur grauiter mobile. Et quod aptum natum eſt moueri poteſtq; moueri, non mouetur autem tunc cū aptū natū eſt, et vbi et ſic, quod quidem quieſcere voco, immobilium ſolum. Contrarium enim quies motui eſt, quare priuatio erit ſuſceptiui.*

Oſtendit quot modis dicitur immobile, & ponit tres modos. Primo enim dicitur immobile illud, quod nullo modo eſt aptum natum moueri, vt Deus: ſicut dicitur inuiſibile quod non eſt natum videri, vt ſonus. Secundo modo dicitur immobile, quod difficile eſt moueri, & hoc dupliciter, vel quia poſtquam incœpit moueri mouetur tarde & cum magna difficultate, ſicut ſi quis dicat claudum immobilem: vel quia difficile eſt, ꝙ incipiat moueri, & per multum tempus oportet ad hoc laborare, ſicut ſi dicamus quod aliquis mons vel aliquod magnum ſaxum, eſt immobile. Tertio modo dicitur aliquid immobile quod natum eſt moueri, & poteſt de facili moueri, non tamen mouetur quando natum eſt moueri, & vbi, & eo modo, quo natum eſt moueri, & hoc ſolum proprie dicitur quieſcere, quia quies eſt cōtraria motui. Et accipit hic contrarietatem large, ſecundum quod etiam includit priuationem. Vnde cōcludit, quod oportet, quod quies ſit priuatio in ſuſceptiuo motus, cōtrarium enim & priuatio non eſt niſi in ſuſceptiuo ſui oppoſiti. Vltimo ibi.

ARGL. *Quid igitur eſt motus, & quid quies, & quot ſint mutationes, & quot motus, per ea quæ diximus, perſpicuum iam euaſit.*

ANTL. *Quid quidem igitur eſt motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus; manifeſtum ex dictis.*

Epilogat quæ dicta ſunt. dicens manifeſtum eſſe ex dictis quid ſit motus & quid quies, & quot ſint mutationes, & quales mutationes poſſunt dici motus.

LECTIO V.

Quorundam terminorum, ſimul ſcilicet, Separatim, Tangere Medii Conſequenter, & Habiti, ad motus vnitatem dignoſcendam vtilium, definitiones, & adinuicem comparationes proponuntur.

ARGY. *Poſt hæc dicamus, quid eſt Simul eſſe, & Seorſum, & quid Tangere, & quid Inter, & quid Deinceps, & quid Hærens, & Continuum, & quibus horum vnumquodque competere aptum eſt.*

ANTL. *POſt hæc autem dicamus quid eſt ſimul, & ſeparatim, & quid eſt Tangere, & quid eſt Mediū, & Conſequēter, & quid Habitum; & quid Continuum, & in qualibet re vnumquodque horum in eſſe aptum natum ſit.*

Poſtquam Philoſophus diuiſit mutationem & motum in ſuas ſpecies, hic procedit ad determinandum de vnitate & contrarietate motus in ſuas ſpecies. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quædam neceſſaria ad ſequentia, ſecūdo proſequitur, principale propoſitum. ibi. Vnus autē motus. (T.c.31.) Circa primum tria facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitū: ibi. Simul igitur. (T.c.22.) tertio recapitulat ibi. Quid quidem igitur. Dicit ergo primo, quod dicendum eſt poſt prædicta, quid eſt ſimul, & quid eſt extraneum vel ſeparatū, (Te.cō. 30.) & quid eſt tangere, & quid eſt medium, & quid eſt conſequenter, & quid habitum, quid continuum, & in quibus hæc nata ſunt eſſe. Præmittit autem hæc, quia horū definitionibus vtitur in demonſtrationibus conſequentibus per totum librū, ſicut & in principio Euclidis ponuntur definitiones, quæ ſunt ſequentium demonſtrationum principia. Secundo ibi.

ARGY. *Simul igitur ea loco dicuntur eſſe, quæ vno in loco ſunt primo. Seorſum autem ea, quæ in diuerſis ſunt locis. Ea dicuntur Tangere, quorum extrema ſunt ſimul.*

ANTL. Te.com.22. *Simul igitur dicuntur hæc eſſe ſecundum locum, quæcū que in vno loco ſunt primo. Separatim autem quæcunque ſunt in altero. Tangere autem quorum vltima ſimul.*

Exequitur propoſitum. Et primo definit quæ præmiſſa ſunt. Secundo comparat ea adinuicem. ibi. Manifeſtum autem quod primum. (T.c.28.) Circa primum tria facit. Primo definit ea, quę pertinent ad tangere, ſecundo ea, quæ pertinent ad hoc quod eſt conſequenter. ibi. Medium vero. (Infra.) Tertio ea quæ pertinent ad continuum, ibi: Continuum autem. (T.c.27.) Et quia in definitione eius quod eſt tangere, ponitur ſimul, ideo primo definit ipſum, & dicit quod illa dicuntur eſſe ſimul ſecundum locum, quæ ſunt in vno loco primo, & dicitur primus locus vniuſcuiuſque qui eſt proprius locus eius. Ex hoc enim aliqua dicuntur eſſe ſimul, quod ſunt in vno loco proprio, non autem ex hoc quod ſunt in vno loco communi, quia ſecundum hoc poſſet dici ꝙ omnia corpora eſſent ſimul, quia omnia continentur ſub cœlo. Dicit autem quod ſimul dicuntur hæc eſſe ſecundum locum ad differentiā eorum, quæ dicuntur eſſe ſimul tempore, hoc enim non eſt nunc ad propoſitum. Per oppoſitum autem dicūtur eſſe ſeparatim vel ſeorſum, quæcunque ſunt in alio & alio loco, Tangere autem ſe dicuntur, quorum ſunt vltima ſimul. Vltima aūt corporum ſunt ſuperficies, & vltima ſuperficierum ſunt lineæ, & vltima linearū ſunt pūcta. Si ergo ponatur quod duæ lineæ ſe tangant in ſuis vltimis, duo puncta duarum linearum ſe tangentium, continebuntur ſub vno puncto loci continentis. Nec propter hoc ſequitur, quod locatum ſit maius loco, qa punctum additum puncto nihil maius efficit, Et eadem ratione ſe habet in aliis. Secundo ibi.

ARGL. *Id eſt, ad quòd prius accedere aptum id, quod mutatur quam ad id, quod vltimum mutatur, ſecundum naturam continue ſubiens mutationē: atque hoc eſt in minimis tribus, eſt enim vltimum mutationis contrarium ipſum. Continue autē id mouetur, quod nihil, aut per paruum res, non*

tem-

temporis, intermittit. Nihil.n. intercapedo prohibet. fierique pōt vt post primam fidiū, vltima, continuo sonet, sed rei, in qua mouetur. atque hoc & in motu, qui loco accommodatur, & in cæteris motionibus patet. Contrarium autem id est in loco quod plurimum recta linea distat. Minima enim est finita & finitum mensura.

ANTL

Medium vero, in quod aptum natum est primū pertingere quod mutatur, quam in quod vltimum mutatur secundum naturam continue mutationem patiens. In minus autem est medium in tribus vltimum, quod continue.n. mutationis contrariū est. Cōtinue autem mouetur, quod nihil, aut paucissimum deficit rei, non temporis. Nihil.n. prohibet deficientiam rei non temporis, & statim etiam post hypatem sonare vltimam, sed rei in quam mouetur: hoc autē & in his, quæ sunt secundum locum, & in alijs mutationibus manifestum est. Contrarium autem secundum locum est, secundum rectitudinem distans plurimum. Minima autem finita, mensura autem finitum est.

Definit ea, quæ pertinent ad hoc q̄ consequenter se hēt. & circa hoc tria facit. Primo definit medium, quod ponitur in definitione eius, quod est consequenter. Secundo definit hoc, quod est consequenter. ibi. (consequenter autem) Tertio infert quoddam corollarium ex dictis. ibi (Quoniam autem omnis mutatio.) Dicit ergo primo, quod medium est, in quod primo aptū natū est peruenire id quod continue mutatur secundum naturam, quam in vltimum terminū motus, in quem mutatur. Sicut si aliquid mutatur de A. in C, per B, dummodo fit continuus motus, primo peruenit ad B, quam ad C. Medium autem potest quidem esse in plurib. quia inter duo extrema possunt esse multa media, sicut inter album & nigrum sunt multi colores medij, sed ad min' oportet, quod sit in trib., quorum duo sunt extrema & vnum medium. Sic igitur, medium est, per quod in mutatione peruenitur ad vltimum, sed vltimum mutationis est contrarium, dictum est.n. supra quod motus est de contrario in contrarium. Et quia in definitione medij posuerat continuationem motus, consequenter ostēdit quid dicatur continue moueri. Potest autem continuatio motus ex duobus attendi, & ex tempore, in quo mouetur, & ex re, per quam transit, sicut est magnitudo in motu locali. Ad hoc igitur quod sit motus continuus requiritur q̄ nulla interpollatio sit in t̄pe, quia quantū cunque modicum interpollaretur motus secundum tēpus, non esset continuus. Sed ex parte magnitudinis, per quam transit motus, potest esse aliqua media interpollatio sine præiudicio continuationis motus, sicut patet in transitibus viarum, in quibus ponuntur lapides ab inuicem modicum distantes, per quos transit homo de vna parte viæ ad aliam motu continuo. Hoc est ergo quod dicit, quod continue mouetur illud quod nihil aut paucissimum deficit rei, i. quod non habet interpollationē ex parte rei, per quam transit. Aut, si deficit paucissime deficit. Sed tempus non potest, nec paucissimum deficere, si sit motus continuus. Quomodo autem res possit deficere in motu continuo manifestat subdens, quod nihil prohibet aliquid moueri cōtinue cum defectu rei sed non temporis. Sicut si aliqs Citharizās, statim post hypatem. i. primam chordam grauem, sonet vltimā acutam, intermissis quibusdā chordis in medio. Sed iste defectus est rei, in qua est motus, non autē temporis. Hoc autem, quod dictum est, de continuitate motus, intelligendum est tam in motu locali, quam in aliis motibus. Sed quia non est manifestum, quō vltimum in motu locali sit cōtrarium, quia locus videtur esse contrarius loco, ideo hoc manifestat, & dicit quod contrarium s̄m locum est, quod plurimum distat secundum lineam rectam. Et intelligendum est plurimam distantiā esse s̄m comparationem ad motum, & mobilia, & mouentia, sicut maxime distant secundum locum per comparationem ad motum grauium & leuium, cētrum & extremitas cæli quo ad nos, Secundum autem motum, meū, vel tuū maxime distat id, quo intendimus ire ab eo, a quo incæpimus moueri. Quid autem sibi velit quod dixit, secundum rectitudinem. Exponit subdens, minima autē finita. Ad cuius intellectum considerandum est, quod minima distantia, quæ est inter quæcunque duo pūcta signata, est linea recta, quam contingit vnam tantum esse inter duo pūcta. Sed lineas curuas contingit in infinitum multiplicari inter duo puncta, s̄m q̄ duæ lineæ curuæ accipiuntur, vt arcus maiorum vel minorū circulorū. Et quia omnis mensura dēt esse finita, alias non posset certificare quantitatem, quod est proprium mensuræ, ideo distantia maxima, quæ est inter duo, nō potest mensurari s̄m lineam curuam, sed solū secundum lineā rectam, quæ est finita, & determinata. Secundo ibi.

ARG

Deinceps. i. inter quod post principium aut positione, aut forma, aut aliquo alio definitum, & id, ad quod deinceps dicitur esse nihil eorum cadit, quæ in eodem genere sunt, vt linea ad lineam vel lineæ, aut vnitas ad vnitatem, vel vnitates, aut domus ad domum, nihil vero prohibet inter ipsa quippiam aliud esse, quod enim deinceps est, ad quippiā est deinceps, & est quid posterius illo. Non enim ipsū vnū ad duo, aut calendæ ad nonas, sed hæc ad illa deinceps sūt. Hærens autem. i. quod deinceps est, atque insuper tangit.

ANT. Text. 26

Consequenter aūt est, quod cum post primum solum sit aut positione, aut specie, aut alio, aut aliquo sic determinato, nullum medium est eorum quæ sunt in eodem genere, & cuius consequenter est, dico autem vt lineæ lineā secundum quod sunt lineæ, aut vnitati vnitas, secundum quod sunt vnitates, aut domui domus: aliud aūt nihil prohibet esse medium. Consequenter enim alicui consequenter ac posterius aliquid: non enim vnum consequenter est duobus, neq; noua luna secundæ consequenter, sed hæc illis. Habitū autem est, quod cum consequenter est, tangit.

T. com. 27

Definit hoc quod consequenter se habet, & quandā speciē eius. s. habitum. & dicit quod ad hoc, quod aliqd dicatur esse consequenter ad alterum, duo requiruntur, quorum vnum est, quod sit post aliquod primum quodam ordine, vel secundum positionem, sicut in ijs, quæ sunt s̄m ordinem in loco, vel secundum speciem, sicut dualitas est post vnitatem vel quocunque alio modo aliqua determinate ordinentur, sicut secundum virtutem, secundum dignitatem, secūdum cognitionem & huiusmodi. Aliud quod requiritur est, quod inter id, quod est consequenter, & id cui est consequenter, non sit aliquid medium de numero eorum, quæ sunt in eodem genere, sicut linea consequenter se habeat ad lineam, si nulla linea sit in medio, & similiter est de vnitate ad vnitatem, & de domo ad domū. Sed nihil prohibet ad hoc quod aliquid sit consequenter alteri, quod aliquid sit mediū inter ea alterius generis, sicut si aliqd animal sit mediū inter duas domos. Quare autem dixerit, & cuius est consequenter, & quod est post primum, manifestat, subdēs quod omne quod dr̄ consequenter, est respectu alicuius, & non tanquam prius, sed tanquam posterius. Non enim dicitur, quod vnum sit consequenter duobus, neque noua luna secundæ, sed econtra. Deinde definit quandam speciem eius, quod est consequenter habitum, & dicit quod non omne, quod est consequenter est habitum scilicet, sed quando sic est consequenter quod tangit, ita quod nihil sit medium, non solum euisdem generis, sed nec alterius. Tertio ibi.

ARG

Quoniam autem omnis mutatio est in oppositis, hæc autem sunt contraria, & quæ secundum contradictionem dicuntur, & nihil est medium contradictionis, patet ipsum quod est inter, in contrarijs ipsis esse.

Quoniam autē omnis mutatio in oppositis est: opposita

autem

autem sunt & contraria, & quæ secundum contradictionem sunt, contradictionis autem nihil est medium, manifestum est quod in contrariis erit medium.

Concludit ex præmissis, quod cum medium sit per quod aliquid mutatur in vltimum, & omnis mutatio sit inter opposita, quæ vel sunt contraria, vel contradictoria, in contradictoriis autem nihil est medium, relinquitur quod omne medium sit inter contraria aliquo modo. Deinde cum dicit.

ARGI. *Continuum autem est quid hærens. Dico autem tunc continuum esse, cum vtriusque fines, quibus se tangunt, vnum idemque fuerunt facti: atque vt nomen significat continetur. quod quidem esse non potest, cum extrema sint duo. Hoc definito patet in his esse continuum, ex quibus aptum est vnum quid fieri tactu; & vt sit ipsum continuum vnũ, sic & ipsum totum fore vnum veluti clauo, vel glutine, vel tactu, vel copulatione.*

ANTI. T.c. 27. *Continuum autem est quidem, quod habitũ aliquid est. Dico autem esse continuum, cum idem fiat et vnus vtriusque terminus eorum, quæ tanguntur: & sic significat nomen continui: hoc autem esse non potest, tum duo sint vltima. Sed hoc determinato, manifestum est quod in his est continuum, ex quibus vnum aliquod aptum natum est fieri secundum contactum. Et sicut aliquando fit continuum vnum, sic & totum erit vnum, vt aut conclauatione, aut colla, aut tactu, aut adnascentia.*

Manifestat quid sit continuum. & dicit, ꝙ continuũ est aliqua species habiti. Cum enim vnus & idem fiat terminus duorum quæ se tāgunt, dicitur esse continuũ, & hoc etiam significat nomen. Nam continuum a continendo dicitur. quando igitur multæ partes continentur in vno, i. quasi simul se tenent, tunc est continuum, sed hoc non potest esse, cum sint duo vltima, sed solum cum est vnum. Ex hoc autem vlterius concludit, quod continuatio esse non potest, nisi in illis, ex quibus natũ est vnum fieri s'm contactum. Ex eadem. n. ratione aliquod totum est secundum se vnum & continuũ, ex qua ex multis fit vnum continuum: vel per aliquam conclauationem, vel per aliquam incollationem, vel per quem cunque modum contingendi, ita quod fiat vnus termi nus vtriusq;. Vel etiam per hoc quod aliquid iuxta aliud naturaliter nascitur, sicut fructus adnascitur arbori, & continuatur quodammodo ei. Deinde cum dicit.

Modi quibus fit vnum contingat.

ARGI. *Patet etiam primum id esse, quod est deinceps. Quod enim tangit, id deinceps esse necesse est: non omne autem, quod deinceps est, tangit. Quapropter ipsum deinceps esse, est & in hisce, quæ sunt ratione priora, velut in numeris, tactus verò non est.*

ANTI. T.c. 28. *Manifestum autem, & quod primum est id, quod consequenter est. Contactum quidem enim necesse est consequenter esse: quod consequenter autem non omne tangere. vnde in prioribus ratione consequenter est, vt in numeris, tactus autem non est.*

Comparat tria præmissorum adinuicem, de quibus principaliter intendit, s. consequenter se habens, Contactum, & continuum. Et circa hoc tria facit. Primo comparat consequenter se habens ad contactum. Secundo contactum ad continuum, ibi (Et si continuum.) Tertio infert quoddam corollarium ex dictis, ibi (Quare si est vnitas.) Dicit ergo primo manifestum esse, quod consequenter se habens, est primum inter cætera præmissa ordine naturæ, secundum quod dicitur esse prius a quo non conuertitur consequentia essendi, quia omne contactum necesse est esse consequenter. Oportet enim inter ea, quæ se contingunt, esse aliquem ordinem ad minus positione: sed non oportet oẽ, quod consequenter se habet, esse tangens: quia ordo potest esse, in quibus non est tactus, sicut in separatis a materia. Vnde hoc, quod est consequenter, inuenitur in ijs, quæ sunt priora secũdum rationem, inuenitur enim in numeris, in quibus non inuenitur tactus, qui inuenitur solum in continuis: numeri autem secundum rationem sunt priores cõtinuis quantitatibus, sicut magis simplices, & magis abstracti. Secundo ibi.

Infra. T.c. 29.

ARGI. *Et si continuum est, tangat necesse est: si vero tangat, nondum continuum est: non enim si simul fiat extrema ipsorum, vnum ipsa esse necesse est: sed si sint vnũ & simul esse necesse est. Quare copulatio vltima est generatione. Tangant enim necesse est, si copulabuntur extrema: ex vero, quæ tangunt, nõ vniuersa sunt copulata. In quibus autem tactus non est, in hisce patet nec copulationem esse.*

ANTI. *Et si continuum est, necesse est etiam tangere: si vero tãgit nondum continuum est. Non enim necesse est vnũ esse ipsorum vltima si simul sint. sed si vnum sunt, necesse est & simul esse. Quare insertus vltimus, est secundum generationem: necesse est .n. tangere si adnata erunt vltima. Contacta autem non omnia adnata sunt. In quibus autem nõ est tactus, manifestũ est, quod non est consertus in his.*

Comparat contactum ad continuum, & dicit quod eadem ratione contactum est prius quam continuum. quia, si aliquid est continuum, necesse est quod sit tangens, sed non est necessarium, si tangit, quod sit continuum. Et hoc probat per rationem vtriusque. Non. n. necessarium est quod vltima aliquorum sint vnum, qđ est de ratione cõtinui, si sunt simul, quod est de ratione cõtacti: sed necesse est econtrario si vltima sunt vnum, quod sint simul ratione, qua potest dici quod vnum sit simul sibiipsi. Si autem hoc quod dico simul, importat habitudinem distinctorum, nõ possunt esse vnum quæ sunt simul, & secundum hoc nec contacta esse possunt, quæ sunt continua, sed communiter accipiendo. Vnde concludit quod (insertus) idest continuatio secundum quam vna pars inseritur alteri in vno termino, est vltimus in ordine generationis, prout specialia sunt posteriora communibus, sicut prius generatur animal quam homo. Et ideo dico esse vltimum interum, quia necesse est aliqua se tangere adinuicem, si vltima eorum sunt adnata, idest naturaliter vnita. Sed non est necessarium quod omnia, quæ se tangunt, quod sint naturaliter adnata adinuicem. Sed in quib. non potest esse contactus, manifestum est quod in his non potest esse (consertus) id est continuatio. Tertio ibi.

ARGI. *Quare si punctum est separatum ac vnitas (vt quidam dicunt) vnitatem ac punctũ idem esse impossibile est, punctio enim competit tactus: vnitatibus esse, deinceps. Et inter illa quidem esse aliquid potest: communis enim linea est inter puncta: inter vnitates autem nihil esse necesse est: nihil est enim inter dualitatem ac vnitatem.*

ANTI. T.c. 29. *Quare si est vnitas & punctum, qualia dicunt separata: non possibile est vnitatem & punctum esse idem. His quidem inest tangere, vnitatibus autem consequenter. Et horum quidem contingit esse medium, omnis enim linea medium punctorum est: horum autẽ non est necesse. nullum enim medium est dualitatis & vnitatis.*

Concludit quoddam corollarium ex dictis, id est ꝙ si vnitas & punctus sunt separata, sicut quidam dicunt, ponentes mathematica separari secundum esse, sequitur quod vnitas & punctum non sunt idem. & hoc manifestum fit duabus rationibus. Primo quidem, quia pũcta sunt in his, quæ nata sunt se tangere, & secundum pũcta aliqua se tãgunt adinuicem. In vnitatibus autem non inuenitur contactus, sed solum hoc quod est consequenter. Secundo uero, quia inter duo puncta contingit esse aliquid medium, omnis enim linea est media inter duo pũcta, sed inter duas vnitates non necesse est esse aliquod medium, patet enim quod inter duas vnitates, quæ constituunt dualitatem, & ipsam primam vnitatem, nihil est medium. Vltimo ibi.

ARGI. *Quid igitur eſt Simul eſſe, Seorſumque, quid Tangere, quid Inter, atque Deinceps eſſe, quid eſt Harens, atque Cõtinuum, & quibus horum vnumquodque competit ſatis iam diximus.*

ANTI. T.c.30. *Quid igitur eſt Simul, & Separatim, & quid Tangere, & quid Medium, & quid Conſequenter, & quid Habitũ, & quid Continuum, & in quolibet vnumquodque eorum meſt, dictum eſt.*

Epilogat quæ dicta ſunt, & eſt planum in litera.

LECTIO VI.

Tribus modis motum Vnum dici proponitur.

ARGY. *Vnus autem motus multis dicitur modis. Vnum enim ipſum multipliciter dicimus. Genere igitur vnus eſt motus per prædicamẽti figuras. Lationes nãq; oẽs vnus in genere motus ſunt. Alteratio autem a latione genere eſt diuerſa.*

ANTI. T.c.31. *VNus autem motus dicitur multipliciter. Vnũ enim multipliciter dicimus. Genere igitur vnus eſt secundũ figuras prædicamenti. Loci mutatio enim omni loci mutationi genere vnus eſt. Alteratio autem a loci mutatione altera genere eſt.*

Poſtquam Philoſophus poſuit quaſdam definitiones neceſſarias ad ſequentia, procedit ad tractãdum de vnitate, & diuerſitate motus. Et primo determinat de vni- (T.c.46.) tate, & diuerſitate motus. Secundo de cõtrarietate, quæ eſt quædam diuerſitas ſpecierum. ibi. (Amplius autem determinandum) Circa primum duo facit. Primo diſtin- (T.c.36.) guit vnitatem motus ſecũdum tres communes modos. Secundo alterum eorum ſubdiuidit, ibi (Quoniam autem continuum eſt.) Circa primum tria facit. Primo oſtendit quomodo motus dicatur vnus genere, Secundo quomodo dicatur vnus ſpecie. ibi. (Specie aũt vnus eſt &c.) Tertio quomodo dicatur vnus numero, ibi (ſim- (Infra: T.c.34.) pliciter aũt vnus.) Dicit ergo primo, quod motus dicit vnus multipliciter, ſecũdum quod ipſum vnum in communi acceptum multipliciter dicitur, ſcilicet genere, & ſpecie, & numero. Dicitur autem motus vnus genere ſecundum figuras prædicamẽti. Omnes enim qui ſunt in vna coordinatione prædicamenti poſſunt dici vnus motus genere. Sicut omnis loci mutatio genere eſt vnus motus, quæ eſt in vno prædicamento vbi, differt autem genere ab alteratione, quæ eſt in prędicamento qualitatis, vt ſupra dictum eſt. Secundo ibi.

ANTI. *Specie vero eſt vnus, quando & genere eſt vnus, & in indiuidua ſpecie eſt, veluti coloris quidẽ ſunt differentiæ. Igitur dealbatio & denigratio, diuerſi ſunt ſpecie motus. Omnes igitur dealbationes eadẽ in ſpecie ſunt, et omnes itidem denigrationes; albedinis autem non ſunt. quapropter dealbationes omnes, vnus ſpecie motus ſunt. Quod ſi ſint aliqua, quæ genera ſunt & ſpecies ſimul, patet vnum quidem in illis ſpecie motum eſſe, non abſolute tamen ſpecie vnum, qualis eſt diſciplina, ſi ſcientia exiſtimationis quidẽ eſt ſpecie, ſcientiarum autem genus.*

ARGY. *Specie autẽ vnus eſt, cum genere eſt vnus & in indiuidua ſpecie ſit, vt coloris quidem ſunt differentiæ. Iam igitur alius ſpecie denigratio & dealbatio. Oĩs autem dealbatio omni dealbationi idem ſecundum ſpeciem erit, & omnis denigratio denigrationi: albedinis autem non amplius. vnde ſpecie vnus eſt dealbatio albationi omni. Si autẽ ſunt quædam, quæ & genera ſimul & ſpecies ſunt, manifeſtum eſt, quod ſpecie vt vnum erit, ſimpliciter vnus ſpecie, non vt doctrinatio: ſed ſcientia quidem ſpecies exiſtimationis, genus autem ſcientiarum aliarum:*

Te.com.32. Oſtendit quomodo motus ſit vnus ſpecie. Et primo oſtendit propoſitum. Secundo mouet quandam dubitationem. ibi. (Dubitabit autem aliquis.) Dicit ergo primo, ꝙ motus dicitur vnus ſpecie, cum non ſolum eſt vnus ſecundum genus, ſed etiam ſecundum ſpeciem indiuiduam, id eſt ſpecialisſimam, quæ non diuiditur in alias ſpecies. Sunt enim quædam ſpecies, quæ diuiduntur, ſicut color ſpecies eſt qualitatis, ſed tamẽ habet differentias, quibus in ſpecies diuerſas diuiditur. Vnde motus, qui ſunt ſecundum colores, poſſunt eſſe diuerſi ſpecie, ſicut dealbatio & denigratio: ſed oĩs dealbatio eſt eadem ſecundum ſpeciem, ſimiliter & omnis denigratio: quia albedinis non ſunt amplius ſpecies in quas diuidatur. Sed ſi ſunt quædam, quæ ſunt ſimul genera & ſpecies, manifeſtum eſt quod motus, qui conueniunt in ſpecie ſubalterna (ſunt vt vnum ſpecie) id eſt ſecundũ quid vnus, ſed ſimpliciter non ſunt vnus ſpecie, ſicut ſcientia quædam eſt ſpecies exiſtimationis, & genus diuerſarum ſcientiarum. Vnde omnis doctrinatio, quę eſt motus ad ſcientiam, eſt quodammodo una ſpecie, non tamen ſimpliciter, quia doctrinatio, qua docetur Grammatica, eſt ſimpliciter alia ſpecie ab ea qua docetur Geometria. Attendendum eſt autem quod in præmiſſis, unitatem & diuerſitatem motus determinauit ſecundum genera & ſpecies, in quibus contingit motum eſſe, quia motus quodammodo reducitur ad genus rerum, in quibus eſt motus. Secundo ibi.

Dubitauerit autem quiſpiam, ſi vnus ſit, ſpecie motus cum ex eodem, in idem mutatur, veluti punctum vnum ex hoc loco in hunc locum iterum iterũque. At ſi ſit, cõuerſio rectaque latio idem erunt ſpecie motus: & volutatio item ac ambulatio. An definitum eſt diuerſum eſſe motũ, ſi id, in quo ſit motus ſpecie ſit diuerſum? circumflexum autem a recto ſpecie differt. Genere igitur, ſpecieue motus, hoc pacto eſt vnus. ARGI.

Dubitabit autem aliquis ſi ſpecie vnus motus ſit, cum ex eodem idem in idẽ mutetur: vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterũ & iterũ. Si autem hoc eſt, erit circulatio rectitudini eadem, & volutatio ambulationi. Aut determinatum eſt, ſi id, in quo eſt, alterum eſt ſpecie, quoniam alter motus eſt, circulare autem a recto alteri ſpecie eſt. Genere igitur & ſpecie motus vnus, ſic eſt. ANTI. T.c.32. T.c.33.

Mouet quãdam dubitationem circa præmiſſa, Vtrũ ſcilicet ex neceſſitate ſit unus ſpecie motus, cum aliquid idem mutatur multoties de eodem in idem, ſicut ſi unum punctum ſecundum Geometras, qui imaginantur pũctum moueri, moueatur ex hoc loco in hunc locum multoties. Et hoc quidem uidetur ſecundum pręmiſſa. Si enim motus, qui ſunt in eadem ſpecie, ut in albedinẽ, ſunt idẽ ſpecie, multo magis duo motus, qui ſunt in eundem locum numero. Si autem hoc concedatur, ſequitur inconueniens, ſcilicet quod motus rectus ſit unus ſpecie motui circulari. Contingit enim ab hoc loco in hũc locum, primo quidem moueri circulariter, quaſi per arcum quendam, poſtmodum uero motu recto, quaſi per lineam rectam. Et ſimiliter ſequitur in motibus animalium, quod ambulatio, quæ eſt per lineam rectam, ſit eadem ſecundum ſpeciem uolutationi, qua animal per lineam circularem uoluendo ſe mouetur, hanc autem dubitationem ſoluit ſecundum præmiſſa. Determinatum eſt enim, quod ſi id in quo eſt motus, eſt alterum ſpecie, & motus eſt alter ſpecie, ut ſic ad hoc quod motus ſit idem ſpecie, non ſolum requiritur identitas termini ſecundum ſpeciem, ſed etiam identitas eius, per quod tranſit motus. Manifeſtum eſt autem quod linea recta & circularis ſunt diuerſæ ſecundum ſpeciem: unde motus circularis, & rectus, & uolutatio & ambulatio non ſunt idem ſecundum ſpeciem, quamuis ſint circa eoſdẽ terminos, quia uia non eſt eadem ſecundum ſpeciem. Sed ſi ſint ijdem termini & eadem uia ſecundum ſpeciem, ſunt ijdem motus ſecundum ſpeciem: & multo magis ſi termini & uia ſunt eadem numero, motus iterati erunt ijdem ſecundum ſpeciem. Deinde cum dicit.

ARGL. *Absolute autem is vnus est motus, qui substantia & numero vnus est. Sed quisnam sit talis patefiet facta diuisione. Tria enim numero sunt, circa quæ motum dicimus esse, quod, in quo, & quando. Duo autem hoc pacto: esse enim quippiam quod mouetur necesse est, velut hominē, aut aurū: & in aliquo hoc moueri, ceu in loco aut in affectu: & quando, omne enim quod mouetur in tempore mouetur. Esse igitur genere aut specie vnū: in ipsa re in qua fit motus, consistit, hæc autem, in tēpore erat. At esse simpliciter vnum in vniuersis hisce consistit: Etenim id in quo fit motus, vnum & indiuiduum esse oportet, veluti formā & tempus vnum esse, & non intercapedines fieri. Et id, quod mouetur vnum nō per accidens esse, vt album nigrescere, & Coriscum ambulare, vnum autē est Coriscus, at album, sed per accidens. Neq. commune. Fieri enim potest vt duo simul homines eadem sanatione sanentur, ex oculorum morbo, in sanitatem eorundem pergentes. At non vnus motus hic est sed specie vnus.*

ANTI. T.c. 34. *Simpliciter autem vnus motus est: qui substantia quidem vnus & numero est. Quis autē huiusmodi sit, manifestum erit diuidentibus. Tria enim sunt secundum numerum, circa quæ dicimus motum vnum, quod, & in quo, & quando. Duo autem quod, quoniam necesse est esse aliquid quod mouetur, vt hominem aut aurum: & in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in passione; & quando, in tempore enim omne mouetur. Horum autem trium, & genere quidem, aut specie esse vnum, est in re in qua mouetur, habitū autem, erat in tempore. Simpliciter autem vnum esse in omnibus his est, & nanque in quo est, vnum oportet esse & indiuisibile, vt speciem. Et ipsum quando, vnum tempus, & non deficeus: Et quod mouetur vnum esse, non secundum accidens, vt album nigrum fieri, & Coriscum ambulare, vnum autem est Coriscus & album, sed secundū accidens: neque commune; esset enim duos homines simul sanari secundum eandem speciem, vt ophthalmia, sed non vnus hic est sed specie vnus est.*

Tria sūt circa quæ dicimus motū vnum.

T.c.35.

In tempore oē mouetur. Quæ ad vnitatē motus simpliciter requirūtur.

Ponit tertium modum, quo motus dicitur vnus numero. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat quis motus sit vnus numero. Secundo circa hoc mouet quasdam dubitationes. ibi. (Socratem autem.) Dicit ergo primo quod scd'm prædictos modos nō dicitur motus vnus simpliciter, sed scd'm quid. s. genere & specie. Tertio autē modo dr̄ motus simpliciter, vnus, qui est vnus numero secundum suam essentiam. Quis autem motus sit hoc modo vnus, manifestum erit distinguendo ea, quæ requiruntur ad motum. Sunt enim numero tria circa quæ consistit vnitas motus, s. subiectum, quod mouetur: & genus, vel species, in qua est motus, & tempus qn̄ mouetur. Et manifestat singula. Quod mouetur quidem dictum est, quia necesse est aliquid esse in quocunque motu quod mouetur, sicut hominem, aut aurum, vel quodcunque corpus. Et similiter necesse est hoc, vel quæcunq; alia mobilia moueri in aliquo genere vel specie, puta in loco, (aut in passione). i. in passibili qualitate. Et similiter necesse est cōsiderare quando mouetur, quia omne quod mouetur, mouetur in tempore. Contingit autem de numero horum trium inueniri vnum genere aut specie, in re, in qua est motus, sicut loco vel qualitate. Sed in tempore non est attendenda quantum ad vnitatem motus, vnitas generis vel speciei, cum non sit nisi vnum tempus secundum speciem, sed quod sit habitum, i. continuo consequens absque interpollatione, vnitas autem motus secundum quam dicitur simpliciter vnus, consistit in vnitate omnium horum. Oportet enim id, in quo est motus, esse vnum & indiuisibile eo modo quo species specialissima indiuisibilis dicitur. Et iterum oportet ipsum tempus, quādo fit motus, esse vnum continuum (& non deficiens,) id est, absque interpollatione. Et tertio oportet id, quod mouetur esse vnum: . Sed excludit duos modos vnitatis subiecti, qui non sufficiunt ad hoc quod motus sit vnus simpliciter. Primus modus est secundum accidens, sicut Coriscus & albus sunt vnum secundum accidens, non tamen motus proprius Corisci, & motus proprius albi est vnus. Motus enim proprius albi, est nigrum fieri, & motus proprius Corisci est ambulare, qui quidem motus differunt. Secundus modus est vnitas generis vel speciei, nō enim ad hoc quod sit vnus motus numero, sufficit q; subiectum sit vnum, sicut aliquod cōmune uel genus, cōtingit. n. duos homines in eodem tempore sanari, & secundū eandem speciem sanationis: puta qoia sanantur de ophthalmia, quæ est infirmitas oculorū: & sic cōcurrit vnitas ipsius quando, & eius in quod est vnitas subiecti secundum speciem. Non tamen hæ duæ sanationes sunt vnus motus numero, sed vnus specie. Secundo ibi.

Lippitudo oculorum ophthalmia est.

ARGL. *Si Socrates autem eadem alteratione specie diuersis temporibus alteratur, si corruptum iterum vnum numero fieri potest, erit & hæc alteratio vna: si non potest, erit eadem specie, sed non numero vna.*

ANTI. Te.com.36. *Socratem autem secundum alterationem eandem alterari specie in alio autem tempore, & iterum in alio: siquidem contingit corruptum iterum vnum fieri numero, erit & hic vnus: si vero non, idem quidem secundum speciem, vnus autem numero non.*

Introducit quādam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo ponit id quod uidetur in primo aspectu de vnitate motus secundum numerum. Secundo mouet dubitationem circa hoc, ibi (habet autem dubitationē) Tertio determinat ueritatem, ibi (eadem ratio est.) Dicit ergo primo, quod cōtingit aliquod unum mobile, ut Socratem, secundum alterationem eandem specie alterari in uno tempore, & iterum in alio, sicut si sanetur bis de ophthalmia. Hæc autē iterata alteratio erit unus motus numero, ut uidetur in primo aspectu, si sanitas, quæ acquiritur, sit eadem numero. Et hoc erit si contingat id quod est corruptum iterum fieri unum numero, quod uidetur impossibile. Sanitas enim quæ in prima alteratione fuit acquisita, postmodum fuit corrupta: & non potest recuperari eadē numero. Sed uidetur quod, si recuperetur eadem numero, quod alteratio sequens esset unus numero motus cum prima, si uero non recuperetur eadem sanitas numero, erit quidem motus idē specie, sed non unus numero. Secundo ibi.

Tex.c.37. T.c.4. 38

ARGL. *Existit autē huic similis dubitatio si vna sit ipsa sanitas habitus ipsi omnino atque affectus in corporibus ipsis nec ne. Ea nanque quæ habent, moueri fluereque videntur. Si eadem igitur atque vna sit mane, & nunc sanitas, cur & cum rursus quispiam amissam recuperauerit, & hæc & illa non vna numero erit?*

ANTI. T.c. 37. *Habet autē dubitationem huic similem, et vtrū vna sanitas, & omnino habitus & passiones, substantia sint in corporibus. Moueri nanque videntur habentia & fluere. Si igitur eadem & vna sit mane & nunc sanitas, quare non & cum deficiens accipiat iterum sanitatem & hæc et illa vna numero erit?*

Mouet quandam aliam dubitationem circa hoc, & dubitatio talis est. Si aliquis continue perseueret in sanitate, uel in quocunque alio accidente, utrum una sanitas uel quicunq; alius habitus aut passio possit esse in corporib. Et ur̄ q nō, qa quibusdam philosophis uisū fuit q oīa subiecta, q̄ habēt aliquas qualitates aut habitus sint in continuo motu & fluxu, Si ergo in aliquo, sanus pseuerat, una & eadē sanitas est, q̄ fuit in mane, & q̄ est nūc ī meridie uel sero: nō ur̄ rō posse reddi quare et si deficit aliqs a sanitate, & iterū accipiat sanitatem, secunda sanitas recuperata non sit una numero cū sanitate prius habita. Hanc autem dubitationem Arist. nō soluit, qa nō est ad propositū, sed magis ad considerationem

T.c.51. tionem Metaphysici spectat: ad quem pertinet considerare communiter de vno, & multo, & eodẽ, & diuerso. Et iterum quia illa dubitatio super falso fundatur, s. quod oĩa sint in continuo motu & fluxu, quod Heraclitus opinatus est, & hoc Arist. improbat in 4. Meta. Nec tamen est similis ratio, quia quãdiu sanitas manet; licet varietur homo sm̃ sanitatem, vt puta, si fiat homo magis vel minus sanus, non intercipitur esse sanitatis, sicut intercipitur quando totaliter corrumpitur sanitas. Tertio ibi.

ARGL. *Est enim eadem ratio. Verum hoc interesse videtur, quod si habitus sint duo, duo erunt & ipsi actus, sicut si actus sit vnus & habitum vnum esse necesse est. Vnus.n. actus numero, vnius numero habitus est. At si habitus sit vnus non fortasse quippiam videbitur vnus etiam actus esse. Cum enim cessauerit quispiam ambulare, non est ipsa ambulatio, rursus autem ambulante, erit. Quod si vna & eadem est: idem ac vnum & corrumpi & esse persæpe potest. Hæ igitur dubitationes extra præsentem considerationem esse videntur.*

ANTL. *Eadem enim ratio est. Nisi quod in tantum differunt: quia si duo idem hoc sunt, sicut numero, motus vnus, & habitus esse necesse est, vnus enim numero actus vnius numero. Si vero habitus vnus est, fortassis alicui non videbitur vnus & actus esse. Cum enim pauset ambulans non amplius est hæc ambulatio. iterum autem ambulante, erit. Si igitur vnus, & idem est, contingit vnum & idem corrumpi, & esse multoties. Hæ igitur sunt dubitationes extra quæ nunc est, intentionem.*

Determinat veritatem circa id quod prædixerat. Di-
T.c.38. xerat enim supra, quod, si sit eadem qualitas, quæ recuperatur, erit idem motus numero secunda alteratio cum prima, si vero non redit eadem numero qualitas, sequitur quod nõ sit vnus actus numero. Et interposita quadam dubitatione, quasi assignãs rationem præmissorũ, subdit quod ideo præmissa dicta sunt, quia eadem ratio videtur in primo aspectu de vnitate qualitatis & mot⁹. Sed in tantum differunt, quia bene sequitur, si duo motus sint idem eo modo, sicut aliquis motus dr̃ vnus numero, necesse est, quod habitus, i. qualitas acquisita per motum, sit vna: quia vnus numero actus, est vnius numero qualitatis acquisitæ per actum illum. Sed; si qualitas sit vna quæ redit, potest alicui videri, quod nõ propter hoc sit vnus actus, non.n. si terminus motus sit vnus numero, oportet quod motus sit vnus numero. Quod patet in motu locali. Cum.n. ambulans pausat, cessat illa ambulatio. Sed quando iterum ambulare incipit, iterũ ambulatio erit. Si ergo dicatur quod sit vna & eadem ambulatio: contingit quod vnum & idem sit, & corrumpatur multoties, quod est impossibile. Sic igitur & si contingeret quòd eadem numero sanitas repararetur, non sequitur quod secunda sanatio esset idem numero motus, cum prima. Sicut nec secunda ambulatio cum prima: quamuis vtraque sit ad eundem locum numero. Vlterius concludit, quod illæ dubitationes sunt extra principalem intentionem, & ideo sunt prætermittẽdæ.

LECTIO VII.

Quibusdam modis propositis, ac probatis, quibus motũ vnũ & continuum appellari dignum est, quis motuum insuper vnus vel plures dicatur, declaratur.

ARGY. *Cũ aũt omnis motus continuus sit, si omnis est diuisibilis, cum qui simpliciter vnus est & continuum esse necesse est: & si continuus est, vnus est. Non enim omnis omni continuus fieri potest, sicut nec aliud quoduis cuiuis: sed quorum vltima vnum fieri possunt. Vltima vero quorundam non sunt, quorundã sunt, at diuersa specie, atque æquiuoca. Quo namq; modo tanget aut vnum fiet, vltimum lineæ ambulationi suæ? Hærentes igitur erũt & hi qui non idem specie, & hi qui non idem genere sunt, post cursum enim quempiã continuo febres aggredi possunt: & vt facis ipsius ex successione motio, latio est hærens, continua vero non est. Positum est enim ea continua esse, quorum vltimã sunt vnum, quare Hærentes quidẽ & deinceps ex eo sunt, quia tempus continuum est. Continuus autem est, quia motus continui sunt, hoc autem est, cum vtrorumque extremum est vnum. Quapropter eum motũ, qui simpliciter cõtinuus ac vnus est, eundẽ esse specie ac Vnius, et vno in tempore esse necesse est. Vno quidem in tempore, vt immobilitas inter partes non sit, intercapedine enim mobile quiescat, necesse est. Multi igitur & non vnus hi motus sunt, inter quos media quies cadit. Quare, si quis motus intercipitur statu, is neque vnus, neque continuus est. Intercipitur autem si in medium tempus cadit, specie autem vnum esse oportet, quia vltima eius qui non vnus est specie, vnum euadere nequeunt, & si tempus non intercipit, tempus.n. est vnum, ille vero specie est diuersus. Etenim motum vnum & specie vnum esse necesse est, hunc autem non necesse est simpliciter vnum esse. Quis igitur motus vnus est absolute, iam diximus.*

Quoniam autẽ continuus est omnis motus, & simpliciter quidem vnum necesse est & continuum esse: si ANTI. T.c.39.
quidem omnis diuisibilis est, & si continuus, vnus. Non.n. omnis fiet continuus omni, sicut neque aliud, nullum contingenti contingens, sed quorum vnum sunt extrema. Vltima autem aliquorum quidem non sunt: aliquorum autem sunt, sed specie differentia, & æquiuoca sunt, quomodo nãque tanget aut vnum fiet vltimum lineæ & ambulationis? Habiti igitur sunt, & qui neque idem specie, neque Te.c.40.
idem genere sunt. Postquam enim cucurrit aliquis statim febricitabit, & vt lampas ex diffusione, loci mutatio est habita, continua autem non; ponitur enim continuum, quorum vltima vnum sunt. Quare habiti & consequenter sunt, quia tempus continuum est. Continuum autem est, quia motus continui sunt. Hoc autem est cum vnum vltimum fiat ambobus. Vnde necesse est eundem T.c.41.
secundum speciem esse, & vnus, & in vno tempore simpliciter continuum motum & vnum. Tempore quidem vt non immobilitas inter sit: in deficienti enim quiescere necesse est. Multi igitur, & non vnus motus est, quorũ quies in medio est: quare, si aliquis motus statu occupetur, neq. vnus est, neque continuus, intercipitur autem si in medio tempus est. Qui autem specie non vnitur, non vnus motus est, & si non deficiat tempus, tempus quidem enim vnum est, specie autem motus alius est, motum enim vnum necesse est specie vnum esse, hunc autem simpliciter vnum esse non est necesse. Qui igitur motus simpliciter vnus est, dictum est.

Motus multi, & non vnus, inter quos [est] quies.

Postquam Philosophus posuit quod tria requirũtur ad hoc quod sit vnus motus simpliciter. s. vnitas temporis, & rei in qua est motus, & subiecti, hic probare intẽdit hoc. Cum.n. multipliciter dicatur vnum simpliciter, vno modo sicut aliquod indiuisibile est vnum, alio modo sicut continuum est vnum, motus non potest dici vnus simpliciter sicut indiuisibile, quia nullus motus indiuisibilis est, vnde relinquitur quod hoc modo dicatur vnus sicut continuus, & quod hoc sit motui esse vnum simpliciter, quod est ei esse cõtinuum, & ipsa continuitas motus sufficiat ad eius vnitatem. Sequitur.n. quod, si est continuus, quod sit vnus. Quæcunque igitur requiruntur ad continuitatem motus requiruntur ad eius vnitatẽ. Ad continuitatem autẽ motus requiruntur tria, quorum primum est vnitas speciei. Nõ.n. omnis motus potest continuari omni motui, sicut etiam in alijs continuis nõ indifferenter qualecunq; esse cõtingit aliquid, continuari potest cuicunq; qualecunque illud esse contingat, sed illa continuari possunt, quorum vltima contingit esse vnum, quod est de ratione continui, vt supra dictum est: Sed quædam sunt quæ nulla vltima habent, vt formæ, & indiuisibilia omnia: & ideo eorum non

potest

potest esse continuatio. Quorundam vero sunt aliqua vltima, quæ sunt diuisibilia & quantitatem habentia, quæ (sunt æquiuoca) .i. non conuenientia in nomine & ratione, & illa etiā nō possunt continuari. Nec etiā pōt esse cōtactus in quibusdam eorū, nō.n. pōt dici q linea & ambulatio se cōtingat, vel q vnū sit eorū vltimū, q est cōtinuari adinuicē. Ex quo patet, q ea q sūt diuersorum generum vel specierū, non possunt cōtinuari ad inuicem. Ergo motus, qui differunt genere, vel specie, possunt esse habiti, i. consequenter adinuicem se habere, sicut aliquis post cursum potest statim febricitare: cursus autem, & febricitatio sunt in diuersis generibus. Et in eodem genere, s. loci mutationis vna mutatio est, quæ consequenter se habet ad aliam, cum tamen non sit continua: sicut patet in diffusione lampadis, vt puta cum candela de manu in manum transfertur, sunt enim ibi diuersi motus non continui. Vel pōt intelligi, q ad motum localem liquoris, quo flamma sustētatur, quem appellat diffusionem, consequitur motus localis flāmæ, quæ nomine lampadis significatur. Prædictæ igitur mutationes, quia differunt genere vel specie, non sunt continuæ, cum non possint habere vnum vltimum, quod ponitur esse de ratione continui. Vnde possunt quidem motus specie vel genere differentes esse consequenter se habentes & habiti. i. quodāmodo se tangentes absq; alia interpositione temporis, in quantum tempus est continuum, quod quidem eadem ratione habet continuitatem, qua & motus, s. in quantum est ei vnum vltimum. Nihil autem prohibet in vno instanti temporis, ad quod cōtinuantur partes eius, terminari vnum motum, & incipere aliū alterius generis, vel etiam speciei, & sic motus illi erunt habiti, sed non continui. Et ideo secundum præmissa sequitur, quod ad hoc quod motus sit continuus, requiritur quod sit vnus secundum speciem: quæ quidem vnitas speciei est in motu ex re, in qua est motus, in quantum est indiuisibilis secundum speciem. Secundo requiritur ad continuitatem motus, q sit vnius subiecti, quia diuersorum subiectorum motus possunt esse habiti, sed non continui, sicut dictum est de mutatione candelæ per motum diuersarum manuum. Tertio requiritur ad continuitatem motus & vnitatem, quod sit vnus tpe ad hoc quod non interueniat aliqua immobilitas vel quies, quia, si deficeret aliquod tempus motui in quo, s. non moueretur, sequeretur q in illo quiesceret, si autem quies interponitur, erunt multi motus & non vnus. Multi enim motus & non vnus sunt, quorum quies in medio est. Vnde, si aliquis motus sit, qui intercipiatur quiete, non erit neque vnus neque continuus. Intercipitur autem quiete, si tempus sit in medio, vt ostensum est, vnde requiritur ad continuitatem motus, q sit vnum tempus cōtinuum. Sed tñ hoc non sufficit, quia motus, qui non est vnius speciei, non est continuus, et si tempus non deficiat, quia et si sit vnum secundum tempus, erit aliud secundum speciem. Quia necesse est ad hoc q sit motus vnus continuus, q sit vnus secundum speciem, sed non sequitur q motus, qui est vnus s̄m speciē, sit vnus simpliciter. Sic ergo patet, q tria prædicta requiruntur ad hoc q sit vnus motus simpliciter. Et hoc est quod concludit, quod dictū est, quis motus sit simpliciter vnus. Deinde cum dicit.

ARGV. *Præterea motus vnus & hisce dr, qui est perfectus siue genere sit, siue specie, siue numero vnus, quemadmodū & in cæteris perfectum ipsum ac totum, ipsius vnius est. Interdum autem, & si imperfectus est, vnus dicitur, modo continuus sit.*

ANTI. T.c.42. *Amplius aūt dr̄ vnus, & perfectus siue secundū genus siue secundū speciem, siue secundum substantiam sit, sicut & in alijs perfectum & totū vnus est. Est aūt aliquando et si imperfectus sit, vnū dicitur, si solum sit continuus.*

Positis trib. modis principalibus vnitatis motus, hic ponit duos alios modos secundarios qui magis pertinent ad quādam formam vnitatis, quam ad ipsam vnitatem. Secundum ponit. ibi. Amplius autem aliter.) Dicit ergo primo, q siue motus dicatur vnus secundum genus, siue secundum speciem, siue secundum substātiam sicut qui est numero vnus, dr̄ vnus motus ex hoc qd est perfectus, sicut in alijs rebus perfectum & totū, ad vnitatis rationem pertinent. Non enim dicimus vnum hominem, uel unum calceum, nisi de toto. Quandoque autem dicitur unum etiam de imperfecto, dummodo sit continuum. Et ratio huius est, quia unum potest autē dici uel secundum quantitatem, & sic sola cōtinuitas sufficit ad unitatem rei, uel secundum formam substantialem, quæ est perfectio totius, & sic perfectum & totum dicitur unum. Secundo ibi. T.c.43.

ARGV. *Insuper & alio modo præter dictos vnus hisce dicitur motus qui vniformis est. Difformis enim aliqua ex parte non vnus esse videtur, sed hisce potius, qui vniformis est, perinde atque linea recta, difformis enim diuisibilis est, differre autem videntur, vt magis tale minus ve, differt.*

ANTI. T.c.43. *Amplius autem aliter præter prædictos, dicitur motus vnus regularis. Irregularis enim non videtur vnus, sed magis regularis sicut rectus: irregularis enim diuisibilis est, videtur autem differre, sicut magis & minus.*

Ponit alium modum secūdarium, prout dicitur motus unus, qui est regularis, i. uniformis, sicut etiā in alijs rebus dicitur unum, quod est simile in partibus. Et circa hoc tria facit. Primo ponit hūc modum unitatis, s̄m quod regularis motus dicitur unus. Secundo ostendit in quibus inueniatur regularitas & irregularitas. ibi. Est autem & in omni motu. Tertio ostendit modos irregularitatis. ibi. Irregularitas autem. Dicit ergo primo, qd præter prædictos modos unitatis dicitur motus unus, q est regularis, idest uniformis. Irregularis enim motus, i. difformis non uidetur esse unus, sed magis motus regularis, idest uniformis, sicut motus, qui est totus in directum est uniformis. Ideo autem motus irregularis non uidetur unus, quia est diuisibilis in partes diuisibiles. Indiuisibilitas autem pertinet ad rationem unius, quia unum est indiuisum, sed tamen motus irregularis est quodammodo unus. Sed unitas motus irregularis & regularis uidetur differre secundum magis & minus, quia motus regularis est magis unus quam motus irregularis. Sicut & corpus similium partium est magis unum quam corpus dissimilium. Secundo ibi. Te.com.44.

ARGV. *Est autē vniformitas omni in motu, aut difformitas. Et enim alterari quippiam uniformiter potest, & super uniformia fieri, vt super circulum aut lineam rectam: & circa accretionem decretionemve simili modo.*

ANTI. *Est autem & in omni motu, quod regulariter est, aut non. Et namque alterabitur regulariter, & feretur in regulari, vt circulo aut rectitudine: & circa augmentum similiter, & decrementum.*

Ostendit in quib. motibus inueniatur regularitas & irregularitas, & dicit q in omni genere, vel specie motus inuenitur regulare uel irregulare, quia potest aliqd alterari regulariter, sicut quando tota alteratio est uniformis, & potest aliquid ferri. i. secundum locum moueri, in magnitudine regulari. i. uniformi, sicut si feratur aut per circulum, aut per lineam rectam. Et similiter est in augmento & decremento. Tertio ibi.

ARGV. *Difformitatis autem differentia sunt. Interdum. n. est rōne eius super quod efficitur motus. Impossibile est. n. vniformem esse motū, si non super vniformē magnitudinē talem, cuius quæuis pars ad quamuis partem non accōmodatur. Interdum non est ratione spatij non temporis, non eius ad quod accedit, sed ratione modi, celeritate enim interdū tarditateq; motus distinguitur, cuius. n. eadē est celeritas,*

bis eſt vniformis, cuius vero nõ eadẽ eſt, iis eſt difformis.

ANTI. T. c. 44. Impoſſibile eſt regularẽ eſſe motum non in regulari magnitudine.

Irregularitatis autem differentia eſt, aliquãdo quidem in quo mouetur. Impoſſibile. n. eſt regularem eſſe motum, non in regulari magnitudine, vt reflexi motus aut obliqui aut alterius magnitudinis, quorũ non conuenit contingens in contingentem partem. Aliquando autem neque in vbi, neque in quando, neque in eo, ad quod, neque in quo, ſed in eo quod vt: velocitate enim & tarditate aliquando determinatur. cuius quidem enim velocitas eſt eadem, regularis eſt, cuius autem non, irregularis eſt.

T. c. 55. Accedit ad determinandum de motu irregulari. Et primo aſſignat modos irregularitatis. Secundo oſtendit quomodo motus irregularis ſit vnus, quod ſupra dixerat, ibi (Vnus igitur) Circa primum duo facit. Primo aſſignat duos modos irregularitatis in motu. Secundo infert quaſdam concluſiones ex dictis ibi (Vnde neque species) Dicit ergo primo ꝙ differentia, quæ facit irregularitatem motus, aliquando eſt ex parte rei, in qua mouetur, vt patet præcipue in motu locali: quia impoſſibile eſt ꝙ motus ſit regularis vel vniformis, qui non trãſit per magnitudinem regularem id eſt vniformem. Dicitur autem magnitudo regularis vel vniformis, cuius quælibet pars vniformiter ſequitur ad aliam partẽ, & ſic quælibet pars poteſt ſupponi alteri parti, vt patet in linea circulari, & etiam in linea recta. Magnitudo autem irregularis eſt, cuius non quælibet pars ſequitur ad aliam partem vniformiter, ſicut patet in duabus lineis facientibus angulum, quarum vna applicatur alteri non in directum, ſicut partes vnius lineæ ſibi inuicem in directum applicantur: & ideo motus circularis eſt regularis, & ſimiliter motus rectus. Sed motus reflexi & obliqui, quia faciunt angulum, nõ ſunt regulares, nec in magnitudine regulari: vel quicunq. alius motus ſit per quãcunque magnitudinem, cuius quæcunque pars non conueniat cuicunq. parti per vniformitatem applicationis, vel cuius vna pars non conuenienter poſſit contingere aliam partem. Si enim illa pars, quæ continet angulum ſupponatur illi parti, quæ angulum non continet, non erit conueniens contactus. Secunda differentia irregularitatem faciens, eſt nõ ex parte loci, vel temporis (neq; in quod quo) .i. neque ex parte eius quod dicitur quo, .i. ex parte cuiuſcunq. rei, in qua fit motus, non enim eſt ſolum motus in vbi, ſed in qualitate & quantitate, vel poteſt hoc referri ad ſubiectum in quo eſt motus. Sed ille ſecundus modus irregularitatis accipitur (in eo, qđ vt) id eſt ex diuerſitate modi motus, determinatur enĩ iſte ſecundus modus irregularitatis ex velocitate & tarditate. Quia ille motus dicitur regularis, cuius eſt eadem velocitas per totum, irregularis autẽ cuius vna pars eſt velocior altera. Secundo ibi.

ARGL. *Quapropter celeritas, tarditas ve non ſunt ſpecies, nec differentiæ motus, quippe cum omnes motus diuerſos ſpecie comitentur. Quare neque grauitas leuitasque, quæ eſt reſpectu eiuſdem, ceu terræ ad ſeipſum, aut ignis reſpectu ſui.*

ANTI. *Vnde neque ſpecies motus neque differentiæ ſunt velocitas & tarditas: quia omnes ſequuntur differentes ſecundum ſpeciem. Quare neque leuitas neque grauitas, quæ eſt in idem, eſt, vt terra ad ipſam, aut ignis ad ipſum.*

Concludit duo corollaria ex præmiſſis, quorum primum eſt, ꝙ velocitas & tarditas non ſunt ſpecies motus, neque differentiæ ſpecierum: quia uelocitate & tarditate determinatur regularitas & irregularitas, quæ ſequitur quaſlibet ſpecies motus, ut ſupra dictum eſt. Nulla autẽ ſpecies uel differentia conſequitur omnem ſpeciem ſui generis. Secundum corollarium eſt quod uelocitas & tarditas non ſunt idem ꝙ grauitas & leuitas: qa utrunq. iſtorum habet motum ſemper ad idem, ſicut motus terræ, qui eſt grauis, ſemper eſt (ad ipſam) .i. ad locũ ipſius qui eſt deorſum: & motus ignis ſemper eſt (ad ipſum) id eſt ad locũ propriũ, qui eſt ſurſum. Velocitas autem & tarditas ſe habent ad diuerſos motus, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

ARGY. *Vnus eſt igitur & hiſce motus, qui eſt difformis, continuatus nimirum ratione, ſed minus quod quidem et lationi accidit, quæ ſuper linea flexa ſit. Id autem quod eſt minus, miſtione contrarii ſemper eſt tale.*

ANTI. T. c. 45. Quod ẽ minus, commiſtio ſemper contrarii eſt.

Vnus igitur irregularis eſt, quo eſt continuus, minus autem quod quidem reflexiuo accidit motui. Quod autem eſt minus, commiſtio ſemper contrarii eſt.

Oſtendit quomodo motus irregularis ſit unus. Secũdo infert quoddam corrollarium ex dictis, ibi. (Si autẽ omnem unum.) Dicit ergo primo quod motus irregularis poteſt dici unus, in quantum eſt continuus: ſed minus dr̃ unus quam regularis, ſicut & linea habens angulum, minus dr̃ una quam linea recta, & hoc maxime apparet in motu reflexiuo, quia quaſi uidetur duo motus. Ex hoc autem, quod eſt minus unus, uidetur quod aliquid habeat de multitudine, quia ex hoc aliquid eſt minus, quod habet miſtionem contrarii, ſicut minus albũ habet aliquid admiſtum de nigro, ad minus ſecundum quandam appropinquationem. Et ſic patet, quod motus irregularis, & eſt unus, in quantum eſt continuus, & eſt quodammodo multiplex, in quantum eſt minus unus. Secundo ibi.

ARGL. *Quod ſi omnis motus vnus & vniformis, & non vniformis eſſe poteſt, ii, qui diuerſi ſunt ſpecie, atque hærent, non vnus erunt atque continuus motus. Quomodo namq; fieri poteſt, vt hiſce ſit vniformis, qui ex alteratione lationeue conſtat? accomodentur enim neceſſe eſt.*

ANTI. *Si autem omnem, vnum contingit & regularem eſſe, & non, non erunt ipſi qui non ſecundum ſpeciẽ habiti ſũt, vnus & continuus. Quo. n. erit regularis motus ex alteratione cõpoſitus & loci mutatione? Indiget. n. conuenire.*

Concludit ex immediate dictis, quod ſupra propoſuerat, ſ. quod motus, qui ſunt diuerſi ſecundum ſpeciẽ, non poſſunt continuari. Omnem enim unum motum contingit eſſe unum, regularem, & iterum non regularem. Sed motus, qui eſt compoſitus ex diuerſis motibus ſecundum ſe, non poteſt eſſe regularis: quomodo. n. eſſet regularis motus compoſitus ex alteratione, & loci mutatione? neceſſe eſt. n. ad hoc ꝙ motus ſit regularis, ꝙ partes conueniant adinuicem. Ergo relinquitur ꝙ motus diuerſi, qui non conſequuntur ſe inuicem eiuſdem ſpeciei exiſtentes, non ſunt unus motus, & continuus. Quod ſupra propoſitum eſt, & per exẽpla manifeſtum.

LECTIO VIII.

Propoſitis modis, quibus motus adinuicem contrariari cõtingit, quis motus cui motui opponatur oſtenditur.

ARGL. *Deinceps definiendum eſt quiſnam motus cui motui cõtrarius eſt, & de quiete ſimili modo. Primum autem diuidendum eſt utrũ contrarius motus ſit hiſce, qui eſt ex eodem ei, quo itur ad idẽ, vt hiſce qui eſt ex ſanitate ei, quo petitur ſanitas, quales & generatio, & corruptio eſſe videntur. An hiſce qui ex contrariis eſt ut hiſce, qui ex ſanitate, ei, qui eſt e morbo. An hiſce quo ad cõtraria pergitur, vt hiſce quo ad ſanitatem itur ei quo ad morbum acceditur. An hiſce qui eſt ex contrario ei quo ad cõtrariũ itur, vt hiſce qui eſt ex ſanitate, ei, quo morbus petitur. An hiſce qui ex contrario in contrarium pergit ei, qui a contrario in contrarium itur, vt hiſce qui ex ſanitate in morbum proficiſcitur, ei, quo ex morbo acquiritur ſanitas. Vnum. n. horum modorum quendam aut plures eſſe neceſſe eſt, nõ fit enim vt alio modo motus, vt oppoſiti diſponantur.*

ANTI. T. c. 46.

Amplius autem determinandum eſt qualis motus eſt contrarius motui, & de manſione eodem modo: Sed primo diuidendum eſt, vtrum contrarius motus ſit qui eſt ex eodem, ei, qui eſt in idem, vt qui eſt ex ſani-

sani-

sanitate ei qui est in sanitatem, vt generatio & corruptio videntur: aut qui est ex contrariis, vt qui est ex sanitate, ei, qui est ex ægritudine: aut qui est in contraria, vt qui est in sanitatem, ei, qui est in ægritudinem, aut qui est ex contrario ei qui est in contrarium, vt qui est ex sanitate ei qui est in ægritudinem, aut qui est ex contrario in contrarium ei, qui est ex contrario in contrarium, vt qui est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. Necesse est enim aut vnum quendam horum esse modorum, aut plures, non enim est aliter opponere.

Postquam Philosophus determinauit de vnitate & diuersitate motus, hic determinat de contrarietate motuum, quæ est quædam diuersitatis species, vt patet in

T.c.13. Decimo Metaph. Et diuiditur in partes duas. Primo ostendit qualiter accipienda est contrarietas in motu, & etiam in quiete. In secunda mouet quasdam quæstiones

Tex.c. 96. circa contrarietatem prædictam. ibi. (Dubitabit autem aliquis.) Circa primum duo facit. Primo determinat de contrarietate motus, secundo de contrarietate quietis.

Te.c. 53. ibi. (Quoniam autem motui.) Circa primum tria facit. Primo distinguit diuersos modos secundum quos vide-

T. com. 47. ri posset, quòd acciperetur contrarietas in motu. Secun-

T.c.49. do remouet quosdam illorum. ibi. (Est autem qui est.) Tertio assignat verum modum contrarietatis in motu & mutatione, ibi. (Quoniam autem differt.) Dicit ergo primo, quod post prædicta determinandum est qualis sit motus contrarius alicui motui, & eodem modo determinandum est de mansione, i. de contrarietate quietis ad motum, & quietis ad quietem. Sed in hoc tractatu hoc primo faciendum est, quòd debemus distinguere modos, secundum quos vniuersaliter accipi potest ratio contrarietatis in motibus. Et distinguit quinq; modos, quorum primus modus est, vt ratio contrarietatis motuum accipiatur secundum accessum ad aliquem terminum, & recessum ab eodem. Et hoc est quòd dicit, (vtrum cõtrarius motus sit, qui est ex eodem, ei, qui est in idem, vt qui est ex sanitate, ei qui est in sanitatem,) secundum quam rationem generatio & corruptio vidētur esse cõtraria, quia generatio est motus ad esse, corruptio autē est motus ex esse. Secũdus modus est, vt ratio contrarietatis motuum accipiatur secundum contrarietatem terminorum, a quibus incipit motus. Et hoc est quod dicit. Aut qui est ex contrariis, vt qui est ex sanitate, ei, qui est ex ægritudine. Tertius modus est, vt contrarietas motuum accipiatur secundum contrarietatem terminorum, ad quos terminatur motus. Et hoc est qđ dicit. Aut qui est in contraria, vt qui est in sanitatem ei, qui est in ægritudinem. Quartus modus est, vt accipiatur motuum contrarietas secundum contrarietatem termini a quo, ad terminum ad quem. Et hoc est quod dicit, aut qui est ex contrario, ei qui est in contrarium, vt qui ex sanitate, ei qui est in ægritudinem. Quintus modus est secundum contrarietatem ex parte vtrorumque terminorum. Et hoc est quod dicit. Aut qui est ex contrario in contrarium, ei, qui est ex contrario in contrarium, vt qui est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. Necesse est enim quòd contrarietas motuum accipiatur secundum vnum horum modorum, aut secundum plures, quia non contingit secundum aliquam aliam rationem opponere motum motui. Secundo ibi.

ARGY. *Hic igitur, qui est è contrario non est ei contrarius quo in contrarium itur, vt is qui est ex sanitate ei quo itur ad morbum, est enim vnus idemque, esse tamen ipsorum non idem est, quemadmodum non idem est ex sanitate mutari, atque ad morbum.*

ANTI.

Te.com.47. *Est aūt qui ex contrario, ei, qui est in contrarium, non cõtrarius, vt qui est ex sanitate, ei, qui est in ægritudinem, idem enim et vnus est, esse tamen non idem est ipsis, sicut non idem est ex sanitate mutari & in ægritudinem.*

Excludit duos prædictorum modorum. Et primo quartum, qui accipiebatur secundum contrarietatem termini a quo, ad terminum ad quem. Secundo, secundum modum qui est secundum contrarietatem termi-

norum, ex quibus incipit motus, ibi. Neque qui est ex T. com. 43.

contrario.) Tertio ostendit quomodo se habent duo T.c 48.

modi reliqui ad inuicem. ibi. Relinquitur autem. Dicit ergo primo quod motus, qui est ex vno contrario, non potest dici contrarius, ei, qui est in aliud contrarium, vt si diceretur quod motus, qui est ex sanitate, sit contrarius motui qui est in ægritudinem. Idem enim non est sibiipsi contrarium, sed motus, qui est ex sanitate, motui, qui est in ægritudinem, est vnus & idem subiecto, sed esse ipsi non est idem, i. differunt ratione, eo modo quo non est idem secundum rationem moueri a sanitate, & moueri in ægritudinem, quia vnus importat habitudinem motus ad terminum a quo, alius autem habitudinem eiusdem motus ad terminum ad quem. Non est igitur accipienda contrarietas motus secundum contrarietatem vnius termini ad alium. Secundo ibi.

Quæ sunt idē subiecto differunt autem rōne, cōtraria non sunt.

ARGY. *Neq; hisce motus qui est ex contrario ei contrarius est, qui ex contrario est. Simul.n. accidit è contrario, & in contrarium, aut in medium ire, sed posterius de hisce dicemus.*

ANTI.

Te. cō.48 *Neq; qui est ex contrario ei qui est ex contrario. Simul quidem. n. accidit mutari ex contrario in contrarium aut in medium, sed de hoc quidem posterius dicemus.*

Ostendit quod contrarietas motuum non est accipienda secundum contrarietatem terminorum ex quibus incipit motus. Et hoc tribus rationibus, quarum prima talis est. Duo motus, qui in idem tendunt, non sunt contrarii, sed duo motus ex contrariis recedentes, possunt in vnum & idem tendere, simul enim accidit mutari, i. æqualiter, ex contrario in contrarium aut in medium, vt postea dicetur, & sic ex vtroque contrario contingit in vnum medium mutari. Non ergo motus propter hoc sunt contrarij, quia a contrariis incipiunt moueri.

Secundam rationem ponit ibi.

ANTI. *Enimuerò in contrarium mutari causa potius contrarietatis esse videbatur, quam è contrario mutari. Hoc enim abiectio contrarietatis, illud assumptio est.*

ANTI. *Sed magis in contrarium mutari videbitur vtique causa esse contrarietatis, quam ex contrario, hic quidem enim discessio contrarietatis, ille verò acceptio.*

Secunda rō. Quæ talis est. Ex illo accipienda est ratio contrarietatis in motu, quod magis facit motum esse cõtrarium, sed contrarietas terminorum, ad quos motus terminatur, magis videtur esse cā contrarietatis motuum, quam contrarietas terminorum a quibus incipit motus, quia cum dico motus incipere a contrariis terminis, dico remotionem contrarietatis, cum verò dico motus accedere ad contraria, dico acceptionem contrarietatis; ergo non accipitur contrarietas motuum secundum terminum a quo tantum. Tertium ponit ibi.

ARGY. *Dicitur et quisque motus ex eo potius, in quod itur, quā ex eo ex quo fit mutatio. sanatio enim hisce dicitur, quo acquiritur sanitas, ægrotatio hisce, quo ad ægritudinem itur.*

ANTI. *Et dicitur autem vnusquisque eo, in quod mutatur magis, quam eo ex quo, vt sanatio, qui in sanitatem; ægrotatio autem qui in ægritudinem.*

Tertia ratio Quæ talis est. Ab eo, a quo aliquid recipit nomen & speciem, recipit etiam contrarietatem, cum contrarietas sit differentia secundum formam, vt patet Decimo Metap. Sed vnusquisq. motus magis dicitur. i. denominatur & speciem recipit a termino in quem, quam a termino ex quo, sicut sanatio dicitur motus in sanitatem, & ægritudo motus in ægritudinem, & hoc etiam supra dictum est. Magis ergo accipienda est contrarietas mo-

tuum secūdum terminum in quem, quam secūdum terminum a quo. Et sic idem quod prius. Tertio ibi.

ARGL. *Restat igitur hisce, quo in contraria pergitur, & hisce quo ad contraria ex contrarius itur. Forsitan igitur fit, vt ii, quibus ad contraria proficiscitur, & ex contrarijs sint, esse fortasse non idem: eundi (inquam) in sanitatem: atque ex morbo & eundi in morbum, atque ex sanitate.*

ANTL. *Relinquitur igitur, qui est in contraria, & qui est ad cōtraria, ex cōtrarijs. Fortassis quidem igitur accidit eos, qui in contraria & ex contrarijs esse, sed esse forsitan nō idē. Dico autem qui in sanitatem ei, qui ex ægritudine, & qui ex sanitate ei, qui in ægritudinem.*

Concludit ꝙ remotis duob. modis secundum contrarietatem terminorum acceptis, relinquuntur duo alij.s. tertius & quintus, quorum vnus est secundum solā contrarietatem terminorum ad quos, quem tangit cum dicit, Qui est in contraria. Alius est qui secundum contrarietatem vtrorumque terminorum, quem tangit, cum dicit, Et qui est in cōtraria ex contrarijs. Primus autem modus non accipiebatur secundum contrarietatem aliquam terminorum, sed secūdum accessum & recessum ab eodem termino. Concludit autem vlterius, ꝙ forte hi duo modi residui sunt idem subiecto, quia illi motus qui sunt in contraria, sunt etiam ex contrariis, sed forte secundum rationem nō sunt idem propter diuersas habitudines motus ad terminos, vt supra dictum est, & exemplificat quod motus, qui est in sanitatem ei, qui est ex ægritudine est idem subiecto, sed non ratione. Et similiter qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudinem.

ARGY. *Cum aūt a motu mutatio differat; (ea nanq; mutatio motus, ex qua ex subiecto in subiectū it ur) hisce profecto motus, quo ex contrario in contrarium pergitur, cōtrarius est ei quo è contrario ad contrarium itur, vt hisce, quo ex sanitate in morbū itur ei, quo sanitas è morbo acquiritur.*

ANTL. T.c.49. *Quoniam aūt differt mutatio a motu (ex quodam.n. subiecto in quoddam subiectum mutatio, est motus) qui est ex contrario in contrarium ei, qui est ex contrario in contrarium, motus contrarius est, vt qui est ex sanitate in ægritudinem ei, qui est ex ægritudine in sanitatem.*

Ostendit quō accipiatur contrarietas in motu, & primo secundum ꝙ motus est ad contrarium. Secūdo pro

T.c.52. vt motus est ad medium. ibi. Qui autem ad medium. Circa primum duo facit. Primo ostendit quid facit contrarietatem in motibus, Secūdo quid in mutationibus,

T.c.50. ibi. Qui aūt est in contrarium. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum syllogismo, secundo indu-

Te.com.50. ctione. ibi. Manifestum autem est. Ponit autem primo talem rationem. Contrarietas aliquorum accipitur secūdum propriam speciem & rationem ipsorum, sed propria ratio specifica motus est, ꝙ sit quædam mutatio a quodam subiecto affirmato in quoddam subiectum affirmatum, habens duos terminos, in quo differt a mutatione, quæ non semper habet duos terminos affirmatos, ergo relinquitur ꝙ ad contrarietatem motus requiritur contrarietas ex parte vtrorumque terminorum, vt .s. propriè dicatur motus contrarius, qui est ex cōtrario in contrarium, ei, qui est ex contrario in contrarium, vt qui est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. Secundo ibi.

ARGY. *Patet autem & ex inductione, qui contrarij esse videntur. Aegrotare enim ipsi sanari, & discere ipsi decipi, non per se ipsum contraria videntur; ex contrarijs enim in contraria sunt, vt enim scientiam per se quispiā, & per aliū consequi potest, sic & deceptionem. Latio etiam, qua supera loca petuntur ei contraria est lationi, qua ad infera loca itur: hæc enim in longitudine contraria sunt. Et ea qua itur a dextra, ei qua sinistra petuntur: hæc enim in latitudine contraria sunt. Et ea, qua pergitur ad ea, qua sunt ante, ei qua itur ad ea qua sunt post: hæc enim in profunditate cōtraria sunt.*

ANTL. *Manifestum est autem & ex inductione, qualia videntur contraria esse. Aegrotare enim ipsi sanari, & addiscere ipsi decipi, nō per ipsum, in contraria. n. sicut. n. in scientia est, sic & in deceptione, & per se ipsum consequi, & per aliū. Et sursum motus ei, qui est deorsum, cōtraria enim hęc sūt in longitudine. Et qui est ad dextram ei, qui est ad sinistrā contraria enim hæc sunt in latitudine. Et qui est ante, ei, qui est retro, contraria enim hæc sunt in altitudine.*

Manifestat idem per inductionem. Et primo in alteratione corporali, quia ægrotare est contrarium ei, quod est sanari, quorum primus est motus a sanitate in ægritudinē, alius vero ab ægritudine in sanitatem. Hoc etiā patet in alterationibus animæ, quia ei, quod est addiscere, contrarium est decipi, non ab ipso, sed ab alio. Hi. n. motus sunt in cōtraria ex contrariis, quia addiscere est motus ab ignorantia ad sciētiā, decipi aūt a sciētia ad ignorantiam. Quare aūt addit, non per ipsum, ostendit subdens, ꝙ sicut in scientia contingit, ꝙ aliquis per seipsū acquirat eam, & hoc vocatur inuenire, qn̄que vero non per seipsum, sed ab alio, & hoc vocatur addiscere, ita contingit ꝙ aliqū aliquis decipitur a seipso, aliqn̄ ab alio, & hoc propriè opponitur ei ꝙ addiscere, & hoc etiā apparet in motu locali, quia motus sursum est cōtrarius ei, qui est deorsum, quæ sunt contraria fm longitudinem. Et motus, qui est ad dextrum, est contrarius ei, qui est ad sinistrum, qui sunt contrarij secūdum latitudinē. Et motus, qui est ante, est cōtrarius ei, qui est retro, quæ sunt contraria fm altitudinem. Sed cōsiderandum est, ꝙ hic loquitur de istis dr̄iis positionum, vt de lōgitudine, latitudine, & altitudine scd̄m ꝙ sunt in homine, qa sursū & deorsum cōsiderantur scd̄m longitudinē hoīs, dextrum aūt & sinistrū scd̄m latitudinem eius, ante & retro scd̄m grossitiem eius, quæ dr̄ altitudo vel profundiias. Iterū cōsiderandum est, quod secundū sursum & deorsum inuenitur contrarietas in motibus etiam naturalibus, sed secundum dextrum & sinistrum, ante & retro, inuenitur contrarietas in motibus non secundum naturam, sed secundum motum, qui est ab anima, quæ mouet in has contrarias partes. Deinde cum dicit.

ARGL. *Is autem, qui solum ad contrarium est, non motus, sed mutatio est, velut album fieri non ex aliquo.*

ANTL. T.c.51. *Qui autem est in contrarium solum non est motus, sed mutatio, vt fieri album non ex quodam est.*

Ostendit qualiter sit contrarietas in mutationib. Et primo ostendit quō accipiatur contrarietas mutationū in reb. in quib. inuenitur contrarietas. Scd̄o quō accipiatur in reb. in quib. non est contrarietas. ibi. Quibus aūt non est contrarium. Dicit ergo primo, ꝙ si accipiatur contrarietas solū ex parte termini ad quē, vt dicatur cōtrarius, qui est in contrarium, hoc non facit cōtrarietatē mot⁹, sed mutationis, q̄ est gn̄atio & corruptio, sicut fieri album, & fieri nigrum contraria sunt. Nec oportet ꝙ contrarietas harum generationum attendatur scd̄m cōtrarietatē termini a quo, qa in gn̄atione termin⁹ a quo non est aliquid affirmatū, sed aliquid negatū. fit.n. albū ex no albo, nō aūt ex aliquo affirmato. Nō.n. mutatio de subiecto in subiectū est mutatio, sed mot⁹. Scd̄o ibi.

ARGY. *Quibus etiam non est contrarium, ea mutatio, qua est ex ipso, & mutationi contraria est, qua est ad ipsum, qua propter generatio corruptioni contraria est, abiectioque accretioni. Hę autem mutationes, non motus sunt.*

Quibus autem non est contrarium, mutatio qua est ex ipso, & queest in ipsum contraria est, vnde generatio corruptioni cōtraria est, & remotio acceptioni. Hę autem mutationes quidem, motus autem non sunt.

Ostendit ꝙ in illis, in quibus non est contrarietas, si cut in substantiis, & aliis huiusmodi attenditur contrarietas

rietas mutationum secundum accessum & recessum ab eodem termino. Et hoc est quod dicit, quod in illis in quibus non est contrarium, accipitur contrarietas mutationis ex eo quod est recessus ab eo, & quod est accessus in ipsum idem, sicut accessus ad formam ignis, quod pertinet ad generationem eius, & recessus ab eadem forma, quod pertinet ad eius corruptionem, sunt contraria, vnde generatio est contraria corruptioni, & quæcunque remotio cuicunque acceptioni. Sed huiusmodi nō sunt motus, sed mutationes. Patet ergo quod ex quinque modis supra positis, duo, scilicet secundus, & quartus ad nihil vtiles sunt. Vnus autem conuenit ad contrarietatem motuum, duo autē cōgruunt ad cōtrarietatē mutationū. Deinde cū dicit.

Summa totius lectionis.

ARGI. *His vero motus, quibus ad medium itur, in quibus contrariorum est medium, in contrarijs quodammodo sunt ponendi, motus enim ad vtrum extremorum eatur, medio ipso vtitur vt extremo, velut e fusco quidem itur in album tanquam e nigro, ex nigro vero in fuscum, tanquam in album. Medium .n. ad vtrunq; extremorum contrarij rōnē quodammodo subit, vt prius dictum est. Motus igitur hoc pacto motui contrarius est, hisce quo e contrario in contrarium pergitur, ei quo e contrario in contrarium itur.*

Qui autem ad medium motus sunt, quibuscunque contrariorum aliquid est medium, tanquam in contrario quodammodo ponendi sunt. Sicut .n. cōtrario vtitur medio motus, ad vtrauis fiat mutatio, vt ex fusco quidem in album, tanquam ex nigro, ex albo autem in fuscum, tanquam in nigrum, ex nigro autem in fuscum, tanquam in album. fuscum .n. medium ad vtrunque dicitur quodammodo extremorum sicut dictum est prius. Motus igitur motui contrarius est, sic, qui est ex contrario in contrarium, ei qui ex contrario in contrarium.

ANTI. Determinat de contrarietate motus ex parte medij, & dicit quod in quibuscunq; contrarijs inuenit mediū, motus qui terminantur ad medium, hoc modo ponendi sunt esse contrarij, sicut illi, qui terminantur ad contraria, quia motus vtit medio sicut cōtrario, ita quod ex medio contingit mutari vtrūque terminorum, sicut ex fusco, quod est medium inter album & nigrū, hoc modo mutatur in album, ac si mutaretur ex nigro in albū, & econtra, ex albo sic mutatur aliquid in fuscum, ac si mutaretur in nigrum, & ex nigro mutatur in fuscum ac si mutaretur in album, quia fuscum, cum sit medium ad vtrunque extremorum, dī vtrunque, quia in comparatione albi est nigrum, & in cōparatione nigri est albū, vt supra dictum est. Vltimo autem concludit qđ principaliter intendit, scilicet quod motus sit contrarius motui, secundum contrarietatem vtrorumque extremorum.

LECTIO IX.

Quæ quies cui motui opposita sit, deque quietum adinuicem, & in mutationibus contrarietate sermo habetur.

ARGI. *Cum aūt motui non solum motus esse contrarius, sed quies et videatur, hoc definiamus oportet; absolute nanq; motus motui contrarius est. Opponitur autem & quies, priuatio .n. est. Priuatio vero quod quodāmodo cōtraria dī.*

ANTI. T.c.53. *Quoniam autem motus non solum esse videtur contrarius motus, sed & quies, hoc determinandū est. Simpliciter quidem enim contrarius est motus motui. Opponitur autem quies. priuatio enim est. Est autem sic quod priuatio contraria dicatur.*

Postquam determinauit Philosophus de contrarietate motuum, hic determinat de cōtrarietate quietum. Et primo in motibus, Secundo in mutationibus. ibi. (Quibus aūt non sunt contraria.) Circa primum duo T.c.55. facit. Primo ōndit quod quies sit contraria motui, Secundo quæ cui, ibi. (Qualis autem.) Dicit ergo primo, quod quia motui non solum videtur cōtrarius motus, sed et Infra. quies, determinandum est qualiter hæc. scilicet, quies contrariatur motui, quia simpliciter quidem, & proprie, & per se contrariatur motus motui, sed etiam quies opponitur motui, cū sit priuatio motus. Et qđ priuatio quodammodo sit contrarium patet. est enim priuatio & habitus prima contrarietas, vt dicitur in Decimo Metaphy. scilicet in omnibus contrarijs saluatur priuationis ratio & habitus, cum semper alterum sit quasi priuatio respectu alterius, ut album respectu nigri, & amarum respectu dulcis. Secundo ibi.

Quæ autem cuinam contraria est, an & motui, qui est in loco ea quies est contraria, quæ est in loco? Verū hoc nō simpliciter dicitur. Vtrum .n. hisce motus qui est ex hoc, ei quieti quæ est hic, opponatur, an hisce quo ad hoc itur. ARGY.

Qualis autem qualis, vt ei, qui est secundum locū, quæ secundum locum? Sed hoc non dicitur simpliciter. Vtrum .n. ei, quæ est hic, mansioni, qui est ex hoc, aut qui est in hoc motus opponitur. ANTI.

Ostendit quæ quies, cui motui contrarietur. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionē. Secundo determinat veritatem. ibi. (Manifestum igitur est.) Tertio probat. ibi. (Motui autem ei &c.) In quæstione autem quam ponit, vnum supponitur. scilicet quod nō omnis quies omni motui opponatur, sed aliqualis quies aliquali motui, sicut motui, qui est secundum locum, quies secundū locum. Sed quia (hoc reuidendum & considerandum non simpliciter) idest vniuersaliter dī, restat, scilicet quærendum vlterius, vtrum mansioni, id est quieti, quæ est in aliquo termino, puta in albo, opponatur motus aut ille qui est in albo scilicet dealbatio, aut ille qui ex albo, scilicet denigratio. Secundo ibi. T. c. 54. Tertia.

Patet igitur, cum duobus in subiectis sit ipse motus, ei quidem motui, qui est ex hoc in contrarium, oppositam eā esse quietem, quæ est in hoc, ei vero, qui est ad hoc, e contrario eam quæ in contrario est. ARGI.

Manifestum igitur est, quod, quia in duobus motus subiectis est, huic quidem, qui ex hoc est in contrarium, quæ est in hoc quies: huic autem qui ex contrario in hoc, quæ in contrario quies. ANTI.

Determinat veritatem. Et primo quantum ad cōtrarietatem motus ad quietem. Secundo quantum ad contrarietatem quietum adinuicem. ibi. (Simul autem.) Dicit ergo primo, quod, cum motus sit inter duo subiecta, id est inter duos terminos affirmatos, motui, qui est ex hoc termino in suum contrarium, contrariatur quies, quæ est in contrario, sicut motui, qui est ex albo in nigrum, contrariatur quies, quæ est in albo. Et motui, qui est ex contrario in hoc, contrariatur quies, quæ est in contrario, sicut motui, qui est ex nigro in album, contrariatur quies, quæ est in nigro. Secundo ibi.

Simul autem hæ et inter sese sunt contrariæ. Et .n. absurdum est, si motus quidem contrarij sunt, quietes vero contrariæ nō sunt. Sunt autem hæ, quæ in contrarijs sunt, ea nanque quies, quæ est in sanitate, ei quieti contraria est, quæ est in morbo. ARGI.

Simul autem & adinuicem contrariæ hæ sunt. Et namque inconueniens est, si motus quidem contrarij sunt, quietes autem oppositæ nō sunt. Sunt autem in oppositis hæ, vt quæ est in sanitate quies ei, quæ est in ægritudine. ANTI.

Agit de cōtrarietate quietum adinuicem, & dicit qđ hæ quietes sunt contrariæ adinuicē, quæ sunt in contrarijs terminis. Incōueniens .n. est, si motus sunt contrarij adinuicem, & quietes adinuicem non opponantur. Et qūo sunt oppositæ quietes, quæ sunt in oppositis, exemplificat, subdens quod quies quæ est in Sanitate, opponitur quieti, quæ est in ægritudine. Deinde cum dicit.

Et ei motui, quo ex sanitate in morbū itur, & nanque quo e morbo itur in sanitatem contrariā esse ægritudinis extra fines est rationis. Motus enim in ipsum, in quo statur profectio potius est ad quietem, quam accidit fieri simul cum motu, hunc autem aut illum esse contrarium illi, ne- ARGI.

tripliciter, aut in eo quod est secundam accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per se, secundum accidens solum contingit mutari mutationem, vt si qui sanus fit, currat aut discat. Hanc autem secundum accideus dimisimus olim.

Ostēdit qūo poslit esse mutationis mutatio, & dicit q̧ cū tripliciter aliquid moueatur (vt supra est dictum) vel secundum accidens, vel secūdum partem, vel per se, solummodo per accidēs, contingit mutari mutationē, in quantum .s. subiectum mutationis mutatur, puta si aliquis dum fit sanus currat aut discat, tunc enim sanatio curret aut discet ꝑ accidens, sicut musicus ędificat. Sed de eo quod mouetur per accidens, nō intendimus nunc tractare, hoc enim supra iam prætermisimus.

LECTIO IIII.

Motus proprie tribus tantum in generibus esse dicitur, Quot item modis sumatur immobile, ostenditur.

ARGY. *Cum autē neque in substantia, neque in relatione, neque in actione, passioneue sit motus, restat in qualitate, quantitate, ac vbi tantummodo motum esse: in vnoquoque namque istorum, contrarietas est.*

ANTI. T.c.18. *QVoniam autem neque substantiæ, neque ipsius ad aliquid, neque ipsius facere aut pati, relinquitur secundum quale, aut quantum, & vbi, motū esse solum, in vnoquoque enim horum est contrarietas.*

Ostenso quod non est motus in substantia, neque in ad aliquid, neque in actione & passione, concludit in q̧bus generibus sit motus. Et circa hoc tria facit. Primo inducit conclusionem intentam. Secundo ostendit qualiter sit motus in vnoquoque trium generū. ibi (Motus quidem igitur.) Tertio remouet quandam dubitationem. ibi. (Quæ autem est in eadem specie.) Dicit ergo primo, quod cum motus non sit nec in substantia, nec in ad aliquid, nec in facere & pati, vt ostensum est, Relinquitur quod motus sit solum in istis tribus generib. scilicet qualitate, & quantitate, & vbi, quia in vnoquoq; horum generum cōtingit esse contrarietatem, quam requirit motus. Quare autem prætermittat tria genera .s. quando, situm, & habere, & quomodo in istis tribus generibus, in quibus est motus, sit contrarietas, supra ostēsum est. Secundo ibi.

Infra. T.c. 19.

ARGY. *Is igitur motus, qui in qualitate est, alteratio sit. hoc. n. commune nomen positum est. Atque qualitatem non eam dico, quæ in substātia est (est enim differentia qualitas). sed eam quæ est passiua, qua quippiam pati dicitur, aut impassibile esse.*

ARGI. *Motus igitur secundum quale, alteratio sit. huic enim alludit cōe nomen. Dico autem quale non in substantia, (est nanque differentia quale est) sed quod passiuum, secundū quod dicitur pati, aut impassibile esse.*

Ostendit qualiter sit motus in prædictis generibus. Et primo qualiter sit in qualitate. Secundo qualiter in quantitate. ibi. (Qui vero secundum.) Tertio qualiter in vbi. ibi. (Qui autem secūdum locum.) Dicit ergo primo quod motus, qui est in qualitate, vocatur alteratio. Huic enim generi alludit hoc commune nomen, quod est alteratio. nam alterum solet dici qđ differt secūdum qualitatem. Loquimur autem nunc de qualitate non secundum quod quale inuenitur in genere substantiæ, secundum quod differentia substantialis dr̄ prædicari in eo quod quale, sed de quali passiuo, quod continetur in tertia specie qualitatis, secundum quod quale dicitur aliquid pati aut non pati, vt calidum & frigidū, albū & nigrum, & huiusmodi. In his enim contingit esse alterationem, vt in Septimo probabitur. Secundo ibi.

ARGY. *Hic autem, qui est in quantitate, communi quidem nomine caret, habet autem earum partium, in quas diffunditur nomina, quarum altera Accretio, alia Decretio nuncupatur. Ea quidem, qua ad perfectam acceditur magnitudinem Accretio, ea vero, qua ex hac receditur, Decretio.*

ANTI. *Qui vero secundum quantum, secundum commune quidem innominatus est, sed secundum vtrunque Augmentū & Decrementum: qui. n. est in perfectam magnitudinē Augmentum est, qui vero ex hac, Decrementum.*

Ostendit quomodo sit motus in quantitate. & dicit quod motus, qui est in quātitate, nō est nominatus sm̄ suum genus, sicut alteratio, sed nominatur secundum suas species, quæ sunt augmentum, & decrementū. Motus. n. qui est ab imperfecta magnitudine ad perfectam vocatur augmentum, qui vero est a perfecta magnitudine in imperfectam vocatur decrementum. Tertio ibi.

ARGY. *At is qui est in loco, & cōmuni nomine caret, & proprio. latio autem communi nomine nuncupetur, quanquam ea sola proprie ferri dicuntur, in quibus cum mutant locū, non est situm stare, & quo loco seipsa non mouerint.*

ANTI. *Qui aūt est secundum locum, & secundum proprium, & commune innominatus est, sit autē latio vocata, quod commune est, quamuis dicātur ferri hæc sola proprie, cum non in seipsis sit stare mutantibus locum, & quæcunque, non ipsa seipsa mouent secundum locum.*

Ostēdit qualiter sit motus in vbi. & dicit qđ motus secundum locum non habet nomen cōe generis, neque nomina propria specierum, sed impositum est ei nomē cōe vt vocetur latio, quamuis hoc nomen sit proprium omnino motus localis in communi. Illa enim sola dicūtur proprie ferri, quæ sic mouentur secundum locum, quod non est in potestate eorum quod stent. & huiusmodi sunt illa, quæ nō mouentur a seipsis secundum locum, sed ab aliis. Ideo autem imponi potuit nomen cōmune motui in qualitate, quia qualitates sunt contrariæ secundum propriam rationem suarum specierum, secūdum quas continentur sub genere qualitatis. Contrarietas autem in quantitate nō est secundum rationem suarum specierum, sed secūdum perfectum & diminutum vt supra dictum est, & secūdum hoc denominatur spēs. Sed in loco est cōtrarietas solum per comparationem, ad motum, respectu cuius duo termini maxime distāt, & ideo quia ista contrarietas est secūdum id, quod omnino extraneum est ab hoc genere, non potuit motus, qui est in hoc genere, habere nomen neque in generali, neque secundum partes. Deinde cum dicit.

ARGI. *Mutatio autem ea, quæ est eadem in forma ad magis, ac minus tale, alteratio est. Ea namq; mutatio, quæ ex cōtrario ad contrarium itur, aut simpliciter, aut aliqua ex parte motus nimirū est. Nā si ad minus tale, acceditur ad contrarium, si ad magis vt ex contrario in ipsum, mutari dicetur. Nihil enim interest aliqua ex parte quippiam an absolute mutetur, attamen aliqua ex parte esse ipsa contraria oportebit. Est autem ex eo magis minusue, tale quia plus aut minus inest contrarii, & non inest.*

ANTI. Tex.c. 59. *Quæ autem est in eadem specie mutatio in magis & minus alteratio est. Quæ. n. ex contrario, & aut in contrariū, motus est, aut simpliciter, aut sic. In minus quidē. n. vadens, in contrarium dicetur mutari, in magis aūt, tanquam ex cōtrario in seipsum. Differt. n. nihil sic mutari, aut simpliciter, nisi quod sic oportebit contraria esse. Magis autem & minus est quo plus aut minus contrarij inest, aut non.*

Manifestat quoddam qđ poterat esse dubium, ostendens ad quam speciem motus reducatur mutatio, quæ est secundum magis & minus, puta cum aliquid de magis albo fit minus album, & econtrario. posset. n. alicui videri q̧ reduceretur ad motum augmenti & decremēti. Sed ipse ostēdit, q̧ reducitur ad motum alterationis, & dicit quod mutatio, quæ est in eadem specie qualitatis, puta in albedine vel in magis, vel in minus, est alteratio. Et hoc probat ꝑ hoc q̧ alteratio est mutatio de cōtrario in contrarium secundum qualitatem, quod con-

tingit dupliciter. Aut simpliciter, cum aliquis mutatur de albo in nigrum, vel econtra, aut sic.s. quando aliquid mutatur de magis albo in minus album, & econtra. Et q sic mutari sit mutari de contrario in cōtrarium probat per hoc, quòd cum aliquid mutatur de magis albo in minus album potest dici mutari de contrario in contrarium, quia appropinquat ad contrarium, s. ad nigrū. cum autem mutatur aliquid de minus albo in magis album, idem est ac si mutaretur de contrario in contrarium, s. de nigro in ipsum album: ex hoc enim fit magis album, quia magis recedit a nigro, & perfectius participat albedinem. Et nihil differunt quantum ad hoc q sit alteratio, q mutetur de contrario in contrarium, vel simpliciter, vel sic, s. secundū magis & minus: nisi quòd, quando mutatur aliquid simpliciter de contrario in cōtrarium, necesse est q sint duo contraria in actu termini alterationis, vt album & nigrum, sed mutatio secundum magis & minus est inquantum est plus & minus de altero contrariorum, vel non est. Vlterius ibi.

ARGL. *Et ex his igitur, quæ dicta sunt, patet motus has tres solas esse mutationes.*

ANTI. *Quod quidem igitur hi tres soli motus sunt, ex his manifestum est.*

Concludit ex dictis tres solum prædictas species motus esse. Deinde cum dicit.

ARGL. *Est autem immobile & id, quod moueri non potest, & id quod multo in tempore vix mouetur. Aut id, quod tarde admodum incipit. Et id insuper, quod aptum est quidē vt moueat, mouerique potest, non tamen tunc cum est aptum moueri, & vbi, & quemadmodum est aptum, mouetur; quod quidem solum immobilium quiescere voco. Est enim motui contraria quies: quare fit, vt ipsa sit priuatio susceptiui.*

ANTI. T.c.10. Immobile quot dicatur modis. *Immobile autē est, & quod omnino impossibile est moueri, sicut sonus inuisibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur. Aut quod tarde incipit; quod dicitur grauiter mobile. Et quod aptum natum est moueri potestq; moueri, non mouetur autem tunc cū aptū natū est, et vbi et sic, quod quidem quiescere voco, immobilium solum. Contrarium enim quies motui est, quare priuatio erit susceptiui.*

Ostendit quot modis dicitur immobile, & ponit tres modos. Primo enim dicitur immobile illud, quod nullo modo est aptum natum moueri, vt Deus: sicut dicitur inuisibile quod non est natum videri, vt sonus. Secundo modo dicitur immobile, quod difficile est moueri, & hoc dupliciter, vel quia postquam incoepit moueri mouetur tarde & cum magna difficultate, sicut si quis dicat claudum immobilem: vel quia difficile est, q incipiat moueri, & per multum tempus oportet ad hoc laborare, sicut si dicamus quod aliquis mons vel aliquod magnum saxum, est immobile. Tertio modo dicitur aliquid immobile quod natum est moueri, & potest de facili moueri, non tamen mouetur quando natum est moueri, & vbi, & eo modo, quo natum est moueri, & hoc solum proprie dicitur quiescere, quia quies est cōtraria motui. Et accipit hic contrarietatem large. secundum quod etiam includit priuationem. Vnde cōcludit, quod oportet, quod quies sit priuatio in susceptiuo motus, cō trarium enim & priuatio non est nisi in susceptiuo sui oppositi. Vltimo ibi.

ARGL. *Quid igitur est motus, & quid quies, & quot sunt mutationes, & quot motus, per ea quæ diximus, perspicuum iam euasit.*

ANTI. *Quid quidem igitur est motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus; manifestum ex dictis.*

Epilogat quæ dicta sunt. dicens manifestum esse ex dictis quid sit motus & quid quies, & quot sint mutationes, & quales mutationes possunt dici motus.

LECTIO V.

Quorundam terminorum, simul scilicet, Separatim, Tangere Medii Consequenter, & Habiti, ad motus vnitatem dignoscendam vtilium, definitiones, & adinuicem comparationes proponuntur.

ARGY. *Post hæc dicamus, quid est Simul esse, & Seorsum, & quid Tangere, & quid Inter, & quid Deinceps, & quid Hærens, & Continuum, & quibus horum vnumquodque competere aptum est.*

ANTI. *Post hæc autem dicamus quid est simul, & separatim, & quid est Tangere, & quid est Mediū, & Consequēter, & quid Habitum; & quid Continuum, & in qualibet re vnumquodque horum in esse aptum natum sit.*

Postquam Philosophus diuisit mutationem & motum in suas species, hic procedit ad determinandum de vnitate & contrarietate motus in suas species. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quædam necessaria ad sequentia, secūdo prosequitur, principale propositum. ibi. Vnus autē motus. Circa primum tria facit. Primo dicit de quo est intentio. Secundo exequitur propositū: ibi. Simul igitur. tertio recapitulat ibi. Quid quidem igitur. Dicit ergo primo, quod dicendum est post prædicta, quid est simul, & quid est extraneum vel separatū, & quid est tangere, & quid est medium, & quid est consequenter, & quid habitum, quid continuum, & in quibus hæc nata sunt esse. Præmittit autem hæc, quia horū definitionibus vtitur in demonstrationibus consequentibus per totum librū, sicut & in principio Euclidis ponuntur definitiones, quæ sunt sequentium demonstrationum principia. Secundo ibi. T.c.31. T.c.32. Te.cō. 30.

ARGY. *Simul igitur ea loco dicuntur esse, quæ vno in loco sunt primo. Seorsum autem ea, quæ in diuersis sunt locis. Ea dicuntur Tangere, quorum extrema sunt simul.*

ANTI. Te.com.32. *Simul igitur dicuntur hæc esse secundum locum, quæcū que in vno loco sunt primo. Separatim autem quæcunque sunt in altero. Tangere autem quorum vltima simul.*

Exequitur propositum. Et primo definit quæ præmissa sunt. Secundo comparat ea adinuicem. ibi. Manifestum autem quod primum. Circa primum tria facit. Primo definit ea, quę pertinent ad tangere, secundo ea, quæ pertinent ad hoc quod est consequenter. ibi. Medium vero. Tertio ea quæ pertinent ad contiuum, ibi. Continuum autem. Et quia in definitione eius quod est tangere, ponitur simul, ideo primo definit ipsum, & dicit quod illa dicuntur esse simul secundum locum, quæ sunt in vno loco primo, & dicitur primus locus vniuscuiusque qui est proprius locus eius. Ex hoc enim aliqua dicuntur esse simul, quod sunt in vno loco proprio, non autem ex hoc quod sunt in vno loco communi, quia secundum hoc posset dici q omnia corpora essent simul, quia omnia continentur sub coelo. Dicit autem quod simul dicuntur hæc esse secundum locum ad differentiā eorum, quæ dicuntur esse simul tempore, hoc enim non est nunc ad propositum. Per oppositum autem dicūtur esse separatim vel seorsum, quæcunque sunt in alio & alio loco, Tangere autem se dicuntur, quorum sunt vltima simul. Vltima aūt corporum sunt superficies, & vltima superficierum sunt lineæ, & vltima linearū sunt pūcta. Si ergo ponatur quod duæ lineæ se tangant in suis vltimis, duo puncta duarum linearum se tangentium, continebuntur sub vno puncto loci continentis. Nec propter hoc sequitur, quod locatum sit maius loco, qa punctum additum puncto nihil maius efficit, Et eadem ratione se habet in aliis. Secundo ibi. T.c.38. Infra. T.c.37.

ARGL. *Id est, ad quod prius accedere aptum id, quod mutatur quam ad id, quod vltimum mutatur, secundum naturam continue subiens mutationē: atque hoc est in minimus tribus, est enim vltimum mutationis contrarium ipsum. Continue autē id mouetur, quod nihil, aut per parum res, non*

tem-

temporis, intermittit. Nihil.n. intercapedo prohibet. fierique pōt vt post primam fidiū, vltima, continuo sonet, sed rei, in qua mouetur. atque hoc & in motu, qui loco accommodatur, & in cæteris motionibus patet. Contrarium autem id est in loco quod plurimum recta linea distat. Minima enim est finita & finitum mensura.

ANTI.1 *Medium vero, in quod aptum natum est primū pertingere quod mutatur, quam in quod vltimum mutatur secundum naturam continue mutationem patiens. In minus autem est medium in tribus vltimum, quod continue.n. mutationis contrariū est. Cōtinue autem mouetur, quod nihil, aut paucissimum deficit rei, non temporis. Nihil.n. prohibet deficientiam rei non temporis, & statim etiam post hypatem sonare vltimam, sed rei in quam mouetur: hoc autē & in his, quæ sunt secundum locum, & in alijs mutationibus manifestum est. Contrarium autem secundum locum est, secundum rectitudinem distans plurimum. Minima autem finita, mensura autem finitum est.*

Definit ea, quæ pertinent ad hoc q consequenter se hēt. & circa hoc tria facit. Primo definit medium, quod ponitur in definitione eius, quod est consequenter. Secundo definit hoc, quod est consequenter. ibi. (consequenter autem) Tertio infert quoddam corollarium ex dictis. ibi (Quoniam autem omnis mutatio.) Dicit ergo primo, quod medium est, in quod primo aptū natū est peruenire id quod continue mutatur secundum naturam, quam in vltimum terminū motus, in quem mutatur. Sicut si aliquid mutatur de A. in C, per B, dummodo sit continuus motus, primo peruenit ad B, quam ad C. Medium autem potest quidem esse in plurib. quia inter duo extrema possunt esse multa media, sicut inter album & nigrum sunt multi colores medii, sed ad min' oportet, quod sit in trib. quorum duo sunt extrema & vnum medium. Sic igitur, medium est, per quod in mutatione peruenitur ad vltimum, sed vltimum mutationis est contrarium, dictum est.n. supra quod motus est de contrario in contrarium. Et quia in definitione medij posuerat continuationem motus, consequenter ostēdit quid dicatur continue moueri. Potest autem continuatio motus ex duobus attendi, & ex tempore, in quo mouetur, & ex re, per quam transit, sicut est magnitudo in motu locali. Ad hoc igitur quod sit motus continuus requiritur q nulla interpollatio sit in tpe, quia quantūcunque modicum interpollaretur motus secundum tēpus, non esset continuus. Sed ex parte magnitudinis, per quam transit motus, potest esse aliqua media interpollatio sine præiudicio continuationis motus, sicut patet in transitibus viarum, in quibus ponuntur lapides ab inuicem modicum distantes, per quos transit homo de vna parte viæ ad aliam motu continuo. Hoc est ergo quod dicit, quod continue mouetur illud quod nihil aut paucissimum deficit rei, i. quod non habet interpollationē ex parte rei, per quam transit. Aut, si deficit paucissime deficit. Sed tempus non potest, nec paucissimum deficere, si sit motus continuus. Quomodo autem res possit deficere in motu continuo manifestat subdens, quod nihil prohibet aliquid moueri cōtinue cum defectu rei sed non temporis. Sicut si aliqs Citharizās, statim post hypatem. i. primam chordam grauem, sonet vltimā acutam, intermissis quibusdā chordis in medio. Sed iste defectus est rei, in qua est motus, non autē temporis. Hoc autem, quod dictum est, de continuitate motus, intelligendum est tam in motu locali, quam in aliis motibus. Sed quia non est manifestum, qūo vltimum in motu locali sit cōtrarium, quia locus videtur esse contrarius loco, ideo hoc manifestat, & dicit quod contrarium fm locum est, quod plurimum distat secundum lineam rectam. Et intelligendum est plurimam distantiā esse fm comparationem ad motum, & mobilia, & mouentia, sicut maxime distant secundum locum per comparationem ad motum grauium & leuium, cētrum & extremitas cæli quo ad nos. Secundum autem motum, meū, vel tuū maxime distat id, quo intendimus ire ab eo, a quo incæpimus moueri. Quid autem sibi velit quod dixit, secundum rectitudinem. Exponit subdens, minima autē finita. Ad cuius intellectum considerandum est, quod minima distantia, quæ est inter quæcunque duo pūcta signata, est linea recta, quam contingit vnam tantum esse inter duo pūcta. Sed lineas curuas contingit in infinitum multiplicari inter duo puncta, fm q duæ lineæ curuæ accipiuntur, vt arcus maiorum vel minorū circulorū. Et quia omnis mensura dēt esse finita, alias non posset certificare quantitatem, quod est proprium mensuræ, ideo distantia maxima, quæ est inter duo, nō potest mensurari fm lineam curuam, sed solū secundum lineā rectam, quæ est finita, & determinata. Secundo ibi.

Deinceps.i. inter quod post principium aut positione, aut forma, aut aliquo alio definitum, & id, ad quod deinceps dicitur esse nihil eorum cadit, quę in eodem genere sunt, vt linea ad lineam vel lineæ, aut vnitas ad vnitatem, vel vnitates, aut domus ad domum, nihil vero prohibet inter ipsa quippiam aliud esse, quod enim deinceps est, ad quippiā est deinceps, & est quid posterius illo. Non enim ipsū vnū ad duo, aut calendæ ad nonas, sed hæc ad illa deinceps sūt. Hærens autem.i. quod deinceps est, atque insuper tangit. ARG I

ANT *Consequenter aūt est, quod cum post primum solum sit aut positione, aut specie, aut alio, aut aliquo sic determinato, nullum medium est eorum quæ sunt in eodem genere, & cuius consequenter est, dico autem vt lineæ linea secundum quod sunt lineæ, aut vnitati vnitas, secundum quod sunt vnitates, aut domui domus: aliud aūt nihil prohibet esse medium. Consequenter enim alicui consequenter ac posterius aliquid: non enim vnum consequenter est duobus, neq; noua luna secundæ consequenter, sed hæc illis. Habitū autem est, quod cum consequenter est, tangit.* Tex.c. 25

T. com. 26 Definit hoc quod consequenter se habet, & quandā speciē eius. s. habitum. & dicit quod ad hoc, quod aliqd dicatur esse consequenter ad alterum, duo requiruntur, quorum vnum est, quod sit post aliquod primum quodam ordine, vel secundum positionem, sicut in ijs, quæ sunt fm ordinem in loco, vel secundum speciem, sicut dualitas est post vnitatem vel quocunque alio modo aliqua determinate ordinentur, sicut secundum virtutem, secundum dignitatem, secūdum cognitionem & huiusmodi. Aliud quod requiritur est, quod inter id, quod est consequenter, & id cui est consequenter, non sit aliquid medium de numero eorum, quæ sunt in eodem genere, sicut linea consequenter se habeat ad lineam, si nulla linea sit in medio, & similiter est de vnitate ad vnitatem, & de domo ad domū. Sed nihil prohibet ad hoc quod aliquid sit consequenter alteri, quod aliquid sit mediū inter ea alterius generis, sicut si aliqd animal sit mediū inter duas domos. Quare autem dixerit, & cuius est consequenter, & quod est post primum, manifestat, subdēs quod omne quod dr consequenter, est respectu alicuius, & non tanquam prius, sed tanquam posterius. Non enim dicitur, quod vnum sit consequenter duobus, neque noua luna secundæ, sed econtra. Deinde definit quādam speciem eius, quod est consequenter habitum, & dicit quod non omne, quod est consequenter est habitum scilicet, sed quando sic est consequenter quod tangit, ita quod nihil sit medium, non solum euisdem generis, sed nec alterius. Tertio ibi.

ARGY *Quoniam autem omnis mutatio est in oppositis, hæc autem sunt contraria, & quæ secundum contradictionem dicuntur, & nihil est medium contradictionis, patet ipsum quod est inter, in contrarijs ipsis esse.*

Quoniam autē omnis mutatio in oppositis est: opposita

autem

autem sunt & contraria, & quæ secundum contradictionem sunt, contradictionis autem nihil est medium, manifestum est quod in contrarijs erit medium.

c. Concludit ex præmissis, quod cum medium sit per quod aliquid mutatur in vltimum, & omnis mutatio sit inter opposita, quæ vel sunt contraria, vel contradictoria, in contradictoriis autem nihil est medium, relinquitur quod omne medium sit inter contraria aliquo modo. Deinde cum dicit.

ARGI. *Continuum autem est quid hærens. Dico autem tunc cõtinuum esse, cum vtriusque fines, quibus se tangunt, vnum idemque fuerunt facti: atque vt nomen significat continētur. quod quidem esse non potest, cum extrema sint duo. Hoc definito patet in his esse continuum, ex quibus aptum est vnum quid fieri tactu; & vt sit ipsum continuum vnū, sic & ipsum totum fore vnum veluti clauo, vel glutine, vel tactu, vel copulatione.*

ANTI. T.c.27. *Continuum autem est quidem, quod habitū aliquid est. Dico autem esse continuum, cum idem fiat et vnus vtriusque terminus eorum, quæ tanguntur: & sic significat nomen continui: hoc autem esse non potest, cum duo sint vltima. Sed hoc determinato, manifestum est quod in his est continuum, ex quibus vnum aliquod aptum natum est fie vt secundum contactum. Et sicut aliquando fit continuum vnum, sic & totum erit vnum, vt aut conclauatione, aut colla, aut tactu, aut adnascentia.*

Manifestat quid sit continuum. & dicit, ꝙ continuū est aliqua species habiti. Cum enim vnus & idem fiat terminus duorum quæ se tāgunt, dicitur esse continuū, & hoc etiam significat nomen. Nam continuum a continendo dicitur. quando igitur multæ partes continentur in vno, i. quasi simul se tenent, tunc est continuum, sed hoc non potest esse, cum sint duo vltima, sed solum cum est vnum. Ex hoc autem vlterius concludit, quod Modiquibus fieri vnum contingat. continuatio esse non potest, nisi in illis, ex quibus natū est vnum fieri sm contactum. Ex eadem. n. ratione aliquod totum est secundum se vnum & continuū, ex qua ex multis fit vnum continuum: vel per aliquam conclauationem, vel per aliquam incollationem, vel per quemcunque modum contingendi, ita quod fiat vnus terminus vtriusq;. Vel etiam per hoc quod aliquid iuxta aliud naturaliter nascitur, sicut fructus adnascitur arbori, & continuatur quodammodo ei. Deinde cum dicit.

ARGI. *Patet etiam primum id esse, quod est deinceps. Quod enim tangit, id deinceps esse necesse est: non omne autem, quod deinceps est, tangit. Quapropter ipsum deinceps esse, est & in hisce, quæ sunt ratione priora, velut in numeris, tactus verò non est.*

ANTI. T.c.28. *Manifestum autem, & quod primum est id, quod consequenter est. Contactum quidem enim necesse est consequenter esse: quod consequenter autem non omne tangere. vnde in prioribus ratione consequenter est, vt in numeris tactus autem non est.*

D Comparat tria præmissorum adinuicem, de quibus principaliter intendit; s. consequenter se habens, Contactum, & continuum. Et circa hoc tria facit. Primo comparat consequenter se habens ad contactum. Secundo contactum ad continuum. ibi (Et si continuum.) Tertio infert quoddam corollarium ex dictis, ibi (Quare si est vnitas.) Dicit ergo primo manifestum esse, quod cõsequenter se habens, est primum inter cætera præmissa ordine naturæ, secundum quod dicitur esse prius a quo non conuertitur consequentia essendi, quia omne contactum necesse est esse consequenter. Oportet enim inter ea, quæ se contingunt, esse aliquem ordinem ad minus positione: sed non oportet oē, quod consequenter se habet, esse tangens: quia ordo potest esse, in quibus non est tactus, sicut in separatis a materia. Vnde hoc, quod est consequenter, inuenitur in ijs, quæ sunt priora

Infra. T.c.29.

secūdum rationem. inuenitur enim in numeris, in quibus non inuenitur tactus, qui inuenitur solum in continuis: numeri autem secundum rationem sunt priores cōtinuis quantitatibus, sicut magis simplices, & magis abstracti. Secundo ibi.

ARGI *Et si continuum est, tangat necesse est: si vero tangat, nondum continuum est: non enim si simul sint extrema ipsorum, vnum ipsa esse necesse est: sed si sint vnū & simul esse necesse est. Quare copulatio vltima est generatione. Tangant enim necesse est, si copulabuntur extrema: ea vero, quæ tangunt, nō vniuersa sunt copulata. In quibus autem tactus non est, in hisce patet nec copulationem esse.*

ANTI. *Et si continuum est, necesse est etiam tangere: si vero tāgit nondum continuum est. Non enim necesse est vnū esse ipsorum vltima si simul sint. sed si vnum sunt, necesse est & simul esse. Quare insertus vltimus, est secundum generationem: necesse est. n. tangere si adnata erunt vltima. Contacta autem non omnia adnata sunt. In quibus autem nō est tactus, manifestū est, quod non est consertus in his.*

Comparat contactum ad continuum, & dicit quod eadem ratione contactum est prius quam continuum. quia, si aliquid est continuum, necesse est quod sit tangens, sed non est necessarium, si tangit, quod sit continuum. Et hoc probat per rationem vtriusque. Non. n. necessarium est quod vltima aliquorum sint vnum, qđ est de ratione cõtinui, si sunt simul, quod est de ratione cōtacti: sed necesse est econtrario si vltima sunt vnum, quod sint simul ratione, qua potest dici quod vnum sit simul sibiipsi. Si autem hoc quod dico simul, importat habitudinem distinctorum, nō possunt esse vnum quæ sunt simul, & secundum hoc nec contacta esse possunt, quæ sunt continua, sed communiter accipiendo. Vnde concludit quod (insertus) idest continuatio secundum quam vna pars inseritur alteri in vno termino, est vltimus in ordine generationis, prout specialia sunt posteriora communibus, sicut prius generatur animal quam homo. Et ideo dico esse vltimum insertum, quia necesse est aliqua se tangere adinuicem, si vltima eorum sunt adnata, idest naturaliter vnita. Sed non est necessarium quod omnia, quæ se tangunt, quod sint naturaliter adnata adinuicem. Sed in quib. non potest esse contactus, manifestum est quod in his non potest esse (consertus) id est continuatio. Tertio ibi.

ARGI. *Quare si punctum est separatim ac vnitas (vt quidam dicunt) vnitatem ac punctū idem esse impossibile est, puncto enim competit tactus: vnitatibus esse deinceps. Et inter illa quidem esse aliquid potest: communis enim linea est inter puncta: inter vnitates autem nihil esse necesse est: nihil est enim inter dualitatem ac vnitatem.*

ANTI. T.c.29. *Quare si est vnitas & punctum, qualia dicunt separata: non possibile est vnitatem & punctum esse idem. His quidem inest tangere, vnitatibus autem consequenter. Et horum quidem contingit esse medium, omnis enim linea medium punctorum est: harum autē non est necesse. nullum enim medium est dualitatis & vnitatis.*

Concludit quoddam corollarium ex dictis, id est ꝙ si vnitas & punctus sunt separata, sicut quidam dicunt, ponentes mathematica separata secundum esse, sequitur quod vnitas & punctum non sunt idem. & hoc manifestum fit duabus rationibus. Primo quidem, quia pūcta sunt in his, quæ nata sunt se tangere, & secundum pūcta aliqua se tāgunt adinuicem. In unitatibus autem non inuenitur contactus, sed solum hoc quod est consequenter. Secundo uero, quia inter duo puncta contingit esse aliquid medium, omnis enim linea est media inter duo puncta, sed inter duas unitates non necesse est esse aliquod medium, patet enim quod inter duas unitates, quæ constituunt dualitatem, & ipsam primam unitatem, nihil est medium. Vltimo ibi.

Quid

ARGI. *Quid igitur est Simul esse, Seorsumque, quid Tangere, quid Inter, atque Deinceps esse, quid est Hærens, atque Cōtinuum, & quibus horum vnumquodque competit satis iam diximus.*

ANTI. T.c.30. *Quid igitur est Simul, & Separatim, & quid Tangere, & quid Medium, & quid Consequenter, & quid Habitū, & quid Continuum, & in quolibet vnumquodque eorum inest, dictum est.*

Epilogat quæ dicta sunt, & est planum in litera.

LECTIO VI.

Tribus modis motum Vnum dici proponitur.

ARGY. *Vnus autem motus multis dicitur modis. Vnum enim ipsum multipliciter dicimus. Genere igitur vnus est motus per prædicamētū figuras. Lationes nāq; oēs vnus in genere motus sunt. Alteratio autem a latione genere est diuersu.*

ANTI. T.c.31. *VNus autem motus dicitur multipliciter. Vnū enim multipliciter dicimus. Genere igitur vnus est secundū figuras prædicamenti. Loci mutatio enim omni loci mutationi genere vnus est. Alteratio autem a loci mutatione alterū genere est.*

Postquam Philosophus posuit quasdam definitiones necessarias ad sequentia, procedit ad tractādum de vnitate, & diuersitate motus. Et primo determinat de vnitate, & diuersitate motus. Secundo de cōtrarietate, quæ est quædam diuersitas speciērum. ibi. (Amplius autem determinandum) Circa primum duo facit. Primo distinguit vnitatem motus secūdum tres communes modos. Secundo alterum eorum subdiuidit, ibi (Quoniam autem continuum est.) Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo motus dicatur vnus genere, Secundo quomodo dicatur vnus specie. ibi. (Specie aūt vnus est &c.) Tertio quomodo dicatur vnus numero, ibi (simpliciter aūt vnus.) Dicit ergo primo, quod motus dicitur vnus multipliciter, secūdum quod ipsum vnum in communi acceptum multipliciter dicitur, scilicet genere, & specie, & numero. Dicitur autem motus vnus genere secundum figuras prædicamēti. Omnes enim qui sunt in vna coordinatione prædicamenti possunt dici vnus motus genere. Sicut omnis loci mutatio genere est vnus motus, quæ est in vno prædicamento vbi, differt autem genere ab alteratione, quæ est in prędicamento qualitatis, vt supra dictum est. Secundo ibi.

T.c.46.

T.c.36.

Infra: T.c.34.

ANTI. *Specie vero est vnus, quando & genere est vnus, & in indiuidua specie est, veluti coloris quedē sunt differentiæ. Igitur dealbatio & denigratio, diuersi sunt specie motus. Omnes igitur dealbationes eadē in specie sunt, et omnes itidem denigrationes; albedinis autem non sunt. quapropter dealbationes omnes, vnus specie motus sunt. Quod si sint aliqua, quæ generū sunt & species simul, patet vnum quidem in illis specie motum esse, non absolute tamen specie vnum, qualis est disciplina. si scientia existimationis quedē est specie, scientiarum autem genus.*

ARGY. *Specie autē vnus est, cum genere est vnus & in indiuidua specie sit, vt coloris quidem sunt differentiæ. Iam igitur alius specie denigratio & dealbatio. Oīs autem dealbatio omni dealbationi idem secundum speciem erit, & omnīs denigratio denigrationi: albedini autem non amplius. vnde specie vnus est dealbatio albationi omni. Si autē sunt quædam, quæ & genera simul & species sunt, manifestum est, quod specie vt vnum erit, simpliciter vnus specie, non vt doctrinatio: sed scientia quidem species existimationis, genus autem scientiarum aliarum:*

Te.com.32. Ostendit quomodo motus sit vnus specie. Et primo ostendit propositum. Secundo mouet quandam dubitationem. ibi. (Dubitabit autem aliquis.) Dicit ergo primo, q motus dicitur vnus specie, cum non solum est vnus secundum genus, sed etiam secundum speciem indiuiduam, id est specialissimam, quæ non diuiditur in alias species. Sunt enim quædam species, quæ diuiduntur, sicut color species est qualitatis, sed tamē habet differentias, quibus in species diuersas diuiditur. Vnde motus, qui sunt secundum colores, possunt esse diuersi specie, sicut dealbatio & denigratio: sed oīs dealbatio est eadem secundum speciem, similiter & omnis denigratio: quia albedinis non sunt amplius species in quas diuidatur. Sed si sunt quædam, quæ sunt simul genera & species, manifestum est quod motus, qui conueniunt in specie subalterna (sunt vt vnum specie) id est secundū quid vnus, sed simpliciter non sunt vnus specie, sicut scientia quædam est species existimationis, & genus diuersarum scientiarum. Vnde omnis doctrinatio, quę est motus ad scientiam, est quodammodo una specie, non tamen simpliciter, quia doctrinatio, qua docetur Grammatica, est simpliciter alia specie ab ea qua docetur Geometria. Attendendum est autem quod in præmissis, unitatem & diuersitatem motus determinauit secundum genera & species, in quibus contingit motum esse, quia motus quodammodo reducitur ad genus rerum, in quibus est motus. Secundo ibi.

ARGI. *Dubitauerit autem quispiam, si vnus sit, specie motus cum ex eodem, in idem mutatur, veluti punctum vnum ex hoc loco in hunc locum iterum iterūnc. At si sit, cōuersio rectaque latio idem erunt specie motus: & volutatio item ac ambulatio. An definitum est diuersum esse motū, si id, in quo sit motus specie sit diuersum? circunflexum autem a recto specie differt. Genere igitur, specieue motus, hoc pacto est vnus.*

ANTI. T.c.32. *Dubitabit autem aliquis si specie vnus motus sit, cum ex eodem idem in idē mutetur: vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterū & iterū. Si autem hoc est, erit circulatio rectitudini eadem, & volutatio ambulationi. Aut determinatum est, si id, in quo est, alterum est specie, quoniam alter motus est, circulare autem a recto alteri specie est. Genere igitur & specie motus vnus, sic est.*

T.c.33.

Mouet quādam dubitationem circa præmissa. Vtrū scilicet ex necessitate sit unus specie motus, cum aliquid idem mutatur multoties de eodem in idem, sicut si unum punctum secundum Geometras, qui imaginantur pūctum moueri, moueatur ex hoc loco in hunc locum multoties. Et hoc quidem uidetur secundum pręmissa. Si enim motus, qui sunt in eadem specie, ut in albedinē, sunt idē specie, multo magis duo motus, qui sunt in eundem locum numero. Si autem hoc concedatur, sequitur inconueniens, scilicet quod motus rectus sit unus specie motui circulari. Contingit enim ab hoc loco in hūc locum, primo quidem moueri circulariter, quasi per arcum quendam, postmodum uero motu recto, quasi per lineam rectam. Et similiter sequitur in motibus animalium, quod ambulatio, quæ est per lineam rectam, sit eadem secundum speciem uolutationi, qua animal per lineam circularem uoluendo se mouetur, hanc autem dubitationem soluit secundum præmissa. Determinatum est enim, quod si id in quo est motus, est alterum specie, & motus est alter specie, ut sic ad hoc quod motus sit idem specie, non solum requiritur identitas termini secundum speciem, sed etiam identitas eius, per quod transit motus. Manifestum est autem quod linea recta & circularis sunt diuersæ secundum speciem: unde motus circularis, & rectus, & uolutatio & ambulatio non sunt idem secundum speciem, quamuis sint circa eosdē terminos, quia uia non est eadem secundum speciem. Sed si sint ijdem termini & eadem uia secundum speciem, sunt ijdem motus secundum speciem: & multo magis si termini & uia sunt eadem numero, motus iterati erunt ijdem secundum speciem. Deinde cum dicit.

ARGL. *Absolute autem is vnus est motus, qui substantia & numero vnus est. Sed quisnam sit talis patefiet facta diuisione. Tria enim numero sunt, circa quæ motum dicimus esse, quod, in quo, & quando. Duo autem hoc pacto: esse enim quippiam quod mouetur necesse est, velut hominé, aut aurú: & in aliquo hoc moueri, ceu in loco aut in affectu: & quando, omne enim quod mouetur in tempore mouetur. Esse igitur genere aut specie vnú: in ipsa re in qua sit motus, consistit, hæc autem, in tépore erat. At esse simpliciter vnum in vniuersis hisce consistit: Etenim id in quo fit motus, vnum & indiuiduum esse oportet, veluti formã & tempus vnum esse, & non intercapedines fieri. Et id, quod mouetur vnum nõ per accidens esse, vt album nigrescere, & Coriscum ambulare, vnum autẽ est Coriscus, ac album, sed per accidens. Neq. commune. Fieri enim potest vt duo simul homines eadem sanatione sanentur, ex oculorum morbo, in sanitatem eorundem pergentes. At non vnus motus hic est sed specie vnus.*

ANTI. T. c. 34. *Simpliciter autem vnus motus est: qui substantia quidem vnus & numero est. Quis autẽ huiusmodi sit, manifestum est diuidentibus. Tria enim sunt secundum nume rum, circa quæ dicimus motum vnum, quod, & in quo, & quando. Dico autem quod, quoniam necesse est esse aliquid quod mouetur, vt hominem aut aurum: & in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in passione; & quando, in tempore enim omne mouetur. Horum autem trium, & genere quidem, aut specie esse vnum, est in re in qua mouetur, habitũ autem, erat in tempore. Simpliciter autem vnum esse in omnibus his est, & namque in quo est, vnum oportet esse & indiuisibile, vt speciem. Et ipsum quando, vnum tempus, & non deficiens: Et quod mouetur vnum esse, non secundum accidens, vt album nigrum fieri, & Coriscum ambulare, vnum autem est Coriscus & album, sed secundũ accidens: neque commune; esset enim duos homines simul sanari secundum eandem sanitatem, vt ophthalmiæ, sed non vnus hic est sed specie vnus est.*

Tria sũt circa quæ dicimus vnũ motũ. T. c. 35.

In tempore oẽ quod mouetur. Quæ ad vnitatẽ motus simpliciter requirũtur.

Ponit tertium modum, quo motus dicitur vnus numero. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat quis motus sit vnus numero. Secundo circa hoc mouet quasdam dubitationes. ibi. (Socratem autem.) Dicit ergo primo quod scdm prædictos modos nõ dicitur motus vnus simpliciter, sed scdm quid. s. genere & specie. Tertio autẽ modo dr̃ motus simpliciter, vnus, qui est vnus numero secundum suam essentiam. Quis autem motus sit hoc modo vnus, manifestum erit distinguendo ea, quæ requiruntur ad motum. Sunt enim numero tria circa quæ consistit vnitas motus, s. subiectũ, quod mouetur: & genus, vel species, in qua est motus, & tempus qñ mouetur. Et manifestat singula. Quod mouetur quidem dictum est, quia necesse est aliquid esse in quocunque motu quod mouetur, sicut homines, aut aurum, vel quodcunque corpus. Et similiter necesse est hoc, vel quæcunq; alia mobilia moueri in aliquo genere vel specie, puta in loco, (aut in passione). i. in passibili qualitate. Et similiter necesse est cõsiderare quando mouetur, quia omne quod mouetur, mouetur in tempore. Contingit autem de numero horum trium inueniri vnum genere aut specie, in re, in qua est motus, sicut loco vel qualitate. Sed in tempore non est attendenda quantum ad vnitatem motus, vnitas generis vel speciei, cum non sit nisi vnum tempus secundum speciem, sed quod sit habitum, i. continuo consequens absque interpollatione, vnitas autem motus secundum quam dicitur simpliciter vnus, consistit in vnitate omnium horum. Oportet enim id, in quo est motus, esse vnum & indiuisibile eo modo quo species specialissima indiuisibilis dicitur. Et iterum opottet ipsum tempus, quãdo fit motus, esse vnum continuum (& non deficiens,) id est, absque interpollatione. Et tertio oportet id, quod mouetur esse vnum. Sed excludit duos modos vnitatis subiecti, qui non sufficiunt ad hoc quod motus sit vnus simpliciter. Primus modus est secundum accidens, sicut Coriscus & albus sunt vnum secundum accidens, non tamen motus proprius Corisci, & motus proprius albi est vnus. Motus enim proprius albi, est nigrum fieri, & motus proprius Corisci est ambulare, qui quidem motus differunt. Secundus modus est vnitas generis vel speciei, nõ enim ad hoc quod sit vnus motus numero, sufficit q; subiectum sit vnum, sicut aliquod cõmune uel genus, cõtingit. n. duos homines in eodem tempore sanari, & secundũ eandem speciem sanationis: puta quia sanantur de ophthalmia, quæ est infirmitas oculorũ: & sic cõcurrit unitas ipsius quando, & eius in quod est unitas subiecti secundum speciem. Non tamen hæ duæ sanationes sunt unus motus numero, sed unus specie. Secundo ibi.

Lippitudo oculorum ophthalmia est.

ARGL. *Si Socrates autem eadem alteratione specie diuersis temporibus alteratur, si corruptum iterum vnum numero fieri potest, erit & hęc alteratio vna: si non potest, erit eadem specie, sed non numero vna.*

ANTI. Te. com. 36. *Socratem autem secundum alterationem eandem alterari specie in alio autem tempore, & iterum in alio: si quidem contingit corruptum iterum vnum fieri numero, erit & hic vnus: si vero non, idem quidem secundum speciem, vnus autem numero non.*

Introducit quãdam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo ponit id quod uidetur in primo aspectu de vnitate motus secundum numerum. Secundo mouet dubitationem circa hoc, ibi (habet autem dubitationẽ) Tertio determinat ueritatem, ibi (eadem ratio est.) Dicit ergo primo, quod cõtingit aliquod unum mobile, ut Socratem, secundum alterationem eandem specie alterari in uno tempore, & iterum in alio, sicut si sanetur bis de ophthalmia. Hæc autẽ iterata alteratio erit unus motus numero, ut uidetur in primo aspectu, si sanitas, quæ acquiritur, sit eadem numero. Et hoc erit si contingat id quod est corruptum iterum fieri unum numero, quod uidetur impossibile. Sanitas enim quæ in prima alteratione fuit acquisita, postmodum fuit corrupta: & non potest recuperari eadẽ numero. Sed uidetur quod, si recuperetur eadem numero, quod alteratio sequens esset unus numero motus cum prima, si uero non recuperetur eadem sanitas numero, erit quidem motus idẽ specie, sed non unus numero. Secundo ibi.

Tex. c. 37. T. c. 4. 38

ARGL. *Existit autẽ huic similis dubitatio si vna sit ipsa sanitas habitus ipsi omnino atque affectus in corporibus ipsis nec ne, Ea nanque quæ habens, moueri fluereque videntur. Si eadem igitur atque vna sit mane, & nunc sanitas, cur & eum rursus quispiam amissam recuperauerit, & hæc & illa non vna numero erit?*

ANTI. T. c. 37. *Habet autẽ dubitationem huic similem, et vtrũ vna sanitas, & omnino habitus & passiones, substantia sint in corporibus. Moueri nanque videntur habentia & fluere. Si igitur eadem & vna sit mane & nunc sanitas, quare non & cum deficiens accipiat iterum sanitatem & hęc et illa una numero erit?*

Mouet quandam aliam dubitationem circa hoc, & dubitatio talis est. Si aliquis continue perseueret in sanitate, uel in quocunque alio accidente, utrum una sanitas uel quicunq; alius habitus aut passio possit esse in corporib. Et uĩ q̃ nõ, qa quibusdam philosophis uisũ fuit q; nĩa subiecta, q̃ habẽt aliquas qualitates aut habitus sint in continuo motu & fluxu, Si ergo in aliquo, q. sanus pseuerat, una & eadẽ sanitas est, q̃ fuit in mane, & q̃ est nũc ĩ meridie uel ferẽ: nõ uĩ rõ posse reddi quare et si deficit aliqs a sanitate, & iterũ accipiat sanitatem, secunda sanitas recuperata non sit una numero cũ sanitate prius habita. Hanc autem dubitationem Arist. nõ soluit, qa nõ est ad propositũ, sed magis ad considerationem

T.c.51. tionem Metaphysici spectat: ad quem pertinet considerare communiter de vno, & multo, & eodē, & diuerso. Et iterum quia illa dubitatio super falso fundatur, s. ꝙ oīa sint in continuo motu & fluxu, ꝙ Heraclitus opinatus est, & hoc Arist. improbat in 4. Meta. Nec tamen est similis ratio, quia q̄diu sanitas manet; licet varietur homo sm sanitatem, vtputa, si fiat homo magis vel minus sanus, non intercipitur esse sanitatis, sicut intercipitur quando totaliter corrumpitur sanitas. Tertio ibi.

ARGL. *Est enim eadem ratio. Verum hoc interesse videtur, quod si habitus sint duo, duo erunt & ipsi actus; sicut si actus sit vnus & habitum vnum esse necesse est. Vnus.n. actus numero, vnius numero habitus est. At si habitus sit vnus non fortaße quippiam videbitur vnus etiam actus esse. Cum enim cessauerit quispiam ambulare, non est ipsa ambulatio, rursus autem ambulante, erit. Quod si vna & eadem est: idem ac vnum & corrumpi & esse persæpe potest. Hæ igitur dubitationes extra præsentem considerationem esse videntur.*

ANTI. *Eadem enim ratio est. Nisi quod in tantum differunt: quia si duo idem hoc sunt, sicut numero, motus vnus, & habitus esse neceße est, vnus enim numero actus vnius numero. Si vero habitus vnus est, fortassis alicui non videbitur vnus & actus esse. Cum enim pauset ambulans non amplius est hæc ambulatio. iterum autem ambulante, erit. Si igitur vnus, & idem est, contingit vnum & idem corrumpi, & eße multoties. Hæ igitur sunt dubitationes extra quæ nunc est, intentionem.*

Determinat veritatem circa id quod prædixerat. Di
T.c.38. xerat enim supra, quod, si fit eadem qualitas, quæ recuperatur, erit idem motus numero secunda alteratio cum prima, si vero non redit eadem numero qualitas, sequitur quod nō sit vnus actus numero. Et interposita quadam dubitatione, quasi assignās rationem præmissorū, subdit quod ideo præmissa dicta sunt, quia eadem ratio videtur in primo aspectu de vnitate qualitatis & mot⁹. Sed in tantum differunt. quia bene sequitur, si duo motus sint idem eo modo, sicut aliquis motus dr vnus numero, necesse est, quod habitus, i. qualitas acquisita per motum, sit vna: quia vnus numero actus, est vnius numero qualitatis acquisitæ per actum illum. Sed, si qualitas sit vna quæ redit, potest alicui videri, ꝙ nō propter hoc sit vnus actus, non.n. si terminus motus sit vnus numero, oportet quod motus sit vnus numero. Quod patet in motu locali. Cum.n. ambulans pausat, cessat illa ambulatio. Sed quando iterum ambulare incipit, iterū ambulatio erit. Si ergo dicatur quod sit vna & eadem ambulatio: contingit quod vnum & idem sit, & corrumpatur multoties, quod est impossibile. Sic igitur & si contingeret quòd eadem numero sanitas repararetur, non sequitur quod secunda sanatio esset idem numero motus, cum prima. Sicut nec secunda ambulatio cum prima: quamuis vtraque sit ad eundem locum numero. Vlterius concludit, quod illæ dubitationes sunt extra principalem intentionem, & ideo sunt prætermittēdæ.

LECTIO VII.

Quibusdam modis propositis, ac probatis, quibus motū vnū & continuum appellari dignum est, quis motuum insuper vnus vel plures dicatur, declarat.

ARGY. *Cū aūt omnis motus continuus sit, si omnis est diuisibilis, cum qui simpliciter vnus est & continuum esse necesse est: & si continuus est, vnus est. Non enim omnis omni continuus fieri potest, sicut nec aliud quoduis cuiuis: sed quorum vltima vnum fieri possunt. Vltima vero quorundam non sunt, quorundā sunt, at diuersa specie, atque æquiuoca. Quo namq; modo tanget aut vnum fiet, vltimum lineæ ambulationi sua? Hærentes igitur erūt & hi qui non idem specie, & hi qui non idem genere sunt, post cursum enim quempiā continuo febres aggredi poßunt: & vt facis ipsius ex successione motio, latio est hærens, continua vero non est. Positum est enim ea continua eße, quorum vltima sunt vnum, quare Hærentes quidē & deinceps ex eo sunt, quia tempus continuum est. Continuus autem est, quia motus continui sunt, hoc autem est, cum vtrorumque extremum est vnum. Quapropter eum motū, qui simpliciter cōtinuus ac vnus est, eundē esse specie ac Vnius, et vno in tempore esse necesse est. Vno quidem in tempore, vt immobilitas inter partes non sit, intercapedine enim mobile quiescat, necesse est. Multi igitur & non vnus hi motus sunt, inter quos media quies cadit. Quare, si quis motus intercipitur statu, is neque vnus, neque continuus est. Intercipitur autem si in medium tempus cadit, specie autem vnum esse oportet, quia vltima eius qui non vnus est specie, vnum euadere nequeunt, & si tempus non intercapit, tempus.n. est vnum, ille vero specie est diuersus. Etenim motum vnum & specie vnum esse necesse est, hunc autem non necesse est simpliciter vnum esse. Quis igitur motus vnus est absolute, iam diximus.*

Quoniam autē continuus est omnis motus, & simpliciter quidem vnum neceße est & continuum esse: si quidem omnis diuisibilis est, & si continuus, vnus. Non.n. omnis fiet continuus omni, sicut neque aliud, nullum contingenti contingens, sed quorum vnum sunt extrema. Vltima autem aliquorum quidem non sunt: aliquorum autem sunt, sed specie differentia, & æquiuoca sunt, quomodo nāque tanget aut vnum fiet vltimum lineæ & ambulationis? Habiti igitur sunt, & qui neque idem specie, neque idem genere sunt. Postquam enim cucurrit aliquis statim febricitabit, & vt lampas ex diffusione, loci mutatio est habita, continua autem non; ponitur enim continuum, quorum vltima vnum sunt, Quare habiti & consequenter sunt, quia tempus continuum est. Continuum autem est, quia motus continui sunt. Hoc autem est cum vnum vltimum fiat ambobus. Vnde necesse est eundem secundum speciem eße, & vnius, & in vno tempore simpliciter continuum motum & vnum. Tempore quidem vt non immobilitas inter sit: in deficienti enim quiescere necesse est. Multi igitur, & non vnus motus est, quorū quies in medio est: quare, si aliquis motus statu occupetur, neq. vnus est, neque continuus, intercipitur autem si in medio tempus est. Qui autem specie non vnitur, non vnus motus est, & si non deficiat tempus, tempus quidem enim vnum est, specie autem motus alius est, motum enim vnum neceße est specie unum esse, hunc autem simpliciter unum esse non est necesse. Qui igitur motus simpliciter unus est, dictum est. ANTI. T.c.39. Te.c.40. T.c.41.

Motus multi, & non vnus, inter quos est quies.

Postquam Philosophus posuit quod tria requirūtur ad hoc quod sit vnus motus simpliciter. s. vnitas temporis, & rei in qua est motus, & subiecti, hic probare intēdit hoc. Cum.n. multipliciter dicatur vnum simpliciter, vno modo sicut aliquod indiuisibile est vnum, alio modo sicut continuum est vnum, motus non potest dici vnus simpliciter sicut indiuisibile, quia nullus motus indiuisibilis est, vnde relinquitur quod hoc modo dicatur vnus sicut continuus, & quod hoc sit motui esse vnum simpliciter, quod est ei esse cōtinuum, & ipsa continuitas motus sufficiat ad eius vnitatem. Sequitur.n. quod, si est continuus, ꝙ sit vnus. Quæcunque igitur requiruntur ad continuitatem motus requiruntur ad eius vnitatē. Ad continuitatem autē motus requiruntur tria, quorum primum est vnitas speciei. Nō.n. omnis motus potest continuari omni motui, sicut etiam in alijs continuis nō indifferenter qualecunq; esse cōtingit aliquid, continuari potest cuicunq; qualecunque illud esse contingat, sed illa continuari possunt, quorum vltima contingit esse vnum, quod est de ratione continui, vt supra dictum est: Sed quædam sunt quæ nulla vltima habent, vt formæ, & indiuisibilia omnia: & ideo eorum non

potest

potest esse continuatio. Quorundam vero sunt aliqua vltima, quæ sunt diuisibilia & quantitatem habentia, quæ (sunt æquiuoca) .i. non conuenientia in nomine & ratione, & illa etiã nõ possunt continuari. Nec etiã põt esse cõtactus in quibusdam eorũ, nõ, n. põt dici ꝙ linea & ambulatio se cõtingat, vel ꝙ vnũ sit eorũ vltimũ, ꝙ est cõtinuari adinuicẽ. Ex quo patet, ꝙ ea q̃ sũt diuersorum generum vel specierũ, non possunt cõtinuari ad inuicem. Ergo motus, qui differunt genere, vel specie, possunt esse habiti, i. consequenter adinuicem se habere, sicut aliquis post cursum potest statim febriciare: cursus autem, & febricitatio sunt in diuersis generibus. Et in eodem genere, s. loci mutationis vna mutatio est, quæ consequenter se habet ad aliam, cum tamen non sit continua: sicut patet in diffusione lampadis, vt puta cum candela de manu in manum transfertur, sunt enim ibi diuersi motus non continui. Vel põt intelligi, ꝙ ad motum localem liquoris, quo flamma sustẽtatur, quem appellat diffusionem, consequitur motus localis flãmæ, quæ nomine lampadis significatur. Prædictæ igitur mutationes, quia differunt genere vel specie, nnn sunt continuæ, cum non possint habere vnum vltimum, quod ponitur esse de ratione continui. Vnde possunt quidem motus specie vel genere differentes esse consequenter se habentes & habiti. i. quodãmodo se tangentes absq; alia interpositione temporis, in quantum tempus est continuum, quod quidem eadem ratione habet continuitatem, qua & motus, s. in quantum est ei vnum vltimum. Nihil autem prohibet in vno instanti temporis, ad quod cõtinuantur partes eius, terminari vnum motum, & incipere aliũ alterius generis, vel etiam speciei, & sic motus illi erunt habiti, sed non continui. Et ideo secundum præmissa sequitur, quod ad hoc quod motus sit continuus, requiritur quòd sit vnus secundum speciem: quæ quidem vnitas speciei est in motu ex re, in qua est motus, in quantum est indiuisibilis secundum speciem. Secundo requiritur ad continuitatem motus, ꝙ sit vnius subiecti, quia diuersorum subiectorum motus possunt esse habiti, sed non continui, sicut dictum est de mutatione candelæ per motum diuersorum manuum. Tertio requiritur ad continuitatem motus & vnitatem, quod sit vnus tpe ad hoc quod non interueniat aliqua immobilitas vel quies, quia, si deficeret aliquod tempus motui in quo, s. non moueretur, sequeretur ꝙ in illo quiesceret, si autem quies interponitur, erunt multi motus & non vnus. Multi enim motus & non vnus sunt, quorum quies in medio est. Vnde, si aliquis motus sit, qui intercipiatur quiete, non erit neque vnus neque continuus. Intercipitur autem quiete, si tempus sit in medio, vt ostensum est, vnde requiritur ad continuitatem motus, ꝙ sit vnum tempus cõtinuum. Sed iõ hoc non sufficit; quia motus, qui non est vnius speciei, non est continuus, et si tempus non deficiat, quia et si sit vnum secundum tempus, erit aliud secundum speciem. Q ia necesse est ad hoc ꝙ sit motus vnus continuus, ꝙ sit vnus secundum speciem; sed non sequitur ꝙ motus, qui est vnus ſm speciẽ, sit vnus simpliciter. Sic ergo patet, ꝙ 3ria prædicta requiruntur ad hoc ꝙ sit vnus motus simpliciter. Et hoc est quod concludit, quod dictũ est, quis motus sit simpliciter vnus. Deinde cum dicit.

ARGL. *Prætereà motus vnus & hisce dr, qui est perfectus siue genere sit, siue specie, siue numero vnus, quemadmodũ & in cæteris perfectum ipsum ac totum, ipsius vnius est. Interdum autem, & si imperfectus est, vnus dicitur, modo continuus sit.*

ANTI. T.c.42. *Amplius aũt dr̃ vnus, & perfectus siue secundũ genus siue secundũ speciem, siue secundum substantiam sit, sicut & in alijs perfectum & totũ vnus est. Est aũt aliquando et si imperfectus sit, vnũ dicitur, si solum sit continuus.*

Positis trib. modis principalibus vnitatis motus, hic ponit duos alios modos secundarios qui magis pertinent ad quãdam formam vnitatis, quam ad ipsam vnitatem. Secundum ponit. ibi. Amplius autem aliter.) Dicit ergo primo, ꝙ siue motus dicatur vnus secundum genus, siue secundum speciem, siue secundum substãtiam sicut qui est numero unus, dr̃ vnus motus ex hoc qđ est perfectus, sicut in alijs rebus perfectum & totũ, ad unitatis rationem pertinent. Non enim dicimus unum hominem, uel unum calceum, nisi de toto. Quanduque autem dicitur unum etiam de imperfecto, dummodo sit continuum. Et ratio huius est, quia unum potest accẽdi uel secundum quantitatem, & sic sola cõtinuitas sufficit ad unitatem rei, uel secundum formam substantialem, quæ est perfectio totius, & sic perfectum & totum dicitur unum. Secundo ibi. T.c.43.

ARGL. *Insuper & alio modo præter dictos vnus hisce dicitur motus qui vniformis est. Difformis enim aliqua ex parte non vnus esse videtur, sed hisce potius, qui vniformis est, perinde atque linea recta, difformis enim diuisibilis est, differre autem videntur, vt magis tale minus ve, differt.*

ANTI. T.c.43. *Amplius autem aliter præter prædictos, dicitur motus vnus regularis. Irregularis enim non videtur vnus, sed magis regularis sicut rectus: irregularis enim diuisibilis est, videtur autem differre, sicut magis & minus.*

Ponit alium modum secũdarium, prout dicitur motus unus, qui est regularis, i. uniformis, sicut etiã in aliis rebus dicitur unum, quod est simile in partibus. Et circa hoc tria facit. Primo ponit hũc modum unitatis, ſm quod regularis motus dicitur unus. Secundo ostendit in quibus inueniatur regularitas & irregularitas. ibi. Est autem & in omni motu. Tertio ostendit modos irregularitatis. ibi. Irregularitas autem. Dicit ergo primo, qđ præter prædictos modos unitatis dicitur motus unus, q̃ est regularis, idest uniformis. Irregularis enim motus, i. difformis non uidetur esse unus, sed magis motus regularis, idest uniformis, sicut motus, qui est totus in directum est uniformis, Ideo autem motus irregularis non uidetur unus, quia est diuisibilis in partes diuisibiles. Indiuisibilitas autem pertinet ad rationem unius, quia unum est ens indiuisum, sed tamen motus irregularis est quodammodo unus. Sed unitas motus irregularis & regularis uidetur differre secundum magis & minus, quia motus regularis est magis unus quam motus irregularis. Sicut & corpus similium partium est magis unum quam corpus dissimilium. Secundo ibi. Te.com.44.

ARGL. *Est autẽ vniformitas omni in motu, aut difformitas. Etenim alterari quippiam uniformiter potest, & super uniformia fieri, vt super circulum aut lineam rectam: & circa accretionem decretionemve simili modo.*

ANTI. *Est autem & in omni motu, quod regulariter est, aut non. Et namque alterabitur regulariter, & feretur in regulari, vt circulo aut rectitudine: & circa augmentum similiter, & decrementum.*

Ostendit in quib. motibus inueniatur regularitas & irregularitas, & dicit ꝙ in omni genere, vel specie motus inuenitur regulare uel irregulare, quia potest aliqđ alterari regulariter, sicut quando tota alteratio est uniformis, & potest aliquid ferri. i. secundum locum moueri, in magnitudine regulari. i. uniformi, sicut si feratur aut per circulum, aut per lineam rectam. Et similiter est in augmento & decremento. Tertio ibi.

ARGL. *Difformitatis autem differentiæ sunt. Interdum. n. est rõne eius super quod efficitur motus. Impossile est. n. uniformem esse motũ, si non super vniformẽ magnitudinẽ talem, cuius quæuis pars ad quamuis partem non accõmodatur. Interdum non est ratione spatii non temporis, non eius ad quod accedit, sed ratione modi, celeritate enim interdũ tarditateq; motus distinguitur, cuius. n. eadẽ est celeritas,*

bis eſt vniformis, cuius vero nõ eadẽ eſt, is eſt difformis.

ANTI. T.c. 44. Impoſſibile eſt regularẽ eſſe motum non in regulari magnitudine.

Irregularitatis autem differentia eſt, aliquãdo quidem in quo mouetur. Impoſſibile. n. eſt regularem eſſe motum, non in regulari magnitudine, vt reflexi motus aut obliqui aut alterius magnitudinis, quorũ non conuenit contingens in contingentem partem. Aliquando autem neque in vbi, neque in quando, neque in eo, ad quod, neque in quo, ſed in eo quod vt: velocitate enim & tarditate aliquando determinatur. cuius quidem enim velocitas eſt eadem, regularis eſt, cuius autem non, irregularis eſt.

T.c. 55. Accedit ad determinandum de motu irregulari. Et primo aſſignat modos irregularitatis. Secundo oſtendit quomodo motus irregularis ſit vnus, quod ſupra dixerat, ibi (Vnus igitur) Circa primum duo facit. Primo aſſignat duos modos irregularitatis in motu. Secundo infert quaſdam concluſiones ex dictis ibi (Vnde neque ſpecies) Dicit ergo primo ꝙ differentia, quæ facit irregularitatem motus, aliquando eſt ex parte rei, in qua mouetur, vt patet præcipue in motu locali: quia impoſſibile eſt ꝙ motus ſit regularis vel vniformis, qui non trãſit per magnitudinem regularem id eſt vniformem. Dicitur autem magnitudo regularis vel vniformis, cuius quælibet pars vniformiter ſequitur ad aliam partẽ, & ſic quælibet pars poteſt ſupponi alteri parti, vt patet in linea circulari, & etiam in linea recta. Magnitudo autem irregularis eſt, cuius non quælibet pars ſequitur ad aliam partem vniformiter, ſicut patet in duabus lineis facientibus angulum, quarum vna applicatur alteri non in directum, ſicut partes vnius lineæ ſibi inuicem in directum applicantur: & ideo motus circularis eſt regularis, & ſimiliter motus rectus. Sed motus reflexi & obliqui, quia faciunt angulum, nõ ſunt regulares, nec in magnitudine regulari: vel quicunq. alius motus ſit per quãcunque magnitudinem, cuius quæcunque pars non conueniat cuicunq. parti per vniformitatem applicationis, vel cuius vna pars non conuenienter poſſit contingere aliam partem. Si enim illa pars, quæ continet angulum ſupponatur illi parti, quæ angulum non continet, non erit conueniens contactus. Secunda differentia irregularitatem faciens, eſt nõ ex parte loci, vel temporis (neq; in quod quo) .i. neque ex parte eius quod dicitur quo, .i. ex parte cuiuſcunq. rei, in qua ſit motus, non enim eſt ſolum motus in vbi, ſed in qualitate & quantitate, vel poteſt hoc referri ad ſubiectum in quo eſt motus. Sed ille ſecundus modus irregularitatis accipitur (in eo, qđ vt) id eſt ex diuerſitate modi motus, determinatur enĩ iſte ſecundus modus irregularitatis ex velocitate & tarditate. Quia ille motus dicitur regularis, cuius eſt eadem velocitas per totum, irregularis autẽ cuius vna pars eſt velocior altera. Secundo ibi.

ARGI. *Quapropter celeritas, tarditas ve non ſunt ſpecies, nec differentia motus, quippe cum omnes motus diuerſos ſpecie comitentur. Quare neque grauitas leuitasque, quæ eſt reſpectu eiuſdem, ceu terra ad ſeipſum, aut ignis reſpectu ſui.*

ANTI. *Vnde neque ſpecies motus neque differentiæ ſunt velocitas & tarditas: quia omnes ſequuntur differentes ſecundum ſpeciem. Quare neque leuitas neque grauitas, quæ eſt in idem, eſt, vt terra ad ipſam, aut ignis ad ipſum.*

Concludit duo corollaria ex præmiſſis, quorum primum eſt, ꝙ velocitas & tarditas non ſunt ſpecies motus, neque differentiæ ſpecierum: quia velocitate & tarditate determinatur regularitas & irregularitas, quæ ſequitur quaslibet ſpecies motus, ut ſupra dictum eſt. Nulla autẽ ſpecies uel differentia conſequitur omnem ſpeciem ſui generis. Secundum corollarium eſt quod uelocitas & tarditas non ſunt idem ꝙ grauitas & leuitas: quia utrunq. iſtorum habet motum ſemper ad idem, ſicut motus terræ, qui eſt grauis, ſemper eſt (ad ipſam) .i. ad locũ ipſius qui eſt deorſum: & motus ignis ſemper eſt (ad ipſum) id eſt ad locũ propriũ, qui eſt ſurſum. Velocitas autem & tarditas ſe habent ad diuerſos motus, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

Vnus eſt igitur & hiſce motus, qui eſt difformis, continuitatis nimirum ratione, ſed minus quod quidem ei lationi accidit, quæ ſuper linea flexa ſit. Id autem quod eſt minus, miſtione contrarii ſemper eſt tale. ARGY.

Vnus igitur irregularis eſt, quo eſt continuus, minus autem quod quidem reflexiuo accidit motui. Quod autem eſt minus, commiſtio ſemper contrarii eſt. ANTI. T.c. 45. Quod ẽ minus, commiſtio ſemper contrarii eſt

Oſtendit quomodo motus irregularis ſit unus. Secũdo infert quoddam corollarium ex dictis, ibi (Si autẽ omnem unum.) Dicit ergo primo quod motus irregularis poteſt dici unus, in quantum eſt continuus: ſed minus dr̃ unus quam regularis, ſicut & linea habens angulum, minus dr̃ una quam linea recta, & hoc maxime apparet in motu reflexiuo, quia quaſi uidetur duo motus. Ex hoc autem, quod eſt minus unus, uidetur quod aliquid habeat de multitudine, quia ex hoc aliquid eſt minus, quod habet miſtionem contrarii, ſicut minus albũ habet aliquid admiſtum de nigro, ad minus ſecundum quandam appropinquationem. Et ſic patet, quod motus irregularis, & eſt unus, in quantum eſt continuus, & eſt quodammodo multiplex, in quantum eſt minus unus. Secundo ibi.

Quod ſi omnis motus vnus & vniformis, & non vniformis eſſe poteſt, ij, qui diuerſi ſunt ſpecie, atque hærent; non vnus erunt atque continuus motus. Quomodo namq; fieri poteſt, vt hiſce ſit vniformis, qui ex alteratione lationeue conſtat? accomodentur enim neceſſe eſt. ARGI.

Si autem omnem, vnum contingit & regularem eſſe, & non, non erunt ipſi qui non ſecundum ſpeciẽ habiti ſũt, vnus & continuus. Quo. n. erit regularis motus ex alteratione cõpoſitus & loci mutatione? Indiget. n. conuenire. ANTI.

Concludit ex immediate dictis, quod ſupra propoſuerat, ſ. quod motus, qui ſunt diuerſi ſecundum ſpeciẽ, non poſſunt continuari. Omnem enim unum motum contingit eſſe unum, regularem, & iterum non regularem. Sed motus, qui eſt compoſitus ex diuerſis motibus ſecundum ſe, non poteſt eſſe regularis: quomodo. n. eſſet regularis motus compoſitus ex alteratione, & loci mutatione? neceſſe eſt. n. ad hoc ꝙ motus ſit regularis, ꝙ partes conueniant adinuicem. Ergo relinquitur ꝙ motus diuerſi, qui non conſequuntur ſe inuicem eiuſdem ſpeciei exiſtentes, non ſunt unus motus, & continuus. Quod ſupra propoſitum eſt, & per exẽpla manifeſtum.

LECTIO VIII.

Propoſitis modis, quibus motus adinuicem contrariari contingit, quis motus cui motui opponatur oſtenditur.

Deinceps definiendum eſt quiſnam motus cui motui cõtrarius eſt, & de quiete ſimili modo. Primum autem diuidendum eſt utrũ contrarius motus ſit hiſce, qui eſt ex eodem ei, quo itur ad idẽ, vt hiſce qui eſt ex ſanitate ei, quo petitur ſanitas, quales & generatio, & corruptio eſſe videntur. An hiſce qui ex contrariis eſt ut hiſce, qui ex ſanitate, ei, qui eſt e morbo. An hiſce quo ad cõtraria pergitur, vt hiſce quo ad ſanitatem itur ei quo ad morbum acceditur. An hiſce qui eſt ex contrario ei quo ad cõtrariũ itur, vt hiſce qui eſt ex ſanitate, ei, quo morbus petitur. An hiſce qui ex contrario in contrarium pergit ei, quo ẽ contrario in contrarium itur, vt hiſce qui ex ſanitate in morbum proficiſcitur, ei, quo ex morbo acquiritur ſanitas. Vnum. n. horum modorum quendam aut plures eſſe neceſſe eſt, nõ ſit enim vt alio modo motus, vt oppoſiti diſponantur. ARGI.

Amplius autem determinandum eſt qualis motus eſt contrarius motui, & de manſione eodem modo: Sed primo diuidendum eſt, vtrum contrarius motus ſit qui eſt ex eodem, ei, qui eſt in idem, vt qui eſt ex ANTI. T. c. 46.

ſani-

sanitate ei qui est in sanitatem, vt generatio & corruptio videntur: aut qui est ex contrariis, vt qui est ex sanitate, ei, qui est ex ægritudine: aut qui est in contraria, vt qui est in sanitatem, ei, qui est in ægritudinem, aut qui est ex contrario ei qui est in contrarium, vt qui est ex sanitate ei qui est in ægritudinem, aut qui est ex contrario in contrarium ei, qui est ex contrario in contrarium, vt qui est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. Necesse est enim aut vnum quendam horum esse modorum, aut plures, non enim est aliter opponere.

Postquam Philosophus determinauit de vnitate & diuersitate motus, hic determinat de contrarietate motuum, quæ est quædam diuersitatis species, vt patet in

T.c.13. Decimo Metaph. Et diuiditur in partes duas. Primo ostendit qualiter accipienda est contrarietas in motu, & etiam in quiete. In secunda mouet quasdam quæstiones

Tex.c. 96. circa contrarietatem prædictam. ibi. (Dubitabit autem aliquis.) Circa primum duo facit. Primo determinat de contrarietate motus, secundo de contrarietate quietis.

Te.c. 53. ibi. (Quoniam autem motui.) Circa primum tria facit. Primo distinguit diuersos modos secundum quos videri posset, quòd acciperetur contrarietas in motu. Secun-

T. com. 47. T.c.49. do remouet quosdam illorum. ibi. (Est autem qui est.) Tertio assignat verum modum contrarietatis in motu & mutatione, ibi. (Quoniam autem differt.) Dicit ergo primo, quod post prædicta determinandum est qualis sit motus contrarius alicui motui, & eodem modo determinandum est de mansione, i. de contrarietate quietis ad motum, & quietis ad quietem. Sed in hoc tractatu hoc primo faciendum est, quòd debemus distinguere modos, secundum quos vniuersaliter accipi potest ratio contrarietatis in motibus. Et distinguit quinq; modos, quorum primus modus est, vt ratio contrarietatis motuum accipiatur secundum accessum ad aliquem terminum, & recessum ab eodem. Et hoc est quòd dicit, (vtrum cõtrarius motus sit, qui est ex eodem, ei, qui est in idem, vt qui est ex sanitate, ei qui est in sanitatem,) secundum quam rationem generatio & corruptio vidẽtur esse cõtraria, quia generatio est motus ad esse, corruptio autẽ est motus ex esse. Secũdus modus est, vt ratio contrarietatis motuum accipiatur secundum contrarietatem terminorum, a quibus incipit motus. Et hoc est quod dicit. Aut qui est ex contrariis, vt qui est ex sanitate, ei, qui est ex ægritudine. Tertius modus est, vt contrarietas motuum accipiatur secundum contrarietatem terminorum, ad quos terminatur motus. Et hoc est qđ dicit. Aut qui est in contraria, vt qui est in sanitatem ei, qui est in ægritudinem. Quartus modus est, vt accipiatur motuum contrarietas secundum contrarietatem termini a quo, ad terminum ad quem. Et hoc est quod dicit, aut qui est ex contrario, ei qui est in contrarium, vt qui ex sanitate, ei qui est in ægritudinem. Quintus modus est secundum contrarietatem ex parte vtorumque terminorum. Et hoc est quod dicit. Aut qui est ex contrario in contrarium, ei, qui est ex contrario in contrarium, vt qui est ex sanitate in ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine in sanitatem. Necesse est enim quòd contrarietas motuum accipiatur secundum vnum horum modorum, aut secundum plures, quia non contingit secundum aliquam aliam rationem opponere motum motui. Secundo ibi.

ARGY. *Hic igitur, qui est è contrario non est ei contrarius quo in contrarium itur, vt is qui est ex sanitate et quo itur ad morbum, est enim vnus idemque, esse tamen ipsorum non idem est, quemadmodum non idem est ex sanitate mutari, atque ad morbum.*

ANTI. Te.com.47. *Est aũt qui ex contrario, ei, qui est in contrarium, non cõtrarius, vt qui est ex sanitate, ei, qui est in ægritudinem, idem enim et vnus est, esse tamen non idem est ipsis, sicut non idem est ex sanitate mutari & in ægritudinem.*

Excludit duos prædictorum modorum. Et primo quartum, qui accipiebatur secundum contrarietatem termini a quo, ad terminum ad quem. Secundo, secundum modum qui est secundum contrarietatem termino-

T. com. 48. T.c 48. rum, ex quibus incipit motus, ibi. Neque qui est ex contrario.) Tertio ostendit quomodo se habent duo modi reliqui ad inuicem. ibi. Relinquitur autem. Dicit ergo primo q̃ motus, qui est ex vno contrario, non potest dici contrarius, ei, qui est in aliud contrarium, vt si diceretur q̃ motus, qui est ex sanitate, sit contrarius motui qui est in ægritudinem. Idem enim non est sibi ipsi contrarium, sed motus, qui est ex sanitate, motui, qui est in ægritudinem, est vnus & idem subiecto, sed esse ipsi non est idem, i. differunt ratione, eo modo quo non est idem secundum rationem moueri a sanitate, & moueri in ægritudinem, quia vnus importat habitudinem motus ad terminum a quo, alius autem habitudinem eiusdem motus ad terminum ad quem. Non est igitur accipienda contrarietas motus secundum contrarietatem vnius termini ad alium. Secundo ibi.

Quæ sunt idẽ subiecto differunt autem rõne, cõtraria non sunt.

ARGY. *Neq; hisce motus q est ex contrario et contrarius est, q ex contrario est. Simul n. accidit è contrario, & in contrarium, aut in medium ire, sed posterius de hisce dicemus.*

ANTI. Te. cõ.48 *Neq; qui est ex contrario ei qui est ex contrario. Simul quidem. n. accidit mutari ex contrario in contrarium aut in medium, sed de hoc quidem posterius dicemus.*

Ostendit q̃ contrarietas motuum non est accipienda secundum contrarietatem terminorum ex quibus incipit motus. Et hoc tribus rationibus, quarum prima talis est. Duo motus, qui in idem tendunt, non sunt contrarii, sed duo motus ex contrariis recedentes, possunt in vnum & idem tendere, simul enim accidit mutari, i. æqualiter, ex contrario in contrarium aut in medium, vt postea dicetur, & sic ex vtroque contrario contingit in vnum medium mutari. Non ergo motus propter hoc sunt contrarij, quia a contrariis incipiunt moueri.

Secundam rationem ponit ibi.

ANTI. *Enimuerò in contrarium mutari causa potius contrarietatis esse videlatur, quam è contrario mutari. Hoc enim abiectio contrarietatis, illud assumptio est.*

ANTI. *Sed magis in contrarium mutari videbatur vtique causa esse contrarietatis, quam ex contrario, hic quidem enim discessio contrarietate, ille verò acceptio.*

Secunda rõ. Quæ talis est. Ex illo accipienda est ratio contrarietatis in motu, quod magis facit motum esse cõtrarium, sed contrarietas terminorum, ad quos motus terminatur, magis videtur esse cã contrarietatis motuum, quam contrarietas terminorum a quibus incipit motus, quia cum dico motus incipere a contrariis terminis, dico remotionem contrarietatis, cum verò dico motus accedere ad contraria, dico acceptionem contrarietatis; ergo non accipitur contrarietas motuum secundum terminum a quo tantum. Tertium ponit ibi.

ARGY. *Dicitur et quisque motus ex eo potius, in quod itur, quã ex eo ex quo fit mutatio. sanatio enim hisce dicitur, quo acquiritur sanitas, ægrotatio hisce, quo ad ægritudinem itur.*

ANTI. *Et dicitur autem vnusquisque eo, in quod mutatur magis, quam eo ex quo, vt sanatio, qui in sanitatem; ægrotatio autem qui in ægritudinem.*

Tertia ratio Quæ talis est. Ab eo, a quo aliquid recipit nomen & speciem, recipit etiam contrarietatem, cum contrarietas sit differentia secundum formam, vt patet Decimo Metap. Sed vnusquisq. motus magis dicitur. i. denominatur & speciem recipit a termino in quem, quam a termino ex quo, sicut sanatio dicitur motus in sanitatem, & ægritudo motus in ægritudinem, & hoc etiam supra dictum est. Magis ergo accipienda est contrarietas mo-

rietas mutationum secundum accessum, & recessum ab eodem termino. Et hoc est q dicit, q in illis in quibus non est contrarium, accipitur contrarietas mutationis ex eo q est recessus ab eo, & quod est accessus in ipsum idem, sicut accessus ad formam ignis, quod pertinet ad generationem eius, & recessus ab eadem forma, q pertinet ad eius corruptionem, sunt contraria, vnde generatio est contraria corruptioni, & quæcunque remotio cuicunque acceptioni. Sed huiusmodi nō sunt motus, sed mutationes. Patet ergo q ex quinque modis supra positis, duo. s. secundus, & quartus ad nihil vtiles sunt. Vnus autem conuenit ad contrarietatem motuum, duo autē cōgruunt ad cōtrarietatē mutationū. Deinde cū dicit.

Summa totius lectionis.

ARGI. *His vero motus, quibus ad medium itur, in quibus contrariorum est medium, in contrarijs quodammodo sunt ponendi, motus enim ad vtrum extremorum datur, medio perfruitur vt extremo, velut e fusco quidem itur in album tanquam e nigro, ex nigro vero in fuscum, tanquam in album. Medium .n. ad vtrunque extremorum contrarij rōnē quodammodo subit, vt prius dictum est. Motus igitur hoc pacto motui contrarius est, hisce quo e contrario in contrarium pergitur, & quo e contrario in contrarium itur.*

Qui autem ad medium motus sunt, quibuscunque contrariorum aliquid est medium, tanquam in contrario quodammodo ponendi sunt. Sicut .n. cōtrario vtitur media motus, ad vtrauis fiat mutatio, vt ex fusco quidem in album, tanquam ex nigro, ex albo autem in fuscum, tanquam in nigrum, ex nigro autem in fuscum, tanquam in album, fuscum .n. medium ad vtrunque dicitur, quodammodo extremorum sicut dictum est prius. Motus igitur motui contrarius est, sic, qui est ex contrario in contrarium, ei qui ex contrario in contrarium.

ANTI. Determinat de contrarietate motus ex parte medij, & dicit quod in quibuscunq. contrarijs inuenit mediū, motus qui terminantur ad medium, hoc modo ponendi sunt esse contrarij, sicut illi, qui terminantur ad contraria, quia motus vtit medio sicut cōtrario, ita quod ex medio contingit mutari vtrūque terminorum, sicut ex fusco, quod est medium inter album & nigrū, hoc modo mutatur in album, ac si mutaretur ex nigro in albū, & econtra, ex albo sic mutatur aliquid in fuscum, ac si mutaretur in nigrum, & ex nigro mutatur in fuscum ac si mutaretur in album, quia fuscum, cum sit medium ab vtrunque extremorum, dr vtrunque, quia in comparatione albi est nigrum, & in cōparatione nigri est albū, vt supra dictum est. Vltimo autem concludit qd principaliter intendit, s. q motus sit contrarius motui, secundum contrarietatem vtrorumque extremorum.

LECTIO. IX.

Quæ quies cui motui opposita sit, deque quietum adinuicem, & in mutationibus contrarietate sermo habetur.

ARGI. *Cum aūt motui non solum motus esse contrarius, sed quies et videatur, hoc definiamus oportet: absolute namq; motus motui contrarius est. Opponitur autem & quies, priuatio .n. est. Priuatio vero quod quodāmodo cōtraria dr.*

ANTI. T. c. 53. *QVoniam autem motui non solum esse videtur contrarius motus, sed & quies, hoc determinandum est. Simpliciter quidem enim contrarius est motus motui. Opponitur autem quies. priuatio enim est. Est autem sic quod priuatio contraria dicatur.*

Postquam determinauit Philosophus de contrarietate motuum, hic determinat de cōtrarietate quietum. Et primo in motibus, Secundo in mutationibus. ibi. (Quibus aūt non sunt contraria.) Circa primum duo facit. Primo ōndit q quies sit contraria motui, Secundo quæ cui, ibi. (Qualis autem.) Dicit ergo primo, quod quia motui non solum videtur cōtrariari motus, sed & quies, determinandum est qualiter hæc. s. quies contrariatur motui, quia simpliciter quidem, & proprie, & per se contrariatur motus motui, sed etiam quies opponitur motui, cū sit priuatio motus. Et qd priuatio quodammodo sit contrarium patet: est enim priuatio & habitus prima contrarietas, vt dicitur in Decimo Metaphysicæ scilicet in omnibus contrarijs saluatur priuationis ratio & habitus, cum semper alterum sit quasi priuatio respectu alterius, vt album respectu nigri, & amarum respectu dulcis. Secundo ibi.

T. c. 55. Infra.

ARGY. *Quæ autem cuinam contraria est, an & motui, qui est in loco ea quies est contraria, quæ est in loco? Verū hoc nō simpliciter dicitur. Vtrum .n. hisce motus qui est ex hoc, ei quieti quæ est hic, opponatur, an hisce quo ad hoc itur.*

ANTI. *Qualis autem quali, vt ei, qui est secundum locū, quæ secundum locum? Sed hoc non dicitur simpliciter. Vtrum .n. ei, quæ est hic, mansioni, qui est ex hoc, aut qui est in hoc motus opponitur.*

T. c. 54. Tertia.

Ostendit quæ quies, cui motui contrarietur. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionē. Secundo determinat veritatem. ibi (Manifestum igitur est) Tertio probat. ibi. (Motui autem ei &c.) In quæstione autem quam ponit, vnum supponitur. s. quod nō omnis quies omni motui opponatur, sed aliqualis quies aliquali motui, sicut motui, qui est secundum locum, quies secundū locum. Sed quia (hoc retundendum & considerandum non simpliciter) .i. vniuersaliter dī, restat .s. quærendum vlterius, vtrum mansioni, id est quieti, quæ est in aliquo termino, puta in albo, opponatur motus aut ille qui est in albo scilicet dealbatio, aut ille qui ex albo, scilicet denigratio. Secundo ibi.

ARGI. *Patet igitur, cum duobus in subiectis sit ipse motus, ei quidem motui, qui est ex hoc in contrarium, oppositam eā esse quietem, quæ est in hoc, ei vero, qui est ad hoc, e contrario eam quæ in contrario est.*

ANTI. *Manifestum igitur est, quod, quia in duobus motus subiectis est, huic quidem, qui ex hoc est in contrarium, quæ est in hoc quies: huic autem qui ex contrario in hoc, quæ in contrario quies.*

Determinat veritatem. Et primo quantum ad cōtrarietatem motus ad quietem. Secundo quantum ad contrarietatem quietum adinuicem. ibi. (Simul autem. Dicit ergo primo, quod, cum motus sit inter duo subiecta, id est inter duos terminos affirmatos, motui, qui est ex hoc termino in suum contrarium, contrariatur quies, q est in contrario, sicut motui, qui est ex albo in nigrum, contrariatur quies, quæ est in albo. Et motui, qui est ex contrario in hoc, contrariatur quies, quæ est in contrario, sicut motui, qui est ex nigro in album, contrariatur quies, quæ est in nigro. Secundo ibi.

ARGI. *Simul autem hæ et inter sese sunt contrariæ. Et .n. absurdum est, si motus quidem contrarij sunt, quietes vero contrariæ nō sunt. Sunt autem hæ, quæ in contrarijs sunt, ea nanque quies, quæ est in sanitate, ei quieti contraria est, quæ est in morbo.*

ANTI. *Simul autem & adinuicem contrariæ hę sunt. Et namque inconueniens est, si motus quidem contrarij sunt, quietes autem oppositæ nō sunt. Sunt autem in oppositis hę, vt quæ est in sanitate quies ei, quæ est in ægritudine.*

Agit de cōtrarietate quietum adinuicem, & dicit qd hæ quietes sunt contrariæ adinuicē, quæ sunt in contrarijs terminis. Incōueniens .n. est, si motus sunt contrarij adinuicem, & quietes adinuicem non opponantur. Et quo sunt oppositæ quietes, quæ sunt in oppositis, exemplificat, subdens q quies quæ est in Sanitate, opponitur quieti, quæ est in ægritudine. Deinde cum dicit.

ARGI. *Et ei motui, quo ex sanitate in morbū itur, & nanque quo e morbo itur in sanitatem contrariā esse ægritudini extra fines est rationis. Motus enim in ipsum, in quo statur perfectio potius est ad quietem, quam accidit fieri simul cum motu, hunc autem aut illum esse contrarium illi, necesse*

cesse est. Non enim ea quies, quæ in albedine est, ei motui contraria est, quo ad sanitatem acceditur.

ANTI. *Motui autem ei, qui est ex sanitate in ægritudinem. ei enim qui est ex ægritudine in sanitatem, irrationabile est. Qui enim in ipso motus est, in quo stetit quietatio magis est, secundum quod accidit simul fieri cum motu. necesse autem est hanc, aut illam esse. Non enim quia est in albedine quies, contraria est ei, quæ est in sanitate.*

Probat quod dixerat de contrarietate quietis ad motum, & dicit, q motui, qui est ex sanitate in ægritudinē, opponitur quies, quæ est in sanitate, quia irrationabile esset quod quies, quæ est in sanitate, opponeretur motui, qui est ex ægritudine in sanitatē. Et hoc sic probat, quia eius motus (q est in ipso) id est ad aliquē terminum statos, in eodem termino (est magis quietatio) i. eius conseruatio vel perfectio, quam quod ei opponatur. Et q quies in termino ad quē sit motus perfectio, patet per hoc quod simul sit ipsa quies cum motu, quia ipsum moueri ad terminum, est fieri quietem. Vnde, cū motus sit causa ipsius quietis, non potest ei opponi, qa oppositum non est causa sui oppositi. Sed necesse est q motui contrarietur, vel hæc quies, quæ est in termino ad quem, aut quies, quæ est in termino a quo. Nō.n.potest dici, q quies, quæ est in aliqua alia specie, contrarietur motui vel quieti, sicut q quies, quæ est in albedine contrarietur quieti, quæ est in sanitate, aut motui, q est in sanitate. Cū ergo quies, quæ est in termino ad quem, nō contrarietur motui, relinquitur q contrarietur ei quies, quæ est in termino a quo. Deinde cum dicit.

ARGI. *Quib. aūt non est contrarium, eorum mutatio quidem opposita est ea, quæ est ex ipso ei, quæ est ad ipsum. Motus vero non est, velut ea, quæ est ex ente ei, quæ est ad ens.*

ANTI. Tex.c.55. *Quib. autem non sunt contraria, horum mutatio quadē est opposita ei, quæ est ex seipso, ei quæ est in ipsum. Motus autem non est, vt quæ ex esse, ei quæ est in esse.*

Determinat de contrarietate quietis in mutationib. Et circa hoc tria facit. Primo resumit quod dictum est de contrarietate mutationum. Secundo ostendit q mutationi non opponitur quies, sed non mutatio. ibi. (Quies quidem horum.) Tertio ostendit quomodo mutatio cōtrarietur mutationi, ibi. (Simile autem aliquid est.) Resumit ergo primo quod supra dictum est, scilicet quod in mutationibus, in quibus non est contrarietas in terminis, sicut in generatione, & corruptione substantiæ, oppositio accipitur secundum accessum, & recessum ex eodem termino, est enim mutatio, quæ est ex ipso aliquo termino, opposita mutationi, quæ est in ipsum. Sicut mutatio (quæ est ex esse). s. corruptio, opponitur ei (quæ est in esse). s. generationi, cum tamen neutra earū sit motus. Secundo ibi.

Infra. Quinta. 55.

ARGY. *Et quies quidem horum non est, mutationis autem vacuitas est.*

ANTI. *Quies quidem horum non est, immutatio autem est.*

Ostendit q his mutationibus non opponitur quies. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo interserit quandam dubitationem. ibi (Et si quidem aliquid erit.) Tertio probat propositū ibi. (Si aūt huc.) Dicit ergo primo, q in his mutationibus quæ nō sont inter contraria, nō inuenitur quies opposita, sed illud, quod opponitur eis, sicut quies motus, potest vocari, immutatio, i. non mutatio. Secundo ibi.

Tertia. 55. Quarta.

ARGY. *Atque si subiectum quidem quippiam sit, ea mutationis vacuitas quæ est in ente ei, quæ est in non ente contraria est. Sin id, quod haud est, non quippiam sit, dubitauerit quispiam sanè, cui nam sit contraria ea mutationis vacuitas, quæ est in ente, & sit ne quies.*

ANTI. *Et siquidem aliquid erit subiectum, quæ est in esse non mutatio, ei, quæ est in non esse, dubitabit aliquis cui sit contraria, quæ in esse non mutatio, vel quies est.*

Interserit quādam dubitationem circa præmissa. Dictum est.n. q mutatio, quæ est ad esse, contrariatur mutationi, quæ est ex esse, quæ quidem est in nō esse. Hoc aūt quod dico nō esse, potest dupliciter accipi. Vno modo q habeat aliquod subiectum, vel ens actu, sicut non album in corpore vel in potētia tū ens, sicut priuatio formæ substantialis est in materia prima, aut intelligitur tale non esse, quod non habet aliquod subiectum, sed est omnino non ens. Si primo modo accipiatur nō esse, quod habeat aliquod subiectum, tunc inueniri poterit quomodo vna non mutatio sit contraria alij non mutationi, quia poterit dici quod non mutatio, quæ est in esse, opponitur non mutationi, quæ est in non esse. ex quo.n. non esse habet subiectum, nihil prohibet dicere quod illud subiectum permaneat in illo non esse, quod est ipsum non mutari. Si verò non est aliquid (ei qđ nō est). i. si ipsi non esse non est aliquod subiectū, tunc dubitatio remanet, cui non mutationi sit contraria illa nō mutatio, vel quies, quæ est in esse. Quod.n. oīno nō est, non pōt dici quiescere, aut immutabiliter permanere, quia necesse est q non mutationi, vel quieti, quæ est in esse, sit aliqua non mutatio contraria. manifestū ex hoc sit, quod illud non esse, a quo est generatio, & in quod tendit corruptio, est nō esse habēs subiectū. Tertio ibi.

Quod si est, aut non oīs quies motui contraria est; aut generatio corruptiove motus sunt. Patet igitur quietem illam non esse dicendam, nisi & ipsæ sint motiones. ARGY.

Si aūt hoc est, aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio et corruptio motus sunt. Manifestum igitur, quod quies non dicenda est, si non & hæ motus. ANTI.

Ostendit quod supposuerat, s. quod id, quod opponitur generationi & corrup. non sit quies. Si.n. hoc daretur. s. quod esset quies, sequeretur alterum duorum, s. quod aut nō omnis quies esset cōtraria motui, aut quod generatio & corruptio sit motus. Vnde manifestum est, q id quod opponitur generationi & corruptioni, non dicitur quies, nisi generatio & corruptio esset motus, qđ supra improbatum est. Deinde cum dicit. Lect. 1. T. com. 8.

Sed simile quid quieti atque mutationis vacuitatem. Cōtrarium verò, aut nulli prorsus, aut ei mutationis vacuitati, quæ est in nō ente, aut corruptioni. hæc est enim ex ipsa, generatio verò in ipsam. ARGI.

Simile autem aliquid est, & immutatio. Contraria autē est, aut nulli aut ei, quæ est in non esse aut corruptioni. hæc enim ex ipsa, generatio autem in ipsam. ANTI.

Ostendit quō non mutatio sit contraria mutationi, & dicit simile esse de cōtrarietate immutationis ad mutationem, sicut de contrarietate quietis ad motum, quia immutatio, quæ est in esse, contraria est vel nulli immutationi, quod esset, si non esse non haberet subiectum, aut ei non mutationi, quæ est in non esse, si non esse habet subiectum. Et hæc cōtrarietas est per modum, quo quies opponitur quieti. Aut etiam non mutatio, quæ est in esse, opponitur corruptioni, vt quies motui. Non autē opponitur generationi, quia corruptio recedit ab immutatione vel quiete, quæ est in esse, generatio vero tēdit in illam. Motui autem & mutationi non opponitur quies in termino ad quem, sed in termino a quo.

LECTIO X.

Tres dubitationes de præmissa proponuntur, ac soluuntur.

ARGY. *Dubitauerit autem quispiam cur in mutatione quidem quæ est in loco, tam quietis quam motus secundum naturā sunt præterque naturam, in cæteris verò non sunt, vt alteratio alia sit secundum naturam, alia præter naturam, non enim sanatio magis, quam ægrotatio secundum naturam est, aut dealbatio quam denigratio. Similiter & in accretione decretioneve, neque enim hæ inter sese contrariæ sunt, vt altera sit secundum naturam, altera præter naturam, neque accretio accretioni simili modo*

con-

contraria est, decretio ve decretioni. In generatione quoque corruptioneve eadem ratio est, neque enim generatio quidē est secundum naturam, corruptio autem præter naturā: senescere .n. secundum naturam est. Neq; generationem aliam secundum naturā, aliā præter naturā esse videmus.

ANTI. Te.c. 56. *Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem secundum locum sunt, & secundum naturam, & extra naturam, & quietis & motus, in alijs autem non. Vt alteratio hæc quidē secundum naturam, illa autem extra naturam nihil enim magis sanatio aut ægrotatio, secundum naturam aut extra naturam, neq; dealbatio, aut denigratio: similiter aūt est, & in augmento & decremēto, neq; .n. adinuicem hi contrarij sunt, vt secundum naturā aut extra naturam, neque augmentum augmento, & in generatione autem & corruptione eadem ratio est, neque .n. generatio quidem secundum naturam, corruptio autem extra naturam: senescere enim secūdum naturam est, neq; generationem videmus, aliam quidem secundum naturā, aliam vero extra naturam.*

Postquam Philosophus determinauit de contrarietate motuū, & quietum, hic mouet quādā dubitationes circa præmissa. Et circa hoc duo facit Primo ponit dubitationes & soluit eas. Secundo manifestat quædam, Te.c. 64. quæ in illis dubitationibus possent esse dubia. ibi. Dubitabit autem aliquis. Prima pars diuiditur in tres partes, secundū tres dubitationes, quas mouet, & patēt partes in litera. Circa primū duo facit. Primo mouet dubitationem. Scdo soluit. ibi. Aut si est, quod violētia fit. Te.c. 57. Mouet ergo primo dubitationem, quare in genere motus localis inuenitur quidam motus, & quædam quies secundū naturā, & quædā extra naturā, & in alijs generibus non inuenitur hoc, puta quod vna alteratio sit secundū naturā, & alia extra naturā: quia nō videtur magis esse sanatio fm naturā, vel extra naturā, q̄ ægrotatio, cū vtraque pcedat a principio naturali intrinseco, & similiter est in dealbatione, & denigratione, & augmento, & decremento: quia neque isti duo motus sic contrariātur adinuicē, vt vnus sit fm naturā, & alter extra naturā, cū vterque naturaliter proueniat, neq. augmentum sic contrariatur augmento, vt quoddam sit fm naturā, & quoddā extra naturā, & eadē rō est de generatione, & corruptione. Nō .n. pōt dici q generatio sit secūdū naturā, & corruptio extra naturā: quia senescere, quod est via in corruptionē, accidit fm naturam. Neque etiam videmus, q vna generatio sit scdm naturā, & alia extra naturā.

Dubium. Videtur autem quod hic dicitur contrarium ei, quod dicitur in Secundo de Cœlo, quod senium, & omnis defectus, & corruptio est contra naturam. Sed dicendum est Te.c. 37. quod senium, & corruptio, & decremētum est quodammodo contra naturam, & quodammodo secundum naturam, si enim consideretur propria natura alicuius rei, Solutio. quæ dicitur natura particularis, manifestum est, q oīs corruptio, & defectus, & decremētū est contra naturā: quia vniuscuiusque natura intendit ad conseruationem pprij subiecti, contrariū aūt accidit ex defectu seu debilitate naturæ, si autē cōsideret natura in vniuersali, tunc omnia huiusmodi proueniūt ex aliquo principio naturali intrinseco, sicut corruptio animalis ex cōtrarietate calidi, & frigidi, & eadem ratio est in alijs. Secundo ibi.

ARGY. *Quod si id, quod est vi, præter naturā est, & corruptio sane corruptioni contraria erit, ea quæ est vi quæ est præter naturam ei, quæ est secundū naturam: Sunt igitur & generationes violentæ fatoque nō definitæ, quibus hæ, quæ sunt secundum naturā, contrariæ sunt. Et accretiones itidē violentæ, decretiones ve, vt eorū accretiones qui ob delitias cito pubescunt; & ea frumenta, quæ cito adolescunt, incrementaque suscipiunt, antea quam humo bene compressa stirpitus, eliciant fibres. In alteratione vero quomodo res se habēt, An modo eodem? esse enim possunt alterationes partim violentæ, partim naturales. Qui nāque in non diiudicantibus diebus liberantur, hi præter naturam alterari videntur, qui vero in diiudicantibus hi secundum naturam alterantur.*

ANTI. T. com. 57. *At si est, quod violentia fit extra naturā, tunc, & corruptio quæ violenta, erit corruptioni contraria, ei quæ extra naturam et quæ est secundum naturā. Ergo, & generationes quędā sunt violentæ, et nō fatales, quibus contrariæ sunt eæ quæ secundum naturam. Et augmenta sunt violenta, & decrementa, vt augmenta eorum quæ velociter propter alimentum pubescunt; & tritica quæ cito adolescunt & non constringuntur. In alteratione autem qualiter, aut similiter? Erunt enim aliæ quidem violentæ aliæ vero naturales, vt dimissi nō in criticis diebus, alij autem in criticis, illi quidem extra naturam alterantur, hi vero secundum naturam.* Te.c 57

Soluit propositā qōnem per interemptionē. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod in quolibet genere motus inuenitur secundum naturam & extra naturam. Secūdo ostendit quomodo hæc duo in motibus & quietibus contrariētur, ibi. Omnino quidam. Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo mouet obiectionem, ibi. Erunt igitur corruptiones. Dicit ergo primo, q cū illud, quod fit ex violentia, sit extra naturam, quia violentum est cuius principium est extra, nihil conferente vim passo, naturale autem est, cuius principium est intra, sequitur q corruptio violenta, sit corruptioni naturali contraria, sicut corruptio extra naturam est contraria corruptioni, quæ est secundum naturam. Et per eādem rōnem concludit, quod quædam generationes sunt violentæ (& non fatales). i. non procedētes secundū ordinē causarū naturaliū. Quia ipse ordo causarum naturalium fatum dici potest, sicut aliquis facit nasci rosas, aut aliquos fructus per aliqua artificia temporibus non suis, & similiter etiam aliquo artificio procreatur generatio ranarum, aut aliquorum huiusmodi naturalium. vnde cum hæ duæ generationes sint violentæ, per consequens sunt extra naturam, quibus contrariantur generationes, quæ sunt secundum naturam. Idem etiam concludit consequenter in augmento & decremento. Sunt enim quædam augmenta violenta & extra naturam, sicut patet in his quæ velocius debito ad pubertatem proueniunt, propter teneritudinem vel propter alimentū, idest, propter hoc quod delitiose & abūdanti alimento nutriuntur, quod apparet in augmento tritici. Quandoque enim frumenta augentur innaturaliter propter abundantiam humorū; & non constringūtur, vt sint spissa, & solida per debitam digestionem. Et similiter apparet in alterationib. sūt .n. quædā alterationes violentæ, & quędā naturales, vt patet maxime in sanatione. Quidā .n. dimittūtur a febrib. nō in criticis diebus, & isti alterātur extra naturā, alij vero in criticis diebus, & isti alterantur secundum naturam. Secundo ibi.

Te.com. 56. Infra. Quid violētum. Quid naturale. Quid fatū.

Ipsæ igitur corruptiones inter sese erunt contrariæ, non solum generationi. At quid prohibet? Sūt enim aliquo modo contrariæ, & enim si altera voluptatem, altera dolorē afferret, erunt hoc quoque pacto contrariæ. Quare non absolute corruptioni corruptio est contraria: sed vt altera ipsarum est talis, altera talis. ARGY.

Erunt igitur corruptiones contrariæ adinuicem, non generationi. Et quid prohibet? est enim vt sit; & nanque si hæc quidem dulcis, illa vero tristis est. Quare non simpliciter corruptioni corruptio cōtraria est, sed hæc quidem huiusmodi, alia vero huiusmodi harum est. ANTI.

Obijcitur contra prædicta. Cum id enim quod est extra naturam, cōtrarietur ei, quod est secundū naturam, si inuenitur quædam generatio secundum naturam, & quædam contra naturā, & corruptio similiter, sequitur q corruptiones sunt contrariæ adinuicē, & non generatio

rationi: quia vnum non potest duobus esse contrarium. Et hoc soluit dicẽs, ꝙ nihil prohibet generationi generationem esse contrariam, & corruptionem corruptioni. Sic.n. verũ est hoc, etiam remota contrarietate eius quod est sc̃dm naturam, & eius quod est extra naturã: quia si est quędã generatio, & corruptio dulcis, & alia tristis: oportet generationem generationi esse contrariam, & corruptionem corruptioni. Dr̃ autem generatio, & corruptio dulcis, quia ex minus nobili corrupto, generatur magis nobile: sicut ex aere corrupto generatur ignis. Generatio autem, & corruptio tristis, qñ ex magis nobili corrupto, generatur minus nobile, vt si ex igne generetur aer. Non tñ sequitur, si corruptio opponitur corruptioni, ꝙ non opponatur generationi; quia corruptio opponitur generationi, sc̃dm rõnẽ sui generis, corruptio aũt corruptioni, sc̃dm rõnẽ propriæ speciei. Sicut auaritia contrariatur largitati sc̃dm cõtrarietatẽ vitij ad virtutẽ: prodigalitati vero secundũ propriam speciei rõnẽ. Et hoc est quod cõcludit, ꝙ corruptio nõ est contraria corruptioni, simpliciter, idest in vniuersali: sed corruptionum, hæc quidẽ est talis, illa vero talis, s. violẽta, & extra naturã, vel dulcis, & tristis. Deinde cũ dicit.

ARGI. *Omnino igitur motus quies. v. dicto modo subeunt contrarietatem. motus enim quo ad supera pergitur, contrarius est motui quo ad infera itur. loci enim hę sunt contrarietates; fertur autem ignis, latione; qua supera petuntur natura, terra autem latione qua ad infera loca accedi tur, atque lationes ipsorum contrariæ sunt. Ignis autem sursum quidem fertur natura, deorsum vero prȩter naturam, atque motus ipsius secundum naturam contrarius est ipsius motui prȩter naturam. Quietes etiam simili modo sese habere videntur quies n. in supernis motui quo in deorsum itur, contraria est. Atq; terrȩ quies quidem illa prȩter naturam est, hic autem motus secundum naturã. Quare motui quies contraria est. ea, quę est prȩter naturam ei, qui est secundum naturam eiusdem etenim motus eiusdem, hoc modo contrarius est. Alter enim secundum naturam erit, aut hisce quo sursum itur, aut hisce, quo infera loca petuntur, alter prȩter naturam.*

ANTI. T.c. 59. *Omnino igitur contrarij motus, et quietes dicto modo sũt, vt qui est sursum, ei qui est deorsum, loci enim contrarietates hę sunt. Fertur autem sursum quidem motu natura ignis, deorsum vero terra, & contrariȩ ipsorum loci mutationes sunt: ignis aũt sursum quidem natura, deorsum autem extra naturam. Et contrarius quidem motus est qui est secundũ naturã ipsius ei qui est extra naturam, & quietes etiam similiter. Quę nãque est sursum quies ei qui*

T.c. 60. *est de sursum in deorsum motui contraria est, est autem terrȩ illa quidem quies extra naturam, motus autem hic secundum naturam. Quare motui quies contraria est quę est extra naturam, ei qui est secundum naturam eiusdem motus etenim eiusdem contrarius sic est. Alia quidem secundum naturam ipsarum erit sursum aut deorsum, alia autem extra naturam.*

Ostendit quomodo sit contrarietas in motu, & quiete per id, ꝙ est extra naturã & sc̃dm naturã, & dicit qđ nõ solũ generatio est cõtraria generationi, & corruptio ni, per id, ꝙ est sc̃dm naturã & extra naturã, sed etiam vniuersaliter motus & quietes sunt hoc modo contrarii sicut motus, q est sursum, est cõtrarius motui, qui est deorsum, quia sursum & deorsum sunt contrarietates loci, & vterq; illorum motuum est naturalis alicui corpori. Ignis.n. naturaliter fertur sursum, terra vero deorsum. Et iterum vtriusq; horũ motuũ est accipere contrarias drĩas. s. ꝙ est sc̃dm naturã & extra naturã. & hoc est ꝙ dicit, & contrariæ ipsorũ, s. motuum drĩæ sunt. Vel põt intelligi, ꝙ ipsorum corporum quæ mouentur, sunt contrariæ motuum drĩæ, i. secundum naturam & extra naturã, motus enim sursum est quidẽ naturalis igni, sed motus deorsum est ei extra naturã. Et sic patet, quod motus, qui est sc̃dm naturã, est cõtrarius ei, qui est extra naturam. Et similiter est de quietibus, quia quies, quæ est sursum, est contraria motui, qui est de sursum in deorsum. Sed illa quies est terræ innaturalis, sed motus qui est deorsum est ei secundum naturam. Vnde patet secundum præmissa, quod quies quæ est extra naturam, est contraria motui naturali eiusdẽ corporis: quia etiam in eodem corpore motus sic contrariantur adinuicem, quod. s. motus naturalis vnius corporis est cõtrarius motui innaturali eiusdem corporis. Et sic est etiã de quiete, quia alia quietum contrariarum erit secundum naturã, vt sursum igni, & deorsum terræ: alia vero extra naturam, vt deorsum igni, sursum terræ. Deinde cũ dicit.

ARGI. *Existit autem dubitatio, si est quietis omnis, quę non sp est, generatio, atque hęc est stare. Eius igitur quod prȩter naturam quiescit, seu terrȩ supra, erit profecto generatio. Quando igitur in sursum ferebatur, stabat. At id quidem quod stat, semper celerius ferri videtur. Id autem quod vi fertur tardius: Non factũ ergo quiescens, erit quiescens.*

ANTI. T.c. 61. *Habet autem dubitationem, si est omnis quietis quę nõ semper est, generatio: & hoc ipsum stare. Manentis igitur extra naturam, vt terrȩ sursum, erit generatio. Cum ergo ferebatur sursum violentia stetit, sed quod semper stat, videtur ferri velocius. Quod autem violentia est, contrariũ est. Non factum ergo quiescens erit quiescens.*

Mouet secundam dubitationem, vtrum scilicet omnis quietis, quæ non semper fuit, sit aliqua generatio; & generatio quietis vocetur stare: vt per stare, non intelligamus idem, quod quiescere, sed stare sit idẽ quod peruenire ad quietem, quia forma in Gręco magis proprie sonat. Et videtur determinare in partem negatiuã per duas rationes. Quarum prima est, quod si omnis quietis, quæ non semper fuit, est generatio, sequitur ꝙ quietis, quæ est extra naturam, sicut quando terra quiescit sursum, sit aliqua generatio. Quies autem generari non potest nisi per motum præcedentem: motus autem præcedens quietem innaturalem, est violentus. Sic ergo sequitur, quod cum terra per violentiam ferebatur sursũ, quod tunc steterit. idest quod tunc generabatur eius quies. Sed hoc non potest esse, quia, quod semper stat, videtur ferri velocius, idest dum generatur quies per motum, semper quanto magis appropinquat ad quietem, tanto est velocior. Cum enim res generata sit perfectio generationis, unumquodque autem quanto est propinquius suæ perfectioni tanto est uirtuosius & intensius, sequitur quod motus per quem generatur quies, tanto sit uelocior, quanto magis appropinquat ad quietem, ut apparet maxime in motibus naturalibus. Sed in his, quæ mouentur per uiolentiam, accidit contrarium, quia semper inuenitur remissior, quanto magis appropinquat ad quietem, nõ ergo quies uiolenta habet generationẽ. Et hoc est quod dicit, quod (erit aliquid quiescens uiolẽte: sed non factum quiescens) id est absque hoc, quod sua quies generetur. Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Prȩterea ipsum stare de eo proprio dici videtur, quod secundum naturam ad proprium locum pergit, non de eo, quod prȩter naturam fertur, & aut omnino id esse suum in locum ferri, aut simul accidere.*

ANTI. *Amplius videtur ipsum stare, aut omnino esse in ipsius locum ferri, aut accidere simul.*

Secunda rõ. Quæ talis est, quia stare, idest generari quietem, aut omnino est idem cum motu naturali, quo aliquid fertur in proprium locum, aut simul cũ eo accidit. Et manifestum est, quod sunt idem subiecto, sed differunt ratione, terminus enim motus naturalis, est esse in loco naturali: esse autem in loco naturali & quiescere in eo sunt idẽ subiecto: unde & motus naturalis & generatio

quietis

quietis ſunt idem ſubiecto, ſed differunt ratione tantú. Manifeſtum eſt autem quod quies violenta non generatur per motum naturalem, ergo quies violẽta non habet ſtationem ſeu generationem. Deinde cum dicit.

ARGY. *Habet autem hic locus dubitationẽ, ſi quies ea, quę hic eſt ei motui qui hinc eſt, contraria ſit. Cum.n. quippiam ex hoc mouetur aut etiam abijcit, adhuc id quod abijcitur, habere videtur. Quare ſi hęc quies contraria ſit ei motui quo hinc ad contrarium itur, contraria ſimul erunt.*

ANRI. Te. c.62. *Habet autem dubitationem, ſi contraria eſt quies, quę eſt hic ei, qui hinc eſt motui: Cũ.n. moueatur ex hoc aut renciatur, adhuc videtur habere quod abiectum eſt, quare ſi hęc quies contraria eſt ei, qui hinc eſt in contrarium motui, ſimul erunt contraria.*

Mouet tertiam quæſtionem de hoc, quod ſupra dictum eſt, quod quies, quæ eſt in aliquo termino, contrariatur motui, quo receditur ab illo termino. Sed hoc videtur falſum, quia cum aliquis moueatur ex hoc termino ſicut ex loco, aut abijciatur ille terminus, ſicut qualitas vel quantitas, adhuc dum mouetur, videtur habere illud, quod abiectum eſt, vel derelictum, non enim ſubito deſerit aliquid totum locum, ſed ſucceſſiue, & ſimiliter ſucceſſiue amittit albedinẽ, ergo dũ mouetur, adhuc remanet in termino a quo. Si igitur quies, qua aliquid manet in termino a quo contrariatur motui, quo idem recedit, ſequitur quod duo cõtraria ſint ſimul, quod eſt impoſſibile. Soluit autem hãc dubitationem cum dicit.

ARGI. *An ex aliqua parte quieſcit, ſi adhuc manet. Omnino autem eius, quod mouetur, pars eſt illic, pars eſt in eo in quod mutatur, quocirca & motus magis contrarius motui quã quies. De motu igitur quiete ve, quõ vnus, vnaque eſt, & qui, & quæ quibus aduerſantur, ſatis iam diximus.*

ANTI. *Aut aliquo modo quieſcit, ſecundum quod adhuc manet. Omnino autem eius, quod mouetur, aliud quidem ibi, aliud autem eſt in quod mutatur; vnde & magis motus motui contrarius eſt quam quies. Et de motu quidem, & quiete quõ vterque vnum ſunt, & quę contraria quibuſdam dictum eſt.*

Et dicit quod illud, quod mouetur, recedendo a termino a quo, recedit non ſimpliciter, ſed ſecundum quid .ſ. ſecundũ quod adhuc manet in illo, non totaliter, ſed partim quia hoc eſt vniuerſaliter verum, quod ſemper eius, quod mouetur, vna pars eſt ibi .ſ. in termino a quo, & alia in termino ad quem, nec eſt inconueniens quod vnum contrariorum ſecundum quid permiſceatur alteri, ſed quanto eſt magis impermiſtum, tanto eſt magis contrarium. Et ideo motus eſt magis contrarius motui, cum numquam ei permiſceatur quam quies, quæ quodammodo permiſcetur. Et vltimo epilogat quod dictũ eſt de motu, & quiete, quomodo in eis ſit vnitas & contrarietas. Deinde cum dicit.

ARGY. *Dubitabit autem quis, & de ſtare, ſi & quicunque pręter naturam motus, his eſt quies oppoſita. Si quidem igitur non, erit inconueniens, manet enim violentia. Quare quieſcens aliquid erit non ſemper, ſine fieri. Sed palam quod erit, ſicut enim mouetur pręter naturam, & quieſcit vtiq; aliquid præter naturam.*

ANTI. Te.64. *Dubitabit aũt quis, & de ſtare; ſi & quicunque ſunt pręter naturam motus, his eſt quies oppoſita. Si quidem igitur non, erit inconueniens. Manet enim violentia. Quare quieſcens aliquid erit non ſemper ſine fieri. Sed palam quod erit, ſicut enim mouetur pręter naturam, et quia ſcit vtique aliquid pręter naturam.*

Te.59. Ponit quædam ad manifeſtationem præmiſſorum, quę tamen in exemplaribus Gręcis dicuntur non haberi, & Commentator etiam dicit, quod in quibuſdam exẽplaribus Arabicis non habentur, vnde magis videntur eſſe aſſumpta de dictis Theophraſti, vel alicuius alterius expoſitoris Ariſt. Tria tamen ponuntur hic ad manifeſtationem præcedẽtium, quorum primum pertinet ad quęſtionem, quam ſupra poſuit, de generatione quietis, nõ naturalis. Vnde dicit, quod dubitabit aliquis de ipſo ſtare, quod eſt generari quietem, quia, ſi omnes motus, qui ſunt præter naturam, habent quietem oppoſitam .ſ. nõ naturalem, verum, & illa quies habeat ſtare .i. generari, quia, ſi dicatur quod non ſit aliqua ſtatio quietis violentæ, ſequitur incõueniens. Manifeſtum eſt.n. quod id, quod per violentiam mouetur, quandoque manebit .i. quieſcet, & hoc per violẽtiam, quare ſequitur, quod aliquid erit quieſcens non ſemper ſine hoc quod fiat quieſcẽs, quod videtur impoſſibile, ſed palam eſt quod erit quandoque quies violenta. Sicut enim mouetur aliquid præter naturam, ita & quieſcit aliquid præter naturam. Eſt autem hic attendendum, quod hoc, quod hic dr̃, vr̃ eſſe contrarium ei, quod ſupra dictum eſt. Vnde Auer. dicit quod dubitatio ſuperius mota, hic ſoluitur. Sed melius eſt, vt dicatur quod id, quod ſupra poſitum eſt, eſt magis verum, licet & quod hic dr̃ quodammodo ſit uerũ, quies enim violenta non habet generationem proprie, ſicut procedentem ab aliqua cauſa perfectiua quietis, ſicut quies naturalis generatur. Sed habet generationem per accidens per defectum virtutis factiuæ, quia quãdo ceſſat violentia mouentis vel impeditur, tunc fit quies violenta. Et propter hoc motus violentus in fine remittitur, naturalis autem in fine intenditur. Sciẽdum tamẽ eſt, quod alia litera inuenitur in hoc loco quam oportet ad aliam intentionẽ referre. Dicit enim ſic, Quod quæret aliquis vtrum motui extra naturam, contrarietur aliqua quies non ſecundum naturam, nõ quod quies, quæ eſt contra naturam, opponatur motui, qui eſt contra naturã proprie, ut ſupra Ariſto. docuit. Sed hic dicitur large, & improprie, ſcd̃m communem opinionem quietis ad motum. Et dicit quod irrationabile uidetur, ſi non inueniatur quædam quies non naturalis, manifeſtum eſt enim quod violentia mouentis remanebit .i. ceſſabit qñque, & niſi quies aliqua fiat conſequenter, motus nõ perueniet ad ſtatum: vnde manifeſtum eſt quod motibus violentis opponitur quies violenta, quia quod extra naturam mouetur; habet etiam extra naturam quieſcere.

Secundo ibi.

Quoniam autem eſt quibuſdam motus ſecundum naturam, & præter naturam, puta ignis qui ſurſum ſecundum naturam, qui autem deorſum pręter naturam, vtrum hic, contrarius, aut qui terræ? hęc enim fertur ſecundum naturam deorſum. Aut palam quia ambo, ſed non eodem modo. Sed quidem ſecundum naturam, ſecundum naturã exiſtenti, eius autem, qui ipſius, qui ſurſum ignis, ei qui deorſum, vt ſecundum naturam exiſtens, pręter naturam exiſtenti. Similiter autem, & in manſionibus. ARGY.

Quoniam autem eſt quibuſdam motus ſecundum naturam, & pręter naturam, puta ignis, qui ſurſum ſecundum naturam, qui autem deorſum præter naturam, utrum his contrarius, aut qui terræ? hęc enim fertur ſecundum naturam deorſum: Aut palam, quia ambo, ſed non eodem modo. Sed qui quidem ſecundum naturam, ſecundum naturã exiſtenti, eius autem, qui ipſius qui ſurſum ignis, ei qui deorſum, vt ſecundum naturam exiſtens pręter naturam exiſtenti. Similiter autem & in manſionibus. ANTI. Tertia. 65.

Ponit ſecundã explanationem eius, quod dictum eſt de contrarietate motus naturalis & violenti, & dicit qđ cũ in quibuſdam ſit motus ſecundum naturam & præter naturam, ſicut ignis, qui mouetur ſurſum ſecundum naturam, & deorſum præter naturam, quæritur utrum motui naturali ignis ſurſum, ſit cõtrarius motus uiolentus ignis deorſum, uel motus terræ, quæ naturaliter mouetur deorſum? Et ſoluit quod ambo .i. contrariantur, ſed non eodem modo: ſed motus terræ deorſum, contrariatur motui ignis ſurſum, ſicut naturali. Mo-

non poteſt componi ex punctis, neque per modum cõtinuationis, neque per modum contactus.

Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Præterea puncta, ex quibus continuum cõſtat, aut continua ſint, aut ſe tangant neceſſe eſt, atq; eadem eſt de cũctis indiuiſibilibus rõ. At continua ſane nequeunt eſſe propter rationem iam dictam. Et, cum quippiam tangit, aut totum tangit totum, aut pars partem, aut totum partem. Cum igitur indiuiſibile partibus careat, totum ipſum tangat neceſſe eſt. At ex hiſce, quę hoc pacto ſe tangunt, nullum continuum vnquam emerget. Continuum enim habet aliam atque aliam partem, & diuiditur in partes eandem ſubeuntes legem, & ſeparatas etiam loco.*

ANTI. T.c.1. *Amplius neceſſe eſt aut continua eſſe puncta, aut tangentia ſe adinuicem ex quibus eſt continuum, eadem aũt ratio eſt in omnibus indiuiſibilibus. Continua igitur non erunt, propter prædictam rationem. Tangit autem omne aut totum, totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile eſt indiuiſibile, neceſſe eſt totum tangere totum, totum autem totum tangens, non eſt continuum. Continuum enim habet hæc quidem aliam, illud vero aliam partem, & diuiditur in ſic diuerſas, & loco ſeparatas.*

Quæ talis eſt. Si ex punctis conſtituitur aliquod cõtinuũ, neceſſe eſt, qđ, aut ſint continua adinuicem, vel ſe tangant, & eadem ratio eſt de omnibus alijs indiuiſibilibus, quod ex eis non componatur continuum. At probandũ autem ꝙ indiuiſibilia non põt ſibi inuicem eſſe continua, ſufficiat rõ prima. Sed ad probandũ quod nõ poſſunt ſe tangere, inducitur alia ratio, quæ talis eſt. Oẽ quod tangit alterum, aut totũ vnum, tangit totũ aliud, aut pars vnius partem alterius, aut pars vnius totum alterius. Sed, cum indiuiſibile non habeat partem, nõ poteſt dici, quod pars vnius tangat partẽ alterius, aut pars totum, & ſic neceſſe eſt, ſi duo puncta ſe tangant, quod totum tangat totum. Sed ex duobus, quorum vnum totum tangat aliud totum, non poteſt componi cõtinuũ, quia omne continuum habet partes ſeiunctas, ita quod hæc ſit vna pars, & hæc alia, & diuiditur in partes diuerſas & diſtinctas loco, ideſt poſitione, in his quæ poſitionem habent, quæ autem ſecundum ſe tota tangunt non diſtinguuntur loco vel poſitione. Relinquitur ergo qđ ex punctis non poſſit componi linea per modum contactus. Deinde cum dicit.

ARGI. *At vero neq; punctum ad punctum, neque nunc ipsũ ad nunc ipſum deinceps erit, vt ex illis longitudo ex his tẽpus conſtet. Nam ea quidem deinceps ſunt, inter quæ non eſt eiuſdem generis quicquam, inter vero puncta, ſemper eſt linea, & inter ipſa nunc tempus.*

ANTI. *At vero neque conſequenter erit punctum ad pũctum, aut ipſum nunc ad ipſum nunc, vt ex his ſit longitudo, aut tempus. Conſequenter enim ſunt, quorum nullum eſt medium. Punctorum autem ſemper eſt medium linea, & ipſorum nunc tempus.*

Probat quod continuum non cõponatur ex indiuiſibilibus, per modum eius quod eſt conſequenter. Non enim punctum ſe habebit conſequenter ad aliud punctum, ita quod ex eis conſtitui poſſit longitudo, i. linea, aut vnum nunc alteri nunc, ita quod ex eis poſſit cõponi tempus, quia conſequenter eſt vnum alteri, quorum non eſt aliquod medium eiuſdem generis, vt ſupra expoſitum eſt. Sed inter duo puncta ſemper eſt linea media. Ex ſic, ſi linea compoſita eſt ex pũctis, vt iu das, ſequitur quod ſemper inter duo puncta ſit aliud punctum medium, & ſimiliter inter duo nunc eſt tempus mediũ. Non ergo linea componitur ex pũctis, aut tempus ex nunc, ſicut conſequenter ſe habentibus.

ARGI. Secundam rationem principalem ponit ibi.

Præterea in indiuiſibilia diuiderentur, ſi ex quibus vtrunque conſtat, in ha quoque diuiditur, at nullum continuum in ea eſt diuiſibile quæ partibus carent.

ANTI. T.c.3. *Amplius diuiderentur in indiuiſibilia, ſi ex quibus eſt vtrunque, in ipſa diuiditur, ſed nullum eſt continuorum in impartibilia diuiſibile.*

Quæ ſumitur ex alia definitione continui, quam ſupra poſuit in principio Tertij, ſ. ꝙ Cõtinuum ſit, quod eſt in infinitum diuiſibile, & eſt rõ talis. Ex quibuſcũq; componitur, vel linea, vel tempus, in ipſa diuiditur, ſi ergo vtrunque iſtorum componitur ex indiuiſibilibus, ſequitur quod indiuiſibilia diuidãtur. Sed hoc eſt falſum, cum nullũ cõtinuorũ ſit diuiſibile in impartibilia, ſic.n. non eſſet diuiſibile in infinitum, Nullum igitur continuum componitur ex indiuiſibilibus.

Deinde cum dicit.

ARGI. *Nullum autem genus inter puncta, & inter ipſa nunc aliud eſſe poteſt. Nam ſi fuerit aut diuiſibile, aut indiuiſibile erit, vt patet. Et ſi diuiſibile, aut in indiuiſibilia diuiſibile erit, aut in diuiſibilia ſemper: at id continuum eſſe conſtat.*

ANTI. *Nullum aũt aliud genus poteſt eſſe mediũ punctorum, & ipſorum nunc. Si nãq; erit, manifeſtũ eſt quod aut diuiſibile, aut indiuiſibile erit, & ſi diuiſibile, aut in indiuiſibilia, aut in ſemper diuiſibilia, hoc autem eſt continuum.*

Manifeſtat duo, quæ ſupra dixerat, quorum primum fuit, quod inter duo puncta ſit linea media, & inter duo nunc tempus. Et hoc manifeſtat ſic. Si ſunt duo pũcta, oportet quod differant ſecundum ſitum, alias non eſſẽt duo, ſed vnum: nõ.n. poſſunt ſe cõtingere, vt ſupra oſtẽſum eſt, vnde relinquitur ꝙ diſtent, & ſit aliquod medium inter ea, ſed nullum aliud mediũ poteſt eſſe inter ea, ꝙ linea inter puncta, & tempus inter nunc, quod ſic probat, quia, ſi inter puncta eſſet aliud medium quam linea, illud medium eſſet indiuiſibile, aut diuiſibile. ſi autem ſit indiuiſibile, oportet quod ſit diſtinctum ab vtroque in ſitu, & cum non tangat, oportet iterum quod ſit aliquod alterum medium inter indiuiſibile, quod ponitur mediũ & extrema, & ſic in infinitũ, qđ eſt inconueniens, niſi ponatur mediũ diuiſibile. Si aũt medium duorum punctorũ fuerit diuiſibile, aut erit diuiſibile in indiuiſibilia, aut in ſemper diuiſibilia. Sed non poteſt dici, quod diuidatur in indiuiſibilia, quia tunc redibit eadem difficultas, quomodo ex indiuiſibilibus poſſit cõponi diuiſibile. Relinquitur igitur, quod illud medium ſit diuiſibile in ſp diuiſibilia. Sed hæc eſt ratio continui, ergo illud medium erit quoddam cõtinuum. Nullũ autem aliud continuum poteſt eſſe medium inter duo puncta quam linea, ergo inter quælibet duo puncta eſt linea media, & eadem ratione inter quælibet duo nunc tempus. Et ſimiliter in alijs continuis. Secundo ibi.

ARGI. *Patet autem, & omne continuum in ſemper diuiſibilia diuiſibile eſſe. Si.n. in indiuiſibilia diuidetur indiuiſibile nimirum, indiuiſibile tanget. Continuorum enim vltimum vnum eſt, & ea ſe tangunt, ex quibus continuum cõſtat.*

ANTI. *Manifeſtum autem eſt, quod omne continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, ſi enim in indiuiſibilia diuideretur continuum, eſſet indiuiſibile tãgens, vnum enim eſt vltimum continuorum, & quæ tanguntur.*

Manifeſtat ſecundum, quod ſuppoſuerat, ſ. quod omne continuum ſit diuiſibile in diuiſibilia, quia ſi daretur quod continuum diuiſibile eſſet in indiuiſibilia, ſequeretur quod duo indiuiſibilia ſe contingerent, ad hoc, ꝙ poſſint conſtituere continuum. Oportet enim quod cõtinuorum ſit vnum vltimum, vt ex definitione eius apparet, & quod partes continui ſe tangant, quia, ſi vltima ſunt vnum, ſequitur quod ſint ſimul, ut in Quinto dictũ eſt. Cum igitur ſit impoſſibile ſ duo indiuiſibilia ſe cõtingere, impoſſibile eſt, quod continuum in indiuiſibilia diuidatur.

Lectio.

LECTIO II.

Magnitudinem ac Motum, sicut & continuum nullum, ex indiuisibilibus componi impossibile esse, ostenditur.

ARGI. *Eiusdem autem rationis est sane magnitudinē, & tempus, ac motum ex indiuisibilibus constare, & in indiuisibilia diuidi, aut nihil horum hanc conditionem subire.*

ANTI. T.c.4. *E Iusdem autem rationis est, & magnitudinem, & tēpus, & motum ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nihil.*

Quia rōnes supra positæ manifestiores sunt in linea & alijs continuis quantitatibus positionem habētibus, in quibus proprie inuenitur contactus, vult hic ostendere quod eadem ratio est de magnitudine, tempore, & motu. Et diuiditur in partes duas. Primo proponit intētum. Secundo probat propositum, ibi. (Manifestum autem ex his.) Tex.c.5. Dicit ergo primo: quod eiusdem rationis est quod magnitudo, & tempus, & motus componātur ex indiuisibilibus, & diuidantur in indiuisibilia, uel nihil horum, quia quicquid dabitur de uno, ex necessitate sequetur de alio. Secundo ibi.

ARGY. *Quod quidem ex hisce patebit, nam si magnitudo ex indiuisibilib. cōstat, motus quoq; qui super illa fit magnitudine, ex equalib. motibus indiuisibilibus profecto constabit.*

ANTI. T.c.5. *Manifestum est autem ex his: si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur, et motus qui huius est, ex equalibus erit motibus indiuisibilibus.*


Probat propositum. Et primo quantum ad magnitudinem, & motum, Scd'o quātum ad tempus, & magnitudinem. ibi. (Similiter autem necesse.) T.c.10. Circa primū tria facit. Primo ponit propositum. Secundo exemplificat, ibi. (Vt si ipsa ABC. &c.) Infra. T.c.6. Tertio probat ibi. (Si igitur pr̄sentis motus.) Propositum est illud. Si magnitudo ex indiuisibilibus componitur, & motus, qui transit per magnitudinem, componetur ex indiuisibilibus motibus equalibus numero indiuisibilibus, ex quibus componitur magnitudo. Secundo ibi.

ARGI. *Ceu si A B C magnitudo ex indiuisibilib. constat A & B atque C motus quoque D E F, quo mobile P, super A B C dimensione est motum, vnamquanque sui partem, D in quam, & E, atque F indiuisibilem habet.*

ANTI. *Vt si ipsa A B C ex A B C indiuisibilibus, & motus in quo D E Z, secundū quē motum est ipsum P K, in spatio, quod est A B C, vnā quāque partem habet indiuisibilem.*

Exemplificat autem sic, Sit linea ABC, quæ componatur ex tribus indiuisibilibus, quæ sunt A & B & C, & sit PK, mobile quod mouetur in spatio lineæ A B C, & motus eius sit DEZ. oportebit, quod, si partes spatij uel lineæ sint indiuisibiles, quod etiam partes prædicti motus sint indiuisibiles. Tertio ibi.

Demonstratio probans, quod partes motus correspondent partibus magnitudinis.



ARGI. *Quod, si presente motu, necesse est quippiam moueri, & si quippiam mouetur, necesse est motum præsentem esse, moueri etiam ipsum ex indiuisibilibus sane constabit, igitur P motum est per A, quidem motu D, per B vero motu E, & per C, partem motu similiter F.*

ANTI. T.c.6. *Si igitur præsentis motus, necesse moueri per aliquam partem, & si moueatur aliquid, adesse motum, & moueri erit ex indiuisibilibus. Secundum igitur A motū esse ipsum C, motu quo D mouetur, secundum vero B, quo ipsum E, & secundum C, quo ipsum Z.*

Probat propositum. Et circa hoc tria facit. Primo pr̄mittit quędam necessaria ad propositi probationem. Secundo probat, quod si magnitudo componitur ex punctis, quod motus componitur nō ex motibus, sed ex momentis. ibi. (Secundum.) Tertio ostendit esse impossibile, quod motus componatur ex momentis. ibi. (Et motum esse aliquid.) Præmittit ergo primo duo. Primū est Secunda quod s'm quamcunque partem præsentis motus necesse est aliquid moueri, & econtra, si aliquid mouetur necesse est quod adsit sibi aliqs motus. Et, si hoc est uerū oportet quod mobile P. moueatur per A., quæ est pars totius magnitudinis, s'm partem motus, quæ est D, & secundum B, aliam partem magnitudinis moueatur alia parte motus, quæ est E, & scd'm C, tertiam partem magnitudinis moueatur tertia parte motus, quæ est Z. ita qd' singulæ partes motus respondeant singulis partib. magnitudinis. Secundum proponit ibi.

ARGI. *At vero fieri potest, vt id quod ad locū ex loco mouetur, simul moueatur, atq; sit motum ad eum locū, ad quē mouebatur, cum mouebatur. Si.n. quispiam Thebas petit, impossibile est Thebas eum petere simul & petijsse.*

ANTI. Tex.c.7. *Si igitur necesse est quod mouetur vnde, & quo non simul moueri, & motum esse quo mouit quando mouet) vt si Thebas aliquis it, impossibile est simul ire Thebas, & iuisse Thebas.)*

Et dicit, q' necesse est id, quod mouet ab vno termino in alium, non simul moueri, & motū esse inquātum mouetur, & qn̄ mouetur, sicut si aliquis uadit Thebas, impossibile est hæc duo simul esse, s. ire Thebas, & iuisse Thebas. Hæc autem duo supponit quasi per se manifesta. Nam quod necesse sit moueri ad præsentiam motus, apparet etiam in omnibus accidentibus & formis, quia ad hoc q' aliquid sit albū, necesse est habere albedinē, & econtra, si albedo adsit, necesse est quod sit album. Quod uero non simul sit moueri, & motum esse, apparet ex ipsa motus successionē, quia impossibile est aliqua duo tēpora simul esse, ut in Quarto habitum est, unde impossibile est, quod simul sit motum esse, quod est terminus motus, cum ipso moueri. Secundo ibi.

ARGI. *At per A partem parte vacātem, cui D motus aderat P, mobile mouebatur. Quare si antea quidē transibat, postea vero transiuit, motus D, diuisibilis erit. Cum enim trāsibat, neq; quiescebat, neq; transierat, sed in medio nimirū erat. Sin vero simul transit atq; transiuit, id sane, quod proficiscitur cum proficiscatur, eo profectum ac motum est, quo proficiscitur atque mouetur. Quod si per totam quidē A BC magnitudinem P mouetur motusque quo per illam mouetur est DEF, per partem autem A parte vacantem, non mouetur, sed motum est, motus profecto non ex motibus, sed ex momentis constabit.*

ANTI. *Secundum A igitur impartibile motum est P K, secundū quod ipsū D motus aderat. Quare si posterius quidē deuenerit quam venit, diuisibile vtiq; erit, Cū. n. [illegible] venerit neq; quiescebat, neq; transierat, sed in medio erat, si autē simul venerit, & venit veniens, cū venit, ventū ibi erit et motum esse, vbi mouetur. Si vero secundum totum A B C mouetur aliquid & motus quo mouetur DEZ est, secundum autem impartibile A, nihil mouetur, sed motum est, erit vtique motus non ex motibus, sed ex momentis.* T.c.8.

Probat propositū ex præmissis. Si enim præsente aliqua parte motus, necesse est aliquid moueri, & si mouetur, necesse est adesse motum. Si mobile quod est P, mouetur secundum impartibilem partem magnitudinis, q̄ est A, oportet quod adsit ei aliquis mot', qui est D, aut

ergo

ergo P simul mouetur p A & motum est, aut nō simul. Si autem nō simul, sed posterius deuenerit quam venit i. sed posterius motum est quā mouetur, sequitur ꝙ A sit diuisibilis: quia, cum veniret. i. dū erat in ipso moueri, neque quiescebat in A, quiete. s. præcedente motum, neque transierat totum ipsum A, quia iam non moueret, per A. n. nihil mouetur per spatium, per quod iam pertransiuit, sed oportet qd̄ medio modo se habeat: ergo, cum mouetur per A, partē eius transiuit iam, & in parte eius adhuc manet, & ita sequitur quod A sit diuisibilis, quod est cōtra suppositū. Si vero simul venerit, & venit i. si simul motū est, & mouetur per A, sequitur ꝙ cū veniens venit, erit- ibi ventū, & erit motum vbi mouetur quod est cōtra secundam suppositionē. Sic igitur patet, ꝙ fm impartibilem magnitudinē non pōt aliquid moueri, quia vel oportet quod simul esset, moueri & motū esse, vel quod magnitudo diuideretur. Supposito ergo quod per A impartibile, nihil moueri posit, si aliquis dicat quod mobile mouetur per totam magnitudinē, q̄ est A B C, & motus totus quo per eā mouetur est DE Z ita quod fm A impartibile nihil moueat, sed tm̄ motum sit, sequitur quod motus non sit ex motibus, sed ex momentis. Ideo aūt sequitur quod non sit ex motibus, quia cū pars motus, qui est D, respondeat parti magnitudinis quæ est A, si D esset motus oporteret quod per A moueretur, qa præsente motu mobile moueretur, sed probatum est quod fm A impartibile nō mouetur, sed solum motum est, qñ. s. pertransitū est hoc indiuisibile, ergo relinquetur quod D non sit motus, sed sit momentum a quo denominatur motum esse: sicut a motu denominatur moueri, & quod ita se habet ad motum, sicut punctum indiuisibile ad lineam. Et eadem ratio est de aliis partibus motus & magnitudinis. Ex necessitate ergo sequitur, si magnitudo componitur ex indiuisibilib. quòd motus ex indiuisibilibus componatur. i. ex momētis. & hoc est quod demonstrare intendebat. Sed quia hoc est impossibile, quod motus componatur ex momētis, sicut impossibile est, quod linea componatur ex punctis, ideo consequenter, cum dicit.

ARGY. *Et motum quippiā erit, quod non antea mouebatur. A nanq; parte non transeundo transiuit. Quare erit quippiā profectum nunquam antea proficiscens.*

ANTI. *Et motū esse aliquid nō motū, sed m. n. A transiuit non transiens. Quare erit aliquid transitum esse, non aliquādo iens uel transiens, hanc. n. transiuit non transiens hanc.*

Ostendit huiꝰ impossibilitatem ducendo ad inconuenientia tria, quorum primum est, quod si motus componatur ex momentis, & magnitudo ex indiuisibilib. ita ꝙ per indiuisibilem partem magnitudinis non mouetur, sed motum sit, sequetur quod aliquid sit motū, non motum, idest quod prius non mouebatur, quia ponitur quod secūdū indiuisibile (transiuit). i. motum est, nō transiens, quia in eo moueri non poterat, vnde sequitur aliquid esse transitū absq; hoc quod aliquādo iret, quod est impossibile, sicut impossibile est, quod aliqd sit præteritum, quod nunq̄ fuerit præsens. Sed quia hoc inconueniens posset cōcedere ille, qui diceret, motū cōponi ex momentis, ducit ad secundū inconueniens ibi.

ARGY. *Quod si omne quodvis moueri aut quiescere necesse est, P sanè in unaquaque magnitudinis A B C parte quiescet, quo fit, ut quippiā sit, quod continuo quiescit simul, atq; mouetur. Per totam enim magnitudinem A B C mouebatur: & in unaquaque parte quiescebat eiusdem, quare & in tota etiam quiescebat.*

ARGI. T.c.9. *Si igitur necesse est, aut quiescere, aut moueri oē, quiescit sanè per unumquodque eorum, quę sunt A B C, Ergo est aliquid continuè quiescens simul, & quod mouetur: per totum enim A B C mouebatur P. & quiescebat secundum quamlibet partem, quare & per totam.*

Tali ratione. Omne quod natum est moueri, & quiescere, necesse est ꝙ quiescat uel moueatur, sed dū mobile est in A non mouetur, & similiter dum est in B, & similiter dum est in C, ergo dum est in A & dum est in B & dum est in C quiescit, ergo sequitur quod aliquid simul continuè quiescat, & moueatur. Et quod hoc sequatur hic probat, Positum est. n. quod moueatur per totam lōgitudinem, quæ est ABC, iterum positum est, ꝙ quiescat secundum quamlibet partem, sed quod quiescit per quamlibet partem, quiescit per totum, ergo sequitur, ꝙ quiescat per totam magnitudinem. Et ita sequitur, ꝙ per totam magnitudinem continuè moueatur, & quiescat, quod est omnino impossibile.

Tertium inconueniens ponit ibi.

ARGI. *Atq; si indiuisibiles partes D E Z motus sint motus, fit ut pſente motu, P. mobile quiescat, & non moueatur, sin uero nō sint motus, fit ut motus nō ex motib. constet.*

ANTI. *Et, si indiuisibilia, quæ sunt D E Z motus sunt, motu præsente continget utique non moueri, sed quiescere, si autem non sunt motus, motum non ex motibus esse.*

Tali ratione. Ostensum est, qd̄ si magnitudo componitur ex indiuisibilibus, quod etiam motus, aut ergo illa indiuisibilia motus quæ sunt D & E & Z, ita se habent ꝙ quodlibet eorum est motus, aut non, si quodlibet eorum est motus, cum quodlibet eorum respondeat indiuisibili parti magnitudinis, in qua non mouetur, sed motū est, sequetur quod præsente motu mobile non moueatur, quod est contra primam suppositionem, sed quiescat. Si verò non sunt motus, sequitur ꝙ motus componatur non ex motibus, quod uidetur impossibile, sicut & quòd linea componatur ex non lineis.

LECTIO III.

Ad magnitudinis diuisionem, temporis partitionem sequi multis rationibus probat.

ARGY. *Similiter & t ps, ut longitudo, ac motus, indiuisibile esse necesse est, atq; ex ipsis nūc, quę indiuisibilia sunt cōstare, aut & diuisibile esse, ex diuisibilibus ue constare.*

ANTI. T.c.10. *Similiter autem necesse longitudini, & motui indiuisibile esse tempus, & componi ex ipsis nunc existentibus indiuisibilibus.*

Postquam Philosophus ostendit eiusdem rōnis esse, ꝙ magnitudo & motus eam transiēns ex indiuisibilib. componitur, ostendit etiam idem de tēpore & magnitudine. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit, quod ad diuisionem magnitudinis sequitur diuisio temporis, & econtra, In secunda ostendit quod ex infinitate unius sequitur infinitas alterius. ibi, (Et si quodcunque infinitum est.) Circa primum duo facit. Primo ponit propositum, Secundo demōstrat. ibi. (Si. n. omnis.) Dicit ergo primo, ꝙ etiam tps necesse est similiter esse diuisibile, et indiuisibile, & componi ex indiuisibilib. sicut longitudo & motus. Deinde cum dicit. T.c.30. Infra.

ARGY. *Nam, & si omnis est diuisibilis, atque minori in tempore minorem magnitudinem transit id, quod æqua celeritate mouetur, & tempus erit etiam diuisibile. Quod si tēpus est diuisibile in quo quippiam per A magnitudinem fertur, & A profecto diuisibilis erit.*

ANTI. *Si. n. oīs diuisibilis est, in minori autem tempore æqualiter uelox transibit minorem diuisibile erit & tempus. Si autem tempus diuisibile erit, in quo fertur aliquid per ipsum A, & quæ est ipsum A, erit diuisibile.*

Probat propositum tribus rōnibus, quarum prima sumitur per æquè uelocia, sedā per uelocius & tardius. (Qd̄ autem oīs.) Tertia per idē mobile ibi. (Amplius autem & ex cōsuetis.) Dicit ergo primo, qd̄ de ratione æquè uelocis est, qd̄ minorē magnitudinē transeat in minori tpe. Detur ergo aliqua magnitudo diuisibilis, quam pertransit aliquod mobile in aliquo tpe dato, sequitur ergo, qd̄ mobile æque uelox transeat partē magnitudinis. T.c.11. Secunda 17.

gnitudinis in minori tempore, & sic oportuit tẽpus datum esse diuisibile. Si autem contra detur, quod tempus sit diuisibile, in quo mobile datum mouebitur per magnitudinem aliquam datam, sequitur quod æque velox mobile in minori tempore quod est pars totius temporis moueatur per minorem magnitudinem, & ita sequitur quod magnitudo, quæ est A, sit diuisibilis. Secundo.

ARGY. *Cum autem omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis (demonstratum est.n. continuum ex indiuiduis cõstare non posse, estque omnis magnitudo continuum) necesse est id, quod celerius mouetur, maiorẽ in æquali, æqualem in minori, et maiorem insuper in minori tempore magnitudinem transeat, vt quidam id, quod celerius mouetur, definiunt.*

ANTI. Tex. c. 11. *Quoniam autem omnis magnitudo in magnitudines, diuisibilis est (ostensum est enim quod impossibile est ex atomis, continuum esse aliquod: magnitudo autem omnis continua est) necesse est velocius in æquali tempore maius & in minori plus moueri, sicut definiunt quidam ipsum velocius.*

Ostendit idem per duo mobilia, quorum vnum est velocius & aliud tardius. Et primo præmittit quædã necessaria ad propositum ostendendum, secundo probat propositum. ibi. (Quoniam autem omnis motus,) Circa primũ duo facit. Primo ostendit quomodo velocius se habet ad tardius in hoc, quod moueatur per maiorẽ magnitudinem. Secundo quomodo se habet ad ipsum quantum, ad hoc quod est moueri per æqualem magnitudinem. ibi. (Manifestum autem ex his.) Circa primũ duo facit. Primo proponit propositum, resumens quoddam ex superioribus, quod est necessarium ad demonstrationes sequentes. Secundo demonstrat propositum ibi. (Sit.n. ipsum.) Resumit ergo hoc quod omnis magnitudo sit diuisibilis in magnitudines. Et hoc patet p hoc quod ostensum est supra, quod impossibile est aliquod cõtinuũ cõponi ex atomis.i. ex indiuisibilibus, & manifestum est, quod magnitudo omnis est de genere cõtinuorum. Ex his sequitur quod necesse sit aliqđ corpus velocius in æquali tempore per maiorem magnitudinem moueri, & etiam in minori tp̃e per maiorẽ magnitudinem moueri, Et hoc modo quidam definierũt velocius, quod plus mouetur in æquali tempore & etiã in minori. Secundo ibi.

T.c.15. T.c.13. Infra.

ARGY. *Sit.n. A mobile, celerius B, cum igitur id sit celerius, quod prius mutatur, quo in tempore, sitque illud E F mutatum est A ipsum ex C in D, in eo mobile, B nondum accedet ad D, sed citra illud erit, vt patet. Quare, id quod celerius mouetur, plus magnitudinis in æquali tempore transit.*

ANTI. *Sit enim ipsum in quo A eo, in quo B velocius. Quoniã igitur velocius est id, quod primum mutatur, in quo tempore ipsum A mutatum est, ab ipso C in ipsum D, s. in tẽpore Z I in hoc ipsum B non erit iuxta ipsum D, sed deficiet. Quare in æquali tempore abibit velocius.*

Probat duo præmissa. Et primo quod velocius in æquali tempore, & per maius spatium moueatur, Secundo quod etiam in minori tempore per maius spatium mouetur ibi At vero in minori. Dicit ergo primo. Sint

T.c.13. duo mobilia A & B, quorum A velocius sit quam B & sit magnitudo CD, quam pertransit A in tempore ZI. Moueatur autem B quod est tardius, & A quod est velocius per eandem magnitudinem, & incipiant simul moueri: bis ergo positis sic argumentatur, velocius est quod in æquali tempore plus mouetur, sed A est velocius quam B, ergo, cum A peruenerit ad D, B nondum peruenit ad D, quod est terminus magnitudinis, sed adhuc deficiet, idest distabit ab eo, motus tamen erit in hoc tempore per aliquam partem magnitudinis, cũ ergo omnis pars sit minor toto, relinquitur quod A in tẽpore ZI mouetur per maiorem magnitudinem quã B, quod in eodem tempore mouetur per partem magnitudinis. Vnde sequitur quod velocius in æquali tempore plus de spatio pertransit. Secundo ibi.

Demonstratio, quod mobile velocius moueatur in æquali tempore per maiorem magnitudinem, quam mobile tardius




ARGY. *At vero plus etiam magnitudinis minori in tempore transit. Nam in minori tempore EF quo mobile A ad ipsum peruenit D, mobile B tardius erit in ipso G citra terminum D. Si igitur A toto tempore EF ad ipsum perueniet E, erit in minore tempore citra D in ipso H, quod esse potest, inter G atq. D sitq; illud tempus EK. At magnitudo quidem CH, maior est magnitudine C, tempus autem EK minus est tempore toto EF. Quare id quod celerius est, maiorem magnitudinem minori in tempore transit.*

ANTI. T.c.14. *At vero, & in minorib. plus. In quo enim A factũ est iuxta ipsum D, ipsum B erit iuxta E cum tardius est. Ergo, quoniam ipsum A ad ipsum D factum est in omni in quo est ZI tempore, ad ipsum T erit in minori hoc. & erit in quo ZK. Ipsum quidem igitur CT quod transierit ipsum A, maius est ipso CE. Tempus autem, quod ZK, minus est omni eo, quod est ZI, quare in minori transibit maius.*

Ostendit quod velocius in minori tempore plus de spatio pertransit. Dictum est enim quod in tempore in quo A iam peruenit ad D B, quod est tardius, adhuc distat a D. Detur ergo quod in eodem tẽpore perueniat vsq. ad E. quia igitur omnis magnitudo diuisibilis est, vt supra positum est, diuidatur residuum magnitudinis .s. ED, in quo velocius excedit tardius, in duas partes in puncto T. Manifestum est ergo, quod magnitudo CT est minor, quam magnitudo CD. Sed idem mobile per minorem magnitudinem mouetur in minori tempore, quia ergo ipsum A peruenit ad D in toto tempore ZI ad punctum T perueniet in minori tempore, & sit illud tempus ZK, Inde sic arguitur. Magnitudo CT, quam pertransit A, maior est magnitudine CE, quam pertransit B, sed tempus ZK, in quo pertransit A magnitudinẽ CT est minus toto ZI, in quo B tardius pertransit magnitudinem CE, sequitur ergo quod uelocius in minori tempore pertranseat maius spatium.

Deinde cum dicit.

Demonstratio quòd mobile velocius pertranseat maiorem magnitudinem in minori tempore, quam tardius mobile.



ARGI. *Ex his autem patet id quod est celerius, minore etiam in tempore magnitudinem æqualem transire.*

ANTI. T.c. 13. *Manifestum autem ex his, & quòd velocius in minori tempore, pertransibit æquale.*


Infra: Ostendit quomodo velocius se habeat ad tardius in moueri per æqualem magnitudinem. Et primo proponit intentum, Secūdo probat propositum. ibi. (Quoniá quidem.n.) Dicit ergo primo, quod ex præmissis manifestum esse potest, ꝙ velocius pertransit æquale spatiū in minori tempore. Secundo ibi.

ARGY. *Nam cum ipsum ad tardius quidem comparatū maiorē in minori tēpore, per se autem sumptū maiore in tēpore maiorem magnitudinem transeat. Tps profectò EK in quo CH magnitudinem transit, maius erit eo tēpore, quo CG magnitudinem transit. Sit igitur minus illud tps EL. Quare si EK tempus minus est EF, in quo B tardius mobile magnitudinem CG transit: Et EL profectò tempus EF tempore minus erit. Est enim minus tēpore EK. Quod verò est minus minore minus et ipsum est. Quare minore in tempore magnitudinem æqualem transibit.*

ANTI. *Quoniam.n. maiorem in minori transit tardiori, ipsum aūt secūdum seipsum acceptum in pluri tempore maiorē minori, vt quæ est LM ea, quæ est LO, plus vtique erit tēpus quod QR, in quo ipsum A transit LM, quam quod est QS, in quo transit ipsum LO. quare si QR tempus minus est eo in quo est QH, in quo quod est tardius transit, ipsum LO & quod est QS tempus minus est eo in quo est QH. Ipso.n. QR minus est, minore autem minus, & ipsum minus est. Quare in minori mouebitur per æquale.*

Probat propositū duabus rōnibus. Ad quarum primā duo præmittit, quorum vnum iam probatum est.s. quod velocius pertranseat maiorem magnitudinem in minori tpe, q̄ tardius. Secundum verò est per se manifestum.s. quod ipsum mobile secdm seipsum cōsideratum, in maiori tpe pertransit maiorem magnitudinem q̄ in minori. Pertraseat.n. hoc mobile A, ꝙ est velocius hāc magnitudinem, quæ est LM, in QR tempore, & partē magnitudinis.s. LO pertransibit in minori tpe, qđ est QS quod est minus q̄ QR, in quo pertransit LM, sicut, & LO est minor q̄ LM. Ex prima autem suppositione accipit, qđ totum tps QR in quo A pertransit totam magnitudinē LM, sit minus tpe QH, in quo B, quod est tardius, pertransit minorem magnitudinē, .s.LQ. Dictum est.n. quod velocius in minori tpe pertransit maiorem magnitudinē. Ex his procedit sic Tēpus QR est minus tpe QH, in quo B, quod est tardius pertrāsit magnitudinem LO, & tempus QS, est minus quam tempus QR ergo sequitur quod tempus QS sit minus quam tempus QH. quia, si aliquid est minus minore, & ipsum erit minus maiore. Cum ergo datum sit quod in tempore QS velocius mouetur per LO magnitudinem, & tardius mouetur per eandem tpe QH, sequitur, ꝙ velocius mouetur in minori tempore per æquale spatium. Secundam rationem ponit ibi.

Demonstratio, quod mobile velocius moueatur per æqualem magnitudinem in minori tempore, quam mobile tardius.



Præterea si omne quod mouetur, aut in æquali, aut in minori, aut in maiori tēpore moueri, necesse est, & id quidē quod in maiori mouet tardius est, id autē quod in æquali æquè celere est, quod verò celerius est neq; celere neq; tardius est, id profectò quod celerius est, neque in æquali tempore, neq; in maiori mouebitur. Restat igitur tēpore ipsum in minori moueri. Quare id quod celerius est, tempore in minori magnitudinem æqualem transire necesse est. ARGY:

Amplius autem, si oē necesse quidem est, aut in æquali aut in minori, aut in pluri moueri, & quod quidem in pluri, tardius est, quod autem in æquali, æquè velox, velocius autem non est æqualiter velox, neque tardius, neque utique in pluri, aut æquali mouetur ipsum velocius, relinquitur igitur in minori. Quare necesse est æqualem magnitudinem minori tempore transire, velocius. ANTI. Te.com.14:

Quæ talis est. Quod mouetur per æqualem magnitudinem cum aliquo alio mobili, aut mouetur per eam in æquali tempore, aut in minori, aut in maiori. Quod autem mouetur per æqualem magnitudinem in maiori tēpore est tardius, vt supra probatum est, quod autē mouetur in æquali tempore per æqualem magnitudinē, est æque velox, vt per se manifestum est. Cum igitur id, qđ velocius est, neque sit æquè velox, neque tardius, sequitur quod neque in pluri tempore moueatur per æqualem magnitudinem, neque in æquali, relinquitur ergo quod in minori. Sic ergo probatum est, quòd necesse est velocius pertransire æqualem magnitudinem in minori tempore. Deinde cum dicit. Secunda rō. T.c.18.

Quoniā autem omnis quidem motus in tempore est, et omni in tempore motus fieri potest, omne autem qđ mouetur, & celerius, & tardius moueri potest, in omni profectò tempore celerior tardiorque motus fieri potest. ARGY.

Quoniam autē omnis quidem motus in tempore est, et in omni tempore possibile est moueri, omne autē quod mo- ANTI.

uetur, contingit, & velocius moueri, & tardius: in omni tempore erit ipsum velocius, & tardius moueri.

Probat propositum. s. quod eiusdem rationis sit, tempus & magnitudinē semper diuidi in indiuisibilia, aut etiam ex indiuisibilibus componi. Et circa hoc tria facit, primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad sequentem probationem. Secūdo ponit propositum, ibi,
T.c.16. (Hæc autem cum sint.) Tertio probat, ibi. (Quoniam enim ostēsum est.) Præmittit ergo primo, quod omnis motus est in tempore, & hoc probatum est in Quarto.
In quolibet mobili est inuenire qđ tardius ac uelocius mouetur Item quod in omni tempore possibile sit moueri, qđ ex definitione tēporis apparet, quę in Quarto data est. Secundum est quod omne, quod mouetur, contingit moueri velocius, & tardius. i. qđ in quolibet mobili est inuenire aliquid, quod velocius mouetur, & aliquid qđ tardius. Sed hæc propositio videtur esse falsa. Determinatæ enim sunt velocitates motuum in natura. Est. n. aliquis motus ita velox, ꝙ nullus potest esse velocior, s. motus primi mobilis. Ad hoc dicendum quod de natura alicuius rei possumus loqui dupliciter, vel ſm rōnem communem, vel secūdum quod ad propriam materiā applicatur. Et nihil prohibet aliquid, quod non impeditur ex ratione communi rei, impediri ex applicatione ad aliquā materiam determinatam, sicut non impeditur ex ratione formæ Solis, esse plures Soles, sed ex hoc quod tota materia speciei sub vno Sole cōtinetur. Et similiter ex cōi natura motus non prohibetur, quin qualibet velocitate data possit alia maior velocitas inueniri, sed impeditur ex determinatis virtutibus mobilium, & mouentium. Hic autem Aristo. determinat de motu secundum communem rationem motus, nondū applicando motum ad determinata mouentia, & mobilia, & ideo frequenter talibus propositionibus vtitur in hoc sexto libro, quæ sunt veræ ſm considerationem communem motus non secundum applicationē ad determinata mobilia. Et similiter nō est contra rationes magnitudinis, quod quælibet magnitudo diuidatur in minores, & ideo vtitur in hoc libro, vt accipiat qualibet magnitudine data, aliam minorem. Licet applicando magnitudinem ad determinatā naturam, sit aliqua minima magnitudo, quia qualibet natura requirit determinatam magnitudinem & paruitatem, (vt etiam in primo dictum est.) Ex duobus autem præmissis concludit tertium, s. quod in omni tempore dato contingit velocius & tardius moueri, quando sit motus datus in tali tempore. Secundo ibi.

ARGY. *Quæ cum ita sint, tempus continuum esse necesse est. Dico autem continuum id, quod est diuisibile in diuisibilia semper, hoc enim tali supposito, tempus continuum esse necesse est.*

ANTI. *Hæc autem cum sint, necesse est & tempus continuum esse. Dico autem continuum, quod est diuisibile in semper diuisibilia. Huiusmodi. n. supposito continuo, necesse est et tempus continuum esse.*

Ex præmissis concludit propositum, & dicit quod cum præmissa sint vera, necesse est quod tempus sit cōtinuum, id est diuisibile in semper diuisibilia, supposito enim quod hæc sit definitio continui, necesse est quod tempus sit continuum, si magnitudo est continua, quia ad diuisionem magnitudinis, sequitur diuisio temporis, & econtra. Tertio ibi.


ARGY. *Nam cum demonstratū sit id quod celerius mouetur, minore in tempore spatiū æquale transire. Sit celerius quidem A, tardius aūt B, atq; B transeat CD magnitudinem in tēpore EF, igitur A, quod est celerius magnitudinem eandē (vt patet) in tempore minori transibit. Atq; sit in EC tempore motum, rursum quoniam ipsum celerius totā CD magnitudinem in EG tempore pertransiuit: id, quòd est tardius, minorē eodē in tempore transit. Sitq; illa CH. At, quoniam B quod est tardius in EG tēpore, magnitudinem CH pertransiuit, A profecto, quod est celerius eandem in minori tempore transit. Quare rursus tempus EG diuidetur, quod si diuidetur, magnitudo quoque CH ratione eadem vtique diuidetur, quod si magnitudo diuidetur, tempus itidem diuidetur. Et hoc semper erit si post celerius mobile, tardius, & post hoc celerius sumamus, ac demostratis vtamur, nam celerius quidem mobile tempus, tardius autem longitudinem diuidet. Quod si semper quidem vere conuersio fit, cum fit vero conuersio fit diuisio semper, patet omne tempus continuum esse. Patet etiam simul & magnitudinem omnem continuam esse. Eisdem enim æqualibusve diuisionibus, tam tempus, quam magnitudo diuiditur.*

Quoniā. n. ostensum est, quod velocius in minori tēpore transibit æquale, sit quod quidē in quo A velocius, quod autem est in quo B, tardius, & sit motum id, quod tardius est per magnitudinem quæ est CD, in quo est ZI tempore, manifestū igitur est quod velocius in minori quā hoc mouebitur per eandē magnitudinē, & sit motū A, in quo est ZT. Iterum aūt quoniam A, quod est velocius in eo quod est ZT transiuit totā quæ est CD, ipsum tardius in eodem tempore, minorem transiuit. Sit igitur in quo CK. Quoniā autem tardius quod est ipsum B, in eo quod est ZT tempore ipsam quæ est CK transiuit, velocius in minori transibit. Quare iterum diuiditur, quod est ZT tempus: hoc autem diuiso, & CK magnitudo diuidetur secundum eandem rationem: si vero magnitudo & tempus, & hoc semper erit accipientibus a velociori, tardius, & a tardiori velocius, & eo quod demonstratum est vtentibus. Diuidet autem id, quod est velocius tempus, tardius autem longitudinē. Si igitur semper in natura est conuerti: conuersio autem sēper fit diuisio: manifestum quoniam omne tempus continuum est. Similiter autem manifestum, & quod magnitudo omnis continua est. Per easdem enim æquales diuisiones tempusque & magnitudo diuiditur. ANTI. T.c.16. T.c.17.

Ostēdit propositum. s. ꝙ similiter diuidatur tempus & magnitudo. Quia. n. ostēsum est, qđ velocius ꝑ transit æquale spatium in minori tempore, ponatur qđ A sit velocius, & B tardius, & moueatur B tardius per magnitudinē quæ est CD in tpe ZI. manifestum est ergo qđ A, quod est velocius, mouetur per eādem magnitudinem in minori tpe: & sit tempus illud ZI. Iterū autē qm̄ A, quod est velocius, in tempore ZT, pertransiuit totam magnitudinem, quæ est CK. D qđ est tardius, in eodem tempore pertransibit minorē magnitudinē, quæ sit CK, & quia B, quod est tardius pertransit magnitudinē in tpe ZT, A quod est velocius pertransibit eandem magnitudinem adhuc in minori tpe: & sic tp̄s ZT, iterum diuidetur, & eo diuiso scd̄m eandē rationē diuidetur magnitudo CK, quia tardius in partes illius tēporis mouetur per minorem magnitudinem, & si diuiditur magnitudo, iterum diuidetur & tempus: quia illam partem magnitudinis velocius transibit in minori tpe, & sic semper procedetur accipiendo post motum velocioris aliud mobile tardius: & post tardius, iterum velocius, & vtendo eo, quod demonstratum est, s. quod velocius pertranseat æquale in minori tempore, & tardius in æquali tempore minorem magnitudinem: sic enim accipiendo id quod est velocius diuidemus tempus: & accipiendo id quod est tardius, diuidemus magnitudinem. Si ergo hoc verum est, quòd semper possit talis cōuersio fieri, procedēdo a velociori in tardius, a tardiori in velocius, & facta tali cōuersione sēper fit diuisio magnitudinis, & tēporis, manifestum erit quod oē tempus est continuum. i. diuisibile in semper diuisibilia, & similiter omnis magnitudo: quia per easdem & æquales diuisiones diuidetur tempus, & magnitudo, vt ostensum est. Deinde cum dicit.

De-

Demonstratio quod similiter diuiditur tempus, & magnitudo.



ARGI. *Insuper, & ex hisce rationibus, quæ dici solent, patet si sit tempus continuum, & magnitudinem continuam esse. Siquidem in dimidio temporis, dimidium magnitudinis, & simpliciter in minore, minor transit: eadem enim diuisiones temporis, & magnitudinis erunt.*

ANTI. *Amplius autem, & consuetis rationibus dici manifestum est, quòd si tempus continuum est, quòd & magnitudo. Si quidem in medio tempore medium trãsit, & simpliciter in minori minus. eadem nanque diuisiones temporis & magnitudinis sunt.*

Eædem temporis, & magnitudinis diuisiones sunt.

Ponit tertiam rationem ad ostendendum quòd magnitudo, & tempus similiter diuiduntur, ex cõsideratione vnius & eiusdem mobilis, & dicit, quòd manifestũ est et per rationes, quæ consueuerunt dici, quòd si tps est continuum. i. diuisibile in semper diuisibilia, quod & magnitudo eodem modo cõtinua est, quia vnum & idem mobile regulariter motum, sicut in toto tempore pertransit totam magnitudinem, ita in medio tẽpore medium magnitudinis, & vniuersaliter in minori tẽpore minorem magnitudinem. Et hoc idem cõcludit, quia similiter diuiditur tempus sicut & magnitudo.

LECTIO IIII.

Finitum & infinitum similiter tempus magnitudinem cõseq. quodq. nullum continuum indiuisibile sit, ratiocinatur.

ARGY. *Atque si alterum vtrumuis ipsorum sit infinitum, & alterum est infinitum, & perinde sanè vt alterum, ceu si tempus extremis sit infinitum, & longitudo extremis est infinita, si diuisione, longitudo quoque diuisione, si vtrisque, & magnitudo vtrisque.*

ANTI. T.c. 18. *ET si quodcunq; infinitũ est, & alterũ, & sicut alterũ & alterũ est, vt siquidẽ vltimis infinitum est tps, & longitudo vltimis: si vero diuisione, diuisione & longitudo, si autem in vtrisq. tempus, in vtrisque, & lõgitudo.*

Postq̃ ostendit quòd magnitudo, & tẽpus similiter diuiduntur, hic ostendit, quòd infinitũ et, & finitum similiter inueniũtur in magnitudine & t.pe. E. circa hoc tria facit, Primo ponit propositum. Secundo ex hoc tollit dubitationem ibi. (Vnde, & Zenonis ratio.) Tertio probat propositum. ibi (Neq. iam infinitum &c.) Dicit ergo primo, quòd si quodcunque horum duorum. s. tẽporis, & magnitudinis, sit infinitum, & alterum est infinitum, & eo modo, quo vnum est infinitum, & alterũ. Et hoc ea ponit distinguendo duos modos infiniti, dicens, quòd si tẽpus est infinitum in vltimis. & magnitudo est infinita in vltimis. Dicitur autem tẽpus & magnitudo esse infinita in vltimis, quia. s. vltimis caret, sicut si imaginaremur lineã non terminari ad aliqua puncta, vel tempus non terminari ad aliquod primum, aut vltimum instans, & si tempus sit infinitum diuisione, & longitudo erit diuisione infinita. Et est hic secũdus modus infiniti. Dicitur. n. diuisione infinitum, quod in infinitum diuidi potest, quod est de ratione continui, vt dictum est, & si tempus esset vtroque modo infinitum & longitudo esset vtroque modo infinita. Et conuenienter isti duo modi infiniti cõtra ponũtur, quia primus modus infiniti accipitur ex parte vltimorum indiuisibiliũ qui priuatur, secundus autem modus accipitur secundum indiuisibilia, quæ signatur in medio, diuiditur. n. linea secundum puncta infra lineam. Secundo ibi.

T.c. 19. Secunda pars.

ARGY. *Quapropter & Zenonis rõ falsum sumit, fieri, inquã nõ posse, vt finito in tempore quicquam transeat infinita, aut infinita per singula tangat. Dupliciter enim longitudo, & tempus, & omnino omne continuum dicitur infinitũ aut diuisione aut extremis. Igitur infinita quidem quantitate tangere finito in tẽpore non potest, infinita verò diuisione potest, & enim ipsum tẽpus hoc mõ est infinitũ. Quare fit, vt infinito in tempore & non finito quippiam trãseat infinita, & infinitas non finitis infinita etiam tangat.*

ANTI. *Vnde, & Zenonis rõ falsum opinatur, quòd nõ est possibile infinita pertransire: aut tangere infinita secundum vnumquodq; finito in tempore. Dupliciter. n. dicitur, & lõgitudo, & tempus infinitum, & omnino esse continuum aut secundũ diuisionẽ, aut in vltimis. Infinitis quidem igitur secundum quantitatem, non contingit sese tangere infinito tempore, eis autem quæ sunt secũdum diuisionem, contingit, & nanque ipsum tempus sic infinitum est. Quare, et infinito tempore & non finito accidit transiri infinitum, & tangere infinita infinitis & non finitis.*

Cõtinuum dupliciter infinitum.

Ex præmissis remouet dubitationem Zenonis Eleatis, qui volebat probare, q̃ nihil mouetur de vno loco ad alium, puta de A in B. manifestum est. n. q̃ inter A & B sunt infinita puncta media, cum continuum sit diuisibile in infinitũ, si ergo mouetur aliquid de A in B. oportet q̃ pertranseat infinita, & quod tangat vnumquodq. infinitorum, quod nõ est possibile fieri in t.pe finito: ergo in nullo tempore quantumcunque magno dummodo sit infinitum, aliquid potest moueri per quantumcunque paruum spatium. Dicit ergo Philosophus q̃ illa rõ procedit ex falsa existimatione, quia longitudo, & tps, & quodcunque continuum, dupliciter dr esse infinitum, vt dictum est. s. secundum diuisionem, & in vltimis. Si igitur essent aliqua, s. mobile, & spatiũ infinita secũdũ quantitatem (quod est esse infinitũ in vltimis) non contingeret q̃ se inuicem tangerent in tẽpore finito, si verò sint infinita secundũ diuisionẽ, hoc cõtingit, quia etiam tempus quod est finitum secundum quantitatem, est sic infinitum, s. secundum diuisionem. Vnde sequitur q̃ infinitum transeatur, non quidem in tempore finito, sed in t.pe infinito. Et quod infinita puncta magnitudinis transeantur in infinitis nunc temporis, non autem in nunc finitis. Est autem sciẽdum q̃ hæc solutio est ad hominem & non ad veritatem, sicut infra Arist. manifestabit in Octauo. Tertio ibi.

Infinitum secundũ diuisionẽ transitur in tempore infinito.

ARGI. *Impossibile est ergo apte infinitum finito in tẽpore aut finitum infinito transire. sed si tempus sit infinitum, & magnitudo erit similiter infinita, & si magnitudo, et tps.*

ANTI. *Neque iam infinitum potest in finito tempore transire, neque in infinito finitum, sed si tempus infinitum sit, & magnitudo erit infinita, & si magnitudo, & tempus.*

T.c. 17. Probat quod supra posuit. Et primo resumit propositum. Secundo probat, ibi. (Sit. n. magnitudo.) Dicit ergo primo, q̃ nullum mobile potest trãsire infinitũ spatium, in tempore finito, neque finitum spatium in tẽpore infinito. Sed oportet si tempus est infinitum q̃ magnitudo sit infinita, & econtra. Secundo ibi.

ARGY. *Designetur.n.magnitudo quædam AB, terminis definita, vt tempus infinitum mente percipiatur. Sitq; id C, deinde excipiatur pars aliqua finita temporis C, quæ quidem CD, finibus claudatur, in hoc igitur corpus, quod super AB mouetur, aliquam partem magnitudinis transit, atque ponatur AE, iam partem pertransiuisse, hæc autem pars, aut æquè totam AB, magnitudinem mensurabit, aut deficiet, aut excedet, nihil.n. refert. Nā si semper æqualē magnitudinē AE parti æquali in tempore mobile transit, pars aūt hæc magnitudinem totā metitur, tēpus totum, in quo magnitudinem totam transibit, finitum erit profectò, in partes.n æquales diuidetur, vt magnitudo.*

ANTI: Te.com.20; *Sit.n.magnitudo finita, in quo AB: tempus aūt infinitum, in quo CD. Accipiatur igitur temporis aliquid finitū, in quo CD: in hoc igitur transibit aliquid magnitudinis, & sit quod transitum est, in quo BE: hoc autem aut mensurabit in quo est AB, aut deficiet, aut excellet, differt enim nihil. Si enim semper æqualem ei, quæ est in BE, magnitudinem, in æquali tempore transibit: hoc autem mensurat totum: finitum erit omne tempus, in quo trāsibit, in æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo.*

Probat propositum. Et primo q̄ tēs non pōt esse infinitum, si magnitudo sit finita, secundo q̄ econuerso, si longitudo sit infinita, tēs nō pōt esse finitum. ibi. (Eadem aūt demonstratio est.) Primum autē ostendit duabus rationibus, quarū prima talis est. Sit magnitudo finita quæ est AB, & sit tēpus infinitū, quod est CD. Accipiatur autem huius tpis infiniti aliqua pars finita, quæ sit CD, quia igitur mobile per totum tps, CD, pertransit totā magnitudinē AB, oportet qđ in hac parte tpis, q̄ est HD, pertranseat aliq̄ partē illius magnitudinis, q̄ quidē sit BE. Cū aūt AB magnitudo sit finita, & maior BE, KD aūt finitū, & minus ipso F, necesse est q̄ BC, aut mēsuret totū AB, aut deficiet, aut excellet in mēsurando si multoties sumatur BC, sic.n. oē finitū minus se hēt ad finitū maius, vt patet in numeris. Ternarius.n.q. est minor senario, bis acceptus mensurat ipsum, quinariū vero qui ēt est maior non mēsurat bis acceptus, sed excedit, plus.n. est bis tria q̄ quinq;, similiter ēt, & septenarius bis acceptus nō mēsurat, sed deficit ab eo, minus .n. est bis tria q̄ septē, sed tn̄ si ternarius ter accipiat. excedet ēt septenariū. Nihil aūt differt quocunq; mō horum triū BE se habeat ad AB, quia idē mobile tp pertransibit magnitudinem æqualē ei, qđ est BC, in tpe æquali ei quod est BD, sed BC, mēsurat totum AB, vel excedit ipsum, si multoties sumatur: ergo & BD, mēsurabit totum tps G, vel excedet ipsum si multoties sumatur. Et sic oportet q̄ totum tps G sit finitū, in quo pertransit totam magnitudinem finitam, quia oportet q̄ in æqualia secūdum numerum diuidatur tempus, sicut & magnitudo. Secūndam rationem ponit ibi.

Demonstratio prima, per quam probatur, quòd si magnitudo est finita, quòd tempus est finitum, et sumitur hæc demonstratio ex proportione partis ad totum.

C. H tempus infinitum. D.

C.H pars temporis in fi. D

A	Magnitudo	finita	B
Mobile.	Pars magnitudinis finitæ.		
B	E.K		

ARGY. *Præterea si non omnem magnitudinem id, quod mouetur in infinito tempore transit, sed fieri potest, vt aliquam finito etiam in tempore transeat vt AE partem, hæc autem totam magnitudinem metietur, idemque æqualem in æquali tempore transit, tempus ipsum profectò finitum erit.*

Amplius autem si non omnem magnitudinem in infinito tempore transibit, sed contingit aliquam & infinito tempore transire, vt quæ est BE. hæc autem mensurabit totam, & æqualem in æquali transibit. Quare finitum erit & tempus.

ANTI. Quæ talis est. Quamuis enim detur quod magnitudinem finitam, quæ est AB, pertranseat aliquod mobile in tempore infinito, non tamen potest dari quod omnem magnitudinem pertranseat in tempore infinito, quia videmus quod multæ magnitudines finitæ temporibus finitis pertranseunt. Sit igitur magnitudo finita, quæ est BC, quæ transeatur tempore finito, sed BC, cū sint finita mēsurat AB, quæ est et finita. Sed idem mobile pertransibit æqualem magnitudinem ei, quæ est BC, in æquali tempore finito, in quo ipsam pertransibat, & ita quot accipientur magnitudines æquales BC, ad constituendam totam AB, tot tempora finita æqualia accipientur ad mensurationem vel constitutionem totius temporis, vnde sequitur quod totum tempus sit finitum. Differt autem hæc ratio a prima, quia in prima ratione, BC ponebatur pars magnitudinis AB, hic autem BC ponitur quædam alia magnitudo separata. Necessitatem autem huiusmodi secundæ rationis positæ ostendit cum dicit.

ARGY. *Patet autem non in tempore infinito partem AB, transire, si tempus altera ex parte finitum fuerit sumptum. Nam, si in minorem partem hanc transit, tempus finitum esse necesse est, cum altera ex parte sit temporis finis.*

ANTI. *Quòd autem non in infinito tempore transit quod est BC, manifestum est, si accipiatur altera ex parte finitum tempus. Si enim in minori pertransit, hanc necesse est finitam esse, altero termino existente.*


Posset enim aliquis contra primam rationem cauillando dicere, quod sicut totam magnitudinem AB, pertransibit in tempore infinito, ita & quamlibet partem eius, & sic partes BC. non pertransibit tempore finito. Sed quia nō potest dari qđ quamlibet magnitudinē p transeat tempore infinito, oportuit inducere secundam rationem quòd BK, sit quædam alia magnitudo, quam tempore finito pertranseat. Et hoc est quod subdit, quòd manifestum est quòd mobile non pertransit magnitudinem, quę est BK, in infinito tempore, si accipiatur in altera finitum tempus, id est si accipiatur aliqua alia magnitudo a prima, quæ dicatur BC, quam pertransibit tempore finito. Si enim in minori tempore pertransit partem magnitudinis quam totum, necesse est hanc magnitudinem, quæ est BK, finitam esse, altero termino existente finito, scilicet AB, quasi dicat. Si tempus, in quo pertransibit BK, est finitum, & minus tempore infinito, in quo pertransibit AB, necesse est quod BK sit minor quam AB, & ita quod BK sit finita, cum AB finita sit.

Deinde cum dicit.


Demonstratio secunda per quam probatur idem quod supra. Et sumitur ex proportione cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum, sumendo tempus infinitum, & magnitudinem finitam.

C. Tempus


C. Tempus infinitum.



C. pars temporis infiniti D



Mobile.




ARGI. *Eadem sane fuerit demonstratio, & si longitudinem, quidem infinitam finxerimus, tempus autem sumpserimus contra finitum.*


ANTI. I c.22. *Eadem autem demonstratio est, & si longitudo infinita sit, tempus autem finitum.*

Ponit quod eadem demonstratio est ducens ad impossibile, si dicatur quod longitudo sit infinita, & tempus finitum. Quia accipietur aliquid longitudinis infinitæ, quod erit finitum, sicut accipiebatur aliquid temporis infiniti, quod est finitum. Deinde cum dicit.

Demonstratio probans idem quod supra, assumendo tempus finitum, & magnitudinem infinitam.

Tempus finitum.





ARGY. *Patet igitur ex hisce quæ diximus neq; lineam, neque superficiem, neque omnino quicquam continuum, indiuiduum esse, non solum propter id, quod nuper est dictum, sed etiam quia fiet vt indiuiduum diuidatur.*

ANTI. *Manifestum igitur ex dictis est, quod neque linea, neq; planum neque omnino vllum continuorum erit atomus non solum propter id quod nunc dictum est, sed quia accidit diuidi indiuisibile.*


I c.23. Probat quod nullum continuum est indiuisibile, Et primo ostendit quod inconueniens sequitur si hoc ponat. Scdo ponit demonstrationē ad illud inconueniens ducētē, ibi (Qm.n.in omni tpe.) Dicit ergo primo, manifestum esse ex dictis, ꝙ neq. linea, neq. planū.i.superficies, neq. omnino aliquod continuū, est atomus.i.indiuisibile, tum propter duo dicta, quia videlicet impossibile est aliqđ cōtinuum ex indiuisibilibus componi, cū tñ ex continuis possit componi continuum, tum etiam quia sequeretur ꝙ indiuisibile diuideretur. Secūdo ibi.


ARGY. *Nam cum omni tēpore, & id quod est celerius, & id quod est tardius moueatur, atq; id quod est celerius plus æquali in tempore spatij transeat, fieriq; possit vt duplum sexquialteram longitudinē transeat (esse nanq; pōt celeritatis hæc ratio) sexquialteram magnitudinem eodem in tēpore transeat id quod celerius fertur. Atq; diuidantur magnitudines ambæ, ea quidem qua mobile celerius trāsit quæ est AD, in AB, BC, CD, tres indiuiduas partes continuorum. Ea vero, quam ipsum tardius transit, in EF, FG duas, & ipsas indiuiduas partes: igitur & tempus HM in tres sane partes indiuiduas diuidetur. In æquali nanque tēpore, magnitudinem transit æqualem. Diuidatur itaque in HK, LM, indiuisibiles partes. Rursus cum mobile tardius magnitudinem EF, FG, eodem in tempore transeat, diuidetur & tempus duas in partes æquales. Quod sit indiuiduum diuidatur, & id quod mouetur non in indiuiduo, sed in maiore tempore partem indiuiduam transeat. Patet igitur nullam continui partem, parte carere.*


ANTI. I c.22. *Quoniā.n. omni tēpore velocius & tardius est: velocius autem plus transit in æquali tempore, contingit autē, & duplam, & hemioliū transire longitudinē (sit. n. hæc rō velocis) Adducatur igitur velocius secūdū hemioliū, in eodē tēpore, & diuidantur magnitudines, quæ quidem velociores sūt, AB, BC, CD, in tres atomos quæ verò sunt tardioris, in duos, in quibus sunt, EF, FG, itaque & tempus diuidetur in tria atoma. Aequale. n. in æquali tempore trāsibit. Diuidatur igitur tempus in ea, quæ sunt KL, LM, MN. Iterum aūt quoniam deductum est tardius per EF, FG, & tempus secabitur in gemina. Diuidetur ergo atomum & impartibile. Nō enim in atomo transit, sed in pluri. Manifestum ergo est, quod nihil continuorum impartibile est.*

Ponit demonstrationem ad hoc incōueniens ducētem, in qua primo præsupponit quædam superius manifestata, quorum vnū est, ꝙ in omni tēpore cōtingat velocius, & tardius moueri. Secundum est qđ velocius plus pertransit de magnitudine in æquali tpe. Tertium est, qđ contingit esse excessum velocitatis ad velocitatē, & longitudinis pertransitæ ad longitudinem ſm diuersas proportiones, puta ſm duplicē, quæ est proportio duorū ad vnum, & secundum hemioliū quæ habet totum, & dimidium, quæ alio nomine dr̃ sexquialtera, vt proportio trium ad duo, vel ſm quantamcunque aliam proportionem. Ex his aūt suppositis sic procedit. Sit hæc proportio velocis ad velox, vt inueniatur aliqđ velocius altero scđm hemioliū.i.sexquialterā proportionem, & sit ita, qđ velocius pertranseat vnam magnitudinem, quæ sit ABCD, compositam ex tribus magnitudinibus indiuisibilibus, quarum vna sit, AB, alia BC, tertia CD, in eodē aūt tempore oportet qđ tardius scđm prædictam proportionem pertranseat magnitudinem compositam ex duabus indiuisibilibus magnitudinib. quæ sit magnitudo EF, FG. Et quia tempus diuidi pōt, sicut et magnitudo, necesse est qđ tp̃s, in quo velocius pertransit tres indiuisibiles magnitudines, diuidatur in tria indiuisibilia, quia oportet qđ æquale in æquali tpe pertranseat in KL, LM, MN. Sit ergo tp̃s diuisum in KL, LM, MN tria indiuisibilia. Sed qa tardius in eodem tempore mouetur, p EF, FG, quæ sunt duæ magnitudines indiuisibiles, necesse est quod tp̃s diuidatur in duo media, & sic sequetur, qđ indiuisibile diuidatur, oportebit.n. ꝙ tardius vnā magnitudinē indiuisibilē ptrāseat in vno indiuisibili tpe, & dimidio. non.n. potest dici, qđ vnā indiuisibilem magnitudinē transeat in vno tpe indiuisibili, quia sic nō prius moueretur velocius ꝙ tardius. Ergo relinquitur qđ tardius ptrāseat indiuisibilem magnitudinem in pluri ꝙ in vno indiuisibili tpe: & in minori quā duobus, & sic oportebit vnum indiuisibile tp̃s diuidi. Et eodē modo sequitꝰ ꝙ indiuisibilis magnitudo diuidatur, si ponatur qđ tardius moueatur per tres indiuisibiles magnitudines, in tribus indiuisibilibus temporibus, velocius.n. in vno indiuisibili tempore mouebitur per plures ꝙ per vnā indiuisibilē magnitudinē, & per minus quā duas. Vnde manifestū fit, qđ nullū continuū potest esse indiuisibile:

Demonstratio, quod nullum continuum est indiuisibile.







LECTIO V.

Indiuisibile temporis, ipsum nunc esse, in quo etiam nihil moueri & quiescere dicitur, quodlibet item mobile diuisibile esse demonstratur.

ARGY. *At vero necesse est, & ipsum Nunc, quod per se primoque non per aliud dicitur indiuisibile esse, atque omni in tempore tale inesse.*

ANTI. T. c. 24. *Necesse est autem, & ipsum Nunc, quod non secundū alterum, sed per se & primum dictum, indiuisibile esse & in omni tempore huiusmodi esse.*

Postquam ostendit Philosophus quod nullum continuum ex indiuisibilibus componitur neque indiuisibile esse, ex quibus apparet motum esse diuisibilē, hic determinat de diuisione motus. Et primo præmittit quædam necessaria ad motus diuisionem. Secundo de ipsa
T.c.33. motus diuisione determinat. ibi. Motus autem est diuisibilis dupliciter. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod in indiuisibili tpis, non contingit esse motum
Secunda 32. neque quietem, secundo ostendit, quod indiuisibile nō potest moueri. ibi. Quod mutatur autem omne. Circa primum duo facit. Primo ostendit qđ indiuisibile tpis est ipsum nunc. Secundo quod in nunc nihil mouetur)
Secunda 39 aut quiescit, ibi, quod autē nihil in ipso nunc mouetur,
Infra. Circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Se
Tex. c. 26. cundo ponit ea ex quibus probari potest propositum, ibi. (Est enim aliquid vltimum eius.) Tertio proponit id quod ad hæc consequitur, ibi, (Necesse igitur.) Circa primum considerandum est, quod aliquid dicitur nunc secundum alterum, & non secundum seipsum, sicut dicimus nunc agi, quod in toto pñti die agit, tamen totus dies præsens non dr̄ præsens secundum seipsum, sed secūdum aliquid sui. Manifestū est enim quod totius diei aliqua pars præteriit, & aliqua futuri est: quod autē prȩteriit, vel futurum est, non est nunc, sic ergo patet quod totus dies præsens, non est nūc primo & per se, sed per aliquid sui, & similiter nec hora, nec quodcunque aliud tp̄s. Dicit ergo, quod id quod dr̄ nunc primo & per se & non scd̄m alterum, ex necessitate est indiuisibile, & iterum ex necessitate est in omni tēpore. Secundo ibi.

ARGI. *Est enim extremum transacti temporis quiddam, citra quod nihil futuri temporis est & insuper consequentis, vltra quod nihil transacti temporis est, quod quidem vtrorumque temporum finem diximus esse. Hoc igitur si tale per se, idemque demonstrabimus esse, patebit etiam & in* T. c. 24.
diuisibile esse. Est enim aliquid vltimum eius quod factū est, cuius supra hoc nihil futuri est, & iterum futuri est, cuius super hoc nihil est illius quod factum est, quod vtique diximus, vtrorumque esse terminum. Hoc autem si T. c. 25.
demōstretur, quoniam hoc huiusmodi est per se, & ipsum, simul manifestum erit quod indiuisibile est.

Probat propositū. Manifestum est. n. qđ cuiuslibet continui finiti est accipere aliquod vltimum, extra qđ nihil est eius, cuius est vltimum, sicut nihil lineæ est extra punctum, quod terminat lineam. Tempus autē præteritum est quoddam continuum finitum ad præsens: est ergo accipere aliquod vltimum eius, quod factū est .i. præteriti, extra quod nihil est præteriti, & infra qđ nihil est futuri. Et similiter erit accipere aliqđ vltimū futuri, infra quod nihil est præteriti, & illud vltimū est terminus vtriusq; .s. præteriti & futuri, quia, cum totum tempus sit continuum, oportet quod præteritum & futurum ad vnum terminum copulentur. Si igitur de aliquo demonstretur quod ipsum sit tale per seipsum, qđ est esse nunc per seipsum & non per aliquid sui, simul cum hoc manifestū erit qđ sit indiuisibile. Tertio ibi.

Necesse est itaque idē nunc ipsum esse, quod finis vtrorumque temporum est. ARGI.

Necesse est igitur idem esse in ipsum Nunc, quod vtrisque temporibus vltimum est. ANTI. T.c.26.

Ostendit quoddam consequens ad præmissa. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, supposito, q̄ nunc sit indiuisibile, quod oporteat idem nūc esse, quod est terminus præteriti, & terminus futuri. Secundo ostēdit q̄ econuerso, si est idem vtrumque nunc oportet qđ nunc sit indiuisibile. ibi. (At vero si idē est.) Circa primū duo T.c.29.
facit. Primo cōcludit ex dictis, quod necesse est esse idē nunc, quod est vltimum vtriusque temporis, scilicet prȩteriti & futuri. Secundo ibi.

Nam si sit aliud atque aliud deinceps alterum quidem ad alterum, sane non erit, propterea quod continuum non ex indiuisibilibus constat, si vero sit seorsum vtrunq; inter ea medium tempus erit. Omne nanque continuum tale est, vt inter fines aliquid sit vniuocum. At si tempus sit illud, diuisibile erit, vt patet. Demonstratum est enim oē tēpus diuisibile esse, quare sit, vt nunc ipsum diuisibile sit. ARGI.

Si. n. alterum est consequenter non erit alterum alteri, propter id quod non est continuum ex impartibilibus, si autem seorsum est vtrumque, inter ea erit tempus. Omne. n. continuum huiusmodi est, vt aliquid sit vniuocum inter terminos. An vero si tempus medium est, diuisibile erit, omne enim tempus ostensum est, quod diuisibile sit: quare diuisibile est ipsum nunc. ANTI.

Probat tali ratione. Si est alterum nūc, quod est principium futuri, & futurum, quod est finis præteriti, oportet q̄ hæc duo nunc, vel sint consequenter ad inuicem, ita q̄ immediate sibi succedant, vel oportet quod vnū sit seorsum ab altero distans ab eo. Sed non pōt dici, q̄ vnum consequenter se habeat ad alterum, quia sic sequeretur tempus componi ex nunc aggregatis, quod non potest esse, propter id quod nullum continuū cōponitur ex impartibilibus, vt supra ostensum est. Nec etiam dici potest, quod vnū nunc sit seorsum ab altero distās ab eo, quia tunc oporteret qđ inter illa duo nūc esset tempus medium. Hæc est. n. natura omnis continui, q̄ inter quælibet duo indiuisibilia sit continuū medium, sicut inter quælibet duo puncta, linea. Quod autē hoc sit impossibile ostendit dupliciter, primo. Quia si aliquod esset tēpus medium inter prædicta duo nūc, sequeretur q̄ aliquod vniuocum eiusdem generis esset medium inter duos terminos quod est impossibile. Nō

enim

enim est possibile, quod inter extrema duarum linearum se tangentium, vel consequenter se habentium, sit aliqua linea media, hoc.n. esset cōtra rationem eius quod est consequenter, quia consequenter sunt, vt supra dictum est, quorum nihil est medium proximi generis, & sic cum tempus futurum consequenter se habeat ad præteritum, impossibile est quod inter terminum futuri, & terminum præteriti cadat aliquod tempus medium. Alio modo ostendit idem sic. Quicquid est medium inter præteritum & futurum, dicitur nunc: si igitur tēpus aliquod sit medium inter extrema temporis præteriti, & futuri sequitur quod totum illud dicatur nunc, sed omne tempus est diuisibile, vt ostensum est: ergo sequetur quod ipsum nunc sit diuisibile. Et quāuis supra posuerit principia, ex quibus probari potest quòd nunc sit indiuisibile: quia tamen conclusionem non deduxerat ex principijs, hic consequenter ostendit quod nunc sit indiuisibile ibi.

ARGI. *Quod si sit diuisibile, erit aliquid præteriti in futuro & futuri etiam in transacto. Id enim quo diuidetur præteritum tempus, & consequens terminabit.*

ANTI. *Si autem diuisibile est ipsum nunc, erit aliquid quod factum est in futuro, & futuri in eo quod factum est. Secundum quod enim diuidetur hoc determinat præteritum & futurum tempus.*

Et hoc triplici ratione. Quarum prima est, quia, si

Prima ratio. nunc sit diuisibile, sequetur quod aliquid de præterito sit in futuro, & aliquid futuri sit in preterito. Cum.n. nunc sit extremum præteriti, & extremum futuri: omne autē extremum est in eo, cuius est extremum, sicut punctum in linea: necesse est quòd totum nunc, & sit in tempore præterito, vt finis, & in tempore futuro, vt principium. Sed, si nūc diuidatur, oportet quod illa diuisio determinet præteritum & futurum, omnis.n. diuisio in tempore facta distinguit preteritum & futurum; cum omnium partium temporis vna comparetur ad aliam, vt præteritū ad futurum: sequetur ergo, quod ipsius nunc aliquid sit præteritum, & aliquid futurum, & ita cum nunc sit in præterito, & in futuro, sequetur quod aliquid futuri sit in præterito, & aliquid præteriti sit in futuro. Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Præterea, nec ipsum nunc per se sed per aliud erit. Diuisio enim non est ipsius, quod est per se.*

ANTI. *Simul autem, & non per se erit hoc nunc, sed secundum*
Te.c. 17. *alterum: diuisio enim non est per se ipsius, quod est.*

Secunda rō. Quia si nunc sit diuisibile, non erit nunc secūdum seipsum, sed secūdum alterum: nullū enim diuisibile est sua diuisio, qua diuiditur: ipsa autē diuisio tēporis est nūc. Nihil .n. aliud est diuisio continui, quod terminus cōmunis duabus partibus: hoc autem intelligimus per nūc, quod est terminus communis præteriti & futuri. Sic ergo manifestum est, quod id, quod est diuisibile, non potest esse nunc secundum seipsum. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Et insuper ipsius nunc aliud transactum, aliud consequens erit, & non semper idē, aut præteritū, aut futurum, neque nunc idē: multis est.n. diuisionibus, diuisibile tēpus. Quod si hæc ipsi nunc inesse non possunt, ipsum profecto nunc quod est vtroque in tempore, idem esse necesse est.*

ANTI. *Ad huc autem, ipsius nūc hoc quidem actum erit, illud*
T.c. 18. *autem futurum, & non semper idem factum est, & futurū. Neq; itaq; ipsum nunc, idē est simul: multipliciter.n. diuisibile est tempus. Quare, si hæc impossibile est inesse ipsi nunc, necesse est idem esse ei quod in vtroque nunc est.*

Tertia ratio Quæ talis est. Semper facta diuisione temporis, vna pars est præterita, & alia futura. Si igitur, & nūc diuidatur, oportet quod aliquid eius sit præteritum, & aliquid futurum, sed non idem est præteritum, & futurum; sequitur ergo, quod ipsum nunc non sit idem sibiipsi, quasi totum simul existens, quod est cōtra rationem eius quod dicitur nunc. Cum.n. dicimus nunc, intelligimus simul in præsenti esse. Sed oporteb. multam diuersitatem esse in nunc & successionem, sicut & in tempore, quod multipliciter est diuisibile. Sic ergo ostenso quod nunc sit diuisibile, quod erat consequēs ad hoc quod dicebatur non esse idem nunc quod est extremum præteriti, & futuri, & destructo consequente, concludit destructionē antecedentis. Et hoc est quod dicit quod si hoc est impossibile inesse ipsi nunc, s. quod sit diuisibile, necesse est dicere, quod idem sit nunc, quod est extremum vtriusque temporis. Deinde cum dicit.

At vero si sit idem, patet & indiuisibile esse, Nam, si diuisibile sit, ea rursus euenient, quæ antea accidebant. Esse igitur in tempore indiuisibile quid quod ipsum nunc dicimus esse, ex hisce, quæ diximus, perspicuum iam euasit. ARGI.

At vero si idem est, manifestum quod & indiuisibile. ANTI.
Si.n. diuisibile est, iterū contingent eadem. quę & prius. Te.com. 19
Quod igitur sit aliquid in tēpore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum Nunc, manifestū est ex his, quæ dicta sūt.


Ostendit quod econtrario, si idem est nunc præteriti, & futuri, necesse est quod nunc sit indiuisibile: quia, si esset diuisibile, sequerentur omnia prædicta inconuenientia. Et sic, ex quo non potest dici, quod nunc sit diuisibile, quasi existente altero nunc præteriti, & altero nunc futuri: nec etiam est diuisibile si ponatur idem: cōcludit manifestum esse ex dictis, quod necesse est in tēpore esse aliquid indiuisibile, quod dicitur nunc. Deinde cum dicit.


Atqui nihil in ipso nūc moueri ex hisce patebit, quæ deinceps dicemus. Nam, si quippiam in ipso moueri possit, fiet vt celerius in ipso, ac tardius moueatur. Sit itaque nunc ipsum N. atque in ipso celerius mobile longitudinem transeat AB literis designatam, Igitur mobile tardius minorem in eodem longitudinem pertransibit. Designetur, & ipsa, & sit AG. Quoniam autem mobile tardius in toto nunc ipso longitudinem AC pertransiuit, celerius per eandem in minore sane mouebitur. Quare ipsum nunc diuidetur, aut erat indiuisibile, fieri ergo non potest, vt quicquam in ipso Nunc moueatur. ARGI.

Quod aūt nihil in ipso Nunc mouetur, ex his manifestum est, si nanque est, contingit & velocius moueri in ipso nunc, & tardius. Sit igitur ipsum nunc in quo N. moueitur autem velocius in ipso per AB. Ergo tardius in ipso per minorē quam sit AB, mouebitur ut per AG. Quoniam autē tardius in toto ipso nunc mouebatur per AG, velocius in minori quam hoc mouebitur, quare diuidetur ipsum nunc: sed erat indiuisibile: non ergo est moueri in ipso nunc. ANTI.

Ostendit quod in nunc non potest esse nec motus, nec quies. Et primo ostendit de motu. Secūdo de quiete. ibi. (At vero neque quies esse. Dicit ergo primo manifestum esse ex ijs, quæ sequuntur, quod in nunc nihil possit moueri, quia, si aliquid potest moueri in nunc, continget in nunc moueri duo mobilia, quorum vnum sit velocius, & aliud tardius. Sit ergo ipsum nunc N, & aliquod corpus velocius moueatur in N, per A B magnitudinem, sed tardius in æquali minus mouetur: ergo tardius in hoc instanti mouetur per minorem magnitudinem, quæ est AG. Sed velocius idem spatium pertransit in minori quam tardius, quia ergo corpus tardius mouebatur AG magnitudinem in toto ipso nunc, sequitur quod velocius moueatur per eandem magnitudinem in minori, quam nunc, ergo nunc diuiditur. Sed ostensum est quod est indiuisibile, ergo non potest aliquid moueri in nunc. Secundo ibi. T. com. 30.

Demonstratio ostendens quod in ipso Nunc, motum esse non potest.





ARGI. *At verò nec in eodē quicquā quiescere pōt. Quiescere .n. id dicebamus, quod est aptum vt moueatur & nō mouetur, tum cum aptum est moueri, & vbi, & quemadmodum moueri est aptum. quare, cū in ipso nunc nihil sit aptū moueri, patet nihil etiam in eodem quiescere aptum esse.*

ANTI. Tex.c. 30. *At verò neq; quiescere. quiescere .n. diximus aptū natū moueri, quod non mouetur quando aptum natum est, & quo, & sic. Quare quoniam in ipso nunc nihil aptum natū est moueri, manifestum, quia neque quiescere.*

Ostendit idem de quiete trib. rationibus. Quarū prima talis est. Prima ratio. Dictum est .n. in Quinto ꝙ illud quiescit, quod est aptum natum moueri, & non mouetur quādo aptum natum est moueri, & secundum illam partē qua natum est moueri, vel eo modo, quo natum est moueri. Nota de priuatiuè oppositis modis. Si .n. aliquid caret eo, quod non est natum habere, vt lapis visu, aut eo tempore, quando non est natū habere, vt canis ante nonum diem, aut in ea parte, qua nō natū est habere, sicut in pede vel in manu, aut eo modo, quo natum est habere, ut, si homo non uideat ita acuiè, ut aquila, non propter hoc dicitur esse priuatum uisu: quies aūt est priuatio motus, unde nihil quiescit, nisi quod est aptum natum moueri, & quando, & sicut natum est moueri; sed ostensum est ꝙ nihil aptum natum est moueri in ipso nunc, ergo manifestum est quòd nihil quiescit in nunc. Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Præterea, si nunc ipsum in vtrisq; temporibus idem est, fierique pōt, vt in horum temporum altero toto quippiam moueatur, in altero toto quiescat, atque id quod toto in tēpore mouetur in quouis ipsius mouebitur, in quo ipsū moueri potest, & id quod quiescit simili modo quiescet, fiet profectò vt idem moueatur simul atq; quiescat. Ipsum .n. nunc vltimum vtrorumque temporum est.*

ANTI. T.com. 31. *Amplius si idem quidem nunc in vtrisq; temporib. est, contingit autem hoc quidem moueri, illud autem quiescere per totum, quod autem mouetur in tēpore toto in quodlibet mouebitur hoc secundum quod aptum natum est moueri, & quiescens similiter quiescet: continget idem simul quiescere et moueri: idem enim vltimum temporum vtrorumque ipsum nunc est.*

Quæ talis est. Illud, quod mouetur in toto aliquo tēpore, mouetur in quolibet illius temporis, in quo natū est moueri, & similiter quod quiescit in aliquo toto tempore, quiescit in quolibet illius temporis, in quo natum est quiescere. Secunda rō. Sed idem nūc est in duobus temporibus, in quorum uno toto quiescit, & in altero toto mouetur, sicut apparet in eo, quod post quietem mouetur, & post motum quiescit. Si igitur in nūc aliquid natum est quiescere, & moueri, sequeretur quòd aliquid simul quiesceret, & moueretur, quod est impossibile.

Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Insuper id quiescere dicimus, quod similiter se habet, et ipsum, & partes, nūc, atq; prius, at in ipso nūc nō est prius (vt patet,) quare nō fit, vt in ipso quicquā quiescat: Quæ cum ita sint, necesse est, & id quod mouetur, & id quòd quiescit, in tempore moueatur atque quiescat.*

ANTI. T.c. 32. *Amplius autem, quiescere quidem dicimus id, quod similiter se habet & ipsum & partes, & nunc & prius: in ipso nunc autem non est prius: quare neque quiescere. Necesse est ergo, & moueri quod mouetur, in tempore, & quiescere, quiescens.*

Quæ talis est. Illud dicimus quiescere, quod se habet similiter, & nunc, & prius, & secundum se totum, & secūdū partes suas. Tertia ratio. Ex hoc .n. dr̄ aliquid moueri, qd̄ nunc & prius dissimiliter se habet, uel secundum locum, uel secundum quantitatem, uel secundum qualitatem. Sed in ipso nunc non est aliquod prius, quia sic nunc esset diuisibile (quia ly prius, pertinet ad præteritum) ergo nō contingit in nunc quiescere. Ex hoc autem ulterius concludit, quòd necesse est omne quod mouetur, & omne quod quiescit moueri & quiescere in tempore.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Omne autem quod mutatur diuisibile esse necesse est. Nam cum è quodam in quoddam sit omnis mutatio, cum est quidem in eo in quo est mutatum, non vlterius, vt patet mutatur, cum vero est in eo, ex quo est mutatio, & ipsum, & omnes partes nondum mutantur. Quod .n. eodem modo se habet, & ipsum, & partes, id non mutatur. Necesse est igitur ipsum partim in hoc, partim in altero esse, neque cum in vtroque, neque in neutro esse potest. Dico autem in quod mutatur primum mutatione, vt fuscum cum ex albo mutatur non in nigrum. Non enim id, quod mutatur in vtrouis extremorum esse, necesse est. Patet igitur omne quod mutatur, diuisibile esse.*

ANTI. *Quod aūt mutatur oē, necesse est diuisibile esse. Quoniam .n. ex quodam in quiddam omnis mutatio est, & cū quidem sit in hoc, in quod mutatum est non amplius mutatur: cum autem est in eo: ex quo mutatum est, & ipsum & partes omnes non mutantur, quod enim similiter se habet & ipsum & partes oēs non mutatur, necesse igitur est quidem aliquid in hoc esse, aliud vero in altero mutantis, non enim in vtriusque in neutro possibile est totum esse. Dico autem in quod mutatur primum secundum mutationem, vt ex albo in fuscum non in nigrum non enim necesse est quod mutetur in quocunque esse ultimorum. Manifestum igitur est, ꝙ omne quod mutatur erit diuisibile.*

Ostēdit ꝙ omne quod mouetur est diuisibile tali rōne. Omnis mutatio est ex quodam in quiddam, sed qñ aliquid est in termino ad quem mutatur, ulterius non mutatur, sed iam mutatum est, non enim simul aliquid mouetur, & mutatum est, ut supra dictum est, quando uero aliquid est in termino ex quo mutatur secundum se totum & secundum omnes partes suas, tunc non mutatur, dictum est .n. ꝙ illud, quod similiter se habet, & ipsum, & oēs partes eius, non mutatur, sed magis quiescit. Addit autem (& omnes partes) quia, cū aliquid incipit mutari, non simul totum egreditur de loco quem prius occupabat, sed pars post partem. Neque iterū potest dici, ꝙ sit in utroque termino secundum se totū, & secundum partes suas dum mouetur, sic .n. aliquid esset simul in duob. locis, Neq. iterum potest dici ꝙ in neutro terminorum sit, loquitur .n. nunc de proximo termino, in quem mutatur, & non de ultimo extremo. Sicut, si ex albo aliquid mutatur in nigrum, nigrum est ultimum extremum, fuscum uero est proximum. Et similiter, si sit una linea diuisa in tres partes æquales, s. linea A BCD, manifestum est, ꝙ mobile in principio motus est in parte AB, sicut in loco sibi æquali, contingit tñ in aliqua parte sui motus non esse neque in AB, neque in CD, quandoque .n. est totū in B C, Cum ergo dr̄, quod

illud,

illud, quod mutatur, quando mutatur, nõ potest in neutro esse, accipitur non extremus terminus, sed proxim⁹. Relinquitur ergo ꝙ omne, quod mutatur, dum mutatur secundum aliquid sui est in vno, & secundum aliqd sui est in altero, sicut cum aliquid mutatur de A B in B C in ipso moueri, pars quæ egreditur de loco AB, ingreditur locũ BC. Et qđ mouetur de albo in nigrũ pars, q̃ desinit esse alba, fit fusca vel pallida. Sic igitur manifestũ est ꝙ oẽ, qđ mutatur, cum sit partim in vno & partim in altero, est diuisibile. Sciendum est aũt ꝙ Cõmentator in hoc loco mouet dubitationẽ de hoc, ꝙ si Arist. non intendit hic demonstrare ꝙ mobile sit diuisibile, nisi de mobili quod mouetur motu, quẽ dixit esse in solis trib. generib. s. quãtitate, qualitate, & vbi, demonstratio sua non erit vniuersalis sed particularis, quia ẽt qđ mutatur ſm substantiã diuisibile inuenitur. Vnde vr̃ ꝙ intelligat de eo, quod trãsmutatur ſm quãcunq; trãsmutationẽ, vt includatur generatio & corruptio in substantia. Et hoc etiam ex ipsis verbis eius apparet, non.n. dicit qđ mouetur, sed quod mutatur. Sed tunc videtur sua demonstratio non valere, quia aliquæ transmutationes sunt indiuisibiles, sicut ipsa generatio substãtialis & corruptio, quæ non sunt in tempore, & in huiusmodi transmutationibus non est verũ, ꝙ illud, qđ mutatur, sit partim in vno, partim in alio. non.n. cũ ignis generat̃, partim est ignis, partim non ignis. Et inducit ad hoc plures solutiones; quarum vna est Ale. dicẽtis quod nulla trãsmutatio est indiuisibilis, aut in non tempore. Sed hoc reprobatur, quia per hoc destruitur quoddam probabile, & famosũ apud Aris. & omnes peripateticos. s. quod aliquæ transmutationes sint in non tempore, vt illuminatio, & alia hmõi. Inducit ẽt solutionem Themistij dicẽtis, quod etsi sit aliqua transmutatio in non tpe, tñ hoc lateret, & Aris. vtitur eo, quod est manifestum. s. qđ trãsmutatio fit in tempore. Et hoc reprobat, quia eodẽ modo se habet de diuisione mutationis & mutabilis. Et ad huc videtur latentius diuisibilitas mobilis quam mutationis. Vnde demonstratio Aris. nõ esset efficax; q̃a posset aliquis dicere, quod licet ea, quæ mutantur mutationib. maxime diuisibilibus, sint diuisibilia, sunt tamen aliqua mutabilia latentia, quę sunt indiuisibilia. Ponit ẽt solutionem Auempace dicentis, quod hic non agitur de diuisione mutabilis ſm quantitatem, sed de diuisione mutabilis ſcd̃m quod subiectum diuiditur per accidentia contraria de quorum vno mutatur in alterum. Et addit postea suam solutionem, quod illæ mutationes, quæ dicuntur fieri in non tempore, sunt termini quorũdam motuum indiuisibilium. Accidit ergo aliquid transmutari in non tpe, in quantum. s. quilibet motus terminatur in instanti. Et quia illud quod est per accidens, prætermittitur in demonstrationib. ideo illo Aris. in hac demonstratione vtitur, ac si omnis mutatio sit diuisibilis & in tpe. Sed, si quis recte consideret, hæc obiectio nõ est ad propositum. Non.n. Aris. in sua demonstratione vtitur quasi principio, quod omnis mutatio sit diuisibilis, cum magis econuerso, ex diuisione mobilis procedat ad diuisionem mutationis, vt infra patebit, & sicut ipse post dicet, diuisibilitas per prius est in mobili, q̃ in motu vel mutatione. Sed vtitur principijs per se notis, quæ necesse est concedere in quacunq. mutatione. s. ꝙ illud quod mutatur, quando est ſm totum & partes in termino a quo mutatur, nõdum mutatur ſcd̃m illã mutationem, & quod quando est in termino ad quem, non mutatur, sed mutatum est, & quod non potest esse nec in vtroq. totum, nec in neutro, sicut expositũ est. Vnde ex necessitate sequitur, quod in qualibet mutatione, illud quod mutatur, dum mutatur, sit partim in vno termino, & partim in alio. Sed hoc diuersimode inuenitur in diuersis mutationibus. In illis enim mutationibus, inter quarum extrema est aliquod medium, contingit quod id, quod mutatur, dum mutatur, partim sit in vno extremo, & partim in alio secundum ipsa extrema. In illis vero, inter quarum terminos non est aliud medium, id, quod mutatur non est secũdum diuersas partes suas in diuersas partes diuersis extremis secundum ipsa extrema, sed secundum aliquid ei adiunctum, sicut, cum materia mutatur de priuatione ad formam ignis, dum est in ipso mutari, est quidem sub priuatione secundum seipsam, sed partim est sub forma ignis non secundum seipsam, sed secundum aliquid ei adiunctum, s. secundũ dispositionem propriam ignis, quam partim recipit antequam formã ignis habeat. Vnde infra probabit Aris. quod etiam generatio & corruptio sunt diuisibiles, q̃a qđ generatur, prius generabatur, & quod corrumpitur prius corrumpebatur. Et forte hoc modo intellexit Alex. quod omnis transmutatio est diuisibilis. s. vel secundum seipsam, vel secundum motum ei adiunctum. Sic etiam intellexit Themistius quod Aristo. assumpsit id ꝙ erit manifestum, & prætermisit id, quod erat latens, q̃a nondũ erat locus tractandi de diuisibilitate vel indiuisibilitate mutationum, sed hoc reseruatur in posterũ. In oĩbus tñ vel diuisibilibus vel indiuisibilibus saluatur quod Aristo. hic dicit, quia etiam quæ dicuntur indiuisibiles mutationes, sunt quodammodo diuisibiles non secundũ propria sua extrema, sed per ea quæ eis adiungũtur. Et hoc est quod Auer. voluit quod hoc est per accidens, aliquas mutationes esse in nõ tempore. Est ẽt hic alia dubitatio. Nõ.n. videtur hoc verũ in motu alterationis, quod id qđ alteratur, partim sit in vno termino, & partim in altero dũ alteratur. Nõ.n. sic ꝓcedit motus alterationis, ꝙ prius vna pars alteretur, & postea altera, sed totũ prius est minus calidũ, & postea magis calidũ. Vnde ẽt Arist. in lib. de Sensu & Sensato dicit, quod nõ similiter se habet in alteratione sicut in latione, lationes namque rõnabiliter mediũ prius attingunt. Quæcũque uero alterãtur nõ adhuc similiter. Cõtingit.n. simul alterari, & nõ dimidiũ prius velut aquã omnẽ simul coagulari. Est aũt ad hoc dicẽdũ ꝙ Aristo. in hoc Sexto lib. agit de motu ſcd̃m ꝙ est continuus. Cõtinuitas aũt primo & per se & proprie inuenitur in motu locali tñ, qui solũ põt esse continuus & regularis vt ostẽdet̃ in Octauo. Et ideo demonstrationes in hoc libro positæ pertinent quidem ad motum localem perfecte, ad alios autẽ motus non totaliter, sed secundum quod aliquid continuitatis & regularitatis participant. Sic ergo dicendum est, quod mobile secundum locum, semper prius subintrat locum, in quem tendit secundum partem quam secundum totum: in alteratione autem est quidem vt sic, est autem vt non. Manifestum est.n. qđ omnis alteratio fit per virtutem agentis quod alterat, cuius virtus quanto fuerit maior, tanto maius corpus alterare potest, q̃a igitur alterans est finitæ uirtutis, vsque ad determinatã quantitatem, corpus alterabile subditur eius virtuti, & simul recipit impressionem agentis, vnde simul alteratur totum, nõ pars post partem. Sed illud alteratum iterum alterat aliquid aliud sibi coniunctum, est tamẽ minoris efficaciæ in agendo, & sic inde quousque deficiat virtus alteratiua, sicut ignis calefacit vnã partem aeris statim, & illa calefacta calefacit aliã, & sic pars post partem alteratur. Vnde & Aris. in libr. de Sensu & Seo. post verba præmissa subiungit. (Attñ si multum fuerit quod calefiat aut coagulatur, habitum ab habito Patitur. Primum autem ab ipso faciente transmutari necesse est, & simul alterari, & subito.) Verumtamẽ & in hoc ipso, qđ simul alteratur, est quandã successionẽ considerare, q̃a cum alteratio fiat per contactum alterantis, partes alterati quanto magis appropinquant ad corpus alterans, perfectius a principio recipiũt impressionem alterantis

Dubium. An mobile quocunque motu, ac mutatione, diuisibile concludatur ex Arist. verbis.

Sol̃a The.

Sol. Auemp.

Sol. Auer.

Sol̃is Arist.


Quæstio. An mobile secũdum alterationem, dum alteratur, partim in vno, & partim in altero termino sit.

Solutio.

&

secundum se totum mouetur, omnes partes simul mouentur, non quidem seorsum a toto, sed in ipso toto. Alio modo potest intelligi ista diuisio motus secundum partes mobilis, sicut & diuisio cuiuslibet accidentis, cuius subiectum est diuisibile, attenditur secundum diuisionem sui subiecti: sicut si totum hoc corpus est album, secundum diuisionem corporis diuidetur per accidens albedo. Et sic accipitur hic diuisio motus secundum partes mobilis, vt sicut vtraque pars mobilis simul mouet in toto, ita motus vtrarumque partium sint simul. Et per hoc ista diuisio motus, quæ est secundum partes mobilis, est alia ab illa quæ est secundum tempus, in qua duæ partes motus non sunt simul. Si tamen motus partis vnius comparetur ad motum partis alterius, non simpliciter, sed secundum aliquod signum determinatum, sic motus vnius partis etiam tempore præcedit motum alterius partis. Si enim mobile ABC moueatur in magnitudine EFG, ita quòd EF sit æquale toti AC, manifestum est, quòd hoc signum F, secundum prius pertransibit BC, quam AB, & secundum hoc simul curret diuisio motus secundum partes temporis, & secundum partes mobilis. Secundo ibi.

Ostensio quòd motus vnius partis comparatus ad motum alterius partis non simpliciter, sed secundum aliquod signum determinatum, tempore præcedit motum alterius partis.



ARGY. *Atque, sit partis quidem A B motus D E, partis verò BC motus EF, Totum igitur motum DF ipsius AC mobilis motum esse necesse est. Etenim hoc ipso motu mouebitur, quippe cum vtraque pars, vtroque moueatur motu, & nihil alieno motu, sed proprio moueatur. Quare totus motus totius est magnitudinis motus.*

ANTI. *Sit igitur ipsius quidē AB, qui est DE, motus: BC autē qui est EF motus partium, necesse est igitur totum in quo est DF ipsius AC esse motum, mouebitur enim secundum hunc, quippe cum vtraque partium moueatur secundum vtrumque, nulla enim mouebitur secūdum alterius motū. Quare totus motus totius est magnitudinis motus.*

Manifestat positos modos. Et primo ostēdit quod motus diuidatur scd'm partes mobilis, Scd'o quod diuidatur secundū partes tēporis. ibi. (Alius aūt secundum tēpus est.) Primum ostēdit tribus rōnib. Quarum prima talis Te. 36. est. Ex quo moto toto mouētur partes, motus illius partis, quæ est AB, sit DE, & motus alterius partis, quæ est BC, sit EF. Sicut ergo totum mobile AC componitur ex DF, & BC, ita totus motus DF, componitur ex DF, & EF. Cum ergo vtraque partium mobilis moueatur secundum vtranque partium motus, ita tamen quod neutra pars mobilis mouetur secūdum motum alterius partis, (quia secundum hoc totus motus esset vnius partis, quæ mouetur motu suo, & motu alterius partis) oportet dicere quod totus motus DF, sit totius mobilis AC, & sic motus totius diuiditur per motum partium. Secundam rationem ponit ibi.

Prima demonstratio ostendens, quòd motus diuiditur secundum diuisionem mobilis.



Præterea, si motus quidem omnis alicuius est motus, totus autem DE motus, neque AB neque BC est partis (pars enim partis est motus, neque cuiquam tribuitur alij: cuius nanque totius totus est motus, eius & partiū partes sunt, partes autem DEZ partium ABC, & non aliorum sunt motus, pluriū. n. vnus motus esse non pōt) totus profectò motus DZ totius A C magnitudinis motus erit. ARGI.

Amplius autem, si omnis motus alicuius est, totus autem motus, qui est in quo est DZ, neque partium est neutra (partis. n. vtraque est, neque alterius nullius, cuius. n. totus, totius, & partes partium sunt, partes autem ipsius DZ sunt ipsarum, quæ sunt ABC, & nullarum aliarum; plurium enim non erat vnus motus) & vtique totus motus erit ipsius ABC, magnitudinis. ANTI. Te. c. 34.

Quæ talis est. Omnis motus est alicuius mobilis, totus autem motus DZ neque est alterius partium, quia neutra mouetur secundum totum motum, sed vtraque mouetur secundum partes motus, vt dictum est. Neque iterum potest dici quòd sit motus cuiuscunque alterius mobilis separati ab AB, quia, si totus ille motus esset totius alterius mobilis, sequeretur quòd partes huius motus, essent partium illius mobilis, sed partes huius motus, qui dicitur DZ sunt partium huius mobilis, quæ sunt ABC, & nullarum aliarum, quia si essent & harum & aliarum, sequeretur quod vnus motus esset plurium, quod est impossibile. Relinquitur ergo, quod totus motus sit totius magnitudinis, sicut & partes partium, & ita motus totius diuiditur secundum partes mobilis. Secunda rō.

Tertiam rationem ponit ibi.

Demonstratio secunda ostendens idem quod supra.



Insuper si totius A C magnitudinis alius quidam sit motus, ceu TI auferentur ab ipso vtrarumque partiū motus qui quidem æquales erunt motib. DE, & EZ. Vnus enim vnius est motus, quare si totus TI. motus in motus ARG.

par-

partiũ diuidetur, motus TI motui DZ erit æqualis. Sin vero stabit aliquid vt TK, hic nullus erit motus, vt patet. Neque enim totius neque partium, quia motus vnius est vnus. At neque cuiquam alij tribuetur, continuus enim motus, continuorum quorundam est motus. Eadem erit profectò ratio & si DEZ excesserunt in diuisione motus TI. Quare, si hoc esse non potest, eundem atque æqualem esse necesse est. Hæc igitur diuisio ratione partium eius, quod mouetur est, atq; cuiuslibet partibilis ipsum esse necesse est.

ANTI. T.c. 35. *Amplius autẽ si est quidem totius alius motus, vt in quo TI, remouebitur ab eo qui sit vtrarumque partiũ motus, hi autem æquales erunt ijs, quæ sunt DEZ: vnius.n. vnus motus, quare si totus quidem diuidetur, qui est TI, in partium motus, æqualis erit, qui est TI et, qui est DZ. Si vero deficit aliquid, vt quod est KI, hic nullus erit motus neque enim totius, neque partium propter id quod vnus vnius est, neque alterius nullius est. Continuus enim motus est continuorum quorũdam. Similiter aũt est, & si excellat secundum diuisionẽ, quare si hoc impossibile est, necesse eundẽ esse, & æqualem. Hæc igitur diuisio secundum partium motus est, & necesse omnis esse partibilis ipsã.*

Quæ talis est. Omne quod mouetur, habet aliquem motum, si igitur totus motus, qui est DZ nõ sit totius mobilis, quod est AC, oportet ꝙ aliquis alius motus sit eius. Et sit ille motus TI. Ab hoc ergo motu, qui est TI, auferatur per diuisionem motus vtrarumque partiũ, quos oportet esse æquales ijs, quæ sunt DEZ, hac ratione, quia vnius mobilis non est nisi vnus motus, vnde non potest dici quòd motus partium, quæ auferuntur a motu TI, qui ponitur esse totius, sint maiores aut minores, quam DE, & EZ qui ponebatur motus earundẽ partium. Aut ergo motus partium consumunt per diuisionem totum TI, aut deficiunt ab eo, aut superexcedunt. Si consumunt totum TI, & non excedunt, nec deficiunt, sequitur quòd motus TI, & non excedunt nec deficiunt, sequit qđ motus TI sit æqualis DZ, qui est motus partiũ, & non differat ab eo. Si aũt motus partiũ deficiunt a TI, ita ꝙ TI excedat DZ in KI, ista pars motus, quæ est KI, nullius mobilis erit. Non.n. est motus totius AC, neque partium eius, quia vnius non est nisi vnus motus, & tam toti quam partibus assignatus est iam alius motus. Neque iterum potest dici, quod sit alicuius alterius mobilis, quia totus TI est quidã motus continuus, & motus cõtinuus oportet quod sit continuorum (vt in Quinto ostensum est) vnde nõ potest esse, quòd pars huius motus continui qui est TI, sit alicuius mobilis, quod non continuetur cũ ABC. Similiter ẽt sequitur incõueniens, si dicatur qđ motus partiũ excellat scđm diuisionẽ, quia sequetur quòd partes excedant totum, quod est impossibile. Si ergo hoc est impossibile quod excedat, vel deficiat, necesse est qđ motus partiũ sit æqualis & idẽ motui totius. Deinde cõcludit. Hæc igitur diuisio est scđm motus partiũ, & necesse est, qđ talis partitio inueniatur in motu ꝓpter hoc, quòd omne, quod mouetur, est partibile. Secundo ibi.

Demonstratio tertia ostendens idem quod supra.

A Mo B bilis C

Motus.

D E Z

T K I

ARGU. *Alia autem est temporis ratione. Nam, cũ omnis motus in tempore sit, & omne tempus sit diuisibile, minor autem in minori tempore fiat, omnis motus vti tempus diuidatur, necesse est.*

ANTI. Tex.c. 36. *Alius autem secundum tempus. Quoniam enim omnis motus in tempore, tempus autem omne diuisibile est, in minori autem minor motus, necesse est omnem diuidi motum secundum tempus.*

Concludit qđ motus diuidatur scđm diuisionẽ temporis tali rõne. Omnis motus est in tempore & oẽ tempus est diuisibile, vt probatum est; cum ergo in minori tempore sit minor motus, necesse est quod omnis motus diuidatur secundum tempus. Deinde cum dicit.

ARGU. *Cum autem oẽ, quod mouetur, in aliquo moueatur, & tẽpore aliquo mobilisque totius sit motus, easdẽ esse diuisiones & temporis & motus, & ipsius moueri, & eius quod mouetur, & ẽt eius, in quo est motus, necesse est. Verum non omnium similiter, in quibus est motus, sed quantitatis quidem per se, qualitatis vero per accidens.*

ANTI. T.com. 37. Easdem esse diuisiones ipsius tpis, ipsius motus, ipsius moueri, eius qđ mouetur, et in quo mouetur. *Quoniam aũt oẽ, quod mouetur in aliquo mouetur, & quodam tempore, et omnis moti est motus, necesse est easdem diuisiones esse temporis, & motus, & ipsius moueri, et eius quod mouetur, & eius in quo motus est, sed nõ omnium similiter est in quibus motus est, sed quanti quidem secundum seipsum, qualis autem secundum accidens.*

Ostendit quæ simul diuidantur cum motu. Et circa hoc tria facit. Primo ponit quinq; quæ simul diuiduntur. Secundo ostendit quod in omnibus prædictis simul inueniuntur finitum & infinitum. ibi. (Et ipso finita esse.) Secunda 39. Tertio ostendit in quo horum inuenitur diuisio & infinitum. ibi. (Secutum autem maximè est.) Tertia. Circa primũ duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum. ibi. (Accipiatur.n. tempus.) Dicit Infra ergo qđ quia omne quod mouetur, mouetur in aliquo .i. secundum aliquod genus vel speciem, & iterum in aliquo tẽpore, & iterum cuiuslibet mobilis est aliquis motus, necesse est quod ista quinque similiter diuidãtur. s. tempus, & motus, & ipsum moueri, & mobile quod mouetur, & id in quo est motus, vel locus, vel qualitas vel quantitas. Sed tamen non est eodem modo diuisio omnium eorum, in quibus est motus, sed quorundam quidem per se, quorundam vero per accidens, per se quidẽ omnium eorum quæ pertinent ad genus quantitatis, vt est in motu locali, & etiam in augmento & decremẽto. Per accidens vero in ijs, quæ pertinent ad qualitatem, vt in motu alterationis. Secundo ibi.


ARGU. *Accipiatur.n. tempus in quo quippiam mouetur, et sit A. & motus sit B. Si igitur in toto tempore motum est in illius dimidio motu minore est motum. Quo rursus diuiso, minori motu rursus est motum, & sic semper.*

ANTI. *Accipiatur.n. tẽpus in quo mouetur, in quo A, & motus in quo B. Si igitur secundum totum motum in toto tẽpore est motum, in medio per minorem, & iterum hoc diuiso, per minorem huius, & sic semper.*

T.c. 38. Manifestat quod dixerat. Et primo quantum ad hoc quod tempus & motus simul diuiduntur, T.c. 39. Secũdo quod motus & ipsum moueri simul diuiduntur. ibi. (Eodem autem modo.) Tertio ostendit idem de motu, & eo, in quo est motus. ibi. (Similiter autem demonstrabitur.) Circa primum duo facit, primo ostendit quod ad diuisionem temporis diuiditur motus. Secundo ꝙ econuerso ad diuisionem motus diuiditur tp̃s. ibi. (Similiter autem & si motus.) Infra Dicit ergo primo. Ponatur quod tempus in quo aliquid mouetur sit A, & motus, qui est in hoc tempore, sit B. manifestum est autem, quod si aliquid mouetur per totam magnitudinẽ in toto tp̃e, qđ in medietate temporis mouetur per minorem magnitudinem. Idem est aũt moueri toto motu, & per totam magnitudinem, & per partẽ motus, & per partem magnitu-

gnitudinis, vnde manifestum est, quod si in toto tempore mouetur toto motu, quod in parte temporis mouebitur minori motu, & iterum diuiso tempore, inuenietur minor motus, & sic semper. Ex quo patet, quod secundum diuisionem temporis diuiditur motus. Secundo ibi.

Demonstratio ostendens quod motus diuiditur secundum diuisionem temporis.



ARGU. *Simili modo, si motus est diuisibilis, & tempus est diuisibile, si enim toto motu, toto in tempore motū est, si dimidio in dimidio, & minore rursus in minore, est motum.*

ANTI. *Similiter autem & si motus diuisibilis sit & tempus diuisibile, si enim per totum in toto, per mediū in medio, & iterum per minorem in minori.*


Dicit quod econuerso, si motus diuiditur, & tempus diuiditur, si per totum motum mouetur in toto tempore, per medium motus mouebitur in medio tempore, si fit mobile idem, vel æquè velox. Deinde cum dicit,

ARGU. *Ipsum quoque moueri, modo diuiditur eodem, sit. n. ipsū moueri C. In dimidio igitur motus, minor erit toto, & in dimidio rursus dimidiū, & ita semper diuidetur.*

ANTI: T. c. 38. *Eodem autem modo & ipsum moueri diuidetur, sit. n. in quo est C ipsum moueri. Secundum igitur medium totum minor erit toto, & iterum secundum medietatis medium, & sic semper.*

Ostendit quod motus, & moueri simul diuiduntur. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit quod ipsum moueri diuiditur secundum diuisionem motus, secundo quod motus diuiditur secundum diuisionem eius, quod est moueri, ibi. (Est autem & ponentem.) Dicit ergo primo, quod eodem modo probatur quod ipsum moueri diuiditur secundum diuisionem temporis & motus, & ipsum moueri sit C. Manifestum est autem quòd non tm̄ mouetur aliquid secundum partem motus, quantum scd'm totum motum. Manifestum est ergo, quòd secundum mediū motum, pars eius, quod est moueri, erit minor toto ipso moueri, & adhuc minor scd'm medietatis medii, & sic semper procedetur, ergo sicut ips & motus semper diuiduntur, ita & ipsum moueri. Secundo ibi.

Demonstratio ostendens, quòd motus diuiditur secundum diuisionem moueri.




ARGU. *Licet et ipsum moueri quod est partis vtriusque motus DE, & FF designando, totum totius dicere esse. Nam si fit aliud, plura motus eiusdem erunt moueri: sicut & motum in motus partium (prius ostendimus) diuisibile esse. Accommodatum enim ipsum moueri, parti vtrique motus, continuum totum erit.*

ANTI. *Est autē, & ponentē secundum vtrumque; motum ipsum moueri, vt secundum DC, & CF, dicere, quòd totum erit secundum totum. Si nanque aliud, plus erit ipsum moueri secundum eundem motum, sicut determinauimus, & motum diuisibilem in partium motus esse. Accepto enim ipso moueri secundum vtrunque continuum erit totum.*

Probat quod econuerso motus diuiditur secundum diuisionem eius quod est moueri. Sint. n. duæ partes motus DC, & CE, secūdum quarum vtraque aliquid mouetur. Et sic, si partibus eius, quod est moueri rñdent partes motus, oportet dicere quòd toti rñdeat totum, quia si aliquid plus esset in vno quam in altero, erit hic argumentari de moueri ad motum, sicut supra argumētati sumus, quando ostendimus quòd motus totius est diuisibilis in motus partium, ita quòd nō potest deficere nec excellere. Similiter etiam & partes eius quod est moueri non possunt excedere partes motus, nec deficere, quia. n. necesse est accipere secundum vtranque partem motus, hoc quod est moueri, necesse est quòd totū moueri sit continuum, correspondens toti motui & ita semper partes eius, quod est moueri, respondent partibus motus, & totum toti, & sic vnum diuiditur secundum alterum. Deinde cum dicit,

Demonstratio ostendens quod moueri diuiditur secundum diuisionem motus.



ARGU. *Similiter & lōgitudo, & oē id omnino, in quo fit mutatio diuisibile demonstrabitur, & si quædam per accidens diuisibilia sunt, propterea quod id, quod mutatur, est diuisibile: nam si vnum diuidatur, omnia diuidentur.*

ANTI. T. c. 39. *Similiter autem demonstrabitur & longitudo diuisibilis, & omnino illud omne, in quo est mutatio: præter quædam, quæ secundum accidens, quod enim mutatur, est diuisibile: vno enim diuiso omnia diuidentur.*

Ostendit idem de eo in quo est motus, & dicit quòd eodē modo demonstrari potest, quòd lōgitudo, in qua mouetur aliquid secundum locum, sit diuisibilis secundum diuisionem temporis, & motus, & ipsius moueri. Et quod dicimus de longitudine in motu locali, est & intelligendum de omni eo, in quo est motus, nisi quod quædam sunt diuisibilia per accidens, sicut qualitates in motu alterationis, vt dictū est. Et inde est quòd oīa ista sic diuiduntur, quia illud quod mutatur est diuisibile, vt ostēsum est supra. Vnde vno horum diuiso, oportet, quod omnia diuidantur. Deinde cum dicit.

ARGU. *Similiter se habebunt hæc omnia infinitione etiam, atque opposita ratione.*

ANTI. *Et in ipso finita esse, aut infinita similiter se habebit in omnibus.*

Ostendit quòd sicut consequuntur præmissa diuisibilitatem, ita sequuntur in hoc quod est esse finita, vel infinita, ita quod si vnum istorum fuerit finitum, omnia

oĩa erũt finita, & si infinitũ, similiter. Deinde cũ dicit.

ARGY.

Ab eo autem maximè, quod mutatur hoc est secutum, omnia, inquam, diuidi, infinitaque esse, continuo enim eo, quod mutatur diuisibilitas ac infinitio inest. Diuisibilitas igitur prius est demonstrata, infinitio autem in sequentibus innotescet.

ANTI.

Secutum autem maximè est, diuidi omnia, & infinita esse ab ipso mutante, mox enim inest mutanti diuisibile, et infinitum. Diuisibile igitur ostensum est prius, infinitũ autem in sequentibus erit manifestum.

Ostendit in quo præmissorum primo inueniatur diuisibilitas, & finitum seu infinitum, & dicit quod maxime ab ipso, quod mutatur, consequitur de omnib. alijs ꝙ diuidatur, & quod sint finita vel infinita, quia illud ꝙ est primum naturaliter in motu, est ipsum mobile, & statim ipsi ex sua natura inest esse diuisibile, & esse finitum vel infinitũ, & sic ex ipso ad alia deriuatur diuisibilitas vel finitum, quomodo autem ipsum mobile sit diuisibile, & per ipsum alia diuidantur, ostensum est prius. Sed quomodo etiam hoc sic se habet de infinito, ostendetur inferius in hoc eodem Sexto libro.

LECTIO VII.

Illud, in quo aliquid primo mutatum est, indiuisibile esse dicitur, quomódoque primum, in quo aliquid mutatur, dari contingit, multipliciter ostenditur.

ARGI.

Cum autem omne quod mutatur, è quodam in quoddã mutetur, ipsum mutatum, cum primo mutatum est, in eo esse quo est mutatum, necesse est.

ANTI.
T. com. 40.
Omne qđ mutatur qñ primũ mutatum est, necesse est esse in quo mutatũ est.

Quoniam autem omne quod mutatur, ex quodam in aliquid mutatur, necesse est quod mutatur, cum mutatum est, esse in quo mutatum est.

Postquam Philosophus ostendit qualiter diuidatur motus, hic determinat de ordine partium motus. Et primo inquirit an sit primum in motu. Secundo ostendit quomodo ea quæ sunt in motu, præcedunt se inuicẽ, ibi (Quoniam autem omne quod mutatur in tempore mutatur.) Circa primum duo facit. Primo ostendit quod

Te.cõ. 50.

id in quo primum mutatum est, est indiuisibile. Secũdo ostendit quomodo in motu possit inueniri primum & quomodo non possit, ibi. (Dicitur autem in quo primum mutatum est.) Circa primũ duo facit. Primo

Secunda 45.

præmittit quoddam, quod est necessariũ ad propositi ostẽsionem, Secundo ostendit propositum. ibi. (In quo aũt primo mutatum est.) Circa primum duo facit. Primo

Te. cõ.44.

proponit quod intendit, Secundo probat propositum. ibi. (Quod mutatur.n.) Dicit ergo primo quod, quia omne quod mutatur, mutatur de vno termino in aliũ

Infra

necesse est omne quod mutatur, quando iam mutatum est, esse in termino ad quem. Secundo ibi.

ARGI.

Id.n. quod mutatur, exit ab eo ex quo mutatur, aut ipsum relinquit. Atq. aut idem est mutari atque relinquere, aut sequitur relinquere quidem mutari, reliquisse autẽ esse mutatum. Nam ad vtrunque similiter se habet vtrũque. Cum igitur vna mutationum sit ea, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem, patet cum mutatum est quippiam in id quod est, ex eo quod haud est, id iam ipsum, quo haud est reliquisse, quo fit, vt sit in eo quod est, omne nanque quoduis, aut esse, aut non esse necesse est. Patet igitur ipsum mutatum ea mutatione, cuius termini cõtradictoriam subeunt oppositionem, in eo esse, in quod est mutatum, quod si in hoc ita est & in cæteris ita erit. Similiter enim in vna & in cæteris, hoc sese habet.

ANTI.

Quod mutatur.n. ex quo mutatur distat, aut deficit ipsum, & aut idẽ est mutari et deficere, aut sequitur ad mutari ipsum deficere, aut quod est mutatum esse defecisse, similiter.n. vtrunque se habet ad vtrunq;. Quoniam ergo in vna mutatione quæ secundum contradictionem est, quando mutatũ est ab eo, quod non est in esse, defecit non ens, erit igitur in esse, omne.n. necesse est esse, aut nõ esse. Manifestum igitur quòd in mutatione secundum contradictionẽ, quod mutatũ est, erit in quo mutatum est. Si aũt in hoc, & in alijs est, similiter enim in vna & in alijs est.

Probat propositum duabus rationibus, quarum prima est particularis, secunda vniuersalis. Prima ratio talis est. Omne quod mutatur oportet quod aut distet a termino a quo mutaĩ, sicut patet in motu locali, in quo locus a quo mutatur, remanet, & mobile per motum fit distans ab eo, aut oportet quod ipse terminus a quo deficiat, sicut est in motu alterationis, cum enim ex albo fit nigrum, ipsa albedo deficit. Et ad huius propositionis manifestationem subiungit, ꝙ uel mutari est idem, quod est deficere, uel ad hoc quod est mutari sequitur ipsum deficere, & ad hoc quod est mutatum esse sequitur defecisse, s. a termino a quo, vnde manifestum est ꝙ sunt idẽ subiecto, licet differant ratione. Nã deficere dr̃ per respectum ad terminum a quo, mutatio autẽ magis denominatur a termino, ad quem. Et ad manifestationẽ eius quod dixerat subdit quod, similiter vtrunque se habet ad vtrunque, i. sicut se habet deficere ad mutari, ita defecisse ad mutatum esse. Ex præmissis autem argumentatur ad propositum ostendendũ in vna specie mutationis, quæ. s. est inter contradictorie opposita, s. inter esse, & non esse, ut patet in generatione & corrup. Patet enim ex præmissis, quòd omne quod mutatur, deficit a termino a quo, & quod mutatum est iã defecit. Quando igitur mutatum est aliquid a non esse in esse, iam defecit a non esse, sed de quolibet verum est dicere, quod aut est, aut non est, quod ergo mutatũ est de nõ esse in esse, mutatum est in esse, & similiter quod mutatum est de esse, in nõ esse, oportet quod sit in non esse. Manifestum ergo est quod in mutatione, quæ est secundum contradictionem, quod mutatum est, est in eo ad quod mutatum est. Et, si est uerum in ista mutatione, pari ratione est uerum in aliis mutationibus. Ex quo patet id, quod primo propositum est.

Secundam rationem ponit ibi.

ARGU.

Præterea. si quaq; sumatur, hoc et in vniuersis esse patebit. sit ipsum mutatum alicubi, aut in aliquo esse, necesse est. Quoniam.n. id è quo est mutatum relinquit, atque ipsum alicubi esse necesse est, aut in hoc erit, aut in alio. At si in alio, vt in C, id profecto quod in ipsum B est mutatũ, rursus in B mutatur ex C. ipsũ nanq; C non erat ipsi cohærens B, mutatio.n. continua est, quo fit vt ipsum mutatũ, cũ est mutatũ, ad id mutetur, in quod est mutatũ, quod est fieri nequit. Id ergo, quod est mutatum, in eo esse, in qđ est mutatum, necesse est. Patet igitur & ipsum factũ tũ esse cũ factum est, & ipsum corruptum, tum non esse cum est corruptum. Hoc.n. & si de omni mutatione est dictũ, maxime tamen in ea dilucidum est, cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem, patet igitur ipsum mutatũ in eo esse, in quod est mutatum, cum mutatum est primo.

ANTI.
T. com. 42.

Amplius aũt, & secundum vnamquamq; accipientib. manifestum est, siquidem necesse est quod mutatum est alicubi esse, aut ex quo mutatũ est, aut in aliquo. Quoniã aũt ex quo mutatum est defecit, necesse est aut esse alicubi, aut in hoc, aut in alio erit. Si igitur in alio, vt in ipso C, quod in ipsum B mutatum est, iterum ex C, mutatur in B, nõ.n. erat habitũ ipsi B, mutatio.n. continua est, quare quod mutatũ est quãdo mutatũ, mutatur in quod mutatũ est, hoc autem est impossibile, necesse ergo quod mutatum est esse in hoc, in quod mutatum est. Manifestum igitur est, & quod factum, cum factum est, erit, & quod corruptum est, non erit, vniuersaliter.n. dictum est, & de omni mutatione, & maxime est manifestum in ea, quæ est secundũ contradictionẽ. Quod igitur id quod mutatum est, cum mutatum est primo, in illo est, manifestum est.

T.com. 43.

Et dicit ꝙ hoc idem potest esse manifestum cõsiderando sm̃ unamquamq. mutationem. Et manifestat in


Secunda

muta-

mutatione locali. Omne.n. quod mutatū est necesse est esse alicubi, vel in termino a quo, vel in aliquo alio. Sed quia illud, quod mutatum est, iam defecit ab eo ex quo mutatum est, necesse est quod sit alibi, aut igitur necesse est quod sit in hoc, de quo intendimus. s. in termino ad quem, aut in alio, & si est in hoc, habetur propositū, si aūt in alio, ponamus quod aliquid moueatur in B, & quando mutatum est non sit in B, sed in G. tunc oportebit dicere quod etiam de C mutetur in B, quia C, & B. non sunt habita, i. cōsequenter se habentia. Oportet.n. quod tota huius mutatio sit continua, & in continuis, vnum signum non est consequenter se habens ad alterum, quia necesse est quod cadat in medio aliqd sui generis, vt supra probatum est, vnde sequetur, si illud qđ mutatum est, quando mutatum est, sit in C, & de C mutatur in B, quod est terminus ad quem, quod quando mutatum est, tūc mutatur in quod mutatum est, quòd est imposibile, non.n. simul est mutari & mutatum esse, vt supra dictum est. Nihil autem differt si hmōi termini C, & B, accipiantur in motu locali, vel in quacunque alia mutatione. Necesse est ergo vniuersaliter verū esse, quod id quod mutatum est, qñ mutatum est, est in hoc ad quod mutatum est. i. in termino ad quem. Et ex hoc vlterius concludit, quod illud, quod factum est, qñ factum est habet esse, & quod corruptum est, quando corruptum est, est non ens. Ostensum est enim vniuersaliter hic de omni mutatione, & maxime manifestum est in mutatione, quæ est secundum contradictionem, vt ex dictis patet. Sic igitur manifestum est quod id, qđ mutatum est, cum primo mutatum est, est in illo ad qđ mutatum est. Addit autem (primo) quia postquam mutatum est ad aliquid, posset exinde moueri, & ibi nō esset, sed quando primo mutatum est, oportet qđ ibi sit.

Deinde cum dicit.

Demonstratio probans quod illud quod mutatum est, est in eo in quod mutatum est.




ARGY. *Id aūt in quo primo quippiam est mutatū, indiuiduum esse, necesse est. Atq; id dico primū, quod non ex eo est tale, quia aliquid ipsius est tale. Sit.n. diuisibile literis AC designatum atque diuisum in B, si igitur in AB, aut rursus in BC, est mutatum, non in ipso primo AC, est mutatum sin in vtroq; mutatur (in vtroq; .n. aut mutatum esse aut mutari necesse est) & in toto sane mutatur, at mutatū esse supponebatur. Eadē est rō & si in altero mutatur, in altero est mutatū, erit.n. quod prius primo, quare non erit id diuisibile in quo est mutatum. Patet igitur tā corruptū quam generatū in indiuiduo corruptū esse ac generatum.*

ANTI. T.c.44. *In quo autem primo mutatum est id quod mutatū est, necesse est atomum esse. Dico autem primo, quod non propterea quod alterum aliquid ipsius sit, huiusmodi est: Sit igitur diuisibile quod est AC, & diuidatur secundum B. Si igitur in A mutatum est, aut iterum in BC, nō utique*

T.c.45. *in primo quod est AC, quod mutatū est, erit. Si autem trāsmutabatur in vtroq; (necesse est. n. in vtroq; transmutatum esse, aut transmutari) & vtique in toto transmutabatur, sed erat mutatum. Eadem aūt rō est, & si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est: erit. n. aliquid primo prius, quare non erit vtiq; diuisibile, in quo mutatum est. Manifestum est igitur, quia & quod corruptum est, & quod factum est, in atomo hoc quidem corruptum, hoc autem factum est.*

Ostendit quod mutatum esse primo & p se est in indiuisibili, & dicit quod illud tempus, in quo primo mutatum est quod mutatum est, necesse est qđ sit atomū, i. indiuisibile. Quare autē addit, primo exponit subdēs quod in illo primo dicitur aliquid mutatū esse, in quo non dicitur mutatum esse ratione alicuius suæ partis, sicut si dicatur aliquod mobile mutatum esse in die, quia mutatum est in aliqua parte illius diei, non enim primo mutatur in die, Quod autem illud temporis in quo primo mutatum est, sit indiuisibile, sic probat.

Demonstratio ostendens, quòd id, in quo aliquid primo mutatum est, non est tempus, neque aliquid diuisibile, sed instans & indiuisibile.



Si.n. sit diuisibile, sit A C & diuidatur secundum B necesse est dicere, φ aut in vtroque mutatū sit, aut in vtraq. parte mutetur, aut in vna parte mutetur, & in alia sit mutatum, sed si in vtraque parte mutatum est, non primo mutatum est in toto, sed in parte. Si vero detur φ transmutetur in vtraq. parte, oportebit dicere quod transmutetur in toto. (Sic.n. dr aliquid in toto tempore mutari, quia mutatur in qualibet eius parte.) Hoc autē est contra positum, positum.n. erat quod in toto AC, erat mutatum, si autem detur quod in vna parte mutatur, & in alia sit mutatum, sequitur idem inconueniens .s. quod non sit primo mutatum in toto, quia cum pars sit prior toto, & prius mutetur aliquid in parte temporis quam in toto, sequetur quod sit aliquid prius primo, quod est impossibile, ergo oportet dicere, quod id tempus, in quo aliquid mutatum est, sit indiuisibile. Ex hoc autem vlterius concludit, quod omne quod corruptum est, & omne quod factum est, est in indiuisibili temporis factum & corruptum, quia generatio & corruptio sunt termini alterationis, vnde, si quilibet motus terminatur in instanti, idem est enim primo mutatum esse. quod terminari motū, sequitur quod generatio & corruptio sunt in instanti. Deinde cum dicit.

Bifariam autem dicitur id, in quo primo quippiam est mutatum. Vno modo in quo primo finita mutatio est, tūc .n. vere dicere licet illud esse mutatum, altero in quo primo mutari cępit. Id igitur, quod in fine mutatiōis dicitur, primum est, vereq; dicitur esse, nā & fit vt finiatur tandem mutatio, & est exitus finisve mutationis, quem tā, & ostendimus indiuisibilem esse, propterea quod vltimū est. At quod in principio mutationis dicitur primum id omnino non est: non est enim mutationis principium, nec id in quo primo temporis mutabitur. ARGU.

ANTI. Id, i quo primo aliquid mutatū est bifariam dicitur.

T.c.46. Finem motus dari, nō autem principium, i ufra.

Dicitur aūt id in quo primo mutatum est, dupliciter. Alius quidem, in quo primo perfecta est mutatio: tūc.n. verum est dicere quod mutatū est. Aliud vero in quo primo cœpit mutari. Secundum quidem igitur finem mutationis quod primum dicitur, existit & est, contingit enim perfici mutationē, & est mutationis finis, quod ostensum

est

est indiuisibile esse, propter id quod finis est. Quod autem secundum principium, omnino non est, non enim principiũ est mutationis, neque in quo prius quis mutabatur.


Ostendit quomodo in motu possit accipi primum. Et circa hoc duo facit. Primo proponit veritatẽ. Secundo probat. ibi: (Sit enim primum) Dicit ergo primo, qđ hoc quod dr̃ (in quo primo mutatum est aliquid) potest intelligi dupliciter. Vno modo in quo primo mutatio est perfecta vel terminata, tunc enim verum est dicere quod mutatum est, quando iam mutatio est facta. Alio modo potest intelligi, in quo primum mutatũ est, .i. in quo primo incœpit mutari, non in quo primo fuit verum dicere, quod iam mutatũ esset. Primo igitur modo accipiendo, s. secundum terminationem mutationis est. Contingit enim aliquando primo terminari mutationem, quia cuiuslibet mutationis est aliquis terminus. Et hoc modo intelleximus quod primo mutatum est esse indiuisibile, & ostensum est hoc hac ratione, qa est finis, i. terminus motus, omnis autem terminus continui indiuisibilis est. Sed, si accipiatur quod primo mutatum est, secundo modo dicendi. s. secundum principium, i. secundum primam partem motus, sic non est in quo primo mutatum est, nõ enim est accipere aliquod principium mutationis. i. aliquam primam partem mutationis, quam non præcedat alia pars. Similiter etiam non est accipere aliquid primum in tempore, in quo primo mutetur. Secundo ibi.

ARGI. *Sit. n. primum AD, hoc igitur indiuisibile quidem non est: accidet. n. vt sint hærentia ipsa nunc. Præterea nisi in FA tẽpore toto quiescit, ponatur enim in illo quiescere, et in A quoque quiescit. Quare, si ipsum AD, partibus vacet, simul quiescet, atque erit mutatum in A nanq; quiescit, in D vero mutatum est. Cumque autem non sit partibus vacans, diuisibile necesse est esse atque in quauis eius parte mutatum esse, & enim AD diuiso, si in neutra quidem parte mutatum est neque in toto sane mutatum est, secundũ in ambabus mutatur in toto quoque mutatur, quod si in altera est mutatum, non in toto primo mutatũ est, quare necesse est, in quacunque esse mutatum. Patet igitur non esse id in quo primo mutatum est, quippe cum diuisiones sint infinitæ.*

ANTI.1 *Sit. n. primũ in quo sit AD, hoc igitur indiuisibile quidem non est, accidet. n. habita esse ipsa nunc; Amplius si in CA, tempore, omnino quiescit, ponatur. n. quiescens, & in A quiescet. Quare, si impartibile est AD, simul quiescet, & mutatum erit, in A quidem enim quiescit, in D autem*
T. c.47. *mutatum est. Quoniam aũt non est impartibile, necesse est diuisibile esse, & in quolibet eius mutatũ esse diuiso .n. ipso AD, si in neutra quidẽ mutatũ est, neque in toto est AD, si aũt in ambobus mutatur, & in toto, si vero in altero tantum mutatum est, non in toto primo, quare necesse est in quolibet mutatum esse. Manifestum igitur est, quod non est in quo primo mutatum est, infinitæ enim diuisiones sunt.*

Probat quod non est accipere primum in quo mutatum est ex parte principij, & primo ratione accepta ex
Tex. 48. parte t pis, Secundo ex parte mobilis ibi. (Neque itaq.
Secunda 49 in eo qđ mutatum est.) Tertio ex parte rei in qua mot[9] est, ibi, ipsum autem quod mutatur. Circa primũ ponit talem rõnem. Si est aliquid t pis in quo primo mutatũ est, sit illud AD. Hoc igitur aut est diuisibile aut indiuisibile, si est indiuisibile, sequentur duo incõuenientia, quorũ primũ est, qđ ipsa nunc in t pe sint habita, i. consequentia. Quod quidem inconueniens hac rõne sequitur, ꝙ tp̃s diuiditur sicut & motus, vt supra ostensum est. Si aũt aliqua pars motus fuerit in AD, necesse est dicere quod AD sit aliqua pars t pis & ita tempus erit cõpositum ex indiuisibilib. Indiuisibile aũt t pis est ipsum nunc, sequetur ergo ꝙ ipsa nunc consequenter se habeant in t pe. Secundum inconueniens est. Ponamus .n. qđ in t pe, qđ præcedit ipsum AD, qđ est CA, idem mobile qđ ponebat moueri in AD. totaliter quiescat, si ergo in toto CA quiescit, sequitur qđ quiescat in A, qđ est aliquid eius, si ergo AD, est indiuisibile, vt dictũ est, sequitur, quod simul aliquid quiescat & moueatur, conclusum est. n. qđ quiescat in CA, & positum erat qđ in AD, moueretur. Idem autem est A, & AD., si AD. sit indiuisibile, sequetur ergo quod in eodẽ quiescat & moueatur. Sed aduertendum est, quod non sequitur, si aliquid quiescit in toto t pe, quod quiescat in vltimo eius indiuisibili, quia ostensum est supra, quod in nunc neq; mouetur aliquid, neque quiescit. Sed Arist. hoc concludit hic ex hoc, quod ponitur ab aduersario, quia id tẽporis, in quo mouet, est indiuisibile, & si contingit moueri in indiuisibili t pis, contingit eadem ratione indiuisibili t pe quiescere. Remoto ergo quod AD in quo dr̃ primo moueri, sit impartibile, relinquitur quod necesse sit illud esse diuisibile, & ex quo in AD ponit primo moueri, sequitur quod in quolibet eius moueatur. Quod sic probat. Diuidatur. n. ipsum AD in duas partes, aut igitur in neutra parte mutatur, aut in ambabus, aut in altera parte tantum, si in neutra mutatur, sequitur quod neque in toto, sed si mutetur in ambabus partibus, tunc poterit poni quod mutatur in toto. Sed si in altero tantum moueatur, sequetur, quod moueatur in toto, sed non primo, sed ratione partis. Quia igitur primo ponitur moueri in toto, oportet hoc accipere quod in qualibet parte eius moueatur. Sed tempus diuiditur in infinitum, sicut & quodlibet continuum; & ita semper est accipere partem minorem ante partem maiorem, sicut si acciperem diẽ ante mensem, & horam ante diem. Manifestum ergo quod non est accipere aliquid t pis, in quo primo mouetur, ita. s. quod non sit accipere aliquã partem eius, in qua prius moueatur. Sicut si daretur, quod dies est quo primo aliquid mouetur, hoc nõ potest esse, quia in parte eius, s. in prima hora diei, primo mouetur, quam in toto die. Secundo ibi. Lec 18. c. 29. & 39.

Demonstratio Prima sumpta ex parte temporis, ostendẽs quod non est accipere primum in quo mutatum est, ex parte principij.



ARGY. *At vero nec ipsius mutati quicquã erit primũ, quod est mutatũ, sit. n. ipsius DF mutatũ primũ DE, nã oẽ quod mutatur, demonstratum est diuisibile esse. Tẽpus aũt in quo DF, mutatũ est sit HI. Si igitur in illo toto ipsum DF, est mutatũ, in dimidio minus fuit mutatum, & prius ipso DF et hoc rursus aliud prius, et sic semper. Quare nihil erit eius quod mutatur quod primum est mutatum. Patet igitur ex hisce quæ diximus, neque eius quod mutatur, neque temporis, in quo mutatur, primum aliquid esse.*

ANTI. *Neque igitur in eo quod mutatum est, aliquid ipsius*

prius

prius est, quod mutatum est. Sit .n. D.F. quod primo mutatum est ipsius DF, omne .n. quod mutatur, diuisibile esse demonstratum est. Tempus autem in quo DF, mutatū est sit in quo HI. Si ergo in omni DF mutatū est in medio minus est quod mutatum est, & prius est ipso DF & iterū hoc aliud & illo alterum, & sic semper, quare nihil erit primum mutantis quod mutatum est. Quod igitur neque in eo quod mutatur, neque in quo mutatur tempore nihil prius sit, manifestum ex his quæ dicta sunt.

T.c.94.

Ostendit idem ex parte mobilis concludens ex præmissis, quod neque in ipso quod mutatur est accipere aliquid quod primo muretur. Quod quidem intelligendum est secundum quod per mutatum totius vel partis aliquod determinatum signum pertransitur. Manifestū est .n. quod primo pertrāsit aliquid determinatum prima pars mobilis, & secundo, secunda, & sic deinceps, alioquin si intelligeretur de motu absolute, nō haberet locum quod hic dr. Manifestum est enim quod simul mouentur totum, & omnes partes eius, sed non simul pertransit aliquid determinatum, sed semper pars ante partem. Vnde sicut non est accipere primā partē mobilis, antequam non sit alia minor pars, ita nō est accipere aliquam partem mobilis, quæ primo moueatur. Et quia tēpus & mobile similiter diuiduntur, vt supra ostensum est, conuenienter ex eo quod demonstratum est de tempore, cōcludit idem de mobili, & probat sic. Sit mobile ipsum DE, & quia omne mobile diuisibile est, vt supra probatum est, sit pars eius, quæ primo mouetur DF. & moueatur DF, pertranseundo aliquod determinatum signum in tempore quod sit HI. si igitur DF, mutatum est in toto hoc tempore, sequitur quod illud quod mutatum est in medio temporis, sit minus, & prius motum quam DF. & eadem ratione erit aliud prius isto, & iterum aliud prius illo, & sic semper, quia tempus in infinitum diuiditur, manifestum est ergo quod in mobili non est accipere aliquid, quod primo mutatū est. Et sic patet, quod primum in motu non potest accipi neque ex parte temporis, neque ex parte mobilis.

Tertio ibi.

Demonstratio Secunda ostendens idem, quod supra simpta ex parte mobilis.

H I. Tempus

Mobile
D F E.H

ARGU.

Ipsum autem, quod mutatur, non eodem modo se habet. Tria naq; esse dicuntur in ipsa mutatione, id quod mutatur, & id in quo, atq; id quo mutatur, vt homo, tempus, atq; albedo. Homo igitur & tempus diuisibilia sunt, sed de albedine est alia rō, atque tamen per accidens oia diuisibilia sunt, cui n.q. albedo vel qualitas accidit, id est diuisibile. Nā neque in his erit primum quæ per se, & nō per accidens dicuntur diuisibilia, quales sunt magnitudines ipsa: sit .n. mobile AB, motum ex B in C, primum igitur si indiuisibile sit ipsum BC parte vacans, erit parens parti vacanti. Sin diuisibile, erit aliquid ipso C prius, in quod est mutatum, & illo rursus aliud prius, & sic semper, nunquam .n. diuisio deficit. Quare non erit quicquam primū, in quod est mutatum similiter et res sese habet, & in quantitatis mutatione, nam & hæc in cōtinuo est. Patet igitur in solo qualitatis motu, per se indiuisibile esse posse.

ANTI.

Ipsum autem quod mutatur, aut secundum quod mutatur, nō amplius similiter se habebit. Tria namque sunt, quæ esse dicitur in mutatione quod mutatur, & in quo, & quod mutatur, vt homo, tempus, & albū hō igitur, & tempus, diuisibilia sunt, de albo autem alia ratio est, propter id quod secundū accidens omnia diuisibilia sunt: cui enim accidit album, aut quale, illud diuisibile est. Quoniā quæcunq; dicūtur secundū seipsa diuisibilia, & non secundum accidē neque in his erit primum, vt magnitudinibus. Sit .n. ain quo est AB magnitudo, motū autem sit ex B in C primum igitur si indiuisibile erit BC, impartibile impartibili erit contunctum. Si vero diuisibile, erit aliquid ipso C prius, in quo mutatum est, & illo iterum aliud, & sic semper propter id quod nullo modo deficit diuisio, quare non erit primū in quod mutatum est. Similiter autem est & in quantitatis mutatione: & enim hec in continuo erit. Manifestum igitur, quod in sola mutatione quæ secundum qualitatem est, contingit indiuisibile per se esse.

Ostēdit idem ex parte rei in qua est motus. Præmittit tn̄ quod non similiter se habet de eo, quod mutatur (vel vt melius dicatur secundum quod mutatur) sicut de tempore & mobili. Cum .n. sit tria accipere in mutatione, s. mobile, quod mutatur, vt homo, & in quo mutatur, vt tempus, & in quod mutatur, vt album, horum duo, s. tempus, & mobile, sunt semper diuisibilia. Sed de albo est alia ratio, quia album non est diuisibile per se, sed tam ipsum, quam omnia alia huiusmodi sunt diuisibilia per accidens, in quantum s. illud cui accidit album, vel quæcunque alia qualitas, est diuisibile. Diuisio autem albi per accidens, potest esse dupliciter. Vno modo secundum partes quantitatiuas, sicut si superficies alba diuidatur in duas partes, album, per accidens diuisum erit alio modo secundum intentionem & remissionem, quod enim vna & eadem pars sit magis vel minus alba, non est ex ipsa ratione albedinis, quia si esset separata, non diceret scd'm magis & minus, sicut, ne que substantia suscipit magis neque minus, sed est ex diuerso modo participandi albedinem ex parte subiecti diuisibilis. Prætermisso igitur hoc quod diuiditur per accidens, si accipiamus ea secūdum quæ est motus, quæ diuiduntur per se & non per accidens, neque etiā in his erit primum, & manifestat hoc primo in magnitudinibus, in quibus est motus localis. Sit enim magnitudo spatii, in quo est AB, & diuidatur in C, detur ergo quod ex B in C aliquid primo moueatur. Aut igitur BC, est diuisibile aut indiuisibile. Si indiuisibile, sequitur quod impartibile erit cōiunctum impartibili, quia eadem ratione secunda pars motus erit impartibilis, sic enim oportet diuidere magnitudinem, sicut & motum vt supra de tempore dictum est. Si autem BC, sit diuisibile, erit aliquid signum prius, i. propinquius ipsi B quam C, & sic prius mutatur ex B in illud quā in C, & iterum illo erit accipere aliud prius, & sic semper, quia diuisio magnitudinis nō deficit. Patet ergo quod nō est accipere aliquod primum, in quod mutatū sit in motu locali. Et similiter manifestum est in mutatione quantitatis, quæ est augmentum & decrementum, quia talis et mutatio est secundum aliquod continuum. Mensurat quantitatem accrescentem vel subtractam, quæ, cum sit in infinitum diuisibilis, non est in ea accipere primum. Et sic manifestum est, quod in sola mutatione, quæ est secundum qualitatem, contingit aliquid esse indiuisibile per se, In quantū tn̄ est diuisibile per accidens, similiter nō est accipere primū in mutatione tali, siue accipiatur secundo mutationis, in quātū aliqua pars post partem alteratur. Manifestum est .n. quod non erit accipere primā partē albi, sicut nec primam


Diuiditur, accidens quod libet ad diuisionē subiecti in quo est secūdū partes quātitatiuas, & secundum intensionem ac remissionem.

T.c.95.

T.c.96.

primam partē magnitudinis, siue accipiatur successio alterationis, secúdum quod aliquid idem est albius vel minus album, quia subiectum infinitis modis potest variari secúdum magis album & minus album. Et sic motus alterationis potest esse continuus, & non habés aliquid primum.

Demonstratio Tertia ostendens idem quod supra, sumpta ex parte magnitudinis.



LECTIO VIII.

Quodcunque moueri, præcedere aliquod mutatū esse, & econuerso, quibusdam rationibus demonstratur.

ARGL. *Cum autem omne quod mutatur, in tempore mutetur, mutari vero in tēpore dicatur & vt in primo, & vt per aliud, quo pacto in anno mutari dr̄, quia mutatur in die, id sane, quod mutatur, in quacunq; eius tpis parte mutari, in quo primo mutatur, necesse est. Id ita esse patet quidē, & ex definitione ipsius primi, sic.n. ipsū antea definiebamus. Patebit autem & ex hisce quæ deinceps dicemus, sit .n. tps AB, in quo quippiam primo mouetur, atq; cum oē tempus sit diuisibile, diuidatur in C, in tempore igitur AC mouetur, aut non mouetur, & eodem modo rursus in ipso CB. Si igitur neutra in parte mouetur, in toto sane quiescit, impossibile est.n. moueri, si nulla in parte eius moueatur, si in altera tantum mouetur, non in AB tempore primo mouetur, per aliud enim in ipso mouetur. Ergo quacūque in parte temporis moueatur necesse est.*

ANTI. T.c.50. *Quoniam autem omne quod mutatur, in tempore mutatur, dicitur autem in tempore mutari & sicut primo, & sicut secundum alterum, vt in anno, quia in die mutatur, in quo primo tempore mutatur id, quod mutatur, & in qualibet huius necesse est parte mutari. Manifestū est igitur & ex definitione, primum. n. sic diximus.*
T.c.51. *Sed & ex his manifestum est. Sit.n. in quo primo mouetur quod mouetur YC, et diuidatur secundum K, omne.n. tempus diuisibile est, in YK tempore igitur aut mouetur aut non mouetur, & iterum in KC similiter. Si igitur in neutro mouetur, quiescet itaque in toto; moueri enim id, quod in nulla huius parte mouetur, impossibile est, si vero in altera solum mouetur, non vtique in primo mouetur, quod est YK. secundum enim vtrunq; motus est. Necesse est igitur, in qualibet ipsius YK motum ipsum esse.*

Postquam Philosophus ostendit qualiter sit accipere primum in mutatione & qualiter non, hic ostendit ordinem eorum, quę in motu inueniuntur adinuicē. Et primo præmittit quædam necessaria ad propositum ostendendum, secundo ostendit propositum. ibi (Ostenso aūt hoc.) Dicit ergo primo, quod omne quod mutatur, mutatur in tempore, vt supra ostensum est, sed in tēpore aliquo dr̄ aliquid mutari dupliciter, vno mō primo, & per se, alio modo secundum alterum. i. ratione
Tex. c.52. partis, sicut dr̄ aliquid mutari in anno, qđ mutaŕ in die. Hac ergo distinctione præmissa, proponit qđ intēdit probare. f. si aliqđ muteŕ primo in aliquo tpe necesse est, qđ mutet in qualibet parte illius tpis; & hoc pbat dupliciter. Primo quidē, ex definitione eius qđ dr̄ primū. Hoc.n. dr̄ primo alicui conuenire qđ conuenit secundū quamlibet suam partē, vt in principio Quinti dictum est. Secundo probat idem per rationem. Sit enim tps, in quo primo aliquid mouetur YK, & quia omne tempus est diuisibile, diuidatur secúdum K, necesse est ergo dicere, qp in parte tpis quæ est YK, aut moueaŕ, aut non moueatur, & similiter de parte quæ est K R. Si ergo detur quod in neutra harum partium mouetur, sequitur quod neque in toto YR, moueatur, sed quiescat in eo, quia impossibile est quod aliquid moueatur in tēpore, in cuius nulla parte moueatur. Si autem detur qđ in vna parte temporis moueatur, & non in alia, sequiŕ quod non primo moueatur in YK tempore, quia oporteret quod secundum vtranque partē moueretur, & nō secundum alteram tantum, Necesse est ergo dicere, qđ moueatur in qualibet parte temporis, quod est YK, & hoc est quod demonstrare volumus. f. in quo primo tempore aliquid mouetur, in qualibet parte eius mouetur. Secundo ibi.

Demonstratio probans, quod id quod mouetur primo in aliquo tempore, mouetur in qualibet parte illius temporis.



Hoc autē demonstrato, patet oē quod mouetur prius necessario motum esse. Nam si in AB tēpore primo per FG spatium quippiam motum est, id quod æqua celeritate mouetur, simulq; incepit per dimidium in dimidio temporis erit motum. Quod si id tempore in eodem motum est per magnitudinem aliquam & alterum per eandem, necesse est esse motum. Quare motum est id, vt diximus, quod mouetur. ARGL.

Ostenso autem hoc, manifestum est, quod omne quod mouetur, necesse est, motum esse prius. Si enim XR primo tempore per KL motū est magnitudinem, in medio tempore quod æque velociter mouetur & simul inceptū est medium erit motum. Si autem æqua velox in eodem tempore motum est aliquid, & alterum necesse est per eandem motum esse magnitudinem, quare erit motum prius quod mouetur. ANTI. T.c.52.


Procedit ad principale ꝓpositū ostēdendū. Et circa hoc duo facit Primo inducit demōstrationes ad propositū ostēdēdum, scđo cōcludit veritatem determinatā ibi. Quare necesse est. Circa primum duo facit. Primo ostēdit qp ante oē moueri pcedit mutatū esse, scđo qp econuerso ante qđlibet mutatū esse pcedit moueri ibi. Nō solū aūt quod mutaŕ, primū ostēdit trib. rationib. quarum prima talis est. Detur quod in YR primo tempore; aliquod mobile motum sit per KL magnitudinē, manifestum est, quod si accipiatur aliud mobile æque velox, quod simul inceptum est moueri cū ipso in medietate tēporis motum erit per medium magnitudinis, cum ergo sit æque velox illud mobile, quod poniŕ moueri per totam magnitudinem, sequitur, quod etiam ipsum in eodem tempore scilicet medietate temporis YR motum est iam per eandem magnitudinem, quæ, f. est pars totius magnitudinis KL, sequetur ergo, quod illud quod mouetur, prius est mutatum, vt autem illud Secunda st T.c.53.


quod

quod hic dr̃ manifestius intelligatur, cōsiderandū est, qđ sicut punctus nominat terminum lineæ, ita mutatū esse nominat terminū motus, quācunq. aūt lineam vel partem lineæ accipias, ſp est dicere, qđ ante consumationem lineæ totius, sit accipere aliqđ punctū, ſcđm qđ linea diuidatur, & similiter ante quemlibet motū, & ante quācūq. partē motus, est accipere aliqđ mutatū esse. Quia dū mobile est in moueri ad aliquem terminū, iam pertransiuit aliquod signum, respectu cuius iam dr̃ mutatū esse, sed sicut punctū infra lineam est in potentia ante lineæ diuisionem, in actu aūt qñ iā linea est diuisa, cum punctum sit ipsa lineæ diuisio : similiter, hoc quod dico, mutatum esse, infra motum est in potentia, qñ motus non ibi terminatur, sed si ibi terminetur, erit in actu. Et, qa quod est in actu notius est eo quod est in potentia, ideo Aris. probauit, ꝙ illud quod continue mouetur, iam mutatum est aliquid per aliud mobile æque velox, cuius motus iam terminatus est. Sicut si quis probaret quod in aliqua linea esse punctum in potentia per hoc, quod alia linea eiusdem rationis esset diuisa in actu. Secundam rationem ponit ibi.

Demonstratio Prima probans, quod ante omne moueri præcedit mutatum esse, sumpta a magnitudine.

Y.Z Tempus, R.C.






ARGY. *Præterea, si in AB toto, vel quouis omnino tēpore propterea motum dicimus quippiā esse quod ipsius vltimum nunc accipimus, id est enim quod terminat, atq; inter ipsa nunc semper est tempus, in cæteris etiam sane simili modo motum esse dicetur. Dimidij aūt extremū, est ipsa diuisio, quare & dimidio motum erit, & in quacunq; omnino parte. Semper. n. per diuisionem continuo tempus ab ipsis nunc terminatum euadit. Quod si oē tempus est diuisibile, & id quod est inter nunc ipsa tempus est, vti diximus, oē profecto, quod mutatur, infinities est mutatum.*

ANTI. Tex.c.35 *Amplius aūt, & si in omni t pe qđ est YK, motū esse dicimus, aut omnino in quolibet tēpore, in accipiendo vltimū ipsius t pis nunc, hoc. n. determinans est, & mediū ipsorū nunc t ps est, & in alijs similiter dicetur motū esse. Medietatis aūt vltimū, diuisio est, quare & in medio motū erit, & omnino in qualibet partiū: semper. n. simul cum diuisione, tēpus est determinatum ab ipsis nunc. Si igitur omne tempus diuisibile est, medium autem ipsorum nunc tempus est, omne, quod mutatur, infinities mutatum erit.*

Tertia ratio Quæ talis est. In in toto tempore YK, vel in quocūque alio, dicitur aliquid mutatum esse, per hoc, ꝙ accipitur vltimū nunc ipsius temporis non qđ in nunc moueatur aliquid, sed quia in nunc terminatur motus. Vñ hic non accipit mutatū esse pro eo, quod est aliqñ moueri, sed pro eo quod est terminari motum. Ideo autem necesse est terminari motum in vltimo nunc t pis mensurantis motum, quia ipsum nunc determinat tēpus, i. est terminus ipsius, sicut punctum lineæ, & oportet oē tp̄s esse medium inter duo nūc, sicut linea est inter duo puncta. Quia ergo moueri est in tempore, sequitur qđ motum esse sit in nunc, quod est terminus temporis, & si ita est de motu, qui est in toto tempore, oportet etiā quod similiter dicatur de partibus motus, quæ sunt in partibus temporis. Iam. n. ostensum est, quod si aliquid mouetur primo in toto t pe, quod mouetur in qualibet parte t pis. Quælibet autem pars temporis accepta terminatur ad aliquod nunc, oportet. n. quod vltimū medietatis t pis sit, diuisio .i. ipsum nunc, quod diuidit inter duas partes tēporis. Quare sequitur, quod illud qđ mouetur ꝑ totum, sit prius motum in medio, propter nunc, quod determinat medium. Et eadem ratio est de qualibet alia parte temporis. Qualitercunq; . n. diuidatur tp̄s, semper inuenietur quælibet pars t pis determinari a duob. nūc, & post primum nunc t pis mensurantis motum, quodcunque aliud nunc accipiatur, in eo iam motum est, quia illud nunc, quodcunque accipiatur, est terminus temporis mensurantis motum.. Quia igitur omne tp̄s diuisibile est in t pe, & omne tempus est medium inter duo nunc, & in omni nūc quod est vltimū temporis mensurantis motum, aliquid motum est, sicut probatū est, sequitur, quod omne quod mutatur sit infinities mutatum, quia mutatum esse est terminus motus, sicut punctum lineæ, & nunc t pis. Sicut ergo in qualibet linea est signare infinities punctum ante pūctum, & in quolibet t pe infinities nunc ante nunc, ꝓter hoc quod vtrunque est diuisibile in infinitum, ita in quolibet moueri est signare infinities mutatum esse, qa motus est in infinitum diuisibilis, sicut linea & tempus, vt supra probatum est. Tertiam rationem ponit ibi.

Demonstratio Secunda probans idem quod antea, sumpta a tempore.

YZ Tempus. KC.



Præterea, si id, quod continue mutatur, & non est corruptū, neq; cessans a motu aut mutari, aut esse mutatum in quocunq; necesse est vt mutetur, in ipso autem nunc fieri nequit, in quocūque sane temporis puncto mutatum sit ipsum, necesse est. Quare, si temporis puncta sint infinita, omne nimirum quod mutatur, infinities est mutatum. ARGI.

Amplius autem, si id quod continue mutatur, & non corrūpitur, neq; pausat a mutatione aut mutari, aut mutatum esse necesse est in quolibet, in ipso autem nunc non est mutari, necesse mutatum esse secundum vnumquodq; ipsorum nunc. Quare, si ipsa nunc infinita sunt, necesse est omne quod mutatur, infinite mutatum esse. ANTI.

Quæ talis est Omne quod mutatur (si non corrumpitur, neque pausat a mutatione). i. neq; desinit moueri, quasi continue mutatum, necesse est quod in quolibet nūc tēporis, in quo mouetur, vel mutetur, vel sit mutatum, sed in nunc nō mutatur, vt ostensum est, ergo necesse est, quod in quolibet nunc temporis mensurantis motum cō inuum sit mutatum. Sed in quolibet tēpore sunt infinita nunc, quia tunc est diuisio temporis, & tempus est in infinitum diuisibile, ergo omne quod mutatur, est infinities mutatū. Et ita sequitur, quod ante omne moueri, sit mutatum esse, non quasi extra ipsū moueri existens, sed in ipso, vt terminans aliquam partem eius. Secundo ibi.

ARGY. *Non solũ aũt id, quod mutatur, necesse est esse mutatũ, sed etiam ipsum mutatum, prius mutetur necesse est.*

ANTI. Te.c.55. *Non solum autem quod mutatur necesse est mutatum esse, sed etiam mutatum, necesse prius mutari.*

Probat quod econuerso, ante omne mutatũ esse, præcedat mutari. Et primo ex parte temporis. Secundo ex parte rei secundum quam est motus. ibi. (Amplius autẽ in magnitudine,) Circa primum tria facit. Primo proponit propositum. Secũdo demõstrat quoddam necessarium ad probandum propositum. ibi. (Omne.n.qđ ex quodam.) Tertio inducit probationem principalis propositi. ibi. (Quoniam igitur.) Dicit ergo primo, qđ non solum omne quod mutatur, necesse est mutatum esse iam, sed etiam omne quod mutatum est, necesse est prius mutari, quia mutatũ esse est terminus eius qđ est moueri. Vnde oportet quod ante mutátum esse præcedat moueri. Secundo ibi.

T.c.57.

Infra: Te.c.56.


ARGY. *Omne nanq; quod ex quopiam in quippiã est mutatum, in tempore est mutatũ. Sit.n.in ipso nunc ex A mutatũ in B, in eodem igitur nunc, in quo est in A, mutatum non est, nã & in A, & in B simul erit. Ipsum nãq; mutatũ nõ esse in hoc ipso, cum est mutatũ, antea demonstrauimus. Quod si in alio sit mutatum, inter illa profecto medium tẽpus erit. Non sunt.n. hærentia ipsius temporis puncta.*


ANTI. *Omne.n.quod ex quodam in quiddam mutatum est, in tempore mutatum est. Sit.n.in ipso nunc ex A in B mutatum, ergo in eodẽ quidẽ nunc, in quo est in ipso A, nõ mutatum est, similiter enim esset in ipso A & in B. Quod.n. mutatum est, quando mutatum est, quòd non est in hoc ostensum est prius: si vero in alio est, in medio erit tempus non enim coniuncta erant ipsa nunc.*

Ponit quoddam necessarium ad propositi probationem, s.quod omne quod mutatur ex quodam in quiddam, sit mutatum in tempore. Sed aduerte q; hic mutatum esse non est idem quod terminari motum. supra.n. ostensum est, quod id temporis, in quo primo dicitur, mutatum esse, est indiuisibile, sed accipitur hic mutatũ esse, secundum quod significat quod aliquid prius mouebatur, quasi dicat, omne quod mouebatur, mouebatur in tempore. Et hoc probat sic. Si hoc nõ est verũ sit aliquid mutatum ex A in B, i.ex vno termino in alterũ in ipso nunc, hoc posito, sequitur, quod quando est in ipso A, i.in termino a quo, in eodem nunc nondum est mutatum, quia iam supra ostẽsum est, quod illud, quod mutatum est, quando mutatum est, non est in termino a quo, sed magis in termino ad quẽ, sequeretur ergo q; simul esset in A & in B, oportet ergo dicere, quod in alio nunc sit in A, & in alio nunc mutatũ sit. Sed inter quælibet duo nunc est tempus medium, quia duo nunc nõ possunt esse sibi cõiuncta immediate, vt supra ostẽsum est. Relinquitur ergo quod omne quod mutatur, mouetur in tempore. Videtur autem id quod hic concluditur, habere instãtiam in generatione & corruptione, inter quorum terminos non est aliquod medium. Si .n.inter nũc, in quo est in termino, a quo, & inter nunc in quo est in termino ad quem, sit tempus medium, sequetur quod aliquid sit medium inter esse, & non esse, quia in illo medio tempore, id quod mutatur, neque esset ens, neque non ens, sed quia ratio, quæ hic ponitur, demonstratiua est, oportet id quod hic dr̃ aliquo modo etiam in generatione & corruptione saluari, ita tamen quod aliquo modo etiam hmõi mutationes sint momentaneæ, cum non possit esse aliquod medium inter extrema earum. Est igitur dicendum, quod illud quod mutatur de non esse in esse, vel econuerso, non est simul in non esse & esse, sed sicut in Octauo dicetur, non est dare vltimum instans, in quo id quod generatur, sit non ens, sed est dare primum instans in quo est, ita qđ in tempore præcedenti illud instans est non ens. Inter tempus antem, & instans, quod terminat motũ, non est aliquod medium, & sic non oportet quod sit medium inter esse & non esse. Sed quia tempus quod præcedit instans, quo primo est quod generatur, mẽsurat aliquẽ motum, sequitur quod sicut illud instans, in quo primo est quod generatur, est terminus precedentis temporis mensurantis motum, ita incipere esse est terminus præcedentis motus. Si ergo generatio dicatur ipsa inceptio essendi, sic est terminus motus, & sic est in instãti, quia terminati motum, qnod est mutatum esse, est in indiuisibili temporis, vt supra ostensum est. Si autem generatio accipiatur ipsa inceptio essendi cũ toto motu præcedente, cuius est terminus, sic non est in instanti, sed in tempore, ita quod in toto tempore præcedenti est non ens illnd quod gñatur, & in vltimo instanti est ens. Et similiter dicendum est de corruptione. Tertio ibi.

Dubium, An inter terminos generationis, & corruptionis sit mediũ tempus. Lec.17. T.c.69.

Demonstratio probans, quod omne quod mouetur mouetur in tempore.





ARGY. *Cum igitur in tempore sit mutatum, tempus autẽ omne sit diuisibile, in dimidio sane mutatum est, & in dimidij dimidio rursus, & sic semper: quare antea mutabatur.*

ANTI. Te.c.56. *Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus autẽ omne diuisibile, in medio aliud erit mutatum, & iterũ in illius medio aliud, & sic semper, quare mutabatur prius.*

Probat principale propositum tali ratione. Omne quod mutatum est, in tempore mutabatur, vt probatũ est, omne autem tempus est diuisibile: quod autem in aliquo tempore mutatur, in qualibet parte illius temporis mutatur, ergo oportet dicere, qđ illud qđ mutatum est in toto aliquo tempore, mutabatur prius in medietate tẽporis, & iterum in medietate medietatis, & sic sp procedetur propter hoc quod tempus est infinitum diuisibile. Ergo sequitur, quod omne quod mutatum est, prius mutabatur, & ita ante omne mutatum esse, præcedit mutari. Deinde cum dicit.

ARGY. *Præterea id, quod dictum est, in magnitudine magis est manifestum, propterea quod magnitudo continuum est in qua mutatur id quod mutatur. Sit.n.ex C quippiam mutatum in D. Si igitur CD indiuisibile sit, partibus vacans, par tibus profecto vacans hærebit. Quod si id fieri nequeat, medium ipsum magnitudinem esse necesse est, diuisibileque esse in infinita, quare prius in illa mutatur: omne ergo mutatum prius mutari necesse est.*

ANTI. T.c.57. *Amplius autem in magnitudine manifestius est, quod dicitur, propter id quod continua est magnitudo, in qua mutatur id quod mutatur. Sit.n. mutatum ex C in D, ergo si indiuisibile est ipsum CD, impartibile erit impartibili cõtinctum. Quoniam autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse quod interest, & in infinita diuisibile. Quare si in illa mutatur prius, necesse ergo, omne quod mutatum est, mutari prius.*


Osten-

Ostendit idem ratione accepta ex parte eius, secundū quod mutabatur. Et primo quātum ad motus qui sunt in quātitate. Secundo quātum ad alias mutationes. ibi. Eadē.n.demonstratio est. Dicit ergo primo, q̄ hoc qđ

T.c.58. A dictū est ex parte tpis cōiter ad omnē mutationē, manifestius pōt accipi ex parte magnitudinis, quia magnitudo est manifestior q̄ tps, & magnitudo continua est sicut & tēpus, & in ea aliquid mutatur. s. illud, quod mouetur sm locum, vel quod mouetur sm augmentum & decrementum. Si ergo aliquid mutatum ex C in D. nō aūt potest dici, quod totū quod est CD, sit indiuisibile, quia oportet qđ CD sit pars alicuius magnitudinis, sicut motus, q̄ est ex C in D, est pars motus totius. Similiter.n.diuiditur magnitudo & motus, vt supra ostēsum est. Si autem aliquod indiuisibile sit pars magnitudinis, sequitur quod duo impartibilia erunt immediate coniuncta, quod est impossibile, vt supra ostēsum est, ergo non pōt dici qđ totū CD sit indiuisibile. Ergo necesse est, quod id quod est inter C & D sit quædam magnitudo, & per consequens quod in infinitū diuidi possit. Sed sp prius mutatur in parte magnitudinis, quam sit mutatum per totā magnitudinē, ergo necesse est, oē quod mutatatum est, prius mutari, sicut necesse est, qđ ante quālibet magnitudinē totā, sit pars eius. Scđo ibi.

Demonstratio probans, quod ante omne mutatum esse præcedit mutari.





ARGV. *Eadem est.n.& in hisce, quæ non continua sunt, demōstratio, vt in contrarijs, & in hisce, quæ contradictoriam subeunt oppositionem. Sumemus enim id tempus, in quo est mutatum, & eadem rursus dicemus.*

ANTI. T.c.58. *Eadem enim demonstratio est, & in non continuis, vt in contrarijs, et contradictione. Accipiemus.n. tempus, in quo mutatum est, & iterum eadem dicemus.*

Ostendit quod idē necesse est esse in illis mutationibus quæ non sunt sm aliqua continua, sicut de alteratione, quæ est inter cōtrarias qualitates, & de gñatione & corruptione, quæ sunt inter cōtradictorie opposita. Licet.n.in his non possit hoc demonstrari ex parte rei secundū quam est motus, accipietur tñ tempus, in quo sunt huiōi mutationes, & eodē modo procedetur. Sic igitur in trib. mutationibus. s. alteratione, & corruptione, & generatione, habet locum sola prima rō, in aliis autem tribus. s. augmento, & decremento, & loci mutatione, habet locum vtraque. Deinde cum dicit.

ARGV. *Quare mutetur ipsū mutatū, & mutatū sit id quod mutatur, necesse est atq; mutari prius est ipso mutatū esse et mutatum esse, ipso mutari, ac nunquā primū sumetur. Cā autem huius est partibus vacans non esse vacanti partibus hærens. In infinitum.n. ipsa diuisio proficiscitur, vt in crescentibus ac decrescentibus interest lineis, licet.*

ANTI. *Quare necesse est mutatū oē mutari prius & quod mutatur, mutatum esse, et est ipso mutari, mutatū esse prius: ipso autem mutatum esse, mutari, & nullo modo comprehenditur primum. Causa autem huius est, non esse impartibile impartibili coniunctum. In infinitum.n. diuisio est sicut in iis, quæ augmentantur & minuuntur lineis.*

Concludit principale propositum. Et primo in cōmuni, secundo specialiter quātum ad generationem & corruptionem ibi. Manifestum igitur. Concludit ergo primo ex præmissis, quod necesse est oē mutatū prius mutari, & quod mutatur prius esse mutatum. Et sic verum est dicere, quod hoc ipso quod est mutari, prius est T.c.59. mutatum esse, & iterum, hoc ipso, quod est mutatum esse, est prius mutari, & ita manifestū sit, quod nullo modo comprehēditur aliquid primum. Et huiusmodi causa est, quia in motu non coniungitur impartibile impartibili, ita quod totus motus componatur ex impartibilibus, quia si hoc esset, esset accipere aliquod primum, hoc autem non est verum, quia motus est diuisibilis in infinitum, sicut etiam & lineæ quæ in infinitum diminuuntur per diuisionem, & in infinitum augmentantur per additionem oppositam diminutioni, dum, s. quod subtrahitur ab vno, alteri additur, vt in Tertio est ostēsum. Manifestum est enim in linea quod ante quamlibet partem lineæ est accipere punctum in medio illius partis, & ante illud punctum medium est accipere aliq̄ partem lineę, & sic in infinitum: non tamen linea est infinita, quia ante primū punctū lineæ nō est aliqua pars lineæ. Et similiter considerandum est in motu, quia, cū qualibet pars motus sit diuisibilis, ante quamlibet partē motus est accipere indiuisibile aliqđ in medio illius partis, quod est mutatum esse, & ante illud indiuisibile est accipere partē motus & sic in infinitum. Non tamē sequitur quod motus sit infinitus, quia ante primum indiuisibile motus non est aliqua pars motus. Illud tamē primum indiuisibile non dicitur mutarū esse, sicut nec primum punctum lineæ dicitur diuisio.

Secundo ibi.

ARGV. *Quæ cum ita sint, patet necesse esse, & id quod est factum fieri prius, & id quod fit, antea factum esse, modo diuisibilia atq; continua sint. Non tamen semper quod fit, factū est prius, sed interdum aliud ceu illius aliquid, vt in ędibus fundamentum. Similiter fit, & in eo quod corrumpitur, & corruptio: inest.n.ei quod fit, & ei quod corrumpitur infinitio quadam, quippe cum cōtinuum sit vtrūque & impossibile est, aut fieri non factū aliquid, aut factum esse, nō fiens aliquid. Similiter & in ipso corrūpi, atq; corruptum esse. Semper.n.corruptum esse antecedit corrūpi, & corrumpi corruptū esse. Patet igitur, quod id quod est factum, prius necesse est fieri, & id quod fit, antea factū, esse. est.n.oīs magnitudo omneque tempus diuisibile semper. Quare & in quocunque fit, non erit in illo vt primo.*

ANTI. T.c.59. *Manifestum igitur, quoniam quod factū est necesse est fieri prius, & quod fit factum esse, quecunq; diuisibilia & cōtinua sunt, nō tamen sp quod fit, sed aliud aliquando vt illius aliquid, sicut domus fundamētum. Similiter autē & in eo quod corrumpitur, & eo, quod corruptum est, mox .n. inest ei quod fit, & quod corrumpitur, cū sit continuū, infinitum quoddam, sed non est fieri nisi aliquid factum sit prius, neq; factum esse, nisi fiat aliquid: similiter autem & in corrūpi, & in corruptum esse, semper.n.est ipso corrumpi, corruptum esse prius, corrupto autem esse, corrumpi. Manifestum igitur, quia quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit, factum esse, omnis.n.magnitudo, & omne tempus, semper diuisibilia sunt. Quare in quocunque fit aliquid, non erit vtique sicut in primo.*

Ostēdit idem specialiter in generatione & corrupt. Et hoc ideo, quia aliter se habet mutatum esse ad mutari in generatione & corruptione, & aliter in alijs. In alijs.n.mutatum esse, & mutari est scđm idē, sicut alteratum esse, & alterari est secundū album. Nam alterari

est mutari secũdum albedinem, alteratum autem esse, est mutatum esse secundum albedinem:& idem dicendũ est in motu locali,& augmento,& decremento. Sed in generatione fm aliud est mutatum esse,& fm aliud mutari, nam mutatum esse est secũdum formam, mutari vero non est secundum negationem formæ, quæ nõ suscipit magis & minus fm se, sed mutari est secundum aliquid adiunctũ negationi, quod suscipit magis & minus, quod est qualitas. Et ideo generatum esse est terminus eius, quod est alterari,& similiter corruptum esse. Et quia motus denominatur a termino ad quẽ, vt in principio Quinti dictũ est, ipsũ alterari, quia hẽt duos terminos, s. formam substãtialem,& qualitatem, dupliciter nominatur, quia potest dici & alterari,& fieri & corrumpi. Et hoc modo accipit hic, fieri & corrumpi, pro ipso alterari, secũdum quod terminatur ad esse vel nõ esse. Vnde dicit quod illud (quod factum est, necesse est prius fieri,& illud quod fit, necesse est factum esse, quæcunq. tamen sunt diuisibilia,& continua.) Quod quidem ponit (vt Commentator dicit) ad excludenda quædam, quæ indiuisibiliter fiunt absque motu continuo, sicut intelligere & sentire; quæ etiam non dicuntur motus nisi æquiuoce, vt in Tertio de Anima dr. Vel potest dici aliter, quod hoc Philosophus addidit, vt accipiatur generatio cum toto motu continuo præcedente, sed id, quod fit prius, factum esse diuersimode inuenitur in diuersis. Quædam enim sunt simplicia quæ habent simplicem generationem, sicut aer aut ignis,& in istis nõ generatur pars ante partem, sed simul generatur & alteratur totum,& partes,& in talibus id quod factũ est, ipsummet prius fiebat,& qd fit, ipsummet prius factũ est, propter continuitatẽ alterationis præcedentis. Quædam vero sunt composita ex dissimilibus partib. quorũ pars generatur post partem, sicut in animali prius generatur cor,& in domo fundamentum,& in istis quod fit, prius factum est, non ipsummet, sed aliquid eius. Et hoc est quod subdit (quod nõ semper id quod fit, prius ipsummet factum est, sed aliquando aliquid eius factũ est, sicut fundamentum domus.) Sed, quia oportet deuenire ad aliquam partem, quæ tota simul fit, oportet qd in aliqua parte id, quod fit factum, sit secundum aliquẽ terminum acceptum alterationis præcedentis. Sicut dum generatur animal, iam factum est cor,& dum generatur cor, iam factum est aliquid, non quidem aliqua pars cordis, sed aliqua alteratio facta est, ordinata ad generationem cordis,& sicut dictum est de generatione, intelligendum est de corruptione, statim enim ei quod fit,& corrumpitur, inest quoddã infinitum, cum sit continuũ, quia ipsum fieri & ipsum corrumpi cõtinuũ est. Et ideo nõ est fieri, nisi vbi aliquid factũ sit prius, nec est aliquid factũ esse, nisi fiat prius. Et similiter dicendum est de corrũpi,& de corruptũ esse, semper. n. corruptũ esse est prius ipso corrũpi,& corrũpi est prius hoc, qd est corruptum esse, vnde manifestum est, quod omne qđ factũ est, necesse est prius fieri,& omne quod fit, necesse est prius factum esse aliquo modo. Et hoc ideo, quia oĩs magnitudo,& omne tps sunt in infinitum diuisibilia. Et ideo in quocũque tempore fit aliquid, hoc non erit sicut in primo, quia erit accipere partem priorẽ. Et hoc quod dictũ est de generatione & corruptione, intelligendũ est etiam de illuminatione, quæ est terminus motus localis corporis illuminantis, sicut generatio & corruptio est terminus alterationis.

T.c.18.

Quod factũ est, prius fieri, vel factũ esse necesse est, quo modo intelligitur.

LECTIO IX.

Finitum & infinitum quo pacto similiter in tempore, magnitudine, motu, ac mobili inueniatur, ostenditur.

ARGV. *Cum aũt oẽ quod mouetur, in tẽpore moueatur, in maioreque maiorem magnitudinem transeat, fieri profecto non potest, vt magnitudinem infinito in tempore transeat quidquam finitam, modo non per ipsam eandem semper, nec per aliquam eius partem, sed per totam tota in tempore moueatur.*

ANTI. T.c.60. *Quoniam autem omne, quod mouetur, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo, in infinito tẽpore impossibile est moueri per magnitudinẽ finitã, nõ eadẽ semper, et illius aliqđ quod mouetur, sed in omni per oẽm.*

Postquam Philosophus determinauit de diuisione motus, hic determinat de finito & infinito in motu, sicut enim diuisio pertinet ad rationem cõtinui, ita finitum & infinitum. Sicut autem supra ostendit, quod diuisio simul inuenitur in motu, magnitudine, tempore, & mobili, ita ostendit nunc idem de infinito. Vnde circa hoc tria facit. Primo ostendit quod infinitum similiter inuenitur in magnitudine & tempore. Scdo q̃ similiter, cũ his inuenitur etiam in mobili, ibi. (Demonstratis enim his, &c.) Tertio q̃ similiter inuenitur in motu, ibi. (Quoniã autem neque finitum, &c.) Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod si magnitudo est finita, tps non põt esse infinitum. Secundo quod e conuerso, si tempus est finitum, quod magnitudo non potest esse infinita, ibi. (Eadem autem ratio, &c.) Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum, ibi. (Quod igitur si aliquid mouetur, &c.) Primo ergo repetit duo quæ sunt necessaria ad propositum ostendendum, quorum vnum est, q̃ omne quod mouetur, in tempore mouetur: secũdum est q̃ in pluri tempore ab eodem mobili, pertransitur maior magnitudo. Et ex his duobus suppositis intendit probare iterum, s. quod impossibile sit in tempore infinito pertransire magnitudinem finitam. Quod tamen sic intelligendum est, qđ non reiteretur illud, quod mouetur per eandem magnitudinem, aut per aliquam partẽ eius multoties, sed ita quod in toto tempore moueatur per totam magnitudinẽ. Et addidit hoc, vt præteruareret a motu circulari, qui est super magnitudine finita, & tamẽ potest esse in tempore infinito, vt ipse dicet in Octauo. Secundo ibi.

Tex: c.63. T.c.64. T.c.121. Infra.

ARGL. *Patet igitur si quippiã æqua moueatur celeritate, necesse esse finitam magnitudinẽ illud finito in tempore pertransire. Sumpta namque parte quæ mensurauerit totã, in tot æqualibus temporibus quot sunt magnitudinis partes, totam illa profecto magnitudinem pertransibit. Quare, cum harum quæque finita sit quãtitatis, et omnes numero sint finitæ, tempus etiam ipsum profecto finitum erit, tantum n. toties erit, quantum est tempus partis toties repetitum, quot sunt magnitudinis partes.*

ANTI. *Quod igitur si aliquid moueatur æque velociter, necesse est finitum in finito moueri manifestũ est. Accepta n. parte, quæ mensurabit totam, in æqualibus tẽporibus tantis, quot partes sunt, per totam motum est. Quare quoniã hæ finitæ sunt, & quantitate vnaquæque, & tot modis omnes, & tempus vtique erit finitum. Toties.n. erit tantum quantum tempus, quod est partis multiplicatum, secundum multitudinem partium.*

Probat propositũ. Et primo, si detur mobile qđ æq. velociter moueatur per totã magnitudinẽ. Scdo, si non vniformiter & regulariter moueatur. ibi. (Sed si nõ sit &c.) Dicit ergo primo qđ si sit aliqđ mobile, qđ æque velociter moueatur per totũ, necesse est, quod si pertrãsit finitã magnitudinẽ, qđ hoc fit in tpe finito. Accipiatur. n. vna pars magnitudinis, puta sit tertia vel quarta pars magnitudinis, si ergo mobile æque velociter mouetur per totũ,& æque velox est, q̃ æquale spatium in æquali tempore pertransit, sequitur quod in æqualibus temporibus & tot quot sunt partes magnitudinis pertransit mobile totam magnitudinem, puta si accepta sit quarta pars magnitudinis, eam pertransibit in aliquo tempore, & aliam quar-

Tex. c.61.

tam

tam in alio tempore æquali, & sic totam magnitudinē pertransit in quatuor æqualibus temporibus, Quia ergo partes magnitudinis sunt finitæ numero, & vnaquæque etiam est finita sm quantitatem & tot modis pertransit omnes partes. i. in totidem temporibus æqualibus, sequitur quod totum tps, in quo pertransit totam magnitudinem, sit finitum. Mensurabitur. n. a tempore finito, quia erit toties tantum, quātum est tps in quo ptransit partem, quoties magnitudo tota est tanta quanta est pars, & sic totum tps erit multiplicatum secundū multiplicationē partiū. Omne autē multiplicatum mēsuratur a submultiplici, sicut duplum a dimidio, & triplum a duplo, & sic de aliis. Tps aūt quo pertransit partem est finitum, quia, si detur quod sit infinitum, sequetur quod in æquali tpe pertranseat totum & partem; qd est contra id, quod suppositum est. Et sic oportet, quod totum tps sit finitum, quia nullum infinitum mēsuratur a finito. Sed, quia posset aliquis dicere, quod licet partes magnitudinis sint æquales, & mensurent totā magnitudinē, tñ potest contingere quod partes tpis non sint æquales, sicut quando non est æqualis velocitas in toto motu, & sic tps, quo mouetur per partem magnitudinis, non mensurabit tempus, quo mouetur per totam, Ideo consequenter. ibi

ARGU. *Nihil aūt interest, & si non æqua celeritate mouetur. Sit. n. spatium quidem A B finitum, quod infinito in tēpore pertransiuit, tempus aūt infinitū C D: Si igitur per, priorem aliam alia partem motum esse necesse est, patet in priori temporis parte posteriorive aliam, aliamve pertrāsiuisse, semper enim maiori in tempore per aliam motum erit, idq; non minus fiet siue æqua, siue non æqua celeritatē mutetur, & siue intendatur motus, siue remittatur, siue in eodem persistat. Accipiatur itaque pars aliqua spatii, quæ metietur A B, longitudinem totam, atque A E literis signetur. Hanc igitur aliqua in parte transiuit temporis infiniti, quippe cū impossibile sit eā in infinito tempore trāsiisse, totum enim spatium in infinito pertransit. Et rursus si aliam sumpsero tantam quanta est ipsa A E, necesse est, & hanc eadem rōne finito in tempore transiisse, & sic vsque ad vltimam proficiscitur. Cum igitur infiniti quidē nulla sit pars. quæ metietur ipsum, vt patet, fieri enim non potest in infinitum ex finitis æqualibus, & inæqualibus cōstet, propterea quod ea quæ multitudine magnitudineque sunt definita siue æqualia siue inæqualia sint, tandem aliquo vno possunt mensurari, spatium autem finitum, quantitate partis A F mensuratur, finito profecto in tempore tale, etiam mobile per magnitudinem A B finitam mouetur. Similiter, & de quiete dicendum est. Quare fieri non potest, vt idem vnumque generetur semper vel corrumpatur.*


Sed si non sit æque velociter, differt nihil. Sit. n. in quo A & B spatium finitum, quod motum sit in infinito tpe;

ANTI. Tex. 61. *& tempus infinitum in quo C D. Si igitur necesse est prius alterum altero motum esse, hoc autem manifestum, quod tēporis in priori & posteriori alterum motum est. Sēper n. in pluri, alterum erit motum esse siue æque velociter mutet, siue non æque velociter mutet, & siue intendatur motus, siue remittatur, siue maneat, nihil minus. Accipiatur igitur aliquid A B spatij quod sit A E, quod mensurat A B. Hoc itaque infiniti in quodam factum est tēpore, in infinito n. non potest esse, & n. in infinito est. Et iterū alterū tā si accipiamus quantum est A E, necesse in infinito tēpore esse oē. n. in infinito, & sic accipiendo Quoniam aūt infiniti quidē nulla pars est quæ mensuret: (impossibile. n. infinitum esse ex finitis, & æqualib. & inæqualib. propter id quod mensurantur finita multitudine & magnitudine a quodam vno, siue æqualia, siue inæqualia sint: finita aūt magnitudine nihil minus, spatium aūt finitum quantis quæ sunt A E mensuratur,) ergo in finito tempore A B mouetur. Similiter autem, & in quiete. Quare neque fieri, neque corrumpi possibile est, semper aliquid vnum & idē.*

Ostendit quod hoc nihil differt quātū ad propositū. Sit. n. A B spatiū finitū, quod pertransit in tempore infinito qd est C D. Necesse est aūt in oī motu, q prius ptranseatur vna pars quam altera, & hoc ēt manifestum est, q in priori parte tpis & posteriori, altera & altera pars magnitudinis pertransitur, & ita oportet quod neque duæ partes magnitudinis pertrāseātur in vna & eadem parte temporis, neq. q in duab. partibus temporis pertrāseātur vna & eadē pars magnitudinis, & sic oportet si in aliquo tēpore pertransita est aliqua pars magnitudinis, q in pluri tēpore pertrāseatur nō solū illa pars magnitudinis, sed ēt cū hac & altera, & hæc indifferēter, siue æque velociter moueaī mobile, siue non, vel p hoc q velocitas sēper magis ac magis intendit, sicut in motib. naturalib. vel per hoc q magis & magis remittit, sicut in motib. violētis. His igiī suppositis, accipiatur aliqua pars spatij A B, quæ quidē pars sit A E, & mēsuret totū A B, ita. s. q sit aliquota pars eius vel tertia vel quarta. Hæc igiī pars spatii, pertransita est in aliquo tēpore finito. Nō. n. pōt dari q sit pertrāsita in tēpore infinito, qa totū spatiū pertransitū est in tēpore infinito, & in minori pertransitur pars q̃ totū. Itē accipiamus aliā partē spatii quæ sit æqualis parti A E, & eadē rōne necesse est, quod hæc pars pertrāseatur in tempore finito, quia totum spatium pertransitur in tempore infinito, & sic semper accipiendo accipiam tot tēpora finita, quot sunt partes spatij, ex quibus constituetur totū tps, in quo mouetur per totum spatium. Impossibile est aūt quod aliqua pars infiniti mensuret totum, neque secundū magnitudinē neq; secundū multitudinē, quia impossibile est, quod infinitum cōstet ex partibus finitis numero, quarum ēt vnaquæq. sit finita quātitate, siue dicatur quod illæ partes sint æquales, siue quod sint inæquales, qa quæcunq. mensurātur a quodā uno, siue secūdū multitudinē, siue secūdum magnitudinē, oportet ea esse finita. Ideo autem dico multitudinē & magnitudinē quia nihil minus mensuratur aliquid per hoc quod hēt finitā magnitudinē, siue partes mēsurātes sint æquales, siue inæquales. Qñ. n. sunt æquales, tunc pars mensurat totū & multitudine, & magnitudine, qñ vero sunt inæquales, mēsurat multitudine, sed non magnitudine. Sic ergo patet, quod omne tps, quod hēt partes finitas numero & quantitate, siue sint æquales siue inæquales, est finitū. Sed spatiū finitū mensuratur aliquibus finitis ex quantis contingit componi A B, & oportet esse æquales numero partes temporis, & partes magnitudinis, & quaslibet esse finitas quantitate, ergo relinquitur quod per totum spatium moueatur in tempore finito.

Deinde cum dicit.

Demonstratio probans quod si magnitudo est finita, quod tempus infinitum esse non potest.



ARGY. *Eadem sane ratione probabitur, fieri etiam non posse vt finito in tempore quicquam, aut infinitam magnitudinem transeat, siue vniformiter, siue difformiter moueatur, aut quiete infinita quiescat. Sumpta nanque temporis aliqua parte, quæ totum metietur tempus, in illa partem aliquam magnitudinis, non totam magnitudinem transit. Totam enim toto in tempore transit, & rursus in alia parte æquali, partem aliam magnitudinis transit, & in vnaquaque simili modo siue æquales sint primæ parti, siue etiã inæquales: nihil enim refert modo sit quæque finita. Patet enim exhausto tempore, infinitam magnitudinem exhaustam non fore, si ablatio fiat magnitudine numeroque finita. Quare non infinitam magnitudinem, finito in tempore transit, atque nihil interest altera ex parte tantum, an ex vtraque infinita sit magnitudo, eadem enim semper accommodabitur ratio.*


ANTL. T.c.62. *Eadem autem ratio est, & quod neque infinito tempore per infinitum possibile est moueri, neque quiescere, neque quod regulariter mouetur, neque quod irregulariter. Accepta enim quadam parte, quæ metietur totum tempus, in hac quantum aliquod transibit magnitudinis, & non totam: in omni.n. totam, & iterum in æquali aliam, & in vnoquoq; similiter, siue æqualis erit, siue inæqualis ei, quæ est a principio, refert aũt nihil, dummodo sit vnaquæque finita. Manifestum enim quod finitum quoddam tempore, infinitum non aufertur finita diuisione & quanto, & numero ablatione facta; tot modis, quare non transibit in finito tempore infinitum, nihil autem differt magnitudinem in altera, aut in vtraque esse infinitam, erit enim eadem ratio.*


Ostendit quod econuerso, si tempus est infinitum, & magnitudo est finita. Et dicit quod per eandem rationem potest ostendi, quod infinitum spatium nõ põt pertransiri tempore finito, neque iterum potest quies esse infinita tempore finito. Et hoc indifferenter. siue moueat aliquid regulariter, i. æquè velociter, siue non regulariter, quia ex quo tempus ponitur finitum, accipiatur aliqua pars temporis, quæ mensuret totum tempus, in qua mobile pertransit aliquam partem magnitudinis, non autem totam, quia pertransit in toto tẽpore, & iterum in æquali tẽpore pertransit aliam partẽ magnitudinis, & similiter pro vnaquaque parte tẽporis accipietur aliqua pars magnitudinis, & hoc indifferẽter, siue pars magnitudinis secundo accepta sit æqualis primę partis (quod contingit quando ęque velocior mouetur.) siue sit inæqualis (quod contingit quando non æque velociter mouetur) hoc enim nihil differt, dũmodo ponatur, quod quælibet pars magnitudinis accepta sit finita, quod oportet dicere, alioquin tñ moueretur in parte tẽporis quãtum in toto. Sic.n. manifestum est, quod per diuisionem temporis aufertur totum spatium infinitum per aliquam finitam ablationem, quia, cum tempus diuidatur in partes finitas æquales, & tot oporteat esse partes magnitudinis, quot temporis, sequetur quod spatium infinitum consumetur facta infinita ablatione, eo quod tot modis oporteat diuidi magnitudinem, sicut & tempus: hoc autem est impossibile, ergo manifestum est, quod infinitum spatium non pertrãsitur in tempore finito. Et hoc indifferenter, siue magnitudo spatij sit infinita ex vna parte, siue ex vtraq. quia eadem ratio est de vtroque.

Deinde cum dicit.

Apposuimus autem sequentem figuram, qua per litteram præcedentis eorum, quæ tum Aristo. tum D. Tho. dicit, facilis patet intellectus.

Demonstratio probans, si tempus est finitum, quod magnitudo non potest esse infinita.





Hisdemonstratis, patet neque fieri posse, vt magnitudo infinita, finito in tempore transeat magnitudinẽ finitam, causam ob eandem. In parte nanque temporis, finita pars transit, & in vnaquaque simili modo. Quo fit, vt tota in tempore finita transeat magnitudo. ARGY.

Demonstratis.n. his manifestum est, quod neq; finitam magnitudinẽ infinitum contingit transire in infinito tẽpore propter eãdem causã. In parte.n. tẽporis, finitũ transibit, & in vnaquaque similiter. Quare in omni finitum. ANTL. T.c.63.

Ostẽdit quod infinitum & finitum similiter inueniuntur in mobili sicut in magnitudine & tempore. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit qđ mobile nõ est infinitũ, si tps & magnitudo sint finita. Scđo q mobile põt esse infinitũ, si magnitudo sit infinita, & tps finitũ ibi. At vero neq. infinitũ. Tertio quod mobile nõ põt esse infinitũ, si magnitudo sit finita, & tps infinitum ibi. Amplius aũt & tpe. Primũ ostendit duab. rationib. circa quarũ primam dicit, quod demonstrato quod magnitudo finita non pertransitur tempore infinito, neq. infinita finito, manifestũ est ex eadẽ cã, quod neq. infinitum mobile põt pertransire finitã magnitudinem in tẽpore finito. Accipiatur.n. aliqua pars tẽporis finiti, in illa parte spatiũ finitũ pertransibit nõ totũ mobile, sed pars mobilis, & in alia parte tẽporis similiter, & sic de alijs, & sic oportebit accipere tot partes mobilis, quot accipiuntur partes tẽporis. Infinitũ aũt non cõponitur ex partibus finitis, vt ostensum est, ergo sequetur, quod mobile quod mouetur in toto tẽpore finito, sit finitũ. T.c.65. Scđa pars

Secundam rationem ponit ibi.


At vero cum magnitudo finita non transeat finito in tempore magnitudinem infinitam, patet neque magnitudinem infinitam longitudinem finitam transire. Nam si infinita magnitudo finitam pertranseat, & finitam infinitam trãsire necesse est, nihil enim interest vtra sit ea quæ mouetur, vtroque nanque modo infinitam transit finita. Nam cum A magnitudo infinita mouetur, erit aliqua pars eius finita, vt B, seu DC, & alia, atque alia rursus, & sic semper. Quare fiet, vt simul infinita per infinitam, & finita per infinitam sit mota, nec enim fortasse fieri pot, ut aliter infinita per finitam sit mota quam hoc pacto, ut finita transeat infinitam, vel latione pergendo per ipsam, vel metiendo. Quare cum hoc sit impossibile, infinita sane finitam pertransire non potest. ARGL.


Quoniam autem finitum non transibit infinitum in finito tempore, manifestum est, sic neque infinitum finitũ. Si enim infinitum finitum, necesse est & finitum infinitu transire. Nihil enim differt quodlibet esse quod mouetur, vtrobique enim finitum pertrãsibit infinitum. Cum.n. moueatur infinitũ, in quo est A, erit aliquid ipsius secũdum B finitum, vt CD; & iterum aliud, & aliud, et sp sic. Quare simul accidit infinitum motum esse per finitum & finitum trãsire infinitum. Neq. n. fortasse possibile est aliter infinitum moueri per finitum, q̃ quod finitum transeat infinitum, aut ita quod feratur, aut metiatur. Quare, quoniam hoc impossibile est, non transibit infinitum finitum, ANTL. T.c.64.

Secunda rõ. Et differt hæc secunda ratio a priori, quia in priori assumebatur pro principio idem medium, ex quo superius demonstrabat, hic aũt accipitur pro principio ipsa conclusio superius demõstrata. Ostensum est.n. ꝙ mobile finitum non potest pertransire spatium infinitum in t pe finito, vnde manifestum est, ꝙ eadem rõne, nec mobile infinitum potest pertransire spatium finitũ in t pe finito. Quia, si infinitum mobile pertransit spatiũ finitum, sequitur ꝙ et finitum mobile pertranseat spatium infinitum, quia, cũ tã mobile ꝙ̃ spatium sit quãtũ, datis duob. quantis nihil differt qđ eorum moueatur, & quod quiescat, hoc.n. habebitur pro spatio, qđ quiescit, & illud pro mobili, quod mouetur, manifestũ est .n. ꝙ quodcunque ponatur moueri, sequitur ꝙ finitũ pertranseat infinitum. Moueatur.n. infinitũ, qđ est A, & sit aliqua pars eius finita quæ est CD. qñ totũ mouetur, hæc pars finita erit ẜm aliquod signum spatij, quod sit B, & continuato motu, iterum alia pars infiniti mobilis fiet, iuxta illud spatium & sic ſp, vñ sicut mobile pertransit spatiũ, ita spatiũ quoddam pertransit mobile, in quantũ successiuè alternantur diuersæ partes mobilis iuxta spatium. Vnde patet, ꝙ simul accidit infinitum mobile moueri per infinitum spatium, & finitum transire infinitum, non.n. aliter est possibile ꝙ infinitũ moueatur per spatium finitum, quam ꝙ finitum pertrãseat infinitum: ita ꝙ finitum feratur per infinitũ, sicut qñ mobile est finitum, & spatium infinitum, aut ita qđ saltem finitum metiatur infinitum, sicut cum spatiũ est infinitũ, & mobile infinitum, tunc enim licet finitum non feratur per infinitum, tamen finitum mensurat infinitum, in quantum spatiũ fit iuxta singulas partes mobilis infiniti. Quia hoc est impossibile, sequitur quod infinitum mobile non pertransit spatium finitum in tẽpore finito. Secundo ibi.

Demonstratio probans quòd mobile infinitum non potest pertransire magnitudinem infinitam in tempore finito.

Tempus finitum.





ARGL. *At vero nec infinita infinitam, finito in tempore transit. Nam si transit, & infinita finitam fanè transibit. Inest enim in infinita, finita.*

ANTL. Tacõ. 65. *At verò neq; infinitam finito tẽpore transibit infinitũ, si enim infinitum, & finitum, inest enim infinito finitum.*

Ostendit ꝙ nõ potest esse mobile infinitum, spatio existente infinito & tempore finito Et hoc est quod dicit ꝙ infinitum mobile non pertransit infinitũ spatiũ in t pe finito. In omni.n. infinito est aliquod finitũ, si ergo mobile infinitũ pertranseat spatiũ infinitũ in t pe finito, sequitur quod pertranseat spatium infinitum in tempore finito, quòd est contra præostensa. Tertio ibi.

ARGL. *Præterea, & tẽpore sumpto, eadem demonstratio erit.*

ANTL. *Amplius autem & tempore accepto, eadem erit demõstratio.*

Dicit quòd eadem demonstratio erit si accipiatur tempus infinitum, & spatium finitum, quia, si pertrãsit infinitum mobile finitum spatiũ in tempore infinito, sequitur quòd in aliqua parte temporis finiti pertranseat aliquam partem spatij, & ita infinitum pertrãsibit finitum in tempore finito, quod est contra præostensa.

Deinde cum dicit.

Cum igitur nec infinitam finita, nec infinita finitã, nec etiam infinitam infinita finito in tempore transeat, patet neque motum infinitum in tempore fore finito. Quid.n. interest motus an magnitudo sit infinitum, nam si vtrum uis fuerit infinitum, & alterum infinitũ esse, necesse est. Omnis enim latio est in loco. ARGL.

Quoniã aũt nec finitum infinitum transibit, neque infinitum finitum, neque infinitum infinito tempore mouetur: manifestum est, quòd neque motus erit infinitus in finito tempore. Quid enim differt motum, aut magnitudinem infinitum facere? Necesse.n. si vnum infinitum est, & alterum infinitum esse, omnis enim loci mutatio in loco est. ANTL. T.c.66.

Ostendit ꝙ finitum & infinitum similiter inueniuntur in motu, sicut in præmissis, & dicit, quod quia finitum mobile, nõ pertrãsit spatium infinitum, nec infinitum mobile finitum spatium, neque infinitum mobile infinitũ spatium in tempore finito, sequitur ex his, ꝙ non possit esse motus infinitus in tempore finito. Quantitas enim motus accipitur secundum quantitatem spatii: vnde non differt motum dicere infinitum, aut magnitudinem, necesse est enim si vnum eorum fuerit infinitum, & alterum infinitum esse, quia non potest esse aliqua pars loci mutationis extra locum.

LECTIO X.

Sicuti in motu & eo quod mouetur primum non datur, ita & in quiete & eo quod quiescit primum non dari, ostenditur.

Cum autem id omne moueatur, aut quiescat quod aptũ est moueri, quando, & vbi, & quemadmodum aptum est, ipsum profectò stans cum stat, moueri necesse est, Nam si non mouetur quiescit; at fieri non potest, vt ad quietem proficiscatur id, quod quiescit. ARGL.

Quoniam autẽ omne aut mouetur, aut quiescit quod aptum natum est, quando aptũ est, & vbi & quo, et sic, necesse omne quod stat, cum stat moueri si.n. non mouetur, quiescet, sed non contingit quiescere quiescens. ANTI. T.c. 67.

Postq̃ Philosophus determinauit de ijs, quę pertinẽt ad diuisionẽ motus, hic determinat de ijs, quæ pertinẽt ad diuisionẽ quietis. Et quia statio est generatio quietis, vt in Quinto dictum est, primo determinat ea quæ pertinent ad stationem. Secundo ea quæ pertinent ad quietem. ibi. Neque igitur quiescens &c. Circa primum tria facit Primo dicit ꝙ omne quod stat, mouetur. Secundo qđ oẽ qđ stat, stat in t pe, ibi. Hoc aũt demonstrato. Tertio ostendit quo primum dicatur in statione. In quo aũt t pe, Primo ostendit sic. Omne quod natum est moueri, eo tempore quando natum est moueri, & secũdum illud, & eo modo prout natum est, oportet ꝙ moueatur, vel quiescat, sed illud quod stat, i. tẽdit ad quietem, nondum quiescit, quia contingeret, quòd aliquid simul quiescens. i. in quietem tendens, quiesceret. i. in quiete esset: ergo omne quod stat. i. in quietem tendit, mouetur quando stat. Secundo ibi. T.c.72. T.c. 68. T.c. 70.

Quo demonstrato, patet necesse esse & in tempore stare. Omne nanq; qđ mouetur, in tempore fanè mouetur, ipsum autem stans moueri ostendimus, quare necesse est in tempore stare. Præterea ipsum celerius ac tardius in tempore dicimus esse, at fit vt tardius atque celerius stetur. ARGY.

Hoc autem demonstrato manifestum est quod in tempore necesse est stare. Quod enim mouetur, in tempore mouetur, quod autem stat ostensum est moueri: quare necesse est in tempore stare. Amplius autem, si velocius, & tardius in tempore dicimus, stare autem est velocius, & tardius. ANTL. T.c 68.

Pro-

Probat ꝙ omne quod stat, stat in tempore, duab. rõnibus, quarum prima est talis. Omne quod mouet, mouetur in tempore, vt supra probatũ est: sed omne quod stat, mouetur, vt nunc probatum est: ergo oẽ quod stat, stat in tempore. Secunda rõ est, quia velocitas, & tarditas determinantur secundum tempus, sed contingit aliquid velocius, & tardius stare, i. in quietem tendere: ergo omne quod stat, stat in tempore. Tertio ibi.

ARGY.

At verò id quod stat, stet quacunque in parte temporis eius, in quo primo statur, necesse est. Tempore namq; diuiso: si neutra in parte stat, neque toto profectò in tempore stat, quo fit vt non stet idipsum quod stat, in altera non in toto stat primo, in hoc enim per aliud stat, de eo quod mouetur antea diximus.

ANTI. Te.c.70.

In quo autem tempore primo id, quod stat, stat, in quolibet huius necesse est stare. Diuiso enim tempore siquidẽ in neutra partium stat, neque in toto; quare neque vtique stat quod stat, si vero in altera, non in primo toto statũ est. Secundum enim vtrunque in hoc statur, sicut dictum est, & in eo quod mouetur, prius.

Ostendit qualiter dicatur primum in statione. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter dicatur aliqd stare in aliquo tempore primo, secundum ꝙ primum opponitur ei quod dr̃ secundum partem. Secundo ostẽdit quod in statione non est accipere aliquam primam partem, ibi. Sicut autem quod mouetur. Dicit ergo primo, quod si in aliquo tempore dicatur aliquid stare primo & per se & non ratione partis, necesse est, ꝙ stetur in qualibet parte illius temporis. Diuidatur enim tempus in duas partes, & si dicat, quod in neutra parte stat, sequetur ꝙ in toto non stet, in quo tamen ponebatur stare, ergo stans nõ stat. Neque etiam potest dici, ꝙ in altera tantum parte stet, quia sic non primo staretur in toto tempore, sed ipsum ratione partis, vnde relinquitur quod stet in vtroque. Sic. n. dicitur primo stare in toto, quia stat in vtraque parte, sicut dictum est supra de eo quod mouetur. Secundo ibi.

Infra i

ARGI.

Vt autem non est quicquam in quo primo mouetur id quod motu cietur, sic neque quicquam est in quo stat id primo quod dicimus stare. Neq; . n. ipsius moueri, neque ipsius stare quicquam est primum, sit. n. id, quod primo stat A B literis designatũ, hoc igitur vacare partib. impossibile est, non est. n. in eo motus quod partibus vacat, propterea quod id quod mouetur motum esse, necesse est. Id verò quod stat, moueri iam demonstrauimus. Quod si diuisibile est, quacunque in parte ipsius stat. Hoc. n. prius ostendimus: in quo (inquam) primo quippiam stat in eius hoc parte quacunque stare. Cum igitur tempus sit id, in quo primo stat, & nõ indiuiduũ: omne verò tempus in infinitum sit diuisibile: non est profectò id, in quo primo statur.


ANTI. T.c.71.

Sicut autem quod mouetur, non est in quo primo mouetur, sic vtique neque in quo stat id quod stat. Non enim in ipso moueri, neq; stare aliquid est primum, sit. n. in quo primo stat in quo A B: Hoc quidẽ impartibile non contingit esse, motus. n. nõ est in impartibili, propter id quod moueri est aliquid ipsius. Quod autem stat demonstratum est moueri. At verò, si diuisibile in qualibet ipsius partium stat. Hoc. n. ostensum est prius, quod in quo primũ stat, in quolibet illius stat. Quoniam ergo tempus est in quo primo stat, & non atomum est: omne autem tempus in infinitum partibile, non erit in quo primo statur.

Ostendit quod non est accipere aliquã primã partẽ in statione, & dicit qđ sicut nõ est accipere aliq̃ primã partẽ temporis, in qua aliquod mobile mouetur, ita & est in statione, quia neque in ipso moueri, neque in ipso stare potest esse aliqua prima pars. Quod si concedatur, sit prima pars temporis in quã stat AB, quæ quidem non potest esse impartibilis, quia ostensum est supra, quod motus non est in impartibili tẽporis, eo quod semper quod mouetur, iam per aliud motum est, vt supra ostensum est. Demonstratum est etiam nũc, ꝙ omne quod stat, mouetur, vnde relinquitur, ꝙ AB in diuisibile, ergo in qualibet parte eius stat. Iam. n. ostensum est, ꝙ quando in aliquo tempore dicitur stare primo, & per se, & non ratione partis, in qualibet parte illius stat: ergo, cum sit pars prior toto non erat AB primum, in quo stat. Et, quia omne illud, in quo stat est tempus, & non est aliquid indiuisibile temporis: omne autem tẽpus est diuisibile in infinitum, sequitur ꝙ non erit accipere primum, in quo stetur. Secundo ibi.

Demonstratio, ostendens quòd non est accipere primum temporis in statione mobilis.

A Primum temporis. B Tempus.



ARGI.

Neque igitur, i. in quo primo quiescens ipsum quieuit. In eo nanq; non quieuit, quod partibus vacat, quia non est in indiuiduo motus. In quo vero quiescit quippiam, in eo et & mouetur, tunc. n. quiescere quippiam dicimus, quando & in quo est aptum vt moueatur, & non mouetur. Præterea tunc quiescere quippiam dicimus, cum similiter nunc sese habet, & prius, non vno quodam sed duob. hoc minimis diiudicantes; quare id in quo quiescit, partibus non vacabit. Quod si partibile est, tempus erit profectò, atque in quauis ipsius parte quiescet. Si enim hoc ostendetur, vt & in prioribus est demonstratum. Quare nihil erit & in hoc primum, est autem huius hæc cã, omne (inquam) quiescere atque moueri in tempore: Tempus verò nullum esse primum neque magnitudinem neque omnino continuum, cum omne sit diuisibile in infinitum, vt patuit.

ANTI. Te.c.73.

Neq; igitur quiescens cũ primo quieuit, est. In impartibili. n. nõ quieuit, propter id quod non est motus in atomo. In quo autem est quiescere, & moueri. Tunc enim dicimus quiescere, quando, & in quo aptum natum est moueri, non mouetur quod aptum natum est. Amplius aũt id dicimus quiescere, cum similiter se habeat nũc vt prius, tanquam non vno quodam iudicantes sed duobus minimis: quare non erit in quo quiescit, impartibile. Si verò partibile tps vtique erit, & in qualibet partium istarum quiescit, eodem. n. modo demonstrabitur quo & in prioribus. Quare nullum erit primum, † hæc aũt cã est, quia quiescit quidem, & mouetur omne in tempore. Tempus aũt non est primum, neque magnitudo, neque omnino vllum continuum, omne enim continuum in infinita diuisibile.

T.c.73.

† al. huius autẽ causa,

Ostendit idem de quiete, Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod non est accipere primum in quiete, Secundo ponit quandam cõsiderationem per quã motus a quiete distinguitur, ibi. Qm̃ autẽ omne quod mouetur. Et quia eadem ratio est, quare non sit primum in motu, statione, & quiete, ideo ex his quæ supra dicta sunt de motu, & statione, concludit idem in quiete, & dicit ꝙ non est accipere aliquod primum, in quo quiescens quieuerit. Et ad hoc probandum resumit quoddã quod supra probatum est, s. ꝙ nihil quiescat in impartibili temporis, & resumit etiam duas rationes quib. hoc probatum est, quarũ prima est, ꝙ motus non est in indiuisibile temporis: in eodẽ autem est quiescere & moueri,

T.c. 74.

ueri, quia nõ dicimus quiescere, nisi quãdo quod aptum natum est moueri, nõ mouetur tũc quo aptum natũ est moueri, & secundum id, secundum quod natum est moueri: puta qualitatem aut locum aut aliquid huiusmodi. Vnde relinquitur q́ nihil quiescat in impartibili tpe. Secunda ratio est, quia tunc dicimus aliquid quiescere, quõ similiter se habet nunc sicut prius: ac si non dijudicemus quietem per aliquod vnum tñ, sed per comparationem duorum ad inuicem, ex eo, s. quod similiter se habet in duob. sed in impartibili non est accipere nũc, & prius neque aliquã duo: ergo illud temporis in quo quiescit aliquid, non est impartibile. Isto autem probato, procedit vlterius ad principale propositum ostendendum. Si.n. illud, in quo aliquid quiescit, est partibile habens in se prius & posterius, sequitur quod sit tempus. Hæc.n. est ratio temporis, & si est tempus, oportet q́ in qualibet partium eius quiescat. Et hoc demonstrabitur eodem modo, sicut & supra monstratum est in motu & statione: quia, s. si non quiescit in qualibet parte, aut ergo in nulla, aut in vna tñ. si in nulla, ergo neq. in toto, si in vna tñ, ergo in illa primo & nõ in toto. Si vero in qualibet parte tpis quiescit, nõ erit aliquid accipere primũ in quiete, sicut neque in motu, & huius cã est quia enĩ quodq. quiescit, & mouetur in tpe. Sed in tpe non est accipere aliqđ primũ, sicut neq. in magnitudine, neq. in aliquo cõtinuo, pp hoc q́ oẽ continuũ diuisibile est in infinitum, & sic nõ est accipere partẽ minorem parte. Et inde est q́ neq. in motu, neq. in statione neq. in quiete est aliquid primum. Secundo ibi.

ARGY. *Cum autem omne, quod mouetur, in tẽpore moueatur atque ex quopiam in quippiam mutetur: impossibile est eo in tempore, quo per se quippiam mouetur, & non in aliquo illius, ipsum in aliquo primo esse.*

ANTI. T.c. 74. *Quoniã aũt omne quod mouetur in tẽpore mouetur et ex quodam in quoddam mutatur: in quo tempore mouetur secundum se, & non quia in illius aliquo, impossibile est tunc secundum aliquid esse primum, quod mouetur.*

Ponit quãdã cõsideratione, per q̃ distinguit, s. id, qđ mouet, ab eo qđ quiescit. Et primo ponit eã. Secundo probat ibi (Quiescere.n. est) Circa primum præmittit duas suppositiones. Quarũ vna est, qđ oẽ, quod mouet, mouet in tpe. Secũda est, qđ omne quod mutat, mutatur ex vno termino in aliũ. Ex his duob. intendit concludere tertiũ, s. q́ si accipiatur aliqđ mobile, quod primo, & per se mouetur, & non solũ rõne suæ partis, impossibile est qđ sit sedm aliqd vnũ idẽ illius rei, in qua est motus, vt puta in vno, & eodẽ loco, vel in vna & eadem dispõne albedinis in aliquo tpe, ita q́ accipiamus in tpe esse & sedm se, & nõ rõne alicuius quod in tempore sit. Iõ aũt oportet qđ accipiat mobile (quod primũ mouet:) qa nihil phibet aliqd moueri secũdũ partẽ: et tñ ipsũ manet per totũ tps in vno, & eodem loco, sicut cũ hõ sedẽs mouet pedem. Iõ aũt dixit ex parte tẽporis in uno tẽpore mouet secũdũ se & nõ qa in illius aliquo: qa aliquid dum mouetur, põt dici qđ est in aliquo vno & eodẽ loco in tali die. Sed hoc df, quia fuit in illo loco nõ in toto die, sed in aliquo nũc illius diei. Secũdo ibi.

ARGY. *Quiescere namq; quippiã est in aliquo eodem, & ipsum & partem ipsius quãq; tempore quodã esse. Sic.n. quiescere dicimus, cũ in alio nunc atq; alio vere dicere licet ipsum in eodem, partemq ipsius esse. Quod si id est quiescere nõ sit profecto, vt id quod mutatur in aliquo sit totum ipso tempore primo. Est.n. diuisibile tempus omne. Quare alia in parte ipsius atq; alia vere dicere licebit, in eodem, & ipsam, & quanq; partem ipsius esse. Quod si non sit hoc pacto in aliquo, sed vno in temporis pũcto, non erit in aliquo profecto tempore vllo sed in temporis tantummodo fine. In ipso vero nunc est quidem semper in aliquo, non tamen quiescit. In ipso namq; nunc neq; moueri quicquam, neque quiescere contingit. Sed verum quidem est in ipso nũc nõ moueri, atque in aliquo esse. In tempore autẽ nõ quiescens esse non potest, eueniret enim vt id quod fertur, quiescat.*


ANTI. *Quiescere.n. est id quod in eodem sit tempore quodam, & ipsum, & partiũ vnaquæq; sic.n. dicimus quiescere, cũ in alio, & in alio ipsorum nunc, verum sit dicere, quod in eodem, & ipsum, & partes sunt. Si aũt hoc est quiescere non contingit quod mutatur secundum aliquid esse totum secundũ primũ tps: tempus enim diuisibile omne. Quare in alia, & alia ipsius parte verum erit dicere, quod in eodem sit ipsum, & partes. Si enim non sic est, sed in vno solo nunc* T.c. 133. *non erit tempus vllum secundum aliquid, sed secundũ terminum temporis. In ipso autem nunc est, quod semper secundum aliquid manens non tamen quiescit. Neque enim moueri, neque quiescere est in ipso nunc. Sed nõ moueri quidem est verum in ipso nunc, & esse secundum aliquid, in tempore autem non contingit esse secundũ aliquid quiescens, accidit enim quod fertur quiescere.*

Nõ moueri nec quiescere est in ipso nunc.

Probat ppositũ, & dicit, qđ si id qđ mutatur sit per totũ aliquod tps in aliquo vno, & eodẽ, puta in vno loco, sequitur qđ quiescat pp hoc qđ in quodã tpe est in vno, & eodẽ loco, & ipsũ & quælibet pars eius, & iã supra dictũ est, qđ hoc est quiescere, cũ verũ sit dicere de aliquo qđ ipsũ & partes eius sunt in vno & eodem in diuersis nũc. Si ergo hæc est definitio eius, quod est quiescere, & nõ cõtingit aliquid simul quiescere & moueri, sequitur, q́ nõ cõtingat id quod mouetur esse totum sedm aliquid. i. in aliquo, puta in vno & eodẽ loco, secũdũ primũ tps. i. sedm aliquod totum tempus, & nõ sedm secũdum aliquid eius. Et quare hoc sequatur ostendit: quia oẽ tempus est diuisibile in diuersas partes, quarum vna est prior altera: vnde, si per totũ tẽpus sit in aliquo vno, verũ erit dicere, q́ in alia & in alia parte tpis ipsũ mobile & partes eius sint in vno & eodẽ, puta loco, q́ est quiescere. Quia, si dicatur q́ nõ est in diuersis partibus tpis in vno & eodẽ, sed solũ in vno, & eodẽ est per vnum nunc, non sequitur q́ sit tẽpus in quo est, secũdũ aliquid. i. in aliquo vno & eodẽ, sed q́ sit in vno & eodem, secũdũ terminũ tpis. i. secundũ nunc. Licet autẽ ex hoc q́ est aliquid esse in tpe in vno, & eodem, sequatur q́ quiescat: hoc tñ non sequitur de nunc, si sit ibi in vno solo nunc: quia omne, quod mouetur in quolibet nũc tpis in quo mouetur sp manens. i. existens secũdũ aliquid rei in qua est motus, puta secũdũ locũ aut qualitatem, aut quantitatem, non tñ quiescit, quia iã ostensum est, q́ neq; quiescere neque moueri contingit in ipso nunc. Sed verum est dicere, q́ in ipso nũc aliquid nõ mouetur, & quod in ipso nunc est alicubi, vel secundũ aliquid, vel ẽ illud quod mouetur. Sed non contingit illud quod mouetur, esse quiescens in tempore secũdũ aliquid: accideret.n. q́ aliquid, dũ fertur, quiesceret, qđ est impossibile. Relinquitur ergo q́ omne, quod mouetur, quandiu mouetur, nunquam est in vno & eodẽ per duo nunc: sed per vnũ solũ. Et hoc patet in motu locali. Sit.n. magnitudo AC, & diuidatur in duo media in puncto B, & accipiatur aliquod corpus qđ sit O æquale vtriq; s. AB, & BC, & moueatur de AB in BC. Si autem accipiantur loca totaliter ab inuicem distincta, nõ est hic accipere nisi duo loca: sed manifestũ est qđ mobile nõ simul, sed successiue deserit primum locum, & subintrat secũdum: vnde sedm quod locus est diuisibilis in infinitum, secũdũ hoc multiplicantur loca in infinitũ, qa, si diuidatur AB in duo media in puncto D, & BC in duo media in puncto E, manifestum est, qđ DE erit alius locus ab vtroq. Et similiter sp diuisione facta fiet alius locus. Et idem etiam manifestum est in alteratione, quia quod de albo transit in nigrum, per infinitos gradus albedinis & nigredinis & mediorũ colorum pertransit. Non tamẽ sequitur, qđ cum sint infinita media,

dia, quod nullo modo possit perueniri ad vltimũ, quia huiusmodi media loca nõ sunt infinita in actu, sed in potentia tantum, sicut & magnitudo nõ est diuisa actu in infinitum, sed in potentia diuisibilis.

Ostensio, quod id quod mouetur quandiu mouetur, nunquam est in vno & eodem per duo nunc, sed per vnum solum.



LECTIO XI.

Rationes Zenonis motum omnem auferentes, diluuntur.

ARGI. *Zeno vero praue ratiocinatur. Dicit.n. si semper omne quiescit, aut mouetur, cum est in sibi æquali: id autẽ quod fertur, est in sibi æquali spatio in ipso nunc semper: immobilẽ eam esse sagittam quæ fertur. Hoc autem est falsum. tempus.n. non ex ipsis nunc indiuisibilibus constat, quemadmodum nec vlla alia magnitudo.*

ANTI. T.c.75. *Zeno aũt male ratiocinatur, & paralogizat. Si enim semper (dicit) quiescit omne, aut mouetur cũ est secũdum æquale: est autem semper quod fertur in ipso nunc; immobilem eam esse sagittam quę fertur. Hoc autem falsum est: non enim componitur tempus ex ipsis nunc indiuisibilibus sicut nec alia magnitudo vlla.*

T.com. 76. Postquam Philosophus determinauit de diuisione motus, & quietis, hic excludit quædã ex quib. errabant aliqui circa motum. Et circa hoc tria facit. Primo soluit rõnes Zenonis negantis totaliter motum esse. Secũdo ostendit quod indiuisibile nõ mouetur contra Democritũ, qui ponebat indiuisibilia moueri semper, ibi. Ostensis autem ex his. Tertio ostendit mutationẽ omnem esse finitam, contra Heraclitum, qui ponebat omnia moueri semper, ibi. Mutatio autem omnis. Circa primum duo facit. Primo ponit quandam rationẽ Zenonis & soluit eam, quæ pertinet ad id quod immediate de motu præmiserat. Secundo explicat omnes rationes eius per ordinem, ibi. Quatuor autem sunt rationes. Dicit ergo primo quod Zeno male ratiocinabat, & apparenti syllogismo vtebatur ad ostẽdendũ, qđ nihil mouetur, etiã id quod videtur velocissime moueri, sicut sagitta quæ fertur, & erat talis. Omne quod est in loco sibi æquali, aut mouetur, aut quiescit: sed oẽ quòd fertur in quolibet nũc, est in aliquo loco sibi æquali, ergo, & in quolibet nunc, aut mouetur, aut quiescit: sed non mouetur, ergo quiescit. Si autem in nullo nũc mouetur, sed magis videtur quiescere: sequitur quod in toto tempore non moueatur, sed magis quiescat. Posset autẽ hæc ratio solui per id quod supra ostẽsum est, qđ in nunc neq. mouetur, neque quiescit. Sed hæc solutio intentionem Zenonis non excluderet: sufficit. n. Zenoni si ostendere possit, quod in toto tempore non mouetur, quod vĩ sequi ex hoc, quod in nullo nunc eius mouetur. Et ideo Arist. aliter soluit, & dicit falsum esse, quod rõ concludit, & nõ sequi ex præmissis. Ad hoc .n. quod aliquid moueatur in tempore aliquo, oportet q̃ moueatur in qualibet parte illius temporis, ipsa autẽ nunc nõn sunt partes temporis: non. n. componitur tẽpus ex nunc indiuisibilibus, sicut neque aliqua magnitudo componitur ex indiuisibilibus, vt supra probatum est, vnde non sequitur, quod in tempore nõ moueatur aliquid ex hoc, quod in nullo nunc mouetur.

Secundo ibi.

Quatuor autem Zenonis de motu sunt rationes, quæ difficultatem soluentibus afferunt. At prima quidem est ea qua motus ex eo tollitur, quia prius ad medium, quam ad finem id quod fertur peruenire oportet: de qua distinximus antea. ARGY.

Quattor autem sunt rationes de motu Zenonis, ingerentes difficultatem soluẽtibus. Prima quidem de eo quod non mouetur, propter hoc quod prius in mediũ oportet accedere quod fertur quam ad finem: de qua diuisimus in prioribus rationibus. ANTI. T.c.76.

Ponit seriatim omnes rationes Zenonis, quibus vtebatur ad destruendum motum. Et circa hoc tria facit. Primo manifestat qũo destruebat per suas rõnes motũ localem. Secundo quomodo alias species mutationum, ibi. Neque igitur secundum mutationem. Tertio quõ destruebat specialiter motum circularem. ibi. Iterum autem in circulo. Circa primum quatuor rationes ponit. Et hoc est quod dicit, quod Zeno vtebatur quatuor rationibus contra motum, quæ ingerebant difficultatẽ multis eas solu- re volentibus, quarum prima talis est. Si aliquid mouetur per totum aliquod spatium, oportet quod prius pertranseat medium quam perueniat ad finẽ, sed cum illud medium sit diuisibile, oportebit qđ eo prius pertranseat medium illius medij, & sic in infinitum, cum magnitudo sit in infinitum diuisibilis, infinita autem non est transire in aliquo tempore finito, ergo nihil põt moueri. Dicit ergo Aristo. quod superius circa principium huius Sexti libri soluit istam rationẽ per hoc, quod similiter tempus in infinita diuiditur, sicut & magnitudo. Quæ quidẽ solutio est magis ad interrogantẽ si infinita cõtingat transire in tempore finito, quam ad interrogationem, vt dicet in Octauo, vbi soluit hanc rõnem per hoc, quod mobile non vtitur infinitis, quæ sunt in magnitudine, quasi in actu existentibus, sed vt in potentia existentibus. Tũc autem aliquo pũcto spatii vtitur quod mouetur, vt in actu existenti, quando vtitur eo vt principio, & vt fine, & tunc necesse est, qđ ibi stet (vt ibi ostendetur.) Et si sic oportet trãsire infinita quasi in actu existentia, nunquam ueniretur ad finem. Secundam rationem ponit ibi. T.c. 83. Scda pars

Secunda vero est ea, quæ nuncupatur Achilles, qua motus rursus ex eo tollitur, quia nunquam id, quod celerrime currit, id consequetur, quod tardius currit. Id enim quod persequitur eo perueniat ante necesse est, vnde id qđ fugit, fugam arripuit. Quare tardius ipsum semper aliquo spatio præcedat, necesse est. Est autem & huius rõnis eadem vis, sed hoc differt, quod magnitudinem, quæ accipitur, non in dimidia diuidit. Accidit igitur, vt tardius ipsum non attingatur, ex ratione nimirum ipsa. Fit autem ob diuisionem, qua quidam & antecedens vtitur ratio, in vtrisque enim fit vt non perueniatur ad finem magnitudine subeunte, & si non eodem modo, diuisionem. Sed in hac additur tanquam tragice decantatum, neque celerrimum vnquam tardissimum attingere persequendo. Quare solutionem vtriusque tandem esse necesse est. Id vero quod censet nunquam id attingi quod antecedit, falsum est profecto, nã cũ antecedit, nõ attingitur. Attamẽ attingit tandem, si dabit magitudinem finitam id quod mouetur transire. Hę sunt igitur duæ rationes Zenonis. ARGY.

Secunda autem, vocata Achilles. est autem hęc, quod tardius nequaquã iũgetur currẽs a velocissimo, ante autẽ necesse est persequẽs eat, vnde mouit fugiens, quare semper aliquid habere necesse est tardius. Est autẽ hęc eadem ANTI. T.c. 78.

ratio

ratio, in decidendo in duo, differt autem in diuidendo, non
T. com. 79. *in duo acceptã magnitudinem. Non quidem igitur coniungi tardius, accidit ex ratione. Fit auté ad idem, in duo decisio, in vtrisque.n.accidit non attingere ad terminum, diuisa quodammodo magnitudine. Sed apponitur in hac, quia neque velocissimum, quod cum tragœdia dictum est, in persequendo tardius. Quare necesse est eandem esse solutionem, velle autem quod præcedens non iungatur falsum est, cum enim præcedit non coniungetur sed tamen coniungetur, si quidem dabitur transire finitam. hæ quidé igitur rationes sunt duæ.*

Secunda rõ: Et dicit quod hãc secundam rõnem vocabãt Achillem, quasi inuincibilẽ, & insolubilẽ. Et erat ratio talis. Quia, si aliquid mouetur, sequitur, qđ id qđ currit tardius, si incæpit primo moueri nunquam iungetur vel attingetur a quocunq. velocissimo, quod sic probabat. Si tardum incæpit moueri ante velocissimũ per aliquod tẽps, in illo tpe pertransiuit aliquod spatiũ, ante igitur q̃ velocissimũ, quod persequitur possit attingere tardissimũ quod fugit, necesse est quod vadat ab illo loco vñ mouit fugiens, vsq. ad illum locum quo puenit fugiens tpe illo, quo persequens nõ mouebatur: & oportet qđ adhuc velocissimum illud spatium pertrãseat in aliquo tpe, in quo tpe iterum tardius aliquod spatium modicum pertransit, & sic sp, ergo sp tardius habet aliquid ante, idest aliquod spatiũ in quo præcedit velocissimũ quod ipsũ persequitur, & ita velocius nunq̃ attingeret tardius, hoc aũt est incõueniens, ergo magis dicedũ est, ꝙ nihil mouetur. Ad soluẽdũ aũt hãc rõnẽ dicit, ꝙ hæc rõ est eadem cum prima, quæ procedebat ex decisione
Infra. spatii in duo media quãtum ad virtutem medii, sed differt ab ea in hoc, quod aliqua accepta magnitudo spatii nõ diuiditur in duo media, sed diuiditur fm proportionem excessus velocioris ac tardius in motu. Nã ĩ primo tempore, quo mouebatur solum tardius, accipitur maior magnitudo, in secundo aũt tpe, in quo velocius pertransit prædictum spatium, cum sit minus accipitur minor magnitudo pertrãsitã a tardiori, sic semper. Vñ quia tẽs & magnitudo sp diuidũtur, vr̃ accidere ex hac ratione quod tardius nunquã iungatur a velociori. Sed hoc in idem tendit cum eo quod in prima ratione dicebatur de diuisione magnitudinis in duo media, quia in vtraque ratione vr̃ accidere, ꝙ mobile non possit adiũgere vsq. ad terminũ qtendã pp diuisionẽ magnitudinis in infinitũ, quocũq. mõ diuidatur. s. vel in duo media, sicut prima rõ procedebat: vel secundũ excessũ velocioris ad tardius, sic procedit secũda ratio. Sed in hac secunda ratione apponitur quod velocissimum nõ potest attingere ad tardius dũ persequitur ipsum: quod dictum est cum quadam (tragœdia). i. cum quadam magnificatione verborum ad admirationem mouendam: sed non facit aliquid ad virtutem rõnis. Vnde patet qđ necesse est esse eandem solutionem huius secundæ rationis & primæ, sicut.n.in prima rõne falsum concludebatur, qđ. s. mobile nunquã perueniret ad terminũ magnitudinis propter infinitam magnitudinis diuisionẽ, ita falsum est quod vult secũda ratio concludere, ꝙ tardius præcedens nunquam vincatur a velociori sequente: quod nihil est aliud, quam mobile nõ peruenire ad aliquem terminum: verum est.n. qđ quandiu præcedit tardius non coniungitur sibi velocius. Sed tamen quandoq. coniungit sibi, si hoc det qđ mobile possit trãsire finitã magnitudinẽ in tpe finito. Pertransibit.n. velocius persequens totã illã magnitudinẽ, quã præcedebat ipsum tardius fugiens, & adhuc maiorẽ in minori tẽpore quã tardius moueatur vltra per aliquã determinatã quantitatem, & ita nõ solum attinget ipsum, sed etiam vltra transibit. Hæ igitur sunt duæ rationes Zenonis sic solutæ. Tertiam rationem ponit ibi.

Tertia vero est ea, quæ quiescere dicit sagittam cum fertur, de qua paulo ante diximus. Accidit autem id ex eo, quia tempus sumitur ex suis punctis constare. Quod si nõ dederis, ratio continuo expirabit. ARGY.

Tertia autem quæ ante dicta est, quoniam sagitta quæ fertur stat. Accidit autem, quia accidit tempus componi ex ipsis nunc: non dato enim hoc, nullus erit syllogismus. ANTI. T.c.80.

Et dicit quod tertia ratio Zenonis erat illa quam supra posuit, antequam incipiret rationes enumerare, s. quod sagitta quãdo fertur, quiescit: & sicut supra dictũ est, hoc accidere videtur ex eo quod ipse supponit, qđ tempus componatur ex ipsis nunc, nisi enim hoc concedatur, non potest syllogizare ad propositum. Quartam rationem ponit ibi.

Quarta est ea, quæ de his est æqualibus mobilibus, quæ propter æquales alias moles æquali celeritate partim e calce stadij, partim econtra mouentur. Vbi fieri putat, vt duplo tempori, dimidium sit æquale. ARGY.

Quarta autem ex his, quę mouentur stadio ex contrarietate æqualium magnitudinum iuxta ęqualia, his quidẽ a fine stadij, illis vero a medio æquali velocitate. In quod accidere opinatur, æquale tempus dimidium duplo. ANTI. T.c. 81.

Circa primum tria facit. Primo ponit rationẽ, secundo solutionẽ ibi. (Est autem deceptio.) Tertio manifestat ipsam rationem Zenonis per exempla. ibi. (Vt sint stãtes æquales magnitudines.) Dicit ergo primo quod Quarta ratio Zenonis ꝓcedebat ex aliquibus, quę mouentur in aliquo stadio: ita ꝙ sint duæ magnitudines æquales quæ mouentur, iuxta æqualia, .i. p aliquod spatiũ stadij æquale vtique in quãtitate: & sit ille motus. Ex contrarietate. i. ita quod vna magnitudinum æqualiũ moueatur, per illud spatium stadii versus vnam partẽ, & alia versus aliam partem: ita tñ quod vna magnitudinũ mobilium incipiat moueri a fine stadii ei æqualis, alia vero incipiat moueri a meditate stadii, siue spatii in stadio dato, & vtrunq. moueatur æque velociter. Hac positione facta opinabatur Zeno quod accideret, quod tempus dimidium esset æquale duplo, quod, cum sit impossibile, volebat ex hoc vlterius inferre, quod impossibile est aliquid moueri. Secundo ibi.

Secunda parte.

Tertia.

Quarta rõ Zenonis ad idem.

Rationis aũt fallacia in existimatione illa consistit: ea nãq; quorũ alterũ fertur per quiescens, alterũ per id quod mouetur, ęqualem magnitudinem celeritate ęquali transire in ęquali tempore censet, hoc autem falsum est. ARGY.


Est autem deceptio in eo, quod hoc quidem secus motũ, illud autem secus quiescens æqualem magnitudinẽ vellet æquali velocitate secundum ęquale ferri tempus: hoc autẽ falsum est. ANTI. T. c.81.

Ponit solutionẽ, & dicit quod Zeno in hoc decipiebatur, qđ accipiebat ex vna parte mobile moueri iuxtã magnitudinẽ motam, & ex alia parte accipiebat quod moueretur iuxta magnitudinem quiescentẽ æqualẽ magnitudini motæ. Et quia supponitur æqualis velocitas mobilium, volebat quod secundũ æquale tempus, esset æqualitas, æque velox circa æquales magnitudines, quarum vna mouetur, & alia quiescit. Quod patet esse falsum, quia cũ aliquid mouetur iuxta magnitudinẽ quiescentem, non est ibi nisi vnus motus, sed quando aliqd mouetur iuxta magnitudinẽ motam, sunt ibi duo motus, & si sint in eandem partem, addetur de tempore, si autem sint in oppositas partes, diminuetur de tempore secundum quantitatem alterius motus. Quia, si magnitudo iuxta q̃ aliquod mobile mouetur, in eãdem partẽ moueatur ęquali velocitate, vel etiam maiori, nũquam mobile poterit eam pertrãsire. Si vero maiori velocitate magnitudo moueatur, pertransibit eam quandoque, sed in maiori tpe, quam si quiesceret. Econtrario autẽ est, si magnitudo moueatur in oppositũ mobilis, quia quantum magnitudo velocius mouetur, tanto mobile

in mĩnori tempore eam pertrãsit, quia vterque motus cõparaĩ ad hoc, quod inuicẽ se pertrãseat. Tertio ibi.

ARGI. *Sint quiescentes quidem æquales moles AAAA super has autem moueantur moles BBBB, incipiendo a medio ipsarum molium, numero & magnitudine æquales: CCCC, vero his æquales, modo eodem, & æque celeres super ipsas B incipiendo a prima quæ est in medio ipsarum A motu contrario moueantur. Accidit igitur primam B atque C molem simul in ipsis esse extremis; & C quidem vniuersas A moles, B vero dimidium ipsarum pertransiuisse. Quare fit vt sit dimidium tempus. Vtraque. n. æqualis in tempore moliũ vnamquamque transiuit: & insuper accidit B per omnes moles C transiuiße. Prima nanque C & B moles in contrariis sunt extremis tanto in tempore per vnamquamque B molium mota, quanto quamq; molium A transiuit (vt dicit) propterea quod vtraque æqualis in tempore per A moles est mota. Ratio igitur hæc est. Fit autem ob id, quod diximus, falsum.*

Magnitudines stantes.



T.c.74. *Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus sunt AAAA, aliæ autem in quibus ipsa, BBBB, incipientes a medio ipsorum A quæ æquales sint his secundum numerum & magnitudinem: aliæ autem in quibus ipsa CCCC, ab vltimo, æquales numero his, & magnitudine, & æque veloces ipsis B. Contingit igitur primum B, simul cum vltimo A, esse: & primum C secus inuicem motorum. Accidit autem ipsum C iuxta omnia A transire, & ipsum B secus media A. Quare medium esse tempus; æquale enim vtrique est, secus vnumquodque. Simul autem accidit, ipsum B secus omnia C transactum esse. Simul enim erit primum B, & primum C in contrariis vltimis, in æquali tempore ad vnumquodque factum ipsorum B quantum quidem ipsorum A (vt ait) propter ambo æquali tempore secus ipsa A fieri. Ratio igitur hæc est. Incidit autem ob id quod dictum est, falsum.*

Manifestat quod dixerat in terminis. Ponatur.n. ꝙ sint quatuor magnitudines æquales sibi inuicẽ, in quarum qualibet ponatur A, & sint istæ magnitudines stãtes.i.non motæ: vt si intelligatur ꝙ sit aliquod spatium quatuor cubitorũ in quorum quolibet describatur A. Et sint aliæ quatuor magnitudines æquales sibi inuicẽ in quarũ qualibet describatur B. vt puta, si intelligam' quod sit vnum mobile quatuor cubitorum. Incipiãt autem hæ magnitudines moueri a medio spatii. Sint etiã quatuor magnitudines aliæ æquales numero, & magnitudine, & velocitate ipsis B, & scribatur in istis C, & incipiant moueri ab vltimo spatii, s.a primo A. hac ergo suppositione facta, continget ꝙ primum B, per suum motum perueniet ad hoc ꝙ sit simul cum vltimo A, & iterum primũ C, per suum motum perueniet, vt sit cũ primo A opposito vltimo: & simul etiam cũ hoc erit, cum vltimo B, quasi transiens (secus inuicem motorũ) idest, iuxta omnia B, quæ inuicem ei contra mouẽtur. Cum autem hoc factum fuerit, constat quod istud primum C transiuit omnia A, sed ipsum B non transiuit nisi media, cum ergo B & C sint æqualis velocitatis, & æque velox minorem magnitudinem in minori tẽpore transeat, sequitur ꝙ tps, in quo B peruenit ad vltimum C, sit dimidium temporis, in quo D peruenit ad primũ A oppositum, in æquali.n. tẽpore, vtrunq;. s.B & C est iuxta vnumquodque. i.in æquali tempore C & B pertranseunt quodcunque A. Hoc igitur supposito, ꝙ tempus in quo B peruenit ad vltimum A, sit dimidium temporis in quo C peruenit ad primum A, oppositum, vlterius considerandum est, quomodo Zeno volebat concludere, ꝙ hoc dimidiũ temporis sit æquale illi duplo. Ex quo.n. ponitur tempus motus ipsius C, duplum temporis motus ipsius B, ponatur quod in prima medietate tẽporis B quiescebat, & C mouebatur: & sic C in illa medietate tẽporis peruenit vsq. ad medietatẽ spatii, vbi est B, & tunc B incipiat moueri ad vnam partem, & C ad aliam: quãdo autem B peruenit ad vltimũ A, oportet quod pertransierit oĩa C, quia simul primũ B, & primũ C sunt in contrariis vltimis, s. vnum in primo A, & aliud in vltimo. Et sicut ipse dicebat C in æquali tpe sit iuxta vnũquodq; ipsorũ A. Et hoc ideo, qa ambo, s.B & C in æquali tempore pertranseunt vnum A. Et sic videtur quod, si B in æquali tempore pertransit, in quanto pertransit ipsum C, quod C in æquali tempore pertransit ipsum B & ipsum A, ergo tempus, in quo C pertransit oĩa B, est æquale tempori in quo pertransit oĩa A. Tempus autem, in quo C pertransit omnia B, est æquale tempori in quo C vel B pertransit medietatem ipsorum A (vt dictum est) Probatum est autẽ ꝙ tempus, in quo ipsum B pertransit medietatem ipsorum A, est dimidium temporis, in quo C pertransit omnia A, ergo sequitur ꝙ dimidiũ sit æquale duplo, qđ est impossibile. Hęc igitur est ratio Zenonis. Sed incidit in falsitatem prædictam, quia. s. accipit quod C in eodem tempore pertranseat B contra motum, & A quiescens, ꝙ est falsum (vt supra dictum est.) Deinde cum dicit.

At vero neq; in ea mutatione cuius termini contradictoriã subeũt oppositionem impoßibile quicquã nobis eueniet, veluti quippiam si e non albo in album mutetur, atq; in neutro est neq; album neq; non album eße, non.n.si nõ totum in vtrouis sit, non dicetur album aut non album esse. Albũ.n. dicimus aut non album, non quia totũ, sed quia plurimis partibus sit, aut maxime præcipuis, tale, non est autem idem non eße in hoc, & non esse in hoc totũ. Similiter sese habet & in eo quod est, & in eo quod haud est, atque in cæteris, quæ contradictoriam subeunt oppositionem, Etenim in oppositorum quidem altero necessario erit totum, aut in neutro semper erit. ARGY.

ANTL. T.c.38. Album aut non album dicimus nõ quia totum sit huiusmodi, sed quia plurimæ aut maximę pręcipuæ partes.

At vero secundum eam, quæ in contradictione est mutationem nihil nobis erit impoßibile, vt si ex non albo in album mutetur, & in neutro, tanquam ergo neque albũ erit: neque nõ album. Non.n.si non totum in quolibet est, non dicetur album, aut non album: album enim dicitur, aut non album, non quod totũ sit huiusmodi, sed quod plures aut magis propria partes, non idem autem est non esse in hoc, & non eße in hoc totum. Similiter autem est & in eße, & in non esse & in aliis, quæ secundum contradictionem sunt, erit: non enim ex necessitate in altero oppositorum, in neutro autem semper totum.

Ponit rõnem, qua Zeno excludebat mutationem, q̃ est inter cõtradictoria. Dicebat.n. sic. Omne, quod mutatur, dum mutatur in neutro terminorum est, quia dũ est in termino a quo, nondum mutatur, dum autem est in termino ad quem, iam mutatum est. Si ergo aliquid mutetur de vno contradictorio in aliud, sicut de non albo, in album, sequitur quòd dum mutatur, neque sit album, neque non album. Quod est impossibile. Licet


autem

autem hoc inconueniens sequatur aliquibus, qui ponũt impartibile moueri, tamen nobis, qui ponimus q̃d omne quod mouetur est partibile, nullum accidit impossibile. Non enim oportet si non est totum in altero extremorum, quod propter hoc non possit dici, aut album, aut non album. Contingit.n. quod vna pars eius sit alba & alia non alba. Non autem dr̃ aliquid album, vel non album, ex eo quod totum sit huiusmodi, sed quia plures, & principaliores partes sunt tales, quæ magis propriè sunt natæ tales esse, quia non idem est non esse in hoc, & non esse totum in hoc, s. in albo, vel nõ albo. Et quod dictum est de albo vel non albo, intelligendũ est de esse vel non esse simpliciter, & in omnibus, quæ opponuntur secundum cõtradictionem, sicut calidum & non calidum, & huiusmodi. Semper.n. oportebit, q̃ sit in altero cõtra oppositorum illud, quod mutatur, quia denominabitur ab eo quod principalius inest, sed nõ sequitur quòd semper sit totum in neutro extremorũ, vt Zeno putabat. Sciendum est autem, q̃ hæc responsio sufficit ad repellendum rationem Zenonis, q̃d hic principaliter intenditur. Quomodo autem circa hoc se habeat veritas in Octauo plenius ostendetur. Non.n. in quolibet verũ est, q̃ pars ante partem alteretur vel generetur, sed aliquando totum simul, vt supra dictũ est, & tunc non habet locum hæc responsio, sed illa quæ ponitur in Octauo. Deinde cum dicit.


ARGY. *In circulo rursus, ac sphæra, & iis omnino quæ in ipsis mouentur non euenit ipsa quiescere, in eodem enim loco tẽpore quodam, (vt inquiunt) & ipsa, & partes sunt, quo fit vt quiescant simul, ac moueantur, primo nanque partes nõ sunt eodem in loco tempore vllo. Deinde, totum etiam in alium semper locum mutatur. Non est enim eadẽ circumferentia quæ ab A & B & C, sumitur, cæterorumque quolibet puncto, nisi, vt musicus homo, & homo, quia id accidit, quare in aliam alia semper mutatur, & nunquam quiescit. Idem est modus, & in sphæra atq; in cæteris, quæ in seipsis mouentur.*

ANTI. T. c. 84. *Iterum autem est in circulo, & in sphæra, & omnino in his quæ in ipsis mouẽtur, quia accidet ipsa quiescere. In eodem enim loco secundum tempus quoddam sunt, & ipsa, & partes, quare quiescent simul, & mouebuntur. Primum nanque, partes non sunt in eodem vllo tempore. Postea, & totum mutatur semper in alterum. non enim eadẽ est ab ipso A accepta circulatio, & quæ est ab ipso B, et C, & aliorum vnoquoque signorum, nisi sicut musicus homo, & homo, quia accidit. Quare mutatur semper altera in alterã, & nequaquam quiescet. Eodem autem modo est*
T. com. 85. *& in sphæra, & in aliis, quæ in seipsis mouentur.*

Demonstratio quod totum ex circulo transfertur, sicut transferuntur partes.



Soluit rõnem Zenonis, quæ destruebat motũ sphæricum. Dicebat, n. q̃ non est possibile aliquid circulariter, vel sphærice moueri, vel quocũq; alio modo, ita q̃d aliqua moueantur in seipsis, i. nõ progrediẽdo a loco in quo sunt, sed in ipsomet loco. Et probabat tali rõne. Omne illud quod per aliquod tempus secundum totũ & partes est in vno & eodem loco, quiescit, sed omnia huiusmodi sunt in eodem loco, & ipsa & partes eorum secundum aliquod tempus, etiam dũ ponũtur moueri, ergo sequitur q̃ simul moueantur & quiescãt, quod est impossibile. Huic aũt rõni obuiat Philosophus dupliciter. Primo quãtũ ad hoc q̃d dixerat, partes sphæræ motæ esse in eodẽ loco per aliq̃d tp̃s, contra q̃d Ari. dicit q̃d partes sphæræ motæ in nullo tp̃e sunt in eodẽ loco. Zeno.n. accipiebat locũ totius, & verũ est, q̃ dũ sphæra mouet̃, nulla pars exit extra locũ totius sphæræ. Sed Arist. loquit̃ de proprio loco partis, scd̃m q̃ pars põt hẽre locũ. Dictũ est.n. in Quinto, q̃ partes continui sunt in loco in potentia. Manifestũ est aũt in motu sphærico, q̃ pars mutat propriũ locũ, sed non locũ totius, q̃a vbi fuit vna pars, succedit alia pars. Scd̃o obuiat ad prædictã Zenonis rõnẽ quantũ ad hoc q̃d dixit, q̃ totũ manet in eodẽ loco per tp̃s. Contra q̃d Ari. dicit q̃ ẽt totũ sp̃ mutatur in aliũ locũ, q̃d sic patet. Ad hoc.n. q̃ sint duo loca diuersa, nõ oportet q̃ vnus illorũ locorũ sit totaliter extra aliũ, sed q̃nq. quidẽ secũdus locus est partim coniunctus primo loco, & partim ab eo diuisus, vt põt in his cõsiderari q̃ mouent̃ motu recto. Si.n. aliq̃d cubitale corpus moueatur de AB loco in BC locũ, quorum vterq; locus sit cubitalis, dũ mouet̃ ab vno loco in aliũ, oportet q̃ partim deserat vnũ & subintret aliũ, sicut si deserat de loco AB quãtũ est AD, subintrabit in locũ BC, quantũ est BE, manifestum est ergo, q̃ locus DE est alius a loco AB, non tñ totaliter ab eo seiũctus, sed partim. Si aũt daret̃ q̃ illa pars mobilis, q̃ subintrat scd̃m locũ, regrederetur in partẽ loci, q̃ mobile deserit, essent duo loca, & tñ in nullo ab inuicẽ separata, sed solũ differrent scd̃m rõnẽ, scd̃m q̃ principiũ loci in diuersis signis acciperet̃, vbi.s. est principiũ mobilis. s. aliq̃d signũ q̃d in mobili accipit̃ vt principiũ, & sic erũt duo loca scd̃m rõnẽ, sed vnus locus scd̃m subiectũ. Et sic intelligendũ est, q̃d hic dicit, q̃ nõ est eadẽ circulatio secũdũ q̃ accipit̃ incipiẽs ab A, & vt incipiẽs a B, & vt incipiens a C, vel a quocũq; alio signo. Nisi fortè dicatur eadẽ circulatio subiecto, sicut musicus hõ, & hõ, q̃a vnum accidit alteri. Vñ manifestũ est, q̃ sp̃ de vno circulari loco mouet̃ in alterũ, & nõ quiescit, vt Zeno probare nitebatur. Et eodem modo se habet in sphæra, & in omnib. aliis, quæ infra locum proprium mouẽtur, sicut rota, & columna, vel quicquid aliud huiusmodi.



LECTIO XII.

Impartibile quoquo modo moueri non posse, tripliciter ratione ostenditur.

Demonstratis aũt his, dicimus id quod partibus vacat moueri non posse, nisi per accidens, veluti si corpus vel magnitudo, in qua est, moueatur, quemadmodum si id, quod est in nauigio, latione nauigii, vel totius motu pars moueatur. Vacare aũt id partibus dico, quod est indiuisibile quantitate. Partium enim motus, & inter sese differunt, & a totius etiam motu, atque in sphæra maxime differentiam ARGY.

tiam ipsā quispiā intuebitur. Non. n. eadē erit celeritas earū partiū, quæ propinquæ sunt cētro, et earum, quæ sunt ab eo distātes totius q; e sphæræ, quo patet non vnum omniū esse motum. Vt igitur diximus, sic ipsum quod partib. vacat, moueri potest, vt hi sce qui sedet in currente naui, & mouetur, per se autem moueri non potest,

ANTI. T.c.86. *Ostensis autem his, dicimus quod impartibile non cōtingit moueri, nisi secūdum accidens, vt corpore moto aut magnitudine in qua est, sicut, si id quod in naui est moueatur nauis motu, aut pars, totius motu. Impartibile autem duo id, quod est secundum quātitatem indiuisibile. Et. n. partium motus alii sunt, & secundum quod partium, & secundum quod totius motum: videbit autem in sphæra aliquis maxime differentiam. Non. n. eadē erat velocitas eorum quæ iuxta centrum sunt, & quæ extra, & quæ totius, sicut non vno existente motu. Sicut igitur dicebam sic quidem contingit moueri impartibile, sic vt in naui sedens naui eunte, per se autem non contingit.*

Postq Philosophus soluit rōnes Zenonis improbantes motum, hic intēdit ostēdere, quod impartibile non mouetur, per quod destruitur opinio Democriti ponē-
T.c.76. tis atomos p se mobiles: et circa hoc duo facit. Primo proponit intentionem, secūdo probat propositum ibi. Mutetur: n. ex AB in BC. Dicit ergo primo quod suppositis his, quæ supra ostensa sunt, dicendum est, quod impartibile non pōt moueri, nisi forte per accidēs, sicut punctū mouetur in toto corpore, vel quacūque alia magnitudine in qua est punctū, s. linea, vel superficie.

Moueri per accidens ad motum alterius contingit dupliciter.


Moueri autem ad motum alterius cōtingit dupliciter, vno modo qn id quod mouetur, ad motum alterius, non est aliqua pars eius, sicut illud quod est in naui mouetur ad motum nauis, & albedo etiam mouetur ad motū corporis, cum non sit pars eius: alio modo sicut pars mouetur ad motum totius. Et, quia impartibile dr multipliciter, sicut & partibile, ostendit quō accipiat hic impartibile, & dicit, quod impartibile hic dr illud, quod est indiuisibile secundum quantitatem. Dr enim & aliquid impartibile secundum speciem, sicut si dicamus, ignem impartibilem, aut aerem, quia non potest resolui in plura corpora specie diuersa, sed tale impartibile nihil prohibet moueri. Intendit ergo excludere motum ab impartibili secundum quantitatem. Et quia dixerat, quod pars mouetur ad motum totius, & aliquis posset dicere quod pars nullo modo mouetur, subiungit, quod sunt aliqui motus partium, inquantum sunt partes, qui sunt diuersi a motu totius, inquantū est motus totius. Et hāc differentiam aliquis maxime potest considerare in motu sphærico, quia non est eadem velocitas partium, quæ mouentur circa cētrum, & partium (quæ sunt extra) .i. versus superficiem exteriorem sphæræ, & quæ est etiam velocitas totius, ac si motus iste non sit vnius, sed diuersorum.

Motus per accidens duplex.

Manifestum est. n. q velocius est quod in æquali tempore pertransit maiorem magnitudinem. Dum autem sphæra mouetur, manifestū est quod maiorem circulū pertrāsit pars exterior sphæræ, q pars interior, vnde maior est velocitas partis exterioris, quam interioris, tamen velocitas totius est eadem cūm velocitate interioris & exterioris partis. Ista aūt diuersitas motuum intelligenda est secundum quod partibus continui cōuenit moueri, s. in potētia. Vnde actu est vnus motus totius & partiū, sed potētia sunt diuersi motus partiū, & adinuicem, & a motu totius. Et sic, cum dr pars moueri per accidens ad motum totius, est tale per accidens, qd est in potentia per se, quod non est de motu per accidens secundum quod dicuntur accidentia, vel formæ per accidens moueri. Posita igitur distinctione eius quod mouetur, explicat suam intentionem, & dicit, id quod est impartibile secundum quantitatem, potest moueri, quidē ad motum corporis p accidens, non tanquā pars, qa nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus vt ostensum est, sed sicut mouetur aliquid ad motum alterius, quod non est pars eius, sicut sedens in naui mouetur ad motum nauis, sed per se nō contingit impartibile moueri. Hoc autem idem supra probauit nō ex principali intentione, sed incidēter. Vnde præter rationem supra positam, hic magis explicat veritatē, & rationes addit efficaces ad propositum ostēdendū. Secundo ibi.

Mutetur. n. ex AB, in BC, siue in magnitudine ex magnitudine, siue in forma, ex forma, siue ex termino in oppositum contradictione terminum, Tempus autem in quo primo mutatur sit D. igitur ipsum eo in tempore quo mutatur, aut in AB aut in BC, aut partim in hoc, partim in altero esse necesse est, oē nanq; quod mutatur, sic se habet. ARGV.
At aliquid ipsius in vtroque non erit, fuit enim partibile, neq; erit in BC, erit. n. mutatum, supponitur vero mutari. Restat igitur ipsū in AB esse eo tēpore quo mutatur, quiescit ergo. Quod. n. est in eodē tēpore quodā, id quiescere dicebamus. Quare non fit, vt id quod vacat partibus moueatur, aut omnino mutetur. Hoc tantum pacto motus ipsius esset, si tempus suis ex punctis constaret. Semper enim in ipso nunc motū esse, atq; mutatum, vt mouetur quidē nūquā: semper vero sit motum: at hoc esse non posse, prius est demonstratum. Neq; n. tempus ex non ipsis, neque linea ex punctis, neq; motus ex suis momentis constat. Nā nihil aliud asserit qui id dicit, quā motū ex hisce quæ partib. vacant, constare, perinde atq; si tempus ex nunc ipsis asseueret, aut magnitudinem ex punctis constare.

Demonstratio quod impossibile est Impartibile per se moueri.



Mobile indiuisibile.

ANTh. T.c.87. *Mutetur enim ex AB, in BC siue ex magnitudine in magnitudinem, siue ex specie in speciem, siue secundum contradictionem, tempus autem sit, in quo primo mutatur D, ergo necesse est vt in tempore, in quo mutatur aut in AB esse, aut in BC, aut aliquid quidem huius in hoc, aliud vero in altero; omne enim quod mutatur sic se habuit, in* T.c.88
vtroq; igitur non erit aliquid ipsius, impartibile enim erit vtique esset. At vero neque in BC, mutatum enim erit: positum est autem mutari. Relinquitur igitur ipsum in AB esse eo, quo mutatur tēpore, quiescere ergo. In eodem enim esse per tempus quoddam, quiescere est. Quare non contingit impartibile moueri neque omnino mutari. Solum enim sic esset ipsius motus, si tempus esset ex ipsis nunc. Semper enim in ipso nunc motum esset & mutatum, quare moueri quidem nequaquam est, motum autem esse semper. hoc autem quod impossibile sit ostensum est, neque enim ex ipsis nunc tempus, neque linea ex ipsis punctis, neque motus ex momentis est. Nihil enim aliud facit hoc dicens, quā motum ex indiuisibilibus, sicut si tempus ex ipsis nūc, aut magnitudinem ex punctis.


Probat ꝓpositū trib. rōnibus. Quarū prima talis est. Si ponat q impartibile mouetur, moueat ex AB in BC. Nec differt quantum ad hāc rationē, vtrū ista duo. s. AB, & BC sint duæ magnitudines, siue duo loca, vt in motu locali, & augmēto & decremento, vel duæ species .i. duæ qualitates, sicut in motu alterationis, vel sicut duo cōtradictorie opposita, vt in generatione & corruptione, & sit tempus ED, in quo aliqd mutatur de vno termino i alterū primo: i. nō rōne partis. In hoc ergo tpe necesse est, qd id, quod mutatur, aut sit in AB. s. in termino a quo, aut in BC, i. in termino ad quē: aut aliquid

eius

eius est in vno termino, alia vero pars eius est in altero, omne.n. quod mutat, oportet ꝙ aliquo horum trium modorum se habeat, sicut supra dictum est. Non autẽ potest dari tertium membrum .s. ꝙ sit in vtroq; scd'm diuersas partes sui, quia sic sequeretur, ꝙ esset partibile & cõpositum erat, ꝙ esset impartibile. Sed similiter non põt dari secundum membrum .s. ꝙ sit in BC. i. in termino ad quem, quia quando est in termino ad quem, tũc iam est mutatũ, vt ex superioribus patet, ponebatur tñ ꝙ in hoc tempore motaretur. Relinquitur ergo ꝙ in hoc toto tempore, in quo mutatur indiuisibile, sit in AB, & in termino a quo, ex quo sequitur, ꝙ quiescat: nihil.n. est aliud quiescere, quã ꝙ aliqd sit in vno, & eodẽ per totum aliquod tps, cum.n. in quolibet tẽpore sit prius & posterius, si tps est diuisibile, quicquid per aliqd tps est in vno, & eodem, similiter se habet nunc & prius: ꝙ est quiescere, sed hoc est impossibile, qđ aliqđ dũ mutatur quiescat, relinquitur ergo ꝙ non cõtingit impartibile moueri, neque aliquo modo mutari. Hoc.n. solo modo posset mot' aliquis esse rei indiuisibilis, si tps cõponeref ex ipsis nũc, quia in nunc est ſp motũ esse, vel mutatũ, & quia quod motum est, inquantum hmõi nõ mouetur, sequitur ꝙ in nunc nihil mouetur, sed sit motum. Sic igitur posset prius indiuisibile moueri in aliquo tpe, si tps ex ipsis nunc componeretur, quia posset dari, ꝙ in quolibet ipsorũ nunc, ex qb. cõponit tps, esset (in vno, & in toto tpe) .i. in oĩbus nunc esset in motis, & sic in toto tpe mouteretur, nõ aũt in aliquo nunc. Sed ꝙ hoc sit impossibile .s. tps componi ex ipsis nũc, ostẽsũ est prius, ostensũ est.n. supra, ꝙ neq; tps cõponitur ex ipsis nunc, neq; linea ex ipsis pũctis, neq; mot' componit ex momentis, vt per momentũ intelligam' hoc qđ est mutatũ esse. Qui.n. hoc dicit quod indiuisibile mouef aut quod motus cõponat ex nũc, nihil aliud facit q̃ qđ tps componatur ex nũc, aut magnitudo ex punctis, qđ est impossibile, ergo & impossibile est impartibile moueri. Secundam rõnem ponit ibi.

Demonstratio, quòd impossibile est impartibile per se moueri.

Duæ magnitudines.



ARGV. *Præterea neque punctum, neq; indiuisibile quicquã moueri ex his etiam patet, fieri nanq; nõ põt, vt id quod motu cietur, maius seipso transeat prius quam aut per æquale, aut minus se moueatur. Quod si ita sit, patet & punctum seipso minus, aut æquale prius transire. At cum indiuisibile sit, fieri non põt, vt per minus antea moueatur, per æquale ergo sibi mouebitur, quo sit, vt ex punctis linea constet, punctum.n. transeundo sibi semper æquale, totam quam transit lineam metietur. Quod si id esse nõ potest, fieri quoque nequit, vt indiuisibile moueatur.*

ANTI. *Amplius autem ex his manifestum est, quod neq; punctum, neq; aliud indiuisibile vllum contingit moueri. Omne.n. quod mouetur, impossibile est prius per minus moueri seipso quam aut per æquale, aut per minus. Si igitur hoc, manifestum est, quia & punctum per minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniam autem indiuisibile est, impossibile est minus moueri prius; per æquale ergo sibiipsi, quare erit linea ex punctis semper. n. per æqualem motũ, omnem lineam punctum mensurabit: si autem hoc impossibile est, & moueri indiuisibile impossibile est.* Te.cõ. 89

Et dicit, qđ ex his, quę sequũtur, põt esse manifestũ, qđ neq. pũctũ, neq. aliud quodcũque indiuisibile põt moueri. Et ista rõ spãlis est de motu locali. Oẽ.n. qđ mouetur scd'm locum impossibile est, qđ prius pertrãseat maiorẽ magnitudinẽ ipso mobili, q̃ æqualẽ, vel minorem, sed ſp mobile prius pertransit magnitudinẽ æqualem sibi, aut minorem, quã maiorem. Si ergo hoc ita se hẽt manifestũ est, qa & punctum si mouetur, pri' pertransibit aliquid minus se, aut æquale sibi, q̃ lõgitudinẽ maiorẽ se, sed impossibile est qđ pertrãseat aliqd minus se, quia est indiuisibile, relinquitur ergo quod p transibit æquale sibi, & ita oportet qđ numeret oĩa pũcta, q̃ sunt in linea: qa ſp punctum, cum moueatur motu æquali lineæ, ꝑpter hoc quod moueſ per totã lineã, sequit quod totã lineã mensuret, hoc aũt facit numerando oĩa puncta, sequitur ergo, quod linea sit ex punctis, si ergo hoc est impossibile, impossibile est, quod indiuisibile moueatur. Tertiam rationem ponit ibi. Secunda rõ ad idem.

ARGV. *Insuper, si oẽ motu cietur in tempore, & nihil in ipso nunc moueatur: oẽq; tps sit diuisibile, erit vtiq; tẽpus eo tpe minus, in quo transit id quod mouetur æquale spatiũ sibi. Id.n. in quo mouetur tps erit planẽ, propterea quod oẽ ꝙ mouetur, in tempore motu cietur, tps aũt oẽ diuisibile esse, prius est demonstratũ. Si igitur punctũ mouetur, erit aliquod tps eo tpe minus, in quo motum est ipsum per æquale spatiũ sibi, at esse non põt, in minore nanq; transeat minus necesse est, quo continuo fit, vt indiuisibile in se minus sit diuisibile, quẽadmodũ, & tps in tps. Enim vero nice id qđ partib. vacat, atq; indiuisibile moueretur, si fieri posset vt in ipso nũc indiuiduo quppiã moueatur. Eiusdẽ .n. est rõnis in ipso nunc moueri, et indiuisibile qd moueri.*

ANTI. Te.com.90. *Amplius aũt, si oẽ in tempore mouetur, & in ipso aũt nunc nihil, oẽ aũt tempus diuisibile, erit vtique aliquod tẽpus minus quolibet eorum, quæ mouentur, in quo mouetur per tantum, quantum ipsum motum est. Hoc igitur erit tempus in quo mouetur, propter id quod mouetur oẽ in tempore, tempus autem omne diuisibile esse ostensum est prius. Si igitur punctum mouetur, erit aliquod tempus minus, in quo ipsum motum est, sed impossibile est: in minori.n. necesse minus moueri, quare erit diuisibile id quod indiuisibile est in minus, sicut & tempus in tempus. Solũmodo enim mouebitur impartibile, & indiuisibile, si erit in ipso nunc possibile moueri atomo. Eiusdem.n. rõnis est in ipso nunc moueri, & indiuiduum aliquod moueri.*

Quæ talis est. Omne quod mouetur, mouetur in tẽpore, & nihil mouetur in ipso nunc, vt supra probatum est, ostẽsum est autem supra, quòd oẽ tps est diuisibile, ergo in quolibet tẽpore, in quo aliquid moueſ, erit accipere minus tps, in quo mouetur aliquod minus mobile, quia manifestum est quod suppositã eadẽ uelocitate in minori tẽpore pertrãseat minus mobile aliquod signũ datũ q̃ mobile maius, sicut in minori tẽpore pars q̃ totũ, vt ex superiorib. patet. Si ergo pũctum moueſ, erit accipere aliqđ' tps minus tpe, in quo ipsũ moueſ, sed hoc est impossibile, qa sequereſ quod in illo minori tẽpore moueref aliquid minus q̃ punctũ, & sic indiuisibile esset diuisibile in aliquod minus, sicut tempus diuiditur in tempus. Hoc.n. solo modo posset moueri indiuisibile, si esset possibile aliquod moueri in nũc indiuisibili, quia sicut nõ esset accipere aliquod minus ipso Tertia ad idem rõ.

ipſo nũc, in quo mouetur ita, nõ oporteret accipere aliquod minus mobile. Et ſic patet ꝙ einſdẽ rõnis eſt ꝙ fiat motus in nũc, & ꝙ indiuiſibile aliquod moueatur, hoc autem eſt impoſſibile, ꝙ. ſ. in nunc fiat motus, ergo impoſſibile eſt quòd indiuiſibile moueatur.

LECTIO XIII.

Nullam mutationem infinitam eſſe, multis rationibus probatur.

ARGI. *Mutatio autem nulla eſt infinita, è quopiam. n. in quippiam eſt omnis, & ea, quæ in contradictorijs, & ea quæ in contrarijs eſt. Quare mutationum quidem earum, quæ in contradictorijs ſunt, affirmatio, atque negatio, finis eſt vt generationis quidem id, quod eſt, corruptionis aũt id, quod non eſt. Mutationum verò, quæ inter contraria ſunt, ipſa contraria ſunt extrema: hæc. n. vltima ſunt mutationis, quare & alterationis omnis (alteratio nanq; ex contrarijs eſt quibuſdam.) Similiter, & accretionis decretionis ve. Nam accretionis quidem, id eſt extremum, quod eſt magnitudinis perfectæ, quæ accõmodatur naturæ finis: decretionis vero caſus ab hoc ipſo remotione.*

ANTL. Te.c.91. *Mutatio autem non eſt, neque vna infinita, omnis. n. erat ex quodam in quiddam, & quæ eſt in contradictione, & in contrarijs. Quare earum, quæ ſunt ſecundũ contradictionem affirmatio, & negatio terminus eſt, vt generationis quidem eſſe, corruptionis autem non eſſe. Earum autem quæ ſunt, in contrarijs, contraria: hęc enim vltima ſunt mutationis, quare & alterationis omnis, ex contrarijs. n. quibuſdam eſt alteratio. Similiter autem augmenti & decrementi, augmenti quidem terminus eſt, q eſt ſecundum propriam naturam perfectæ magnitudinis: decrementi, quæ eſt ab hac remotio.*

Poſtquã Philoſophus oſtẽdit, ꝙ impartibile nõ mouetur, hic intẽdit oſtẽdere, ꝙ nulla mutatio eſt infinita, ꝙ eſt cõtra Heraclitum, qui poſuit oĩa moueri ſemper. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ nulla mutatio eſt infinita ſecundum propriam ſpẽm, ſcđo oſtẽdit quõ poſſit eſſe infinita tpe, ibi. Sed ſic cõtingit. Circa primum duo facit. Primo oſtendit, qđ mutatio non eſt infinita ſecundum ſpeciem in alijs mutationib. præter motum localem, ſecundo oſtendit idem in motu locali, ibi. Loci aũt mutatio. Prima rõ talis eſt. Supra dictũ eſt, quod oĩs mutatio eſt ea quodã in quiddã. Et in quibuſdã quidẽ mutationib. q̃. ſ. ſunt inter contradictoriè oppoſita, vt generatio, & corruptio, vel inter cõtraria, vt alteratio, & augmentũ & decremẽtũ, manifeſtũ eſt ꝙ hñt pręfixos terminos: vnde in his mutationib. q̃ ſunt inter cõtradictoriè oppoſita, terminus eſt vel affirmatio vel negatio, ſicut terminus generationis eſt eſſe, corruptionis vero non eſſe. Similiter illarũ mutationũ, q̃ ſunt inter cõtraria, ipſa cõtraria ſunt termini, ad quos ſicut ad quædam vltima, mutationes hmõi terminant. Vnde ſequitur ꝙ cũ oĩs alteratio ſit de cõtrario in contrariũ, ꝙ oĩs alteratio hẽat aliquẽ terminũ. Et ſimiliter dicẽdũ eſt in augmẽto, & decremẽto, qa terminus augmẽti eſt perfecta magnitudo, & dico perfecta ſm conditionẽ propriæ naturæ, alia. n. perfectio magnitudinis cõpetit homini, & equo. Terminus aũt decremẽti eſt id, ꝙ contingit eſſe in tali natura maximè remota a perfecta magnitudine. Et ſic patet qđ quælibet ꝓdictarũ mutationũ hẽt aliquid vltimũ, in quod terminatur, nihil autem tale eſt infinitum, ergo nulla prædictarũ mutationum poteſt eſſe infinita. Secundo ibi.

ARGY. *Latio autem hoc quidem modo non erit finita, non. n. omnis eſt in contrarijs. Sed quoniam quod hoc pacto eſt, impoſſibile diuiſum fore, vt non contingat ipſum forè diuiſum, id vt diuidatur non poteſt. (multipliciter. n. impoſſibile dicitur) atque quod ita eſt impoſſibile ſecari nõ poſſe. Et omnino quod factum fore non poteſt, id fieri non contingit, & id profecto quod mutatum fore non poteſt in id mutari nequit in quod mutatum fore non poteſt. Si igitur id quod fertur, in quippiam mutatur, & in illud ſanè fore mutatum poteſt. Quare motus non eſt infinitus, neque quippiam per infinitum fertur: fieri enim non poteſt, vt illud vnquam pertranſeat. Patet igitur hoc pacto nullam infinitam eſſe mutationem, vt non ſit finibus terminata.*

ANTL T.c.92. *Loci aũt mutatio ſic quidẽ nõ erit finita, non. n. omnis in contrarijs eſt. Sed quoniã impoſſibile eſt deciſum eſſe ſic ex eo, quia nõ contingit decidi, (multipliciter. n. dicitur, impoſſibile) non contingit ſic impoſſibile decidi, neque omnino impoſſibile factum eſſe fieri, neque mutari impoſſibile, contingit vtique mutari, in quod impoſſibile eſt mutari. Si ergo quod fertur, mutatur in aliquid, & poſſibile eſt mutari: quare nõ erit infinitus motus, neque feretur infinito, impoſſibile eſt. n. tranſire ipſum. Quod igitur ſic non ſit infinita mutatio, vt non finiatur terminus, manifeſtum eſt.*

Procedit ad loci mutationẽ. Et primo oſtendit, qđ nõ eſt ſimilis rõ de loci mutatione, & alijs mutationib. nõ. n. põt probari qđ loci mutatio ſit finita, ſicut probatum eſt de alijs mutationib. per hoc, qđ determinantur ad aliqua cõtraria, vel cõtradictoriè oppoſita: quia nõ oĩs loci mutatio eſt inter contraria ſimpliciter. Dicuntur. n. contraria quæ maximè diſtãt. Maximè aũt diſtãtia ſimpliciter, accipitur quidem in motib. naturalibus grauium, & leuium. Locus. n. ignis a centro terræ habet maximam diſtantiam ſcđm diſtantias terminatas talibus corporib. in natura, vñ tales mutationes ſunt inter cõtraria ſimpliciter. Vnde de hmõi mutationib. poſſet oſtendi quod nõ ſunt infinitæ, ſicut, & de alijs. Sed maxima diſtantia in motib. violentis, aut voluntarijs, non accipitur ſimpliciter ſcđm aliquos terminos certos, ſed ſcđm propoſitum aut violentiam mouentis, quia aut non vult, aut nõ põt ad maiorem diſtantiam mouere, vnde eſt ſibi ſcđm qd maxima diſtantia, & per conſequens contrarietas, nõ aũt ſimpliciter, & iõ nõ poterat oſtendi p terminos, qđ nulla mutatio localis eſſet infinita, vñ conſequenter hoc oſtendit alia rõne quæ talis eſt. Illud quod impoſſibile eſt eſſe deciſum, nõ cõtingit decidi. Et (quia multipliciter dr̃ aliquid impoſſibile . ſ. qđ oĩno non contingit eſſe, & quod non de facili poteſt eſſe) iõ interponit de quo impoſſibili hic intelligat, intelligit. n. de eo, quod ſic eſt impoſſibile, qđ nullo mõ contingit eſſe. Et eadem ratione id quod eſt impoſſibile factum eſſe, impoſſibile eſt fieri, ſicut, ſi impoſſibile eſt contradictoria eſſe ſimul, impoſſibile eſt hoc fieri. Et pari ratione illud, qđ impoſſibile eſt mutatum eſſe in aliquid, impoſſibile eſt qđ mutetur in illud, quia nihil tendit ad impoſſibile. Sed omne qđ mutatur ſecundum locum, mutetur in aliquid, ergo impoſſibile eſt p motum peruenire in illud. Sed infinitũ non poteſt pertranſiri. Non ergo fertur aliquid localiter p infinitum. Sic ergo nullus motus localis eſt infinitus. Et ita vniuerſaliter patet, quòd nulla mutatio poteſt eſſe ſic infinita, vt non terminetur certis terminis, a quibus ſpeciem habet. Deinde cum dicit.

Verũ cõſiderandũ eſt, ſi ſic eſſe poſſit, vt vna eademq; tempore ſit infinita. Nam, ſi non fiat vna, nihil forſitan prohibet, veluti ſi alteratio fiat poſt lationem, & accretio poſt alterationem, & generatio rurſus poſt illã, ſic. n. ſemper quidẽ erit tempore motus, ſed non vnus, quia non eſt vnus ex vniuerſis. Vt aũt vnus infinitus tẽpore fiat, præter vnum non poteſt, hic autem eſt ipſa conuerſio. ARGY.

Sed ſi ſic cõtingit, vt tẽpore ſit infinitus idem exiſtens & vnus conſiderandum eſt. Non vno quidem. n. facto nihil fortè prohibet, vt ſi poſt loci mutationem alteratio ſit, & poſt alterationem augmentum, & iterum generatio, ſic enim ſemper quidem erit in tempore motus, ſed non vnus, propter id quod non eſt vnus ex omnibus. Vt ANTL. T. c.94.

autem

autem fiat vnus, non cõtingit infinitum esse tempore,) prater vnum, hic autem est circulatio.

Ostendit quomodo motus posit esse infinitus tempore, & dicit quod considerandum est vtrum cõtingat, motum sic esset motum infinitum tempore, vt semper maneat vnus, & idem numero. Quòd. n. motus duret, per infinitum tempus, non existente vno ipso motu, nihil prohibet, quod sub dubitatione dicit, addens, forte, quia posterius de hoc inquiret. Et ponit exemplum, sicut si dicamus, q post loci mutationem est alteratio, & post alterationem, est augmentum, & post augmentũ iterum generatio, & sic in infinitũ, sic. n. semper posset motus durare tempore infinito, sed non esse vnus secũdum numerum, quia ex huiusmodi motibus, non fit vnum numero, vt in Quinto ostensum est. Sed q motus duret tempore infinito, ita q semper vnus maneat numero, hoc non contingit nisi in vna specie motus. Motus. n. circularis potest durare vnus, & continuus tempore infinito, vt in Octauo ostendetur.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER SEPTIMVS.

Cum S. Thoma expositione.

SVMMA LIBRI.

Omne motum habere motorem, nec processum in infinitum esse, sed omnia ad primum reduci ostenditur. Motum item simul esse cum eo, quod mouet, inductione probatur: & vtrum omnis motus omni motui sit comparabilis, & quomodo perquiritur.

LECTIO I.


Omne motum ab alio moueri proponitur.

ARG. *OMNE quod mouetur ab aliquo moueatur necesse est. Si igitur in se non habeat principiũ motus, ab alio patet ipsum moueri, si in se autem accipiatur ipsum AB quod quidem moueatur non ex eo, quia quid sui cietur. Primum igitur AB putare a se moueri, quia, & totum ab externo nullo mouetur, simile est atque si quis cum ipsum DG mouet ipsum GF simulque cum eo mouetur ipsum DGF a seipso moueri putaret, quia non perspicit vtrum ab vtro moueatur, vtrum DG a GF, an GF ab ipso DG.*

ANT; T.c.1 *OMNE autem quod mouetur necesse est ab aliquo moueri. Si igitur in seipso non habet principium motus, manifestum est quòd ab altero mouetur, aliud enim erit mouens, si autem in seipso accipiatur AB, quod moueatur secundum se, & non eo quod eorum, quæ huius sunt aliquid mouetur. Primum igitur opinari, AB a seipso moueri propter id quod totum mouetur, & a nullo exteriorum, simile est sicut siquis ipso DE mouente EZ, & ipso moto, opinetur DEZ a seipso moueri propter id quòd non videtur vtrum ab vtro moueatur, & vtrum DB ab EZ, aut EZ a DE.*

POstquam Philosophus in præcedentibus libris determinauit de motu secundum se, & de se consequẽtibus ad ipsum, & de partibus eius, hic incipit determinare de motu p cõparationẽ ad motores, & mobilia. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit esse primum motum, & primũ motorẽ. In scd'a inquirit qualis sit motus primus & primus motor, & hoc in Octauo libro ibi. (Vtrum aũt motus aliqñ &c. Prima autem pars diuidit in partes duas. In prima parte ostendit esse primũ motũ, & primũ motorẽ. Et quia ea, quæ sunt vnius ordinis hñt aliq̃ cõparationẽ adinuicẽ, iõ in scd'a parte determinat de cõparatione motuũ adinuicẽ. ibi. Dubitabit aũt aliqs &c. T.c.22: Circa primũ tria facit. Primo pmittit quoddã, quo indiget ad propositũ ostẽdendũ. Scd'o ostendit propositũ ibi. Qm̃ aũt oẽ qđ mouet. T.c 3. Secunda p. Tertio manifestat quoddã q suppofuerat. ibi. Primũ aũt mouẽs. &c. Proponit ergo primo q necesse est, oẽ qđ mouet ab aliquo alio moueri. Qđ qdẽ in aliquib. est manifestũ. Sũt. n. q̃dã, q̃ non hñt in seipsis principiũ sui motus, sed principiũ motus ipsorũ est ab extrinseco, sicut in his, q̃ p violẽtiã mouẽt. Si ergo aliqd sit, qđ nõ hẽat in seipso principiũ sui motus, sed principiũ sui motus est ab extrinseco, manifestũ est q ab alio mouet, si vero sit aliquid mobile, qđ hẽat in seipso principium sui motus, circa hoc potest esse dubium, an ab alio moueatur, & iõ circa hoc instat, ad ostẽdẽdũ qđ ab alio moueatur, Si ergo aliqd tale ponat nõ moueri ab alio, accipiat mobile AB, cui quidẽ moueri cõueniat sm se, et primo, nõ aũt ex eo qđ aliqua pars eius mouet, sic. n. nõ moueret sm se, & scd'm partẽ, oportet aũt, si aliquid mouet seipsũ nõ motũ ab altero qđ sit primo & p se motũ, sicut si aliquid est calidũ nõ ab alio, oportet qđ sit primo & p se calidũ. Hoc ergo dato pcedit ad ppositũ ostẽdẽdũ dupliciter, primo quidẽ excludẽdo illud, vñ maximè videri posset qđ aliquid nõ ab alio moueat. Scd'o directè ostẽdẽdo, qđ nihil põt a seipso moueri. Amplius aũt qđ a seipso mouet, &c. T.c.3] Id aũt, ex quo maxime vr, qđ aliquid nõ moueat ab alio, est, quia non mouet ab aliquo exteriori, sed ab ipso interiori principio. Dicit ergo primo qđ opinari, qđ AB moueatur a seipso, pp hoc qđ totũ mouet, & non mouet ab aliquo exteriori, simile est ac si aliquis diceret, quod mobile, cuius vna pars mouet, & alia mouet, moueat seipsũ pp hoc, qđ nõ discernit q̃ pars sit mouens, & quæ sit mota, sicut si hmõi mobilis, qđ est DEZ, pars, quæ est DE, moueat partẽ quæ est EZ, & non videatur quæ pars earum sit mouens, & quę sit mota. Vult aũt p primũ mobile AB quod totum mouetur, & a principio interiori mouẽte, intelligi aliquod corpus animatum quod totũ mouetur ab anima, per mobile autem DEZ, vult intelligi corpus aliquod quod non totum mouetur, sed vna pars eius corporalis est mouẽs, & alia mota, in quo quidem mobili; manifestum est, quod id quod mouetur ab alio mouetur: & ex hoc vult simile ostendere de corpore animato, quod videtur mouere seipsum. Hoc. n. ei conuenit, inquantum vna pars aliam mouet. s. anima corpus, vt in Octauo plenius ostendetur. Secundo ibi.

Demonstratio probans omne quod mouetur ab alio moueri, quamuis non appareat ipsum mouens.



ARG. *Deinde quòd a seipso mouetur, id nunquã ex eo moueri desinet, quia aliqd aliud stetit, moueriq; cessauit. Igitur si quid ex eo moueri desinit, quia quippiam aliud stetit, id ab alio moueatur necesse est. Hoc enim patefacto, omne quod mouetur ab aliquo moueatur necesse est. Cũ. n. ipsum AB moueri sit sumptũ, diuisibile erit profectò, omne nanque quod mouetur, diuisibile est. Sit igitur diuisum in C. Igitur*

BC quiescente, & ipsum AB quiescat necesse est: Quod si non quiescat mente sumatur moueri. BC igitur quiescente, AC mouetur. Non ergo per se mouetur ipsum AB, at per se primo moueri supponebatur. Patet igitur BC quiescente, & AB quiescere, ac tunc cessare mouere. At si qd ex eo moueri desinit, quia quiescit aliud, id ab alio plane mouetur. Patet igitur omne quod mouetur ab aliquo motum ieri. Omne enim quod mouetur est, vt patuit, diuisibile, parteque quiescente, & totum ipsum quiescet.


ANTI. T.c. 2.

Amplius quod a seipso mouetur, nullo modo pausabit cũ mouetur, in stando aliquid alterum quod mouetur. Necesse est ergo, si aliquid pausat quod mouetur in stando aliquid alterũ, hoc ab altero moueri. Hoc aũt manifesto facto, necesse est oẽ quod mouetur, moueri ab aliquo. Quoniã n. acceptũ est AB moueri, diuisibile erit. oẽ. n. quod mouetur diuisibile est. Diuidatur igitur in C: necesse igitur BC qescente, quiescere & AB. Si. n. non accipiatur moueri, BC igitur quiescente, mouebitur vtiq; AC. non ergo mouetur per se AB, sed concessum est per seipsum moueri, primum, manifestum igitur quod BC quiescente, quiescet & AB, & tunc pausabit quod mouetur. Sed si aliquid in quiescendo aliud stat, & pausat moueri, hoc ab altero mouetur. Manifestum est igitur quòd omne, quod mouetur ab aliquo mouetur, & non a se. Diuisibile enim est omne quod mouetur, & parte quiescente, quiescet totum.

Ostẽdit directe, ꝙ omne ꝙ mouetur ab alio mouetur, tali ratione. Omne quod mouetur a seipso, non qescit a suo motu, per quietem cuiuscunque alterius mobilis, & hoc accidit quasi per se motum. Ex hoc autem vlterius concludit, quòd, si aliquod mobile quiescit ad quietem alterius, quod hoc mouetur ab altero. Hoc autem supposito, concludit quòd necesse est omne quod mouetur, ab aliquo alio moueri. Et ꝙ hoc sequatur ex premissis, sic probat, illud mobile, quod supposuimus a seipso moueri, s. AB, oportet diuisibile esse, quia omne quod mouetur est diuisibile, vt supra probatum est, & quia diuisibile est, nullum inconueniens sequitur, si diuidatur. Diuidatur ergo in puncto C, ita ꝙ vna pars eius sit BC, & alia AC. si ergo BC est pars eius, qđ est AB, necesse est quod quiescente BC parte, quiescat totum AB. Si ergo non quiescat totum quiescente parte, accipiatur, quòd totum moueatur, & vna pars quiescat, sed quia pars ponitur quiescere, non poterit poni totũ moueri nisi ratione alterius partis, sic ergo BC quiescẽte, quod est vna pars, mouetur AC quod est alia pars, sed nullum totum, cuius vna sola pars mouetur, mouetur primo & per se, non ergo mouebitur AB primo & per se, quod erat suppositum, Ergo oportet ꝙ BC quiescente, quiescat totum AB, (Et sic illud quod mouetur pausabit,) i. desinet moueri ad quietem alterius. Sed supra habitum est, quòd si aliquid quiescit, & desinit moueri ad quietem alterius, hoc ab altero mouetur: ergo AB ab altero mouetur. Et eadem ratio est de quolibet alio mobili, quia omne quod mouetur est diuisibile, & eadem ratione oportet, quod quiescente parte quiescat totum. Manifestum est ergo, quod omne quod mouetur, ab aliquo alio mouetur.

Quod quiescit ad alterius quietẽ, ab alio moueri necesse est.

Demonstratio probans quod cessans a motu per cessationem alterius, ab alio mouetur.



Contra istam autem Arist. probationem multipliciter obiicitur. Obiicit. n. Galenus contra hoc quod dicit Aristo. quod vna tantum pars mobilis moueatur, & reliqua quiescat, ꝙ totum non per se mouetur dicẽs hoc esse falsum, quia ea quæ mouentur ſm partem, per se mouentur. Sed deceptus est Galenus ex æquiuocatione eius qđ est p se. Per se. n. quandoque sumitur secũdum ꝙ opponitur ei tantum quod est per accidens, & sic qđ mouetur secundum partem mouetur per se, vt Gale. intellexit. Qñq; vero sumitur ſcđm ꝙ opponitur simul ei, qđ est per accidens, & ei ꝙ est ſcđm partẽ, & hoc dr non solum per se, sed et primo. Et sic accipit per se Ari. hic, ꝙ patet, quia, cum conclusisset, (non ergo mouetur per se AB) subiungit. Sed concessum est ꝙ p se ipsũ moueri primum. Sed magis vrget obiectio Auic. q obiicit contra hanc rõnem, dicens eam procedere ex suppositione impossibilis, ex quo sequitur impossibile & nõ ex eo ꝙ ponitur aliquid a seipso moueri. Si. n. ponamus aliqđ mobile a seipso moueri primo, & per se, naturale est ei ꝙ moueatur & ſcđm totũ & ſcđm partes. Si ergo ponat ꝙ aliqua pars eius quiescat, erit positio impossibilis, & ex hac positione sequitur impossibile, ad qđ Ari. induc. s. ꝙ totũ moueat in primo & p se, vt positũ est. Huic aũt obiectioni posset aliqs obuiare, dicendo ꝙ licet impossibile sit partem quiescere secundũ determinatã naturã, inquantum est corpus talis spẽi, vt puta cęlũ vel ignẽ, nõ est tñ impossibile, si rõ cõis corporis consideretur, qa corpus, in quantum corpus, non prohibetur quiescere, vel moueri. Sed hanc responsionẽ excludit Auic. dupliciter. Primo quidem, qa pari rõne posset dici, de toto corpore, quod prohibet quiescere, ex hoc quòd corpus est, sicut dr de parte, et ita superfluum fuit assumere probationem propositi diuisionem mobilis, & quietem partis. Secundo, quia aliqua propositio simpliciter redditur impossibilis, si prędicatum repugnet subiecto rõne differentiæ specificæ, quamuis non repugnet ei rõne generis. Est. n. impossibile qđ hõ sit irrõnalis, quamuis non impediatur irrõnalem esse ex hoc, ꝙ est animal. Sic igitur simpliciter impossibile est, qđ pars corporis, mouentis seipsũ qescat, quia hoc est contra rationem talis corporis, licet non sit contra rationem communem corporis. Hac igitur responsione remota, Auerroes aliter soluit, & dicit, quòd aliqua conditionalis potest esse vera, cuius antecedens est impossibile, sicut ista, si homo est asinus est animal irrationale. Concedendum est ergo qđ impossibile est, quod si aliquod mobile ponit mouere seipsũ, qđ vel totũ, vel pars eius quiescat, sicut impossibile est ignem non esse calidum, propter hoc, quòd est sibiipsi cã caloris. Vnde hæc conditionalis est vera, si mobilis mouentis seipsum pars quiescit, totum quiescit. Aristo. autem, si verba eius diligenter considerentur, nunquã vtitur quiete partis, nisi per locutionem habentem vim condõnalis propositionis. Non. n. dicit quod quiescat BC. Sed necesse est BC quiescente quiescere & AB. Et iterum, quiescente parte, quieuit totum, & ex hac cõditionali vera, Arist. propositum demõstrat. Sed dicit Auerroes, qđ ista demonstratio non est de genere demõstrationum simpliciter, sed de genere demonstrationũ quæ dicuntur demonstrationes signi vel demonstrationes quia, in quibus est vsus talium conditionalium. Est autem hæc solutio conueniens quantum ad hoc quod dicit de veritate conditionalis. Sed videtur dicẽdũ, qđ non sit demonstratio quia, sed propter quid, cõtinet. n. causam, quare impossibile est aliquod mobile mouere seipsum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd aliquid mouere seipsũ nihil aliud est, q̃ esse sibi cã mot⁹, quod autem est sibi causa alicuius, oportet qđ primo ei conueniat, quia quod est primum in quolibet genere, est

Obiicit Galenus contra Arist. demonstrationem.

Obiectio Auicen.

Exclusio responsionis ad rationes Auic.

Propositio tunc redditur impossibilis cũ prædicatũ repugnat subiecto ratione differentiæ specificæ, quamuis non repugnet ei ratione generis.

Opi. Auerr. quã approbans, ea meliorem, & magis propriam assignat.

eſt cauſa eorum quæ ſunt poſt, vnde ignis, qui ſibi, & alijs eſt cauſa caloris, eſt primum calidum. Oſtēdit aūt Aris. in Sexto ꝙ ideo in motu non inuenitur primum, neque ex parte tēporis, neque eſt parte magnitudinis, neque ēt ex parte mobilis, propter horum diuiſibilitatē, non ergo poteſt inueniri primum, cuius motus non dependeat ab aliquo priori, motus. n. totius dependet a motib. partiū, & diuidit̃ in eas, vt in Sexto probatū eſt. Sic ergo oſtendit Ari. cauſam quare nullū mobile mouet ſeipſum, quia nō poteſt eſſe primum mobile, cuius motus non dependeat a partibus, ſicut ſi oſtenderem, quod nullum diuiſibile poteſt eſſe primum ens, qa eſſe cuiuslibet diuiſibilis dependet a partibus, vt ſic hæc condōnalis ſit vera, ſi pars non mouetur, totum nō mouetur, ſicut hæc condōnalis eſt vera, ſi pars non eſt, totū non eſt. Vnde, & Platonici, qui poſuerūt aliqua mouere ſeipſa, dixerunt ꝙ nullum corporeum, aut diuiſibile mouet ſeipſum, ſed mouere ſeipſum eſt tantūmodo ſubſtātiæ ſpūalis, quæ intelligit ſeipſam, & amat ſe ipſam: vniuerſaliter omnes operationes motus appellando, quia & huiuſmodi operationes. ſ. ſentire, & intelligere etiam Ariſt. in Tertio de Anima nominat motū, ſecundum qđ motus eſt actus perfecti: Sed hic loquitur de motu ſecundum qđ eſt actus imperfecti. i. exiſtētis in potentia, ſecundum quem motum indiuiſibile nō mouetur, vt in Sexto probatum eſt, & hic aſſumitur. Et ſic patet, ꝙ Ariſt. ponens, omne quod mouetur ab alio moueri, a Plat. qui poſuit aliquid mouere ſeipſum, non diſſentit in ſententia, ſed ſolum in verbis.

LECTIO II.

In mouentibus ac motis in infinitum non procedi, ſed primum motum ac motorem dari, tum ſuppoſito, tum ſimpliciter probatur.

ARGU. *Cum autem omne quod mouetur ab aliqua moueatur, neceſſe eſt, & id quod in loco mouetur ab alio moueatur, & id igitur quod mouet ab alio moueatur neceſſe eſt, cū moueatur, & ipſum, & hoc ab alio rurſus, at non in infinitum hoc proficiſcitur, ſed ſtabit tandem alicubi, atque erit quippiam, quod primo cauſa erit vt omnia moueantur.*

ANTE. *QVoniam autem omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, neceſſe eſt, et omne quod mouetur in loco, moueri ab altero, & mouens igitur ab altero, quoniam & ipſum mouetur, & iterum hoc ab altero, non autē in infinitum abibit, ſed ſtabit alicubi, & erit aliquid, quod primo cauſa erit motus.*

Poſtquam oſtendit Philoſophus, quod omne quod mouetur, mouetur ab alio, hic accedit ad principale ꝓpoſitum oſtēdendum. ſ. ꝙ ſit primus motus, & primus motor. Et circa hoc duo facit. Primo proponit qđ intendit. Secundo probat propoſitum, ibi. Si enim nō eſt, ſed in infinitum proceder̃ &c. Dicit ergo primo quòd cum oſtēſum ſit vniuerſaliter, quòd oē quod mouetur ab aliquo alio mouetur, neceſſe eſt hoc etiam verum eſſe in motu locali. ſ. vt omne quod mouetur in loco, ab altero moueatur. Applicat autem ſpecialiter ad motū localem quod ſupra vniuerſaliter demonſtratum eſt, quia motus localis eſt primus motuum, vt in Octauo oſtendetur, & ideo ſecundum hunc motum procedit hic ad demonſtrādum primum motorem. Accipiatur igitur aliquid quod mouetur ſecūdum locum, hoc mouetur ab altero, aut ergo illud alterū mouetur, aut non, ſi non mouetur habetur propoſitum. ſ. quod aliquid ſit mouens immobile, quod eſt proprietas primi mouētis, ſi autem & ipſum mouens mouetur, oportet ꝙ moueatur ab altero mouente, & hoc iterum mouens ſi & ipſum mouetur ab altero, ſed hoc non poteſt procedere in infinitū, ſed oportet in aliquo ſtare, erit ergo aliqđ primum mouens, quod erit prima cauſa motus, ita. ſ. ꝙ ipſum non mouetur, ſed mouet alia. Secundo ibi.

ARGY. *Quod, ſi non ſit ita, ſed ſit in infinitū profectio, moueatur A quidem a B, ipſum autem B moueatur a C, & C rurſus a D, et hoc in infinitum hoc modo proficiſcatur. Cū igitur ſimul moueatur, & id quod mouet, ſimul A & B mouebuntur, nam, cum B mouetur, mouebitur & ipſum A, & item cum B mouetur, ipſum C ſanè mouebitur, & ſimiliter cum C mouetur, mouebitur ipſum D. Motus igitur ipſius A ſimul erit cum motu ipſius B, & cæterorū cuiuſq; & vnumquodque igitur ipſorū, & motum cuiuſque poterimus ſumere. Nam et ſi a ſingulis, ſingula ſimul mouentur, non minus tamen vniuſcuiuſque motus, vnus eſt numero, & non infinitus extremis, cum oē, quod mouetur è quodam ad quoddam proficiſcatur. Fit enim vt aut numero, aut genere, aut ſpecie, ſit idem motus. Numero igitur eum motum dico eundem eſſe, qui in eodem numero tempore, ex eodem in idem numero fit, vt hiſce; qui hac ex albedine, qua eſt vna numero, hanc in nigredinem, hoc in tempore, quod ſit vnum numero fit. nā, ſi in alio, atq; alio fiat, vnus ſpecie non numero motus erit. Genere autem idem eſt motus, qui eodem in prædicamento, aut in ſubſtantia, aut in alio genere fit, Specie verò eſt vnus quo ex eodem ſpecie ad idem ſpecie pergitur, vt motus, qui eſt ex albo in nigrum, aut in malum è bono. Hæc autem & in ſuperiorib. dicta ſunt. Accipiatur igitur motus ipſius A, & ſit E, & motus ipſius B, & ſit F, & motus item ipſius C atque D & ſint, G atq; H. Sumatur præterea tempus in quo A mouetur, & ſit K. Atque cum definitus ſit motus ipſius A, definitum erit, & K tempus, et non infinitum, at A, & B, & cæterorum vnumquodque eodem in tempore mouebatur. Accidit igitur vt motus EFGH infinitus, in K definito tempore fiat. Eo enim in tempore, quo A mouebatur, & ea omnia infinita, quæ poſt ipſum A collocata deinceps ſunt, mouebantur, quare tempore in eodem mouentur, etenim motus ipſius A æqualis aut erit motus ipſius B, aut maior, nihil autem refert, accidit enim omnino, vt infinitus motus tempore fiat finito, hoc autem fieri nequit.*

ANTI. T. com. 44. Si enim non eſt, ſed in infinitum procedet, ſit A quidē, quod ab ipſo B mouetur: B vero ab ipſo C, C autem ab ipſo D, & hoc igitur modo in infinitum aſcendat. Quoniā ergo ſimul mouens mouetur, & ipſum quod mouetur, manifeſtum eſt quoniam ſimul mouetur & A & B, cum. n. mouetur A, mouebitur B, & cum mouetur B, & ipſum C, & cum C, ipſum D, erit igitur ſimul motus, qui eſt A, & B, & reliquorum vniuſcuiuſq; & accipere igitur vnūquodque iſtorum poterimus, & namq; ſi vnumquodq; ab vnoquoq; mouetur, nihil minus vnus numero vniuſcuiuſque eſt motus, & non infinitus in vltimis, quoniā quod mouetur omne, ex quodam in quiddam mouetur, aut numero accidit eundem eſſe motum aut genere, aut ſpecie. Numero quidem igitur dico eundem motum, qui ex eodem in idem numero, & in tempore eodem fit, vt ex hoc albo, quod eſt vnum numero, in hoc nigrum, ſi. in hoc tempus, quod eſt vnum numero, ſi. n. ſecundum aliud, non adhuc vnus erit numero, ſed ſpecie. Genere autem motus vnus eſt, qui in eodem prædicamento ſubſtantiæ, vel alterius generis eſt. Specie aūt, qui ex eodem ſpecie in idem ſpecie vt ex albo in nigrum, aut ex bono in malum, hæc autem dicta ſunt & in prioribus. T. c. 5. Accipiatur igitur, qui eſt motus ipſius A, & ſit in quo eſt E, & qui eſt ipſius B, ſit in quo Z, & qui eſt CD, in quo GT. & tempus, in quo moueatur A ſit K. Determinato autem motu ipſius A determinatum erit & tempus, & non infinitum erit, quod eſt K. ſed in eodem tempore motum eſt AB, & reliquorum vnumquodque. Accidit ergo motum, qui eſt EZGT, cum ſit infinitus, in tempore finito moueri, quod eſt. K, in

quo.n. A motũ est & quæ sunt ipsius consequenter omnia mota sunt infinita, quare in eodem mouetur. Etenim aut æqualis motus erit, qui est ipsius A ipsi, qui B: aut maior: differt autem nihil, penitus enim infinitum motum infinito tempore accidit moueri: hoc autem impoßibile est.

T.c. 7.
T.c. 8.

Probat quod supposuerat. Et circa hoc tria facit, Primo inducit probationem. Secundo ostendit probationem esse insufficientẽ. ibi. (Sic igitur videtur &c.) Tertio supplet quoddam, per quod ratio fortificatur ibi. (Sed si quod mouetur.) Dicit ergo primo, quod si hoc non concedatur, q̃ sit aliqua prima causa motus (cum oẽ quod mouetur ab alio moueatur) sequitur quod procedatur in infinitum in mouentibus, & motis, & hoc ostẽdit esse impossibile. Sit .n. A quoddam, quod moueatur secundum locum, & moueatur ab ipso B: B vero a C, C a D, & sic procedatur in infinitum ascẽdẽdo, manifestũ est autem, quod cũ aliquid mouet ex eo, quod mouet, simul mouetur mouens, & ipsum mobile, sicut si manus suo motu mouet baculũ, simul mouetur manus & baculus. Sic ergo simul mouetur B, quando mouetur A, & eadem ratione, quando mouetur B, simul mouetur C, & cum mouetur C, simul mouetur D. Sic ergo simul, & in eodem tempore est motus ipsius A, & omnium aliorũ, & poterit seorsum accipi motus vniuscuiusque horum infinitorum. Et quãuis vnumquodq. horum mobilium moueatur ab vnoquoq. mouentium, nõ ita quod vnum ab omnibus, sed singula a singulis, nihilominus tamen, licet sint infinita mouentia, & mobilia, tamen vniuscuiusque mobilium motus est vnus numero. Et licet omnes motus sint infiniti numero, nõ tamẽ sunt infiniti in vltimis .i. per priuationem vltimorum, sed vniuscuiusque motus est finitus habens determinata vltima. Et quod vniuscuiusq. infinitorum mobilium motus sit vnus numero, & finitus probat. Quia, cum omne quod mouetur, moueatur inter duos terminos, ex quodam .s. in quiddam, necesse est, quod secundum diuersum modum identitatis terminorum, et ipse motus sit diuersimode vnus .s. aut numero, aut spẽ, aut genere.

Motus idẽ genere spẽ, & numero, dicitur.

Numero quidẽ est idem motus, qui est ex eodẽ termino a quo, in idem numero, sicut in terminum ad quem, ita tamen quod sit etiam in eodem numero, tpr, & cũ hoc oportet, qđ sit eiusdem mobilis numero. Et ad exponendum quod dixerat, subiungit, quod motus numero vnus est ex eodem in idem, sicut ex hoc albo, quod significat vnum numero, in hoc nigrum, quod ẽt nominat aliquid idem numero, & secundum hoc tempus determinatum, quod etiã est vnum numero, quia si esset motus secundum aliud tempus, licet æquale, non esset numero vnus, sed specie tantum. Sed motus est vnus genere, qui est in eorum prædicamento, vel substãtiæ, vel cuiuscunque alterius generis, sicut omnis generatio substantiæ est eadem genere, & omnis alteratio similiter. Sed motus est specie vnus, qui est ex eodem secundum speciẽ, in idem secũdum speciem, sic vt omnis denigratio, quæ est ex albo in nigrum, est eadem specie & omnis deprauatio, quæ est ex bono in malum. Et hæc etiam in Quinto dicta sunt. His igitur duobus suppositis .s. quod simul mouetur, & mouens & motum, & quod potest accipi motus vniuscuiusque mobilium tanquam finitus & vnus, accipiatur motus huius mobilis quod est A, & sit E: & motus ipsius B sit Z, & motus CD, & omnium consequentium sit G T, Tempus autem in quo mouetur A, sit R. Sed quia motus ipsius A est determinatus, id est finitus, etiam tempus in quo est iste motus .s. est determinatum, & non infinitum, quia sicut in Sexto ostensum est, finitum & infinitum simul inuenitur in tempore & motu. Ex dictis autem patet, quod in eodem tempore, in quo mouetur A, mouetur & B, & omnia alia, ergo motus omniũ, qui est EZGT, est in tempore finito, sed iste motus est infinitus, cum sit infinitorum. Ergo sequetur quod motus infinitus sit tempore finito, quod est impossibile. Hoc autem ideo sequitur, quia in quo tpe mouetur A, mouẽtur omnia alia, quæ sunt infinita numero. Nec differt quantum ad propositum pertinet, vtrum motus omnium mobilium sit æqualis velocitatis, aut inferiora mobilia tardius moueãtur, & in maiori tempore, quia omnino sequetur, q̃ motus sit in tempore finito, quia vnumquodque mobilium necesse est quod habeat velocitatem & tarditatẽ finitam. Hoc autem est impossibile scilicet motum infinitum esse in tempore finito: ergo & primum est impossibile, scilicet quod procedatur in mobilibus, & mouentibus in infinitum. Secundo ibi.

Demonstratio, ostendens per deductionem ad impossibile, quod non proceditur in infinitum in mouentibus, & motis .s. quia infinitum moueretur infinito tempore.

ARGY.

Hoc igitur pacto qđ proposuimus videbitur demonstrari, non tamen demonstratur, quia nullum absurdum emergit. Fieri enim potest vt finito in tempore motus sit infinitus, non tamen idem, sed alius atque alius, si multa sint ea quæ mouentur ac infinita. Quod & in hisce, quæ nunc sumpsimus accidit.

ANTI.
T.c. 7.

Sic igitur videtur demonstrari id quod est a principio, non tamen demonstratur propter hoc, quod nullum inconueniens, accidit. Contingit enim in finito tempore infinitũ motum esse, non eundem autem, sed alterum & alterũ, multis, & infinitis motis. Quod quidem accidit & in his quæ nunc diximus.

Ostendit quod præcedens rõ non efficaciter concludit, & dicit, quod prædicto modo videt̃ demonstrari principale propositum .s. qđ nõ in infinitum procedat̃ in mouentibus, & motis, non tamen efficaciter demonstratur, quia nullum inconueniens accidit ex præmissis. Contingens est enim, & possibile, quod in tẽpore finito sit motus infinitus, ita tamen quod non sit vnus, & idem, sed alius, & alius, in quantum .s. infinita sunt quæ mouentur, nihil enim prohibet infinitum tpe finito, moueri simul, & hoc concludebat ratio prædicta, erant enim mobilia infinita diuersa, & sic motus eorum erãt diuersi, quia ad vnitatem motus non solum requiritur vnitas temporis, & termini, sed etiam vnitas mobilis, vt in Quinto dictum est. Tertio ibi.

ARGY.

At si id quod primo mouet in loco, motumq; corpori accommodato tangere necesse est id quod mouetur, aut continuum esse, vt in vniuersis fieri cernimus) totum ipsum, vnum ex omnib. aut continuum erit. Id igitur, quod fieri põt esse sumatur, & sit magnitudo quidẽ aut continuum ipsum ABCD, motus autem huius sit EFGH. Nihil autẽ interest infinitum sit an finitum, similiter enim finito in tempore K aut infinitum, aut finitum infinito mouebitur motu, horum autem vtrumque est impoßibile. Stabit igitur tandem, vt patet idipsum, & non in infinitum proficiscetur, ab alio, inquam, semper moueri, sed erit quippiam, quod primum motu ciebitur. Nihil autem interest, si aliquo supposito id ostendi, eo namque posito, quod esse potest, nullum absurdum accidere oportebat.

ANTI.
T.c. 8.

Sed, si id, quod mouetur primo secundum locũ & corporalem motum, necesse est tangi aut continuum esse mouenti, sicut videtur hoc in omnibus contingere, erit enim ex omnib. vnũ ipsum totũ, aut continuum. Hoc igitur contingens accipiatur, & sit magnitudo quidẽ, aut continuum, in quo sunt ABCD, huius aũt motus, est EFGH. Differt autem nihil magnitudinem finitam, aut infinitam esse, similiter .n. in finito tempore, quod est K, mouebitur aut finita, aut infinita. Horum autem vtrunque impoßibile est. Manifestum igitur, quod stabit aliquando & non in infinitum alibit, quod semper ab altero, sed erit

T.c. 9.

aliquid quod primum mouebitur. Nihil autem differat, tò cesso quodam hoc demonstrari. Contingenti enim concesso nullum inconueniens poterit accidere.

Contingenti concesso, nullum inconueniens sequitur.

Ostendit quomodo prædicta ratio efficaciam habere possit. Et primo quomodo habeat efficaciam ex suppositione facta. Secundo quomodo habeat efficaciam simpliciter, ibi. Nihil autem differt, &c. Dicit ergo primo, q id, qd localiter & corporaliter moueꝰ primo, & immediate ab aliquo mobili mouente, necesse est q tā gaꝰ ab eo, sicut baculus tāgitur a manu vel q cōtinuetur ei, sicut cōtinuatur vna pars aeris alteri, & sicut pars continuatur animali. Et hoc vꝰ cōtingere in oīb. q mouens sp coniungitur mobili altero istorū modorū. Accipiatur ergo aliter istorū modorū. s. q ex omnib. infinitis mobilibus & mouentibus efficiatur vnū. s. ipsum totū vniuersum per continuationē quandā, hoc ergo, qa cōtingens est, supponatur: & istud totū, quod est q̄dā magnitudo & continuū vocetur ABCD: & motus eius vocatur EFGH. Et quia posset aliquis dicere qd EFGH erat motus finitorū mobiliū, & ita nō pōt esse motus totius infiniti; subiungit, q nihil differt quantū ad propositū pertinet, vtrū accipiatur finita magnitudo quæ mouet, aut infinita. Sicut. n. simul qñ mouebat A, in tpe. s. finito q est K, mouet quolibet finitorū mobilium quæ sunt numero infinita, ita & simul in eodem tpe mouetur tota magnitudo infinita. Sequitur ergo impossibile, quodcunq; horum detur siue quod sit magnitudo finita constans ex magnitudinibus numero infinitis, siue q sit magnitudo infinita, & motus eius in tempore finito, cum sit ostensum supra, q mobile infinitum non pōt moueri tempore finito. Ergo impossibile est hoc, ex quo sequebatur. s. quod procedatur in infinitū in mouentibus & motis. Manifestum est ergo, quod hoc quod vnū moueatur ab altero, nō procedit in infinitum: sed stabit alicubi, & erit aliquod primum mobile, quod. s. moueatur ab altero immobili. Et, quia prædicta probatio procedit supposito quodā. s. qd oīa infinita mouentia & mota continuentur adinuicem, & constituant vnā magnitudinem, & sic posset alicui videri, qd nō simpliciter concludatur, iō subiūgit qd non differt hanc demōstrationem processisse quodā supposito, quia ex contingenti supposito etiam si sit falsum, non potest sequi aliquod impossibile. Cum ergo pdicta ratio ducat ad impossibile, illud impossibile non sequitur ex isto contingenti supposito: sed ex alio, quod oporteet esset impossibile, cum ex eo impossibile sequatur. Et sic patet quod in demonstrationibus ad impossibile ducentib. nil refert vtrum accipiatur falsum contingens adiunctum impossibili, vel verum, ostenditur .n. impossibile illud, ex quo cum adiūctione contingētis falsi, sequitur impossibile, sicut ex eo impossibile sequeretur adiuncto quodā vero: quia sicut ex vero non potest sequi impossibile, ita nec ex contingenti, Sed posset aliquis dicere, quod non est cōtingens, omnia mobilia continuari, sed impossibile est continuari elementa adinuicem, & cum cælestibus corporibus. Sed dicendum quod alio modo accipitur contingens & impossibile cum demōstratur aliquid de genere, & cum demōstratur aliquid de specie: quia cū agitur de specie, oportet accipi vt impossibile esse illud cui repugnat, vel genus, vel differentia speciei, ex quibus ratio speciei constituitur. Cum vero agitur de genere, accipitur vt contingens omne illud, cui non repugnat ratio generis, licet ei repugnet ratio constituēs speciem, sicut si loquerer de animali, possem accipere vt contingens, qd omne animal esset alatum, sed, si descēderem ad considerationem hominis, impossibile esset hoc animal esse alatū. Quia igitur Arist. hic loquitur de mobilib. & moue

Superiori, figura huius literæ patet intellectus.

Sicut ex vero nō sequitur impossibile, ita nec ex contingēti.

tibus in communi, nondum applicādo ad determinata mobilia: esse autem contiguum, vel continuum indiffer enter se habet ad rōnem mouētis, & mobilis, ideo accepit vt contingēs, quod omnia mobilia sint continua adinuicē. Quod tamen est impossibile, si mobilia continerentur secundum suas naturas; determinatas.

LECTIO III.

In motu locali, mouens simul esse cum eo, quod mouetur, monstratur.

ARGV. *Id autem, quod primum mouet, non vt id gratia cuius cætera sunt vel fiunt, sed vt id, vnde est principiū motus, simul cum eo est quod mouetur. Atque simul dico, quia nihil est inter ipsa. Hoc. n. omnibus mouentibus commune est, & subeuntibus motum.*

ANTI. *PRimum autem mouens, non sicut cuius causa, sed vnde est principium motus est simul cum eo quod mouetur. Simul autem dico, quia nihil ipsorum mediū est, hoc .n. commune est in omni, quod mouetur, & quod mouet.*

Quia Philosophus in demonstratione præcedente supposuerat, q mouens est contiguum, vel continuum mobili, hoc intendit nunc probare. Et primo ostendit propositum. Secūdo probat quoddā, quod in hac probatione supponit, ibi. Quoniam autem quæ alterātur, &c. Circa primum duo facit. Primo proponit intentū. Secundo probat propositum, ibi. Quoniam autem tres sunt motus. Dicit ergo primo, quòd mouēs & motum sunt simul. Sed aliquid dr̄ mouere dupliciter, vno modo sicut finis mouet agentem, & tale mouens aliquando distans est ab agente quem mouet: alio modo sicut mouet id quod est principium motus, & de tali mouente hic intelligit. Et propter hoc addit, non sicut cuius causa, sed vnde est principium motus. Item mouens sicut principium motus quoddam est immediatum, & quoddam remotum. Intelligit autem hic de immediate mouente, & ideo dixit. Primum mouens, vt per primum significetur immediatum mobili, non autem id, quod est primum in ordine mouentium. Et quia in Quinto dixerat, ea esse simul, quæ sunt in eodem loco, posset aliquis credere ex hoc quod dicit, quod mouēs, & motum simul sunt, quod quando vnum corpus mouetur ab altero, quod oporteat ambo esse in eodem loco, & iō ad hoc excludendū subiūgit q simul dicit hic, non quidē esse in eodē hoc, sed quia nihil est medium inter mouens, & motum, secundum quod contacta vel continua sunt simul, quia termini eorū sunt simul, vel quia sunt vnum. Et, quia in præcedenti demōstratione processerat solum de motu locali, posset aliquis credere q hoc haberet veritatem solū in hmōi motu. Et ideo ad hoc remouendum subiūgit, q hoc dictum est communiter, quod mouens, & motum sunt simul, & non specialiter de motu locali, quia hoc est commune in omni specie motus, quod mouens & motum sunt simul modo exposito. Secundo ibi.

T.c.14.

T.c.10.

ARGV. *Cum autem tres sint motus, is inquam, qui ad locum, is qui ad qualitatem, & is qui ad quantitatem accommodatur, quorum primus est Latio, secundus Alteratio, tertius Accretio atque Decretio, & ea sane, quæ mouentur, tria esse necesse est. Atque primo de Latione dicamus; hæc. n. primus motuum est.*

ANTI. Tex.c.10. *Quoniam autem tres sunt motus, & qui secundum locum, & qui secundum qualitatem, & qui secundum quā titatem: necesse est & ea quæ mouentur tria esse. Qui quidem igitur secundum locum, Loci mutatio, qui vero secundum qualitatem, Alteratio, qui vero secūdū quantitatem Augmentum vel Decrementum. Primum quidem igitur de loci mutatione dicamus, hęc enim primus motuum est.*

Loci mutatio primus motuū est.

Probat propositū. Et circa hoc duo facit. Primo enumerat species motus. Secūdo in singulis probat propositum, ibi. (Omne igitur quod fertur.) Ostendit ergo primo

Infra;

primo quod tres sunt motus, vnus secundũ locum, qui dr̃ loci mutatio, alius secundum qualitatem, qui dr̃ alteratio, alius secundum quantitatem, qui dr̃ augmentũ & decrementum. Non facit autem mentionem de generatione, & corruptione, quia non sunt motus, vt in Quinto probatum est. Sed cũ sint termini motus, s. alterationis, vt habitum est in Sexto, per hoc quod probatur propositum in alteratione, sequitur etiam idem de generatione & corruptione. Sicut igitur tres sunt spẽs motus, ita tres sunt species mobilium, & etiam mouentium, & in omnibus est verum quod dictum est. s. quod mouens, & motum sint simul, vt ostendetur in singulis. Sed primo hoc est ostendendum in motu locali, qui est primus motuum, vt in Octauo probabitur.

Secundo ibi.

ARGY. *Omne itaque quod fertur, aut a seipso mouetur, aut ab alio. Si igitur a seipso mouetur, patet, cũ in ipso sit id quod mouet, simul esse, & id quod mouet, & id quod mouetur, & nihil inter ipsa medium esse.*

ANTI. *Omne igitur quod fertur, aut ipsum a seipso mouetur, aut ab altero. Si igitur a seipso, manifestum est, quod cum in ipso mouens sit, simul mouens & quod mouetur erit, & nullum illius medium.*

Ostendit propositum in singulis triom prædictorũ motuum. Et primo in motu locali. Secundo in motu alterationis. ibi. At vero neque alterati. &c. Tertio in motu augmenti & decrementi, ibi. Et quod augetur & augens. &c. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum, in quibus magis est manifestum. Secundo in quibus magis latet. ibi. Quod autem ab alio mouetur.

Secunda 13. T. com. 11. Infra.

Dicit ergo primo, quod necesse est dicere, quod omne quod mouetur secundum locum, aut mouetur a seipso, aut ab altero. Quod autem dicit a seipso aliquid moueri, potest intelligi dupliciter; vno modo in ratione partium, sicut ostendit in Octauo, quod mouentium seipsa vna pars mouet & alia mouetur. Alio modo primo, & per se, vt. s. aliquid secundum se totum moueat se totum, sicut supra probauit, quod hoc modo nihil mouet seipsum. Si autem concedatur vtroque modo aliquid moueri a seipso, manifestum erit, quod mouens erit in seipso, quod mouetur, vel sicut idem est in seipso quod mouetur, vel sicut pars est in toto, vt anima in animali. Et sic sequetur quod simul sit mouens, & quod mouetur, ita quod nihil erit ipsorum medium. Secundo ibi.

ARGY. *Sin ab alio mouetur, quatuor modis mouetur. Motus. n. qui ab alio afferuntur quatuor sunt. Pulsus, Tractio, Voluio, Vectio. Etenim fit, vt omnes alij ad hos reducantur.*

ANTI. *Quod aũt ab alio mouetur quadrifariã mouetur. Qui. n. sunt ab altero motus, quatuor sunt. Pulsio, Tractio, Vectio, Vertigo. Et nãque omnes alios in hos reduci accidit.*

Ostendit idem in ijs, quæ mouentur s̃m locum, ab alio, de quibus minus est manifestum. Et circa hoc tria facit. Primo distinguit modos, quibus aliquid contingit ab altero moueri. Secundo reducit eos ad duos, ibi. (Manifestum est igitur.) Tertio in illis duobus probat propositum, ibi. Hoc autem manifestum est. Circa primum duo facit. Primo diuidit modos, quibus aliquid mouetur ab altero, & dicit quod sunt quatuor. s. Pulsio, Tractio, Vectio, & Vertigo. Omnes enim motus, qui sunt ab alio, reducuntur in istos. Secundo ibi.

Octaua. Te. com. 10. Nona.

ARGY. *Pulsio igitur, alia est impulsio, alia expulsio. Atque impulsio quidem est, cum id, quod mouet, non deserit id quod mouetur, expulsio vero cum deserit.*

ANTI. *Pulsionis igitur, alia impulsio, alia expulsio. Impulsio quidem est cum mouens ei, quod mouetur non deficit. Expulsio, cum expellens deficit.*

Manifestat præmissos quatuor modos. Et primo manifestat pulsionem, quæ est cum mouens facit aliquod mobile a se distare mouendo. Diuidit aũt pulsionẽ in duo. s. in impulsionem, & expulsionem. Dr̃ autem impulsio, quando mouens sic pellit aliquod mobile quod non deficit ipsi deferendo ipsum, sed simul cum eo tẽdit quò ducit. Expulsio autem est, quando mouens sic mouet, quod tamen deficit deferendo ipsum, nec comitatur ipsum vsque ad finem motus. Secundo ibi.

ARGY. *Vectio, autem in tribus est motibus. Non. n. per se, sed per accidens mouetur, quod vehitur. Ex eo namque mouetur, quia est in eo, vel super id quod mouetur. At id quod vehit, aut pellitur, aut trahitur, aut voluitur: patet igitur vectionem in tribus in motibus esse.*

ANTI. *Vectio autem in tribus erit motibus. Quod quidẽ vehitur non secundum se mouetur, sed secundum accidens. In eo enim quod est in eo quod mouetur aut super id, quod mouetur, mouetur ipsum. Vehens autẽ mouetur, aut pulsum, aut tractum, aut vertigine ductum. Manifestum igitur, quoniam vectio in tribus motibus erit.*

Manifestat de vectione, & dicit, quod vectio fundatur in tribus aliis motibus. s. pulsione, tractione, & vertigine: sicut quod est per accidens fundatur in eo quod est per se. Illud autem, quod vehitur, non mouetur per se, sed per accidens, in quantum. s. aliquid alterum mouetur, in quo ipsum est, sicut cum aliquis vehitur a naui in qua est, vel super quod est, sicut cum aliquis vehitur equo. Illud autem quod vehit mouetur per se, eo quod non est procedere in ijs, quæ mouentur per accidens in infinitum: & sic oportet quod primum vehens moueatur aliquo motu per se, vel pulsu, vel tractu, vel vertigine. Ex quo manifestum est, quod vectio in tribus alijs motibus continetur. Tertio ibi.

ARGY. *Tractio vero est motus trahentis, aut ad se, aut ad aliud: celerior eius est motus quod trahitur, neque seiungitur ab eodem: etenim & ad seipsum est tractio, & ad aliud. Ad has, & cætera tractiones eadem specie reducũtur, vt inspiratio, & spiratio & sputatio, & hæ quibus aut emittuntur corpora, aut accipiuntur. Quarũ aliæ sunt congregationes aliæ segregationes. Et omnis igitur ad locum accommodata motio, cõgregatio est nimirum & segregatio.*

ANTI. *Tractio autem est, cum vel ad ipsum, vel ad alterũ velocior sit motus trahentis non separatus ab eo quod trahitur, & nanque ad ipsum est tractio, & ad alterum. Et reliqui tractus idem specie in hos reducuntur, vt inspiratio, & expiratio, & sputio, & quicunque corporum emissiui, aut receptiui sunt: & Spathesis, & † cercisis. Aliud est quidem ipsorum congregatio, & aliud disgregatio. Et omnis igitur motus qui est secundum locum, aggregatio, & disgregatio est.* † al. Radiatio.

Manifestat tertium motum. s. tractum. Et sciendum est, q̃ tractio a pulsione differt, quia in pulsione mouẽs se habet ad mobile vt terminus a quo est motus eius. in tractu vero se habet vt terminus ad quẽ: illud ergo trahere, dr̃, quod mouet alterum ad seipsum. Mouere autem aliquid secundũ locum ad seipsum contingit tripliciter. Vno modo sicut hõis mouet, vnde & hõis dr̃ trahere secundum illud Poetæ, Trahit sua quemq. voluptas: & hoc modo põt dici, qđ locus trahit id, qđ naturaliter mouetur ad locum. Alio modo põt dici aliquid trahere, quia mouet id ad seipsum alterando aliqualiter ex qua alteratione contingit quod alteratum mouetur secũdum locũ, & hoc modo magnes dr̃ trahere ferrũ. Sicut. n. generans mouet grauia, & leuia, in quantum dat eis formã, per quã mouetur ad locũ, ita & magnes dat aliquã qualitatem ferro, per quam mouetur ad ipsum. Et quod hoc sit verum, patet ex tribus. Primo quidem, quia magnes non trahit ferrum ex quacunque distantia, sed ex propinquo, si autem ferrum moueretur ad magnetem solum sicut ad finem, sicut graue ad suũ locum, ex qualibet distantia tenderet ad ipsum. Secun- Magnes quomodo ferrum ad se trahat, ipsi virtutem alteratiuam imprimẽdo.

do, quia, si magnes allio perungatur, ferrum attrahere non potest, quasi allius vim alteratiuam ipsius impedientibus, aut etiam in contrarium alterantibus. Tertio, ita ad hoc, quod magnes attrahat ferrum, oportet prius ferrum liniri cum magnete, maxime si magnes sit paruus, quasi ex magnete aliquam virtutem ferrum accipiat, vt sic eum moueatur. Sic igitur magnes attrahit ferrum, non solum sicut finis, sed et sicut mouens & alterans. Tertio modo dicitur aliquid attrahere, quia hoc mouet ad seipsum motu locali itam, & sic definitur hic tractio, prout vnum corpus trahit alterum, ita quod trahens simul moueatur cum eo quod trahitur. Hoc est ergo quod dicit, quod tractio est cum motus trahentis ad seipsum vel ad alterum sit velocior, non separatus ab eo quod trahitur. Dicit autem (ad ipsum vel ad alterum) quia mouens voluntarium potest vniuersaliter, vt seipso. Vnde potest ab alio pellere sicut a seipso, & ad aliud trahere sicut ad seipsum, sed hoc in motu naturali non contingit. Immo semper pulsio naturalis est a pellente, & tractio naturalis ad trahentem. Addit autem (cum velocior sit motus, quia contingit quandoque, quod id quod trahitur, etiam per se mouetur illuc quo trahitur, sed a trahente velociori motu compellitur moueri. Et, quia trahens mouet suo motu, oportet quod motus trahentis sit velocior, quam motus naturalis eius quod trahitur: adiungit autem (non separatus ab eo quo trahitur) ad differentiam pulsionis. Nam in pulsione pellens quandoque separatur ab eo quod pellit, quandoque vero non, sed trahens nunquam separatur ab eo quod trahitur, quinimmo simul mouetur trahens cum eo quod trahitur. Exponit autem quod dixerat. Ad ipsum vel ad alterum, quia contingit esse tractionem ad ipsum attrahentem, & ad alterum in motibus voluntariis, vt dictum est. Et quia sunt quidam motus, in quibus ita manifeste saluatur ratio tractionis, consequenter ostendit eos etiam reduci ad hos modos tractionis, quos posuerat. s. ad seipsum, & ad alterum. Et hoc est quod dicit, quod omnes alii tractus, qui non nominantur tractus, reducuntur in hos duos modos tractionis, quia sunt eiusdem speciei cum eis quantum ad hoc, quod motus accipiunt speciem a terminis, quia & illi tractus sunt ad seipsum vel ad alterum, sicut patet in inspiratione & expiratione. Inspiratio. n. est attractio aeris, expiratio vero est aeris expulsio, & similiter sputum est expulsio sputi. Et similiter dicendum est de omnibus aliis motibus per quoscunque aliqua corpora extra mittuntur, vel intra recipiuntur, quia emissio reducitur ad pulsionem, receptio autem ad attractionem. Et similiter spathesis est pulsio, & cercisis est attractio. Spa. i. n. in Graeco dicitur ensis, vel spatha. vnde spathesis, idem est quod spathatio. i. percussio per ensem, quae fit pellendo. Et ideo alia litera quae dicit (speculatio) vel est vitio scriptoris corrupta, quia pro spathatione, posuit speculationem. Cercisis autem est attractio. Est autem cercis in Graeco quoddam instrumentum, quo vtuntur textores, quod ad se trahunt texendo, quod latine dicitur radius. Vnde alia litera habet (radiatio) motuum. n. duorum, & quorumcunque motuum emissiuorum & receptiuorum, aliud est congregatio, quod pertinet ad attractionem, quia congregans mouet aliquid ad alterum, aliud est disgregatio, quae pertinet ad pulsionem, quia pulsio est motus alicuius ab alio. Sic ergo patet quod omnis motus localis est aggregatio vel disgregatio, quia motus localis est ab aliquo, vel ad aliquid. Et per consequens patet, quod omnis motus localis est pulsio vel tractio. Deinde cum dicit.

ARGY. *Vectatio vero ex tractione pulsioneque componitur. Mouens enim partim pellit, partim trahit id quod motu hoc agitat.*

ANTL. *Vertigo autem componitur quidem ex tractu, & pulsione, hoc quidem pellit mouens, aliud autem trahit.*

Manifestat quid sit vertigo, & dicit quod vertigo est quidam motus compositus ex tractu & pulsu. Cum. n. aliquid vertitur, ex vna parte pellitur, & alia trahitur. Deinde cum dicit.

Perspicuum igitur est, si pellens, & trahens est simul cum eo quod pellitur atque trahitur, nihil esse inter ea, quorum alterum mouetur, alterum mouet. ARGY

Manifestum igitur est, quod si simul pellens & trahens est cum eo quod pellitur & trahitur, nullum medium eius quod mouetur, & mouentis est. ANTL.

Ostendit quod omnes quatuor motus praedicti ad pulsum & tractum reducuntur, & quidem est iudicium de omnibus, & de istis duobus. Quia enim vectio consistit in tribus aliis, & vertigo componitur ex pulsu & tractu, relinquitur quod omnis motus localis, qui est ab alio, reducitur ad pulsum & tractum. Vnde manifestum est, quod si in pulsu & tractu, mouens & motum sint simul, id est si id quod pellens sit simul cum eo quod pellitur, & trahens cum eo quod trahitur, consequens erit vniuersaliter verum esse, quod nullum sit medium inter mouens secundum locum, & motum. Deinde cum dicit.

Hoc & ex definitionibus patet. Nam pulsio quidem est, aut a se, aut ex alio in aliud motus. Tractio vero ex alio, vel ad se, vel in aliud. Insuper complexio atque depulsio. ARGL.

Hoc autem manifestum, & ex diffinitionibus. Pulsio quidem enim a se ipso, aut ab alio ad aliud motus est. Tractus autem, ab alio ad ipsum, aut ad aliud est. Adhuc autem synosis & diosis. ANTL.

Probat propositum in his duobus motibus. Et primo ponit duas rationes ad propositum ostendendum. Secundo excludit obiectionem, ibi (Proiectio autem &c.) Prima autem ratio sumitur ex definitione vtriusque motus, quia pulsio est motus ab ipso mouente, vel ab aliquo alio in aliquid aliud, & sic oportet quod saltem in principio motus pellens sit simul cum eo quod pellitur, dum pellens id quod pellitur remouet a se, vel ab alio. Sed tractus est motus ad ipsum vel ad alterum, vt dictum est, & quod non separatur trahens ab eo quod trahit. Ex quo manifestum est in duobus motibus, quod mouens & motum sint simul. Secunda ratio sumitur ex congregatione & disgregatione. Dictum est. n. quod pulsio est disgregatio, & tractio est congregatio. Et hoc est quod dicit (Adhuc autem synosis). i. congregatio, & diosis, diuisio. Non autem posset aliquid congregare vel disgregare, nisi adesset his quae congregantur & disgregantur. Et sic patet quod in pulsione & tractu mouens & motum sunt simul. Secundo ibi.

Proiectio vero est, cum motus celerior fit naturali motu corporis eius quod fertur, pulsione vehementiore nimirum facta. Quod quidem eousque fertur, quousque motus is vehementior sit illo motu. Quae, cum ita sint, patet esse simul id quod mouetur, & id quod mouet, et nihil inter ipsa medium esse. ARGL.

Proiectio autem, quando velocior motus fiat quam qui secundum naturam lationis fortiori facta pulsione, & hoc facto tam diu accidit ferri, quousque fortior sit motus eius quod fert. Manifestum igitur, quoniam quod mouetur, & mouens simul sunt & nullum medium est ipsorum. ANTL.

Excludit quandam obiectionem, quae accidere potest circa pulsionem. De Tractione. n. dictum est, quod motus trahentis non separatur ab eo quod trahitur, sed in pulsione dictum est, quod aliquando deficit pellens ab eo quod pellitur, & talis pulsio vocatur expulsio, cuius species est proiectio, quae est, quando pellitur cum quadam violentia in remotum, & sic in proiectione videtur, quod id quod proiicitur non sit simul cum proiiciente. Et ideo ad excludendum dicit, quod proiectio est quando motus eius quod fertur sit velocior quam motus naturalis, & hoc propter aliquam fortem impulsionem factam. Cum. n. aliquid proiicitur, ex forti impulsione mouetur aer velociori motu quam sit motus eius naturalis, & ad motum aeris defertur corpus proiectum. Et quamdiu durat aer impulsus, tandiu proiectum mouetur. Et hoc

est

est quod dicit, quod facta tali impulsione, tandiu accidit aliquid ferri proiectum, quandiu in aere fit fortior motus, q̃ eius motus naturalis. Sic ergo remota hac dubitatione, concludit quod moués & motum sunt simul, & quod inter ea nihil est medium.

LECTIO IIII.

Alterans, & alteratum simul esse probatur.

ARGL *At vero nec inter alterans, & id quod alteratur, medium quicquam esse quod quidem ita esse per inductionē patere potest. In vniuersis enim fit, vt id, quod vltimum alterat, & id quod primum alteratur, sint simul.*

ANTI. T.c.11. *At vero neque alterati neque alterantis nullum medium est. hoc autem manifestum est ex inductione. In omnibus enim simul esse accidit alterans vltimum & primum quod alteratur.*

Postquam ostendit in motu locali, q̃ mouens & motum sunt simul, ostendit idem in alteratione, q̃d. s. nihil est mediú alterantis & alterati. Et hoc probat primo p inductioné. In omnib. n. quæ alterantur manifestú est, q̃d simul sunt vltimú alterans & primum alteratú. Vĩ aút hoc hīc instátiam in quibusdam alterationib. Sicut cum Sol calefacit aeré, sine hoc quod calefaciat orbes medios planetarum, & piscis quidá in rete detentus stupefacit manum trahentis rete, absq. hoc quod stupefaciat rete. Sed dicendum est, quod passiua recipiút actionem actiuorú sm proprium modú, & io media, quæ sunt inter primum alterans, & vltimum alteratú, aliquid patiuntur a primo alterante, sed forte non eodem modo, sicut vltimum alteratú. Aliquid igitur patitur rete a pisce stupefaciente, sed non stupefactionem, quia eius nõ est capax. Et orbes medii planetarum aliquid recipiút a Sole. s. lumen, non autem calorem. Secundo ibi.

Obiectio

An in alteratione, alterans & alteratum sit simul.

Aurea responsio.

ARGl. *Omne. n. quale, ex eo alteratur, quia sensibile est. Sensibilia vero sunt ea, quibus inter sese corpora differunt, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, huius vacuitas, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & ea quæ inter hæc sunt. Similiter & cætera, quæ sensui obijciuntur, caliditas, inquam, & frigiditas, & leuitas, & asperitas. Hæc enim affectus sunt qualitatis subiecta, & his inter se differút sensibilia corpora aut horum gradibus: atque quia aliquod horum patiuntur, alterari dicimus tam animata corpora, quam inanimata, & animantium partes, quæ anima sunt expertes (calefiunt enim aut frigescunt, aut dulcia fiút, aut amara, aut aliquo alio prædictorum afficiuntur. Ipsi quoque sensus alterantur, patiuntur enim. Nam ipsorum actio motus est per corpus patiente aliquid sensu. Atque quibus alterantur inanimata, his vniuersis animantia etiam alterantur, at quibus animantia alterantur, hisce non alterantur inanimata. Per sensus enim non alterantur, neque sentiunt inanimata cum alterantur. Nihil tamen prohibet, vt & animantia cum alterantur non sentiant, quando non per sensus ipsis accidit alteratio. Si igitur affectus quidem sensibiles sunt, per hos autem fit alteratio, patet tum simul esse patiens ipsú, atq; affectú, & nihil inter ipsa medium esse.*

ANTI. *Quale. n. alteratur, ex eo quod sensibile est, Sensibilia aút sunt, quibus differunt corpora a se inuicem, vt grauitas, leuitas, duritíes, mollities, sonus, non sonus, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media, similiter aút, & alia quæ sub sensu sunt, quorú est calor & frigus, & lenitas, et asperitas, hæc n. sunt passiones subiectæ qualitatis. His. n. differunt sensibilia corporú, aút secúdú aliquod horum magis et minus, & in patiendo aliquid horú (calefacta. n. aut frigefactá, aút dulcefacta, aut amaricata, aut secúdú aliqd aliud pdictorú.) Similiter et animata corporú, & inanimata & animatorum, quęcunque partes sunt inanimatæ. Et ipsi sésus alterantur, patiuntur. n. Actio enim ipsorum motus est per corpus, patiente sensu aliquid. Secundum quę igitur inanimata alterantur & animata, secundum omnia hæc alterantur, secundum aút quæcunq. animata alterantur, non secundum hoc alterantur inanimata, secundum enim sensus non alterantur, & latet cúm alterantur inanimata. Nihil aút prohibet & animata latere, cum alterantur, cum non secundum sensus accidit ipsis alteratio. Si igitur sensibiles passiones sunt, omnis aút per has alteratio est, ex hoc ergo manifestum est, quod passio & patiens simul sunt, & horum nullum medium est.*

Probat idem per rónem, quæ talis est. Omnis alteratio est similis alterationi, quæ fit secúdum sensum, sed in alteratione, quæ est secundum sensum, alterans, & alteratum sunt simul, ergo & in qualibet alteratione. Primam sic probat. Omnis alteratio fit secundum qualitatem sensibilem, quæ est tertia species qualitatis. Secundú illa. n. alterantur corpora, quibus corpora ab inuicé differunt, quæ sunt sensibiles qualitates, vt grauitas, & leuitas, durities, & mollities, quæ percipiuntur tactu, sonus qui percipiuntur auditu. Sed tamé, si sonus in actu accipiatur, est qualitas in aere, consequens aliquem motum localem, vnde non videtur secundum huiusmodi qualitatem esse primo & per se alteratio, si vero sonus in aptitudine accipiatur, sic per aliquem alterationé fit aliquid sonabile vel non sonabile.) albedo & nigredo quæ pertinét ad visú, & dulcedo & amaritudo, quæ pertinent ad gustum, humiditas & siccitas, densitas, & raritas, quæ pertinent ad tactum, & eadem ratio de ijs contrarijs, & de mediis horum. Et similiter etiam sunt alia, quæ sub sensu cadunt, sicut calor, & frigus, & lenitas, & asperitas, quæ etiam tactu comprehenduntur, hmôi. n. sunt quædam passiones sub genere qualitatis contentæ, & dicuntur passiones, quia passionem ingerunt sensib. vel quia ab aliquibus passionibus causantur, vt in Prędicamentis dr. Dicuntur autem passiones sensibiliú corporum, quia sensibilia corpora secundum hmôi differunt, inquantum. s. aut vnum est calidum & aliud frigidum, vnum graue, & aliud leue, & sic de aliis, aut in quátum aliquod vnum de præmissis inest duobus secundú magis & minus, ignis enim differt ab aqua secundum dñam calidi & frigidi, ab aere vero sm magis & minus calidum. Et etiam sm hoc attenditur sensibilium corporum differentia, in quantum patiuntur aliqd horú, dicet nõ sit in eis naturaliter, sicut dicimus differre calefacta ab infrigidatis, & ea quæ fiút dulcia ab his, q̃ fiút amara per aliquam passionem, & nõ ex natura. Alterari autem secúdum hmôi qualitates est omnium corporum sensibilium, tam animatorum quam inanimatorú. Et quia in corporibus animatis quædam partes sunt animatæ, (. i. sensitiuæ, vt oculus, & manus,) quędam autem inanimatæ. s. non sensitiuæ, vt capilli & ossa, vtræque partes scd'm hmôi, qualitates alterantur, quia sensus sentiédo patiútur, actiones. n. sensuú, vt aditio, & visio sunt quidá motus p corpus cú aliqua sensus passione. Non. n. sensus habét aliq̃ actioné nisi p organú corporeú, corpori aút cõuenit moueri & alterari, vnde passio & alteratio magis ppriè dr in sensu q̃ in intellectu, cuius operatio non est p aliqd organú corporeú. Sic igit patet, q̃ scd'm quascunq. qualitates scd'm quoscunque motus alterantur corpora inanimata scd'm eosdé motus, & easdem qualitates alterantur corpora animata, sed nõ cõuertitur, quia in corporib. animatis inuenitur alteratio scd'm sensum, q̃ non inuenitur in corporib. inanimatis, non. n. corpora inanimata cognoscunt suam alterationem, sed latet ea, quod non accideret, si scd'm sensú alterarentur. Et ne aliquis hoc reputaret impossibile, quod aliquid alteraretur scd'm sésibile & qualitaté absq. sensu alterationis, subiungit quod non solú hoc est verum in reb. inanimatis, sed hoc cõtingit etiam in rebus animatis, Nihil. n. prohibet, q̃ etiá animata cor-

Capitul. de Qualitate.

pora lateant cum alterantur, sicut cum aliqua alteratio accidit in ipsis absq. alteratione sensus, vt cum alterantur secundum partes nõ sensitiuas. Ex hoc igitur patet, ꝙ si passiones sensus sunt tales, quod nihil est medium inter agens & patiens, & omnis alteratio est per huiusmodi passiones, quibus alterantur sensus, sequitur quod alterans inferens passiones, & alteratũ patiens sint simul, & nullum sit ipsorum medium. Deinde cum dicit.

ARGL. *Nam huic quidem aer continuus est, aeri vero coniungitur corpus, & superficies quidem lumini, visus vero lumen coharet, similiter & auditus, ac odoratus primo mouenti coniungitur. Sapor etiam simul est modo eodem & gustus. Simili modo fit & in hisce, qua sunt expertia anima, atque sensus, id etiam.*

ANTL. T.c.13. *Huic aũt aer est continuus, aeri vero continuatur corpus, & superficies quidẽ terminatur ad lumen, lumen autẽ ad visum. Similiter & auditus & odoratus, & mouẽs ipsos primum. Eodẽ autẽ mõ simul, & gustus et sapor est. Similiter autem & in inanimatis & insensibilibus.*

Probat secundum, quod in alteratione sensus alterãs & alteratum sint simul, quia (huic). s. sensui, puta visui (aer continuus est) id est absque medio coniunctus, aeri vero corpus visibile, & superficies quidem visibilis corporis, quæ est subiectum coloris (terminatur ad lumẽ) id est ad aerem illuminatum, qui terminatur ad visum. Et sic patet, ꝙ aer alterat⁹, & alterãs ipsum, sunt simul, & similiter visus alteratus cum aere alterante, & similiter est in auditu & in odoratu, si cõparentur ad id quod primum mouet. s. ad sensibile corpus, quia hi sensus sũt per medium extrinsecum. Gustus autem & sapor sunt simul, non enim coniunguntur per aliquod medium extrinsecum, & simile est de tactu. Et eodem modo se habet in rebus inanimatis, & insensibilibus, s. quod alterans, & alteratum sunt simul. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quod augetur, & id quod auget eodem modo se habet. Accretio nanq; quædam additio est: quare simul sunt qd auget, & quod augetur, & in diminutione eodem modo. Causa nanque decretionis ablatio quædam est. Patet igitur nihil esse medium inter id, quod vltimum mouet, & id quod primo mouetur.*

ANTL. *Et quod augetur, & augens, appositio enim quædam est augmentum: quare simul sunt, & quod augetur & augens & decrementum, decrementi enim causa est ablatio quædam. Manifestum igitur est, quod mouentis vltimi & moti primi nullum est medium.*

Probat idem in motu augmenti & decrementi. Et primo in motu augmenti. Oportet. n. quod augetur & auget esse simul, quia augmentatio est quædam appositio, per appositionem. n. alicuius quãti aliquid augetur. Et similiter est in decremento, quia causa decrementi est quædam subtractio alicuius quanti. Et potest intelligi hæc probatio dupliciter, vno modo, secundum qđ ipsum quantũ appositum vel subtractum est proximũ mouens illis motibus. Nam & Arist. dicit. Secundo de Anima, ꝙ caro auget prout est quanta, & sic manifeste simul cum mouente motum est, non. n. potest aliquid apponi vel subtrahi alicui, si non sit simul cum eo. Procedit etiam hæc rõ de principali agente. Appositio. n. oĩs congregatio quædam est, subtractio vero disgregatio quædam. Supra autem ostensum est, quod in motu cõgregationis & disgregationis mouens & motũ sũt simul, vnde relinquitur, quod etiam in motu augmẽti & decrementi. Et sic vlterius cõcludit vniuersaliter, ꝙ inter vltimũ mouens & primum motum nihil est mediũ.

LECTIO V.

Quæcũq. alterantur, ꝙ nõ secũm primæ, vel quartæ spẽi qualitates, sed secundum sensibiles tantum alterentur, ostendit.

ARGL. *Deinceps autẽ vniuersa, quæ alterãtur, a sensibilibus alterari: & eorum alterationem esse duntaxat quæ per se, ab hisce pati dicuntur, per hæc contemplemur oportet.*

ANTL. T. c.14. *QVod aũt ea, quæ alterantur, alterantur omnia a sensibilibus: & solum horum alteratio est quæcunq; secundum se dicuntur pati ab his, ex his considerabimus.*

Quia in præcedenti ratione Philosophus supposuerat, ꝙ omnis alteratio sit secũdũ sensibilia, hoc intendit probare. Et primo proponit quod intendit. Scđo probat propositum. ibi. (Aliorum. n. maxime.) Dicit ergo primo, ꝙ ex sequentibus considerandum est, ꝙ oĩa quæ alterantur, alterantur secundum qualitates sensibiles, & per consequens illis solum competit alterari, quæ per se patiuntur ab hmõi qualitatibus. Secundo ibi.

T.c.15. ARGL. *Maxime nãque quispiam in figuris, formis, atq; habitibus, & horum deiectionibus, acquisitionibus ve alterationem esse existimabit: videtur enim in his alteratio esse, verum non est, sed cum quadam alterantur hæc fiunt cum densatur, inquam, aut rarescit, aut calescit, aut frigescit materies ipsa, sed alteratio non est.*

ANTL. T. com. 15. *Aliorũ. n. maxime vtiq. quis existimabit, in figuris et formis & habitibus & horũ remotionib. & acceptionib. alterationẽ esse. Non est aũt neq. in his sed fiunt hæc, cum quædam alterantur, densata. n. aut rarefacta; aut cũ fiat calida, aut frigida, materia alteratio autem non est.*

Probat propositum arguendo a maiori. Quod quidem primo ponit. Secundo quædam quæ supponit probat, ibi. (Ex quo quidẽ. n. &c.) Dicit ergo primo quod præter qualitates sensibiles maxime videtur esse alteratio in quarta specie qualitatis, quæ est qualitas circa quãtitatem. s. forma & figura, & in prima specie qualitatis, quæ continet sub se habitus & dispositiones, videtur. n. ꝙ alteratio quædam sit per hæc, ꝙ huiusmodi qualitates de nouo remouentur, aut de nouo acquiruntur, non. n. vr̃ hoc sine mutatione posse cõtingere, mutatio aũt sm̃ qualitatẽ alteratio est, vt supra dictũ est. Sed in pdictis qualitatibus primæ & quartæ speciei, nõ est alteratio primo & principaliter, sed secũdario, qa hmõi qualitates cõsequuntur quasdã alterationes primarum qualitatũ, sicut patet, quod cũ materia subiecta densatur, aut rarescit, sequitur mutatio sm̃ figurã, & similiter cũ calefiat, aut infrigidetur, sequitur mutatio sm̃ sanitatẽ & ægritudinẽ, quæ pertinent ad primã speciem qualitatis, rarum autem & densum, calidum & frigidum sunt sensibiles qualitates, & sic patet, quod non est alteratio in prima, & quarta spẽ qualitatis primo & per se. Sed remotio & acceptio huiusmodi qualitatũ consequuntur ad aliquam alterationem, quæ est secundum sensibiles qualitates. Ex quo etiã patet, quare non facit mentionem de secunda specie qualitatis, quæ est potentia, vel impotentia naturalis, manifestum est. n. ꝙ potentia vel impotentia naturalis non accipitur aut remouetur, nisi transmutata natura, quod fit per alterationem, & ideo hoc quasi manifestum prætermisit. Secundo ibi. Infra. Lect. 41. com. 18.

ARGY. *Non. n. statuę formam nomine dicimus eius ex quo forma est orta: nec eius etiam ex quo est pyramidis aut lecticæ figura, pyramidem aut lecticam: sed denominantes illud æneum, aliud terreum, aliud ligneum. Quod aũt alteratur appellamus, ipsum enim æs humidum esse dicimus, aut calidum aut durum. Et non solũ hoc pacto, sed ẽt ipsum humidum, atque calidum esse dicimus, æs affectus nomine materiam nuncupantes. Cum igitur id quidem ex quo est forma & figura, & id quod est ortum figurarum nomine non dicatur, id vero quod alteratur nomine dicatur affectuum, patet alterationem in solis sensibilib. esse.*

ANTL. *Ex quo quidem. n. est forma: statuę nõ dicimus formã neq. ex quo figura Pyramidis est aut lecti, sed denominãtes hoc quidem æneum, illud vero terreum, aliud autem ligneum, quod autem alteratur dicimus: æs quidem. n. humidum esse dicimus, aut forte, aut calidum, & non solum sic, sed humidum & calidum atq; æquiuoce dicentes, aut passione

passione materiam. Quoniã igitur ex quo quidem forma & figura, & quod factum est, æquiuoce non dicuntur cũ figuris, quæ ex illo sunt, quæ autem alterantur, cum passionibus æquiuoce dicuntur, manifestum quod in solis sensibilibus alteratio est.

Probat quod supposuerat. Et primo ꝙ nõ fit alteratio in quarta specie qualitatis. Secundo quod non fit in

Secunda 17. prima. ibi. Neq; .n. in habitibus, &c. Circa primum ponit duas rationes, quarum prima sumitur ex modo lo-

Figuræ ac formæ discrimen. quendi. Vbi considerandum est, ꝙ forma & figura in hoc ab inuicem differunt, quod figura importat terminationem quãtitatis. Est. n. figura quæ termino vel terminis comprehenditur. Forma vero dr̃ quę dat esse specificum artificiato. Formæ. n. artificiatorum sunt accidentia. Dicit ergo ꝙ illud, ex quo fit forma statuæ, non dicimus formam. i. materia statuæ non prædicatur de statua in principali & recto, & similiter est in figura pyramidis, vel lecti: sed in talibus materia prædicatur denominatiuè, dicimus. n. triangulum æneum, aut cereũ, aut ligneum, & simile est in aliis. Sed in his, quæ alterãtur, & passionem prædicamus de subiecto: quia dicimus æs esse humidum, aut forte calidum, & econuerso, humidum vel calidum dicimus esse æs, æqualiter prædicantes materiam de passione, & ecõuerso, & dicimus hominem esse album, & album esse hominẽ. Quia ergo in formis & figuris materia non æqualiter dicitur cum ipsa figura, ita quod alterum de altero dicatur, in principali & recto, sed solum denominatiue materia prædicatur de figura & forma, in his autem, quæ alterãtur, subiectum & passio æqualiter de se inuicem prædicantur, sequitur ergo quod in formis & figuris non fit alteratio, sed solum in sensibilibus qualitatibus. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea absurdum est, & alio modo dicere. Dicere nãque hominem alteratum esse, vel domũ, sumpto fine, ridiculum est. Si perfectionem domus, aut parietes, aut tegulam alterationem esse dixerimus: & si cum parietib. domus clauditur, aut tegitur, ipsam dixerimus alterari. Patet autem alterationem in hisce non esse quæ generantur, atqui nec in habitibus alteratio est.*

ANTI. T. c. 16. *Amplius & aliter dicere inconueniens est. Dicere. n. hominem alteratum esse, aut domum accipientem finem ridiculũ est. Si perfectionẽ domus tectionẽ, aut laterationem dicimus alterationem esse, domo autem laterata aut*

Te. com. 17. *cooperta alterari domum. Manifestum autem est, quia quod est alterationis, non est in his quæ fiunt.*

Et sumitur a proprietate rei. Ridiculum. n. est dice-

Secunda 18. re, ꝙ homo, vel domus, vel quicquid aliud alteretur ex hoc ipso ꝙ accipit finẽ suæ perfectionis, puta si domus perficitur ꝑ hoc ꝙ tegitur, vel per hoc ꝙ lateribus ornatur, aut cooperitur, ridiculum est dicere, ꝙ domus alteretur quando cooperitur, aut lateratur. Est etiã manifestum ꝙ alteratio non est eorum, quæ fiunt in quantum fiunt: sed vnum quodq; perficitur, & fit, in quantũ accipit formam propriam & figuram: non est ergo alteratio in acceptione figuræ & formæ. Ad euidentiam autem harum rationum cõsiderandum est, quod inter omnes qualitates figuræ maxime consequuntur, & demonstrant speciẽ rerũ, ꝙ maxime in plantis & animalib. patet, in quibus nullo certiori indicio diuersitas specierum dijudicari potest, quam diuersitate figurarum. Et hoc ideo quia sicut quantitas propinquissime se habet ad substantiam inter alia accidentia, ita figura, quæ est qualitas circa quantitatem, propinquissime se hẽt ad formam substantiæ. Vnde sicut posuerunt aliqui dimensiones esse substantiam rerum, ita posuerunt aliq. figuras esse substantiales formas. Et ex hoc contingit, quod imago, quę est expressa rei repræsentatio, secũdũ figuram potissime attendatur magis, quam secũdũ colorẽ, vel aliquid aliud. Et quia ars est imitatrix naturæ, & artificiatum est quædã rei naturalis imago, & formæ artificialium sunt figuræ vel aliquid propinquum, & ĩo propter similitudinem huiusmodi formarum & figurarũ ad formas substãtiales, dicit Philosophus, quod secundum acceptionem formæ, & figuræ non est alteratio, sed perfectio. Et eainde etiam est, quod materia de huiusmodi nõ prædicatur nisi denominatiue, sicut etiã est in substantiis naturalibus, non enim dicimus hominem terram, sed terrenum. Deinde cum dicit.

Atqui nec in habitibus alteratio est. Habitus enim virtutes ac vitia sunt. Virtus autem omnis & vitium ad aliquid est, quemadmodum sanitas temperatio quædam est calidorũ ac humidorũ, aut internorum, aut ad continens. Similiter & pulchritudo & robur ad aliquid sunt, sunt enim dispositiones quædam eius quod præstantissimũ est ad id quod est optimum. Atque id præstantissimum dico quod conseruat, ac circa ipsam naturam disponit. Cum igitur virtutes quidem ac vitia sint ex hisce, quæ sunt ad aliquid. Hæc autem generationes non sunt, nec ipsorum fit generatio nec alteratio omnino: patet circa habitus alterationes non esse. ARGY.

Neque. n. in habitibus: habitus enim virtutes & malitiæ sunt. Virtus autem omnis, & malitia ad aliquid sunt: sunt sanitas quidem calidorum & frigidorum mensuratio quædam est, aut eorum quę sunt intra, & ad continẽs. Similiter autem & pulchritudo, & macies ad aliquid sunt: dispositiones enim quædam perfecti ad optimũ sunt. Dico autem perfecti, quod sanat & dispositum est circa naturam: quoniam ergo virtutes & malitia sunt ad aliquid; hæc aũt neq; generationes sunt, neq; generatio est ipsorum, neque alteratio omnino, manifestum est, quod non est omnino quod est alterationis circa habitus. ANTI.

Ostendit quod nõ est alteratio in prima specie qualitatis. Et primo quantum ad habitus, & dispositiones corporis. Secundo quãtum ad habitus, & dispositiones Infra. animæ, ibi. (Neq. itaq. circa animæ virtutes &c.) Circa primum ponit talem rationem. Habitus qui sunt in pri- Virtus quid sit. ma specie qualitatis, etiam corporei, sunt quædam virtutes & malitię. Virtus enim vniuersaliter cuiuslibet rei est, quæ bonum facit habentẽ, & opus eius bonum reddit. Vnde virtus corporis dr̃, secundum quam bene se habet & bene operatur, vt sanitas, ecõtrario autem est de malitia, vt de ægritudine. Omnis autẽ virtus & malitia dicuntur ad aliquid, & hoc manifestat per exempla. Sanitas enim quæ est quædam virtus corporis, est quædam commensuratio calidorum & frigidorum. Et dico hanc commensurationem fieri secundum debitam proportionem (eorum quæ sunt intra). i. humorum ex quibus componitur corpus adinuicẽ (& ad continens) id est ad totum corpus. Aliqua. n. contẽperatio humorum est sanitas in leone, quæ non esset sanitas in homine, sed eius extinctio, quia eã humana natura ferre nõ posset. Commentator autem exponit (ad continens,) scilicet ad aerem continentem. Sed primum melius est, quia sanitas animalis non attenditur per comparationem ad aerem, sed potius econuerso, dispositio aeris dicitur sana per comparationem ad animal. Similiter pulchritudo & macies dicũtur ad aliquid, & sumitur macies pro dispositione, qua aliquis est expeditus ad motũ & actionẽ: huiusmodi enim sũt quædam dispositiones eius qđ est perfectum in sua natura per comparationem ad optimum. i. ad finem, qui est operatio. Sicut enim dictum est, ex hoc hmõi dispositiones virtutes dicuntur, ꝙ bonum faciunt habentem, & opus eius bonum reddunt, dicuntur. n. huiusmodi dispositiones per relationem ad debitum opus, quod est optimum rei. Nec oportet exponere (optimum) aliquid extrinsecum, sicut quod est pulcherimum, aut sanissimum, vt Commentator exponit.

ponis, accidit, s. pulchritudini & sanitati relatio, quæ est ad extrinsecum optime dispositum, sed per se cōpetit eis relatio, quæ est ad bonum opus. Et ne aliquis accipiat perfectū, quod iam adeptū est finem, dicit, quod perfectū hic accipitur hoc, quod est sanatiuum & dispositum secundum naturam. Non autem est hic intelligēdum, qd huiusmodi habitus & dispōnes hoc ipsum qd sunt, ad aliquid sint, quia sic nō essent in genere qualitatis, sed relationis, sed quia eorum ratio ex aliqua relatione dependet. Quia ergo huiusmodi habitus ad aliquid sunt, & in ad aliquid non est motus, neque generatio, neque alteratio, vt in Quinto probatū est; manifestum est, qd ad huiusmodi habitus nō est alteratio primo & per se, sed eorum transmutatio consequitur aliquam priorem alterationem calidi, & frigidi, aut alicuius huiusmodi, sicut etiam relationes esse incipiunt per consequentiam ad aliquos motus.

LECTIO VI.

Circa animæ habitus ac dispositiones, tum morales, tum intellectuales quod alterationes non sint ostenditur.

ARGI. *At vero neq; circa virtutes animi vitiaq; alterationes esse videntur. Virtus nanque perfectio quædam est, vnū quodq; n. maxime tū est perfectum, cum propriam virtutem est consecutū, & maxime sēdm naturam, sicut circulus tunc maxime secundū naturā est, qñ maxime circulus est. Vitium vero corruptio est horum, atque remotio.*

ANTI. T.c. 18. *Neque itaq; circa animæ virtutes, & malitias. Virtus. n. quadā perfectio est, vnūquodque. n. tunc maxime perfectum est, cum attingit propriæ virtuti & tunc est maxime secundum naturam, vt circulus tunc maxime secundum naturam est, cū maxime circulus sit. Malitia autem corruptio horum, & remotio est.*

Postquam Philosophus ostendit quod non est alteratio in prima specie qualitatis quantum ad dispositiones corporis, hic ostendit idem de habitibus animæ. Et primo quantum ad partem appetitiuam, secūdo quantum ad partem intellectiuam, ibi. At vero neque in intellectiua parte. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod non est alteratio primo & per se in transmutatione virtutis, & malitiæ, secundo qd transmutatio virtutis & malitiæ cōsequitur ad quandam alterationem, ibi. Fit quidem igitur. Concludit ergo ex præmissis primo quod circa animæ virtutes & malitias, quę pertinēt ad partem appetitiuam, non est primo & per se alteratio, ideo autem hoc concludendo inducit, quia eisdem rationibus procedit ad probandum sequentia, quibus & priora. Ad hoc autem probandum assumit quādam propositionem. s. quod virtus sit perfectio quædam, qd quidem sic probat, quia vnumquodque tunc est perfectum, quando pertingere potest ad propriam virtutē, sicut naturale corpus tūc perfectum est, quando potest aliud sibi simile facere, quod est virtus naturę. Quod ēt probat per hoc, quia tunc est aliquid maxime secūdum naturam, quādo naturæ virtutem habet, virtus. n. naturæ est signum completionis naturæ. Cum autem aliqd habet complete suam naturam, tunc dr̄ esse perfectam, quod non solum in rebus naturalibus verum est, sed ēt in mathematicis, vt eorum forma accipiatur pro eorū natura. Tunc enim maxime circulus est, idest perfectus circulus, quando maxime est secundum naturam. i. qñ hēt perfectionem suæ formæ. Sic ergo patet qd ad perfectionem formæ cuiuslibet rei consequatur virtus eius, quia tūc vnumquodq; perfectum est, qñ habet suā formam. i. suam virtutem & ita sequitur quod virtus sit perfectio quędam. Ex hac autem propositione sic probata Commentator sic argumētandum dicit. Omnis perfectio est simplex & indiuisibilis, sed in simplici aut indiuisibili non est alteratio, neque alius motus, vt probatum est in Quinto huius, ergo secundum virtutem non est alteratio. Sed iste processus non competit in eo qd subditur de malitia, quæ. s. est corruptio & remotio perfectionis. Et si. n. pfectio sit simplex & indiuisibilis, recedere tñ a perfectióne non est simplex & indiuisibile, sed multipliciter contingēs. Neq; est ēt cōsuetudo Arist. vt prætermittat illud, ex quo principaliter conclusio dependet, nisi ex textu possit intelligi possit. Et ideo melius dicendum est, qd arguēdum est hic de virtute, sicut supra argumētatum est de forma & figura. Nihil. n. dr̄ alterari, qñ perficitur, & eadem ratione, neq; qñ corrūpitur, si igitur virtus est perfectio quędā, malitia vero corruptio, scdm virtutem & malitiam non est alteratio, sicut neque secundum formas & figuras. Secundo ibi.

ARGI. *Fit igitur cum aliquid alteratur virtutis acceptio, vitiique detectio, neutrum tamen horum est alteratio.*

ANTI. T.c. 19. *Fit igitur cum quoddam alteratur, & acceptio virtutis, & remotio malitiæ alteratio tamen horū neutrū est.*

Ostēdit quod transmutatio virtutis & malitiæ consequitur aliquam alterationem. Et primo proponit quod intēdit, & dicit, qp acceptio virtutis & remotio malitiæ, aut econtrario sit, cum aliquid alteratur, ad cuius alterationem consequitur acceptio & remotio virtutis & malitiæ, sed tamen neutrum horum est alteratio primo & per se. Secundo ibi.

ARGI. *Alterari autem aliquid inde patet: nam virtus quidē aut affectuum est vacuitas, aut eorundem mediocritas quædam, vitium autem, aut est omnis affectuum concitatio, aut est perturbatio virtuti contraria.*

ANTI. *Quod aūt alteratur aliqd manifestum est. virtus quidē . n. aut impassibilitas quædam est, aut passiuum est sic. malitia autem passibile, aut contraria passio virtuti est.*

Probat propositū, & dicit manifestum esse ex sequētibus, quod oporteat aliquid alterari ad hoc, quod accipiatur & remoueatur virtus vel malitia. Et hoc videtur probare dupliciter, primo quidem secundum duas opiniones hominū de virtute & malitia. Stoici. n. dixerūt virtutes esse impassibilitates quasdā, nec posse esse virtutem in animi, nisi remotis omnibus passionibus animæ, quæ sunt timor, spes, & huiusmodi: huiusmodi . n. passiones dicebant esse quasdā animæ perturbationes, siue ęgritudines, virtutem autem esse dicebant quandā quasi tranquillitatem animæ, & sanitatem. Vnde econtrario malitiam dicebāt esse oēm animæ passibilitatē. Opinio vero Peripateticorum ab Arist. denuata est, qd virtus cōsistat in aliqua determinata moderatione passionum. Constituit. n. virtus medium in passionibus, vt dr̄ in Secundo Ethicorum. Et secundum hoc etiā malitia virtuti opposita non erit qualiscūque passibilitas, sed quædam habilitas ad passiones contrarias virtuti, q. s. sunt secundum superabundantiam, & defectum. Cū vtrūlibet aūt verū sit, oportet ad acceptionē virtutis, qp fiat aliqua transmutatio scdm passiones. s. vel qp passiones totaliter remoueātur, vel qp modificent̄, passiones aūt cū sint in appetitu sensitiuo, scdm eas cōtingit alteratio. Relinqtur ergo qp acceptio & remotio virtutis & malitiæ, sit scdm aliquā alterationem. Secundo ibi.

ARGY. *Atq; omnino fit, vt virtus morum in voluptatibus doloribus ve consistat. Voluptas. n. aut cū agimus, aut cum recordamur, aut cum speramus effici solet, quæ si cum agimus prouenit, sensus est causa. Si cū recordamur, aut speramus ab ipso rursus efficitur. Afficimur. n. voluptate, aut recordantes ea, quæ nos delectarunt, aut sperātes euenire ea, quæ nos afficient voluptate.*

ANTI. *Et totam moralem virtutē in voluptatibus & tristitiis accidit esse. Aut. n. secundum actum quod voluptatis, aut per memoriam, aut spem. Siquidem igitur secundum actum, sensus est causa, si vero per memoriam aut per spē ab ipso est. Aut. n. insunt quales passi sumus reminiscentibus voluptatis, aut quales patiemur sperantibus.*

Probat

Probat idem sic, Omnis virtus moralis consistit in aliqua delectatione & tristitia, non.n. est iustus, qui nó gaudet iustis operationibus & tristatur de contrarijs, & simile est in alijs virtutibus moralibus, & hoc ideo, qa omnis appetitiuæ virtutis, in qua est virtus moralis, operatio terminatur ad delectationem & tristitiam, cum delectatio consequatur ex adeptione eius, in quod appetitus fertur, tristitia vero ex superuentione eius, quod appetitus refugit. Vnde concupiscens vel sperans, delectatur, quando consequitur quod concupiscit, vel sperat, & similiter iratus qñ punit, timens vero, & odiens tristatur, quando superuenit malum quod refugit. Oís autem tristitia, & delectatio, vel secundum actum de re præsenti, vel per memoriam de re præterita, vel per spē de futuro. Si ergo sit delectatio secundum actum, huiõi delectationis causa est sensus, non enim conueniens cõiunctum delectationem faceret, si non sentiretur. Similiter autem, si sit delectatio per memoriam vel per spē, hoc a sensu procedit, dum vel reminiscimur quales voluptates passi sumus secúdum sensum in præterito, vel dum speramus quales patiemur in futuro. Ex quo patet, quod delectatio & tristitia, secundum partem sensitiuam est in qua alteratio accidit, vt supra dictum est. Si ergo virtus moralis & malitia opposita, in delectatione & tristitia est, secundum delectationem auté & tristitiam alterari contingit, sequitur quod acceptio, & remotio virtutis, & malitiæ sit consequenter ad aliquam alterationem. Sed notandum quod signanter dicit totá virtutem moralem in delectationibus, & tristitijs esse, ad differentiam intellectualis virtutis, quæ etiam suam delectationem habet, sed illa delectatio non est secundum sensum, vnde nec contrarium habet, nec secundū eam alterari contingit, nisi metaphorice.

Deinde cum dicit.

ARGV.

Atqui neque ad partem intellectiuā animæ alteratio accommodatur. Sciens.n. maxime ad aliquid dicitur, hoc autem ita esse perspicuum inde fieri potest, Per nullam n. q. que potentiam motis fit in nobis scientia, sed prius aliquo coorto. Experientia nanque particularium scientiam vniuersalem consequimur.

ANT.
Tex.c.10.

At vero neq; in intellectiua parte animæ est alteratio Sciens.n. ad aliquid maxime dicitur. Hoc autem manifestū est. Secūdū.n. nullam potētiam motis fit in nobis scientia, sed cum extiterit quiddā. Ex ea. n. quæ est secundum partem experientia, accipimus vniuersalem scientiam.

Ostendit quod alteratio non est in parte animæ intellectiua. Et primo probat hoc in generali, secundo in spāli. ibi. Neq; igitur actus. Circa primū inducit talē rationem. Sciēs maxime dr̄ ad aliquid, s. ad scibile cuius assimilatio in scientia est. Hoc autem sic probat. In nullo alio genere contingit, quod aliquid de nouo adueniat alicui absq; eius mutatione nisi ad aliquid. fit.n. aliquid æquale alicui, ipso non mutato, sed altero. Videmus aūt quod nulla mutatione facta in potentia intellectiua fit scientia, sed solum existente quodam in sensitiua parte, quia. s. experientia particularium, quæ pertinent ad sensitiuam partem, accipimus scientiam vniuersalis in intellectu, vt probatur in Procemio Metaphysi. & in Secundo Posteriorum. Cum igitur in ad aliquid non sit motus, vt supra probatum est, sequitur quod non sit alteratio in acceptione scientiæ. Secundo ibi.

Lect. 1.
Lect. 10.

ARGV.

At neq; ipsa operatio generatio est, nisi visioné tactum ve generationes qspiā dixerit: tale est. n. ipsa generatio.

ANT.

Neque igitur actus generatio est, nisi aliqs respectionem & tactum generationes dicat. Huiusmodi.n. actus.

Ostendit quod nó sit in parte intellectiua alteratio in speciali. Et primo quantum ad considerationem iá habentis scientiá, quæ est scientiæ vsus, Secundo quantum ad primam scientiæ acceptionem. ibi. Quæ aūt ex principio &c. Dicit ergo primo, qđ ex quo in parte intellectiua non est alteratio, non pót dici qđ ipse actus scientiæ qui est consideratio, sit gñatio, nisi ét aliqs dicat, qđ exterior inspectio oculi, & ipsū tāgere sint gñationes qdā. Sicut.n. visus est actus visiuæ potentiæ, & tāgere est actus tactiuę potentię, ita & consideratio est actus potentiæ intellectiuæ, actus aūt nó dicit gñationē alicuius principij, sed magis processū a principio actiuo. vñ ipsū intelligere, nó est gñatio vel alteratio. Tñ nihil prohibet, aliquem actum consequi generationē vel alterationē, sicut ad gñationem ignis sequitur quod calefiat. Et similiter ad immutationem sensus a sensibili, sequitur ipsum videre vel tangere. Secundo ibi.

Infra.

ARGV.

Acceptio aūt a principio scientiæ nō est generatio nec alteratio. Ex eo nanque quia perturbationes sedantur atque tranquilla fit anima, sciens quispiam atq; prudēs euadit. Quemadmodum igitur cum experrectus est quispiā, dormiens, aut cum ab ebrietate sese recepit, aut cū a morbo conualuit, non factus est tunc sciens, quanquam antea non vti scientia poterat operarique per eam, sed extincta perturbatione, menteque iam inde ad tranquilitatē redacta, aptus ac idoneus ad scientiæ vsum euasit, sic ét cum a principio oritur in nobis scientia, simile quid sane fieri solet, fit enim perturbationis sedatio quies atque tranquillitas quadam accidit codē, & id quod in pueris natura fieri solet. Non enim discere pueri, neque perinde sensibus, atque hi qui sunt prouecti magis ætate discernere possūt; est enim vehemens in eis turbatio atque motus. Sedantur autem nonnunquam a natura nonnunquam ab alijs, desinūtque turbari, atque in vtrisq; fit vt aliquid alteretur, perinde atque cum aliquis experrectus factusque sobrius, aptus ad operationem euadit. Patet igitur alterationem in sensibilibus, & in parte animæ sensitiua, & nullis in alijs nisi per accidens esse.

ANT.

Quæ autem ex principio acceptio scientiæ non est generatio neque alteratio, inquietari enim, & residere anima sciens fit & prudens. Sicut igitur neque cum dormiens excitatur, aliquis, aut ebrius pauset, aut infirmās ordinetur, factus est sciens, quamuis prius non poterat vti, & secundum scientiam agere, sed mutata perturbatione & in statum reueniente mente inerat potentia ad scientiæ congruitatem. Hoc igitur hói aliquid fit ex principio in sciētiæ existētia: turbationis enim quies quædam & residentia. Neq; igitur infantes possunt addiscere, neque iudicare sensib. similiter vt presbyteri: multi enim perturbatio circa ipsos & motus. Statur autem & pausatur turbatio aliquando quidem a natura, aliquando aūt ab alijs, in vtrisq; autem his alterari aliquid accidit, si consurgat & fiat vigilās ad actum. Manifestum igitur quod huius ipsum alterationis in sensibilibus est, et in sensibili parte animæ, in alio autem nullo nisi secundum accidens.

In quiescendo nanque, & sedando anima fit prudens.

Ostendit quod in acceptione scientiæ nó est gñatio vel alteratio. Quicquid.n. aduenit alicui per solá quietationem & residētiam aliquarum perturbationum, vel motionum, nó aduenit per generationem & alterationem, sed scientia, quę est cognitio speculatiua, & prudētia, quæ est ratio practica adueniunt animæ per quietationem & residentiam corporalium motionum & sensibilium passionum, non ergo scientia & prudentia adueniunt in anima per generationem vel alterationem. Ad huius autem rõnis manifestationem subiungit exēplum. Ponatur quod aliquis habens scientiam dormiat vel inebrietur, aut infirmetur, manifestū est qꝫ non pót vti scientia, & operari secūdū eā, sed manifestum est, qꝫ qñ perturbatio prædicta quiescit, & mens redit ad statum suum, tunc pót vti sciētia, & secūdū eā operari, & tñ non dicimus, qꝫ cum dormiens excitatur, aut ebrius quiescit, aut animus infirmantis ad debitum ordinē p sanitatem reducitur, quod tunc factus sit sciens quasi

scientia de nouo generata sit in ipso, quia inerat ei po te*n*tia habitualis ad cognitionē scientię .i. vt reduceretur ad cōgruū statū, quo vti scientia posset. Dicit aūt qd ta le aliquid cōtingit, cū aliquis a principio acquirit scien tiā. Vn.n. hoc fieri p hoc qd fit qdā quietatio & residē tia turbationis .i. inordinatarū motionū, q̄ pueris insūt, tū scdm corpus, quia natura tota est in mutatione p p augmētū, tū ēt scdm partē sēsitiuā, quia in eis passio nes dominantur. Vn hoc qd dicit, quies, pōt referri ad turbationē corporalis motus, q̄ quiescit natura veniēte ad statū. Qd aūt dicit, residentia, pōt referri ad passio nes partis sēsitiuæ, q̄ nō totaliter quiescūt, sed resident ex hoc .i. qd deprimunt ex rōne, nō aūt vsq; ad plurbā dam rōnem ascendunt, sicut dicimus residentiam in li quoribus, qñ id quod est feculentum descēdit inferius, & id qd est superius remanet purū. Hæc est igitur cā, qua re iuuenes non possunt addiscere capiendo ea quæ ab alijs dicuntur, neq. per interiores sensus possunt iudica re de auditis, aut de quibuscunq. eorum cognitioni oc currētibus, ita bene, sicut seniores vel presbyteri, quod idem est. Nam presbyter in Græco, est idem qd senior in latino. Et hoc ideo, quia multa perturbatio & mult' motus, est circa ipsos iuuenes, vt dictū est. Sed hmōi tur batio totaliter tollitur, vel ēt mitigatur, aliqñ quidem a natura, sicut qñ peruenitur ad statū senectutis, in quo hmōi motus quiescunt, aliquando autem ab aliquibus alijs causis, sicut ab exercitio & consuetudine, & tunc possunt bene addiscere & iudicare. Et inde est, quod exercitium virtutum moralium, per quas hmōi passio nes refrenantur, multum valet ad scientiam acquiren dam. Siue ergo per naturam, siue per exercitium virtu tis turbatio passionum quiescat, attenditur in hoc quæ dam alteratio, cum passiones hmōi sint secundum par tem sensitiuam. Sicut etiam est aliqua alteratio corpo ralis, cum dormiens surgit, & fit vigilans, procedens ad actum. Ex quo patet, quod acceptio scientiæ non est al teratio, sed sequitur alterationem. Ex hoc aūt vlterius vniuersaliter concludit, quod alteratio est in sensib. ex terioribus, & in sensibilibus, & in tota parte animæ sen sitiua, qd dicit propter passiones interiores, sed in nul la alia parte animæ est alteratio, nisi per accidens. Qd autem Arist. hic de acceptione scientiæ dicit, vr esse se cundum Platonicam opinionem. Posuit.n. Plato quod sicut formæ separatæ sunt causæ generationis & existē tiæ rerum naturalium, per hoc quod materia corpora lis participat aliqualiter hmōi formas separatas, ita sūt ēt cā scientiæ in nobis per hoc, quod anima nostra eas aliqualiter participat, ita quod ipsa participatio forma rum separatarū in anima nostra est scientia. Sic.n. verū erit quod accipitur scientia a principio, nō per genera tionem alicuius scientiæ in anima, sed solum per quie tationem corporalium & sensibilium passionum, qui bus impediebatur anima scientia vti, sic ēt verum erit, quod nulla mutatione facta in intellectu, ad solam præ sentiam sensibilium, quorum experientiam accipimus, fit homo sciens, sicut de relatiuis accidit, quia sensibilia secundum hoc non sunt necessaria ad scientiam, nisi vt ab eis quodammodo anima excitetur. Aristot. aūt opi nio est, quod scientia fit in aīa per hoc quod spēs intel ligibiles abstractæ per intellectum agentem, recipiunt in intellectu passibili, vt dr in Tertio de Ani. Vnde & ibidem dr, quod intelligere est quoddam pati, licet alia sit passibilitas sensus & intellectus. Nec est inconue niens quod Arist. hac opinione Platonis vtatur. Est.n. suę consuetudinis, quod antequam probet suam senten tiam vtatur sententia aliorum, sicut in Tertio visus est, quod oē corpus sensibile habet grauitatem vel leuitatē scdm opinionē Plat. cuius contrarium ipse ostendet in Primo de Cœlo. Saluantur tamen & hæ rationes scdm opinionem Arist. Ad cuius euidentiam considerādum est, quod susceptiuum aliquod tripliciter potest se ha bere ad formam suscipiendam. Qñque.n. est in vltima dispositione ad susceptionem formæ, nullo impedimē to existente nec in ipso, nec in alio, & tunc statim ad p̄ sentiā actiui susceptiuum recipit formā absque aliqua alteratione, sicut patet in aere illuminato ad præsentiā solis. Aliquando autem susceptiuum non est in vltima dispositione ad susceptionem formæ, & tunc per se re quiritur alteratio, scdm q̄ materia disposi.ionē acqui rat, vt sit ꝓpria huic formæ, sicut cum de aere fit ignis. Aliqñ vero susceptiuū est in vltima dispōne ad formā, sed adest aliquod impedimentū, sicut cum aer impedi tur ad susceptionem luminis, vel per clausionem fene stræ vel per nebulas, & tūc requiritur alteratio vel mu tatio per accidēs, quæ remouet prohibens. Intellectus ergo possibilis scdm se consideratus, sp est in vltima di spositione ad recipiendam speciem intelligibilē. Si er go non sit impedimētum, statim ad præsentiā obiecto rū, per experimentū acceptorū, aduenit ei species intel ligibilis, sicut in speculo forma specularis ad præsentiā corporis, & scdm hoc ꝓcedit prima eius rō, quia dixit scientiā esse ad aliquid. Si vero sit impedimentū sicut iuuenibus accidit, oportet huiusmodi impedimenta au ferri ad hoc quod species intelligibilis in intellectu re cipiatur, & sic per accidens, necessaria est alteratio.

Cur iuuenes discēdo, & iudicando, & ineptiores senibus esse dicantur.

Generatio scientiæ secūdū Platonicos.

Secundum Arist.

LECTIO VII.

Questione proposita, vtrum omnis motus omni motui com parabilis sit, bonæ comparationis conditiones declarat.

Dubitabit aūt quispiā, si sit omnis motus omni motui cōparabilis, nec ne? Nam si sit atque id celeritas sit, æque quod in tēpore æquali spatium transit æquale, erit aliqua circunferentia æqualis lineę rectæ & maior et atque mi nor. Præterea alterationi alteratio erit æqualis, cum in æquali tempore aliud fuerit alteratum, aliud latum: affe ctus ergo longitudini erit æqualis, at esse non potest.

ARGI.

Dubitabit autem vtiq; aliquis, vtrum omnis motus oī comparabilis sit aut non? Si igitur omnis comparabi lis est, & æqualiter velox est, quod in æquali tempore per æquale mouetur, erit circularis aliquis æqualis recto, & maior etiam minor. Amplius alteratio; & loci mutatio quædam æqualis cum in æquali tempore; aliquid quidem alteretur, aliud vero ducatur, erit ergo passio æqualis lon gitudini, sed impossibile est.

ANTI: Tex.c.48

Postquam Philosophus ostendit, qd in mobilibus, motorib. necesse est ponere aliquod primum, quia ea, quæ sunt vnius ordinis videntur comparabilia esse, & hoc ipsū qd est prius & posterius cōparationē impor tat, vult ex consequenti inquirere de motuum cōpara tione. Et circa hoc duo facit. Primo.n. ostēdit qui mo tus sint cōparabiles adinuicē. Scdo qualiter motus ad inuicem cōparētur. ibi. Qm aūt mouens mouet &c. Cir ca primū tria facit, primo mouet dubitationē, scdo o bicit ad partes dubitationis. ibi. Si ergo cum inæquali &c. Tertio dubitationem soluit. ibi. Sed quæcūque non æquiuoca &c. Mouet aūt dubitationē, primo quidē in cōi quærēs, vtrū ōis motus sit cōparabilis cuilibet mo tui, vel non? deinde vero in spāli dubitationem inferēs primo quidem de motibus vnius generis, quia si ōis motus cuilibet motui sit comparabilis secundum velo citatem, & tarditatem, dictum est autem in Sexto qd æqualiter velox est, quod mouetur in æquali tempore per æquale spatium, sequitur quod motus circularis sit æqualis recto, & maior & minor in velocitate, & vlte rius, quod linea circularis sit æqualis lineæ rectæ in quā titate, aut maior & minor, ex quo æque velox est, quod per æquale mouetur in æquali tempore. Deinde infert dubitationem de motib. diuersorū generū. Si.n. omnes motus cōparabiles sunt in velocitate, sequetur qd si in

Tex.49

Infra. Tertia.13.

æquali

æquali tempore hoc quidem alteretur, illud vero moueatur sc̃dm locum, ꝙ sit æqualis in velocitate alteratio loci mutationi. Et vlterius per definitionẽ ęque velocis, sequetur qđ (passio): i. passibilis qualitas, ẜm quã est alteratio, sit æqualis longitudini spatii, quæ pertransitur per motũ localẽ, qđ est impossibile manifeste, quia non conueniunt in eadẽ rõne quantitatis. Secundo ibi.

ARGY. *At.n. cum in æquali tẽpore quippiam per æqualem mouetur, tum illud æque celer est, effectus vero nullus longitudini est æqualis, quare non erit alteratio lationi ęqualis, nec minor. Quo fit vt non omnis motus sit cõparandus.*

ANTI. *Si ergo cum in æquali tempore secundum æquale moueatur, tunc æqualiter velox est, æqualis aũt nõ est passio omnis longitudini: quare non erit alteratio loci mutationi æqualis, neq; minor, quare non omnis comparabilis.*

Obijcit ad propositam dubitationem, & primo quãtum ad cõparationem alterationis, & loci mutationis. Secundo quantum ad comparationem motus circularis & recti, ibi. (In circulo autem, & recto &c.) Concludit ergo primo ex præmissa ratione ad impossibile ducente, contrarium, posito; quasi dicat, dictum est quod inconueniens est passionem esse æqualem longitudini: Infra. sed tunc aliquid est æqualiter velox, cum in æquali tpe mouetur per æquale, ergo cum nulla passio sit æqualis longitudini sequitř quod loci mutatio non est æqualis in velocitate alterationi, neq; maior aut minor. Ex quo vlterius concludi poterit, quod non omnes motus sint comparabiles. Secundo ibi.

ARGY. *Sed in circulo rectaq; linea, quonam accidet modo? Nã absurdũ est, si nõ sit vt hoc similiter super circulo, & hoc super recta linea moueat. Sed cõtinuo celerius alterũ, aut tardi⁹ moueri necesse est, quasi hoc sit decliue illud accliue.*

ANTI. T.c.22. *In circulo autem, & recto quomodo continget? Inconueniens.n. est, nisi sit circulo similiter hoc aliquid moueri, & hoc in recto. Sed mox necesse est, aut velocius aut tardius, sicut hoc deorsum, hoc autem sursum.*


Prosequitur quãtũ ad aliam partẽ dubitationis, s. de motu circulari & recto, Et primo obijcit ad hoc, quod motus circularis sit æque velox motui recto. Secundo Secunda 16. T.c.24. obijcit in contrarium. ibi. At vero si sunt comparabilia &c. Circa primum duo facit, Primo obijcit ad propositum, Secũdo excludit cauillosam rationem, ibi. (Amplius nihil differt &c. Obiicit autem primo sic. Motus circularis & rectus sunt differentiæ motus localis, sicut & motus sursum & deorsum, sed statim necesse est, qđ aliquid velocius aut tardius moueatur, si vnum mouetř sursum, aliud deorsum, vel etiam si idem quandoq; mouetur sursum, quãdoque deorsum. Videtur ergo, quod similiter oporteat dicere, qđ motus rectus sit velocior aut tardior circulari, siue idem sit quod mouetur circulariter & recte, siue aliud & aliud. Est autem considerãdum, quod in hac ratione non facit mentionem de graui & leui, sed de velociori & tardiori, quia hæc ratio sumitur ex similitudine motus, qui est sursum, cuius principium est leuitas, & motus, q est deorsum, cuius principium est grauitas. Quidam autem existimauerũt grauitatem & leuitatem idem esse velocitati & tarditati, quod in Quinto remouit. Secundo ibi.

RAGY. *Præterea, nihil refert ad rationẽ, si quispiam necessario dixerit esse celerius continuo, aut tardius moueri: erit .n. circumferentia maior & minor linea recta, quare & ęqualis, nã si in eodem A tẽpore hoc quidem B, illud vero C lineam pertrãsiuit, maior erit B linea profecto ipsa linea C, hoc enim pacto celerius mobile definiebatur. Etsi in minore igitur æqualem transierit, celerius erit: quare pars quadam erit temporis A in qua celerius mobile partem aliquam transit ipsius circunferentię B, toto in tempore mobili tardiore transeunte totam lineam C.*

ANTI. *Amplius nihil differt in ratione si aliquis dicat necessarium esse velocius, mox aut tardius moueri: erit autem maior & minor circularis recta, quare & ęqualis. Si.n. in A tempore, hoc ipsum B transit, aliud autem ipsum C, maius erit ipso C, sic. n. velocius esse dictum est, ergo si & in minori æquale velocius est. Quare erit aliqua pars ipsius A, i quo ipsius B circuli trãsibit, cũ in toto A ipsũ C.*

Excludit quandam cauillosam obuiationẽ. Posset.n. aliquis ꝑ rationem præmissam concedere, quod motus circularis esset aut velocior aut tardior, quam rect⁹ non aũt æque velox. Et hoc excludit dicens, quod nihil differt quantum ad præsentem rationem, si aliquis dicat, ꝙ necessariũ est, ꝙ id, qđ mouetur circulariter, moueatur velocius, aut tardius quam id qđ mouetur recte, quia ẜm hoc motus circularis erit maior vel minor in velocitate q̃ rectus, vnde sequitur ꝙ ẽt esse possit æqualis. Et qđ hoc sequatur, manifestat sic. Sit A tp̃s, in quo aliquid velocius motum pertrãseat ipsum B, qui est circulus, aliud aũt tardius in eodem tpe pertrãseat ipsum C, quod est recta linea, quia ergo velocius in eodẽ tpe pertransit maius, sequetur ꝙ B circulus sit aliqd mai⁹ T.c.23. quam C linea recta (sic. n. supra in Sexto definiuimus velocius.) Sed ibidem ẽt diximus, ꝙ velocius in minori tpe pertransit æquale, ergo erit accipere aliquã partem huius tpis, qđ est A, in qua corpus, qđ circulariter mouetur, pertrãsibit aliq̃ partem huius circuli, quod est B, & in eadem parte tpis pertransibit ipsum C, cum tamẽ corpus tardius in toto A tempore pertransiret totũ C. Sequetur ergo quod illa pars circuli sit æqualis toti C, quia idem pertrãsit æquale in æquali tempore. Et sic linea circularis erit æqualis rectę, & motus circularis per consequens æque velox recto. Deinde cum dicit.

Ostensio quod si motus circularis sit maior vel minor in velocitate quam rectus, quod possit etiã ęqualis esse.



ARGU. *At vero si cõparabilia sint, accidit id quod nuper est dictum, lineã (inquã) rectã æqualẽ circunferentiæ esse, at cõparabilia non sunt; nec igitur motus ipsi cõparabiles sunt.*

ANTI. T.c.24. *At vero si sunt cõparabilia, accidit nũc dictũ æquale esse rectũ circulo: sed cõparabilia nõ sunt, neq; ergo motus.*

Obiicit in contrarium, quia, si motus circularis & rectus sunt comparabiles in velocitate, sequitur quod modo dictum est. s. ꝙ linea recta sit æqualis circulo propter hoc ꝙ æque velox est quod per æquale mouetur, sed linea circularis, & linea recta non sunt cõparabiles,

vt

vt possint dici æquales, ergo neq; motus circularis & rectus possunt dici æque veloces. Deinde cum dicit.

ARGI. *Sed vt videtur ea cuncta comparabilia sunt, quæ non æquiuoca sunt, veluti cur comparabilia non sunt, stilus & vinum, aut vltima fidium, vtrum acutius sit, quia namque æquiuoca sunt, ideo conferenda non sunt. Sed vltima fidium, & penultima comparabiles sunt, quia acutum idẽ significat in vtrisque, non igitur idem est celer hic et ibi: multo etiam minus in alteratione, ac latione.*

ANTI. *Sed quæcunque non æquiuoca omnia comparabilia sũt, veluti cur non comparabile est, vtrum acutius stilus, aut vinum, aut vltima fidium, quia enim æquiuoca sunt, non comparantur, sed vltima, et, quæ iuxta vltimam comparabilis est, quoniam idem significat acutum in vtrisque, ergo non idem velox, hic & hic & ibi, multo autem adhuc minus in alteratione, & loci mutatione.*

Soluit propositam dubitationem. Et primo inquirit in communi quid, & cui sit aliquid cõparabile. Secundo adaptat ad propositum. ibi. Sic & circa motum &c. Circa primum tria facit. Primo ponit vnum quod requiritur ad comparationem. Secundo secundum ibi. Aut quia sunt in alio &c. Tertio concludit tertium. ibi.

Tertia.19: Tertia.37. Secũda. 19. T.c.15. Ter.26. Quę nam comparabilia sint, et cõparabilium cõditiones.

Sic ergo non solum oportet &c. Circa primum tria facit. Primo ponit quod requiritur ad comparationem. Secundo obijcit in contrarium. ibi. Aut primum quidẽ &c. Tertio soluit. ibi. Aut & in his eadem ratio. Dicit ergo primo, quod quæcunque non sunt æquiuoca, videnẽ esse comparabilia, ita. s. quod secundum ea, quæ non æquiuocè prædicantur, possint ea de quibus prędicantur ad inuicem cõparari: sicut acutum æquiuoce sumitur, vno enim modo dr̃ in magnitudinibus, secundum quẽ modum angulus dr̃ acutus, & stilus acutus, alio modo dr̃ in saporibus, secũdum quem modum vinum dr̃ acutum. Tertio modo dr̃ in vocibus secundum quem modum (vox vltima). i. suprema in melodijs, vel chorda in cythara dr̃ acuta. Ideo ergo non potest fieri comparatio, vt dicatur quid sit acutius, vtrum stilus, aut vinum, aut vox vltima, quia acutum de eis æquiuoce prædicatur, sed vox vltima potest comparari secundum acuitatem ei, quæ est iuxta ipsam in ordine melodię propter hoc, quod acutum non æquiuocè, sed secundum eandem rationem prædicatur de vtraque. Secundum hoc ergo poterit dici ad propositam quæstionem, quod ideo motus rectus & circularis non comparantur in velocitate, quia velox æquiuocè dr̃ hic, & ibi. Et multo minus est eadẽ ratio velocis in alteratione, & loci mutatione, vnde & hæc multo minus comparabilia sunt. Secundo ibi.

ARGI. *An id verum non est si non æquiuoca sint, comparabilia esse, multum enim idem in aere atque aqua significat, comparabilia tamen non sunt. Quod si hoc non sit, at duplum est vnum, est enim id quod rationem duorum habet ad vnum, non tamen comparabilia sunt.*

ANTI. *Aut primum quidem hoc non verum est, quod si non sint æquiuoca, comparabilia sunt: multum enim idem significat in aqua & in aere, & non sunt comparabilia. Si autem non duplum quidem idem, duo enim ad vnum, & non comparabilia sunt.*

Obijcit contra id quod dictum est: & dicit, quod quantum ad primum aspectum hoc nõ videtur esse verum, (T.c.26.) quod si aliqua non sunt æquiuoca, quod sint cõparabilia, inueniũtur. n. aliqua non æquiuoca, quæ tamen non sunt cõparabilia, sicut hoc ipsum, quod est multum, secundum eandem rationem dr̃ de aqua, & de aere: & tamen non sunt comparabilia aer & aqua secundum multitudinẽ. Si autem non velit aliquis hoc concedere, quòd multũ idem significet propter eius communitatem, saltem cõcedet, quòd duplum, quod est species multiplicis, idem significat in aere & aqua, vtrobiq. enim significat proportionem duorum ad vnum, & tamen non sunt comparabilia aer & aqua secundum duplum & dimidium, vt dicatur quod aqua est duplum aeris, aut econuerso.

An & in his eadem est ratio, Nam & ipsum multũ æquiuocum est, sed sunt quorum et rationes æquiuocæ sũt, ceu si quispiam dicat multum id esse quod est tantum ac vltra, & æquale æquiuocum. Et si forte fuerit & ipsum continuo vnum, quod si hoc est æquiuocum, & ipsa etiam duo æquiuoca sunt. ARGI.

An & in his eadem ratio, Et nãq. multũ æquiuocum est, sed quorundam & rationes æquiuocę sunt, vt si dicat aliquis, quod multum est tantum, & adhuc aliud tantũ, & æquale æquiuocum esset. Et vnum etiam si contingit statim æquiuocum, si autem hoc & duo. ANTI. T.c.26.

Soluit propositam obiectionem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit solutionem, secundo confirmat eã, quãdam q̃onem mouendo. ibi. Quoniam propter quid. Dicit ergo primo, quod potest dici qđ in multo & duplo est eadem ratio, quare non sunt comparabilia secundũ quod (Infra.) dicuntur de aqua & aere, quæ dicta sũt de acuto secundum quod dr̃ de stilo, vino, & uoce, quia etiam hoc ipsum, quod est multum, æquiuocum est. Et quia posset aliquis contra hoc obiicere ex hoc, quod est eadem ratio multi secundum quod dr̃ de utroque, ad hoc excludendum subiungit, quod etiam rationes, idest definitiones quorundam sunt æquiuocæ, sicut si dicat aliquis qđ definitio multi est, quod est tantum, & adhuc amplius hoc ipsum quod est tantum, & æquale, quod idem est, æquiuocum est, quia ęquale est, quod habet unam quãtitatem, non est autem eadem ratio unius quãtitatis in omnibus. Ponitur autem hic ratio multi secundum qđ multum importat comparationem, prout opponitur pauco, & non secundum quod accipitur absolute, prout opponitur uni. Et quod dixerat de multo, dicit consequenter de duplo. Quamuis. n. ratio dupli sit quod est proportio duorum ad unum, tamen ista etiam rõ continet æquiuocationem, quia forte potest dici, quod ipsũ unum est æquiuocum, & si unum æquiuoce dr̃, sequitur quod duo, quia duo nihil aliud est quam bis unum. Est autem considerandum, quod multa quidem secundum abstractam considerationem, uel Logici uel Mathematici non sunt æquiuoca, quæ tamen secundum concretam rationem Naturalis ad materiam applicantis æquiuoce quodammodo dicuntur, quia non sedm eandem rõnem in qualibet materia recipiuntur. Sicut q̃titatẽ & unitatem, quæ est principium numeri, non secũdũ eandẽ rõnem contingit & inueniri in corporib. cęlestibus, & in igne, & aere, & aqua. Secundo ibi.

Nam cur alia comparabilia, alia non comparabilia sũt, si natura est vna. ARGI.

Verum propter quid alia comparabilia sunt, alia vero non, si quidem erat vna natura. ANTI.

Confirmat quod dictum est mouendo quandã quæstionẽ. Si enim dicatur quod sit vna natura multi, & dupli & aliorum huiusmodi, quæ nõ sunt comparabilia, sicut eorum quæ uniuoce prædicantur, remanet q̃stio, quare quædam, quæ habent unam naturam, sunt comparabilia, quædam uero non sunt comparabilia. Videtur enim quod de similibus debeat esse idem iudicium.

Deinde cum dicit.

An, quia in alio primo sunt susceptiuo, Equus igitur et canis comparabilia sunt. vtrum ipsorum albius sit. Est. n. ipsa superficies idem, in qua primo est ipsa albedo & de magnitudine modo eodem. At vox & aqua comparanda non sunt, in alio nanque est susceptiuo. ARGY,

Aut quia sunt in alio primo susceptiuo, Equus quidem igitur & canis comparabilia sunt, vtrum albius. In quo. n. primo idem est, superficies & magnitudo similiter. Aqua autem & vox non; in alio namque subiecto sunt. ANTI.

Respõdet ad quæstionẽ motam ponendo secundũ quod ad comparationem requiritur. Et circa hoc duo facit. Primo ponit secundum, quod requiritur ad comparationem. Secundo ostendit quod nec istud sufficit.
T.c.18. ibi. Aut manifestum est. Dicit ergo primo, qđ ista po-
Cur nõ omnia vniuoca comparabilia sunt. test esse ratio, quare quædam, quorum est vna natura, sunt comparabilia, quædam vero non, quia, si vna natura recipiatur in diuersis secundum vnũ primum subiectum, erũt illa adinuicem comparabilia, sicut equus & canis comparari possunt secundum albedinem, vt dicatur, quod eorum sit albius, quia non solum est eadẽ natura albedinis in vtroq; sed etiam est vnum primum subiectum, in quo recipitur albedo, s. superficies, & similiter magnitudo est comparabilis in vtroque, vt dicatur, quod eorum sit maius, quia idem est subiectum magnitudinis in vtroq; s. substantia corporis misti. Sed aqua & vox non sunt comparabilia s̃m magnitudinẽ, vt dicaɫ qđ vox est maior quã aqua, aut econuerso, quia licet magnitudo s̃m se sit eadem, non tñ est idem receptiuũ, q͞a secundum quod dr̃ de aqua, subiectũ eius est substantia, secundum autem quod dicitur de voce, subiectum eius est sonus, qui est qualitas. Secundo ibi.

ARGI. *An hoc pacto omnia quispiam faciet vnũ. Vnum quod que in alio dicet esse, atque erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio susceptiuo.*

ANTI. *Aut manifestum est, quod erit omnia sic vnum facere,*
T.c.18. *in alio autem vnumquodque esse dicere esse, quod erit idẽ æquale, & dulce, et album, sed in alio.*

Ostendit quod nec hoc sufficit duabus rationibus. Quarum prima est. Si propter hoc solum aliqua essent comparabilia, quia est subiectum indifferens, sequeretur quod omnia haberent vnam naturam, quia de quibuscunq. diuersis posset dici, quod non differunt, nisi quia sunt in alio & alio subiecto primo, secundũ hoc sequeretur, qđ hoc ipsum, qđ est æquale, & quod est dulce, & quod est album, esset vna & eadẽ natura, sed differrẽt solũ per hoc, quod est in alio & alio receptiuo, & hoc
Ponere rerũ diuersitatẽ ex diuersa susceptiuorũ natura, Platonicum est. videtur inconueniens, quod omnia habeant vnam naturam. Est autem considerandum, quod ponere diuersitatem rerum propter diuersitatem susceptiuorum, est opinio Platonica, quæ posuit vnum ex parte formæ, & dualitatem ex parte materiæ, vt tota diuersitatis ĩo ex materiali principio proueniret. Vnde & vnũ, & ens posuit vniuoce dici, & vnam significare naturam, sed secundum diuersitatem susceptiuarum rerum species diuersificari. Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Præterea, susceptiuum nõ est quoduis, sed vnum vnius primum.*

ANTI. *Amplius susceptiuum cuiuslibet accidentis non contin*
Te.c.19. *gens est, sed vnum vnius est primum.*

Et est, quod non quodlibet est susceptiuum cuiuslibet, sed vnum est primo susceptiuũ vnius, & sic forma
Secunda rõ. & susceptiuum adinuicem dicuntur. Si ergo sunt plura prima susceptiua, necesse est quod sint plures naturæ susceptæ, aut si est vna natura suscepta, necesse est qđ sit vnum primum susceptiuum. Deinde cum dicit.

ARGI. *At videtur non solum ea, quæ comparantur, nõ æquiuoca esse, sed & nec id quod inest, nec id, in quo inest, differentiam habere oportet. Dico autem hoc modo, color habet diuisionem, non igitur hoc ipso fit comparatio, veluti vtrum magis sit coloratum non aliquo colore, sed colore, vt color est, sed albedine fit.*

ANTI. *Sic ergo non solum oportet comparabilia non æquiuoca esse, sed non habere differentiam neq; quod, neque in quo. Dico autem sicut color habet diuisionem, non ergo comparabile secundum hoc, vt vtrum coloratum magis sit albũ, quam nigrum, hęc. n. comparantur non secundum aliquẽ colorem, sed in quantum color est, sed secundum albedinẽ.*

Cõcludit, quod requiritur tertium, ad hoc quod aliqua sint comparabilia, & dicit quod oportet ea, quæ sunt comparabilia, non solum nõ esse æquiuoca, quod erat primum, sed etiam non habere dr̃iam, neq. ex parte subiecti primi, in quo aliud recipitur, quod erat s̃m, neque ex parte eius, quod recipitur, quod est forma, & hoc est tertium. Et exemplificat de hoc tertio, quia color diuiditur in diuersas species coloris, vnde non est comparabile secũdum quod de eis prædicatur, licet nõ dicatur æquiuoce, & licet etiam habeat vnum primũ subiectum, quod est superficies, quod est primum subiectum generis, non autẽ alicuius speciei coloris. Non enim possumus dicere quid sit magis coloratum, vtrũ album, vel nigrum, hæc enim comparatio non esset secundum aliquam determinatam speciem coloris, sed secundum ipsum colorem cõem, secundum vero albũ, quod non diuiditur in diuersas species, potest fieri comparatio omnium alborum, vt dicatur, quid sit albius.

LECTIO VIII.

Motus tam genere diuersi, quam iidem ad inuicem quomodo comparentur, deque generis pluralitate, ac specie vnitate plura dicuntur.

Sic igitur & circa motũ id est, æque celer, quod in æqua ARGY.
li tempore per æquale est motum, tantum inquam longitu dinis huius.

Sic & circa motum, æque velox quod in æquali tempore ANTI.
mouetur per æquale tantum longitudinis, in hac.

Postquam Philosophus ostendit in communi, quid requiratur ad hoc q̃ aliqua sint comparabilia, applicat inuẽtam veritatem ad comparationem motuũ, de qua hic intendit. Et primo in communi. Secundo comparat motus diuersorum generum. ibi. Si autẽ aliud. Ter- T.c.30.
tio comparando motus vnius generis adinuicem. ibi. Secunda.
Quare si qua in æquali. Dicit ergo primo, quod sicut in aliis requiritur ad hoc quod sint comparabilia, quod non sint æquiuoca, & quod sit idem primũ susceptiuũ, & quod sit eadem species, sic & circa motum, æque velox dicitur illud quod mouetur in æquali tempore, per tantum & æquale alterius longitudinis, in hac, i. secundum motionem eiusdem speciei. Secundo ibi.

Sed si aliquid fuit alteratum, aliud latũ, erit ne æqualis ARGI.
hęc alteratio latione, atque eiusdem celeritatis. At absurdum est sane, & causa est, species motum habere.

Si autẽ aliud quidẽ alteratum est, aliud vero ducatur, ANTI.
æqualis erit hęc alteratio, & æque velox loci mutationi, sed inconueniens, causa autem quia motus habet species.

Agit de comparatione motuum diuersorũ generũ, & dicit secundũ præmissa, quod si vnum mobile alteretur, aliud vero ducatur, i. secundũ locum moueatur, nũquid põt dici quod alteratio sit æque velox loci mutationi, sed hoc dicere est inconueniens. Cuius cã est, q͞a motus habet diuersas species, & iam dictum est, quod ea, quæ non sunt vnius speciei, non sunt comparabilia, quia ergo loci mutatio non est eiusdem speciei cum alteratione, non sunt comparabiles velocitates alterationis & loci mutationis. Tertio ibi.

Quare, si ea, quę in æquali tempore per æqualem longi- ARGY.
tudinem lata æqualis celeritatis sint, recta linea circunferentię erit æqualis.

Quare si quę in æquali tempore ducta æquali longitu- ANTI.
dine æque velocia, erit æqualis & rectus & circularis.

Agit de comparatione motuum vnius generis in eodem genere. Et primo quantum ad loci mutationem, scdo quantum ad alterationem. ibi. De alteratione au- T.c.32.
tem quomodo. Tertio quantum ad generationem & corruptionem. ibi. Et in generatione autem. De augmento autem & diminutione mentionem nõ facit, q͞a T.c.34.
eadem ratio est in his, & in loci mutatione, cum sint & ipsi secundum aliquam magnitudinem. Circa primum tria facit. Primo ostendit quid requiritur ad hoc quod

duo

duo motus locales sint adinuicem cõparabiles, secũdo excludit quoddam quod videbatur ad hoc requiri. ibi. (Aliquando autem in quo.) Tertio concludit principale intentum. ibi. (Quare quæ in æquali tempore, &c.)

Quarta. 31. Quinta par.

Circa primum duo facit. Primo concludit inconueniẽs quod sequeretur, si omnes loci mutationes essent comparabiles, secundo assignat causam, quare non sint cõparabiles. ibi. (Vtrum ergo causa.) Dicit ergo primo, quod si æque velocia sunt quæ mouentur localiter per æqualem magnitudinem in æquali tempore, & omnes loci mutationes contingit esse æque veloces, sequitur quod sit æqualis rectus & circularis. Quod potest intelligi dupliciter, vno modo de motu recto, & circulari, alio modo de linea recta & circulari, & hoc melius est. Hoc enim sequitur ex eo qđ præmisit. Si .n. omnis motus rectus & circularis sunt æque veloces, sunt autẽ æque veloces motus quando æquales magnitudines pertranseunt in æquali tempore, sequitur, quod magnitudo recta & circularis sint æquales. Quod relinquitur pro inconuenienti. Secundo ibi.

ARGV.

Vtrum igitur huius est causa, vtrum lationẽ an lineã genus esse? Tempus .n. semper est idem, ac indiuiduum specie. An simul illa specie differunt, Et .n. latio species habet si id, super quo fit motus species habet.

ANTI.

Vtrum ergo cã sit, quia loci mutatio genus, aut quia linea genus. Tempus enim semper idem atomõ specie, Aut quia simul illa specie differũt. Et .n. loci mutatio species habet, si illud super quod mouetur species habet.

Inquirit de causa incomparabilitatis motus recti & circularis. Quia .n. concluserat, qđ si sunt æque veloces, sequitur etiam magnitudines esse æquales: quod inconueniẽs videtur, posset aliquis dubitare, vtrum causa huiusmodi incõparabilitatis sit ex parte motus, vel ex parte magnitudinum. Et hoc est quod quærit, vtrum cã, quare motus rectus non sit æque velox motui circulari, sit, quia loci mutatio est genus cõtinens sub se diuersas species. Dictum est autem supra, quod ea, quæ sunt diuersa secundum speciem, non comparantur, aut cã eius est, quia linea est genus continens sub se rectum & circulare, sicut diuersas species. Ex parte autem temporis non potest esse causa huius incõparabilitatis, quia omne tempus est atomon, i. indiuisibile secundum speciẽ. Huic autem quæstioni respondet, quod vtrũque simul coniungitur, quia ex vtraque parte inuenitur differentia speciei, ita tamẽ q̃ diuersitas speciei in loci mutatione causatur ex diuersitate speciei in magnitudine, super quam est motus. Et hoc est quod dicit, quod si illud, super quod mouetur, habet species, sequitur quod loci mutatio species habeat. Deinde cum dicit.

ARGV.

Præterea, si id, in quo fit motus specie differat, latio quoque erit diuersa, veluti si pedes sint, ambulatio est, si alæ, volatio, At non hoc, sed figuris alia est latio.

ANTI.

Aliquando autẽ in quo, vt si pedes ambulatio, si alæ volatio. At non, sed figuris loci mutatio alia.

Excludit quoddam, quod posset videri esse requirendum ad identitatem speciei, & comparabilitatẽ in motibus, & dicit, q̃ aliqñ loci mutationes diuersificantur, secundum illud (in quo). i. per quod, sicut per instrumentum est loci mutatio, sicut si pedes sint, quibus aliquid mouetur, dr̃ ambulatio, si autem sint alæ, dr̃ volatio, Sed hoc non facit diuersitatem speciei in motibus localib. sed figuris loci mutatio, alia. i. ista diuersitas mutationum non est secundum speciem, sed solum secundũ quandam figuram motus, vt Commentator exponit. Sed melius potest dici, quod hic intendit dicere, quod loci mutatio specie non diuersificatur per instrumenta motus, sed per figuras magnitudinis, super quam transit motus, sic enim rectum & circulare differunt, & rõ huius est, quia motus non recipiunt speciem a mobilibus, sed potius a rebus, secundum quas mobilia mouentur, instrumenta aũt se tenent ex parte mobilium, figuræ aũt ex parte rei, in qua est motus. Deinde cum dicit.

Quare quæ in æquali tempore magnitudinem eandem transeunt, ea celeritatis æqualis sunt (eandem autem non differentem specie.) Quæ si est, & motus nõ diuersus specie erit. Quare considerandum est, quænã sit differentia motus.

Te.c.31.

Quare, quæ in æquali tempore mouentur secundũ eandem magnitudinem, æque velocia sunt, sed idem indifferens specie, & moueri indifferens specie. Quare hoc considerandum est, quæ differentia motus sit.

Cõcludit propositum. Et circa hoc tria facit. Primo cõcludit principale propositum, secundo elicit qđdam consideratione dignũ ex conclusione præmissa. ibi. Et si significat rõ hæc. Tertio inquirit de diuersitate speciei. ibi. Quando igitur altera est species. Concludit ergo primo, quod ex quo motus non sunt comparabiles nisi sint vnius speciei, & motus locales nõ sint vni⁹ speciei, nisi sit eadem magnitudo secundum speciem, sequitur quod illa sint æque velocia, quæ mouentur in æquali tpe secundum magnitudinem eandem, sed ita tamẽ quod idem accipiatur quod est indifferens spẽ. Sic .n. & motui conueniet, q̃ sit indifferens spẽ. Et ideo hoc cõsiderandum est præcipue in comparatione motuum, q̃ sit differentia motus. Quia, si est differentia genere vel specie, non sunt comparabiles, si autem est differẽtia secundum accidens, comparabiles sunt. Secundo ibi.

Secũda. 31. Tertia.

Atque hic sermo significat genus ipsum non esse quid vnum, sed ob hoc multa latere. Aequiuocationum autẽ aliæ nimium distant, aliæ similitudinem quandam habent, aliæ sunt propinquæ aut genere, aut similitudine rationis, qua propter & si æquiuocationes sunt, nõ esse tamen vĩr.

Et significat rõ hæc, quod genus non vnum aliquid est, sed iuxta hoc latent multa. Suntque æquiuocationũ aliæ quidem multum distantes, aliæ vero habentes quandam similitudinem, aliæ vero proximæ, aut genere, aut similitudine. Vnde non videntur æquiuocationes esse cum sint.

Elicit ex præmissis quoddam consideratione dignũ .s. quod genus nõ est aliquid vnum simpliciter, species autem est aliquid vnũ simpliciter. Et hoc significatur ex rõne præcedenti, quia ostensum est, qđ ea, quæ sũt vnius generis, nõ sunt cõparabilia, quæ vero sunt vnius speciei, cõparabilia sunt, cũ .n. supra dictum sit, q̃ eadẽ natura comparabilium est. Ex quo vr̃ q̃ genus non sit vna natura, sed species sit vna natura, & huius rõ est, q̃a species sumitur a forma vltima, quæ simpliciter vna est in rerum natura, genus aũt non sumitur forma aliqua, quæ sit vna in rerũ natura, sed f̃m rõnem tm̃, nõ est .n. aliqua forma, ex qua hõ sit animal, præter illam ex qua hõ est homo. Omnes igitur homines, qui sunt vnius speciei, conueniunt in forma, quæ constituit spẽm, quia quilibet habet animam rationalem. Sed non est in homine, equo, aut asino aliqua anima communis, quæ cõstituat animal, præter illam animam, quæ constituit hominem, vel equum aut asinum, q̃ si esset, tũc genus eẽt vnum & comparabile, sicut & species. Sed in sola cõsideratione accipitur forma generis per abstractionẽ intellectus a differentiis. Sic igitur species est vnnm quid a forma vna in rerum natura existẽte, genus autem nõ est vnum, quia secundum diuersas formas in rerum natura existentes, diuersæ species generis prædicationem suscipiunt. Et sic genus est vnũ logice, sed nõ physice. Quia ergo genus quodammodo est unum, & non simpliciter (iuxta genera latẽt multa). i. per similitudinem & propinquitatem ad vnitatem generis, multorũ æquiuocatio latet. Sunt autem quædam æquiuocationum multum distantes, in quibus sola communitas nominum attenditur, sicut si canis dicatur cœleste sydus a

Aequiuocationis modi.

& animal latrabile. Quædam vero sunt, quæ hñt quandam similitudinem, sicut si hoc nomen homo, dicatur de vero homine, & de homine picto, inquantum hẽt similitudinem quandam veri hominis. Quædam vero æquiuocationes sunt proximæ. Aut propter conuenientiam in genere, sicut si corpus dicatur de corpore cælesti, & de corpore corruptibili, æquiuoce dr̃ naturaliter loquendo, quia eorum non est materia vna, conueniũt tamen in genere logice, & propter hanc generis conuenientiam vñr omnino non æquiuoca esse. Aut ẽt sunt propinqua secundum aliquam similitudinem, sicut ille, qui docet in scholis dr̃ magister, & similiter ille, qui præest domui, dr̃ magister domus æquiuoce, & tamen propinqua æquiuocatione propter similitudinem, vterque enim est rector, hic quidem scholarium, ille vero domus. Vnde propter hanc propinquitatem, vel generis vel similitudinis, non videntur esse æquiuocationes, cum tamen sint. Deinde cum dicit.

ARGY. *Quando igitur diuersa est species, vtrum cum idem in alio, an cum aliud in alio est? Et quænã est definitio, aut quonam dijudicabimus idem albũ vel dulce, aut aliud esse, ex eo ne, quia in alio diuersum apparet, an ex eo, quia omninó non idem est?*

ANTL. *Quando igitur altera est species, si idem in alio, aut si aliud in alio? Aut quis terminus, aut quo discernimus qd idem est album & dulce, aut aliud, ex eo ne, quia in alio videtur alterum, aut quia omnino non idem.*

Quia dixerat, qd considerandum est, quæ sint drĩæ motus, vtrum, s. motus differant specie, hic inquirit quomodo differentia speciei accipi possit tam in motibus quam in aliis. Et quia essentiam speciei significat definitio, quærit duas quæstiones, vnam de specie, & aliam de definitione. Quærit ergo primo de specie, quando sit iudicãda altera species, vtrum ex hoc solo quod eadem natura sit in alio & alio susceptibili, sicut Platonici posuerunt. Sed hoc secundum præmissa non põt esse verũ, dictum est. n. quod genus nõ est simpliciter vnũ, & ideo drĩa speciei non attenditur per hoc, quod aliquid idem sit in alio & alio, nisi secundum Platonicos, qui posuerunt genus esse simpliciter vnum. Et propter hoc quasi quæstionem soluens subiungit, Aut si aliud in alio, quasi dicat, non propter hoc est alia species, q̃a est idem in alio, sed quia est alia natura in alio susceptibili. Secũdam quæstionem mouet de definitione, & est quæstio, quid sit terminus. i. quæ sit definitio declarans speciem. Et quia ea, quæ sunt idẽ definitione, sunt idẽ simpliciter, ideo quasi soluens subiungit, quod illud est propria definitio rei, qua possumus discernere, vtrũ sit idem, aut aliud, puta albũ vel dulce. Et hoc quod dico (aliud) potest duob. modis accipi, sicut & prius, vno. s. modo, vt album dicatur aliud a dulci, q̃a in albo inuenitur alia natura subiecta quam in dulci, alio modo, quia non solum secũdum naturam subiectam differũt, sed omnino non sunt idem. Quæ quidem duo sunt eadem cum his quæ supra posuit, si idem in alio, aut si aliud in alio. Manifestum est enim quod eadẽ est ratio identitatis & diuersitatis, & in specie, & in definitione. Deinde cum dicit.

61\. *At vero quonam modo alterationes æque celeres sint.*

ARGI. *Si igitur sanari est alterari, fit aũt vt alius celerius, alius tardius sanetur, & aliqui simul: sunt alterationes profecto celeritatis æqualis, in tẽpore nãq; æquali sunt alterati.*

ANTI. T. c. 32. *De alteratione aũt quomodo est æqualiter velox altera alteri. Si itaque est sanari alterari, est autem hũc quidem velociter, alium tarde sanatũ esse, & simul quosdã? quare erit alteratio æqualiter velox, in æquali enim tẽpore alteratum est.*

Infra. Agit de comparatione alterationum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qd vna alteratio est æque velox alteri. Secũdo inquirit sm quid æqualitas velocitatis attenditur in alteratione. ibi. Sed quid alterum est &c. Quærit ergo primo de alteratione, quomodo sit vna alteratio æqualiter velox alteri alterationi. Et qd duæ alterationes sint æque veloces, probat. Sanari. n. est alterari, contingit autem vnum cito sanari, & aliũ tarde, & contingit etiam quosdam simul sanari, ergo vna alteratio est æque velox alteri. Illud. n. dr̃ æque velociter moueri, qd in æquali tpe mouetur. Secundo ibi.

ARGL. *Sed quid est id quod ad alterationem accommodatur, non. n. dicitur hic æquale, sed vt æqualitas in quantitate, sic similitudo dicitur hic.*

ANTL. *Sed quid alteratum est? æquale. n. hic non dicitur. Sed sicut in quantitate æqualitas, ita hic similitudo.*

Sicut in quantitate æqualitas, ita in qualitate similitudo secũdũ quam ipsa alteratio alteri æque velox dicitur.

Quia in motu locali ad hoc quod sit æqualis velocitas, requiritur non solum æqualitas temporis, sed etiam æqualitas magnitudinis quæ pertransitur, supposito q̃ in alteratione æqualitas temporis requiratur ad æqualẽ velocitatẽ, inq̃rit qd aliud requiratur. Et hoc est qd dicit. Sed quid alteratũ est. i. quid est illud ad qd, cũ puenerit alteratio in æquali tẽpore, possit dici æque velox? Et rõ dubitationis est, q̃a in qualitate, circa quam est alteratio, non inuenitur æquale, vt possumus dicere, quod qñ peruenit ad æqualẽ quãtitatẽ in æquali tpe, fit æq; velox alteratio, sicut dicebatur in motu locali, & ẽt dici põt in augmento, & diminutione. Sed sicut in quantitate inuenitur æqualitas, ita in qualitate inuenitur similitudo. Huic ergo quæstioni respondet cum subdit.

ARGY. *Verum sit cum æqualitate temporis idem, in quo celeritas alterationis æqua consistit.*

ANTL. *Sed sit idem, quod mutatũ est in æquali tpe æq; velox.*

Et primo ponit solutionem ad quæstionẽ, & dicit q̃ alteratio debet dici æque velox, si in æquali tpe mutatum sit idem, i. illud quod est alteratum. Secundo ibi.

ARGL. *Vtrum igitur eo in quo est affectus, an ipso affectu cõparare alterationes oporteat.*

ANTL. *Vtrũ ergo in quo passio, aut passione oportet cõparare.*

Mouet quæstionem circa positam solutionẽ. Et est quæstio quam primo mouet talis. Cum. n. dictum sit, q̃ æque velox alteratio est, si sit idẽ quod alteratum est in æquali tempore, in eo aũt, quod est alteratum, duo est considerare. s. passionem, secundum quam fit alteratio, & subiectum, in quo est passio, est ergo quæstio, vtrum huiusmodi comparationem oporteat accipere secundũ identitatem passionis, an secundum identitatem subiecti in quo est passio. Secundo ibi.

ARGL. *Atq; hic quidem eandẽ sanitatẽ esse, quæ neq; magis, neq; minus, sed similiter inest, sumere licet. Sed si affectus alius sit, vt si hoc dealbetur, illud sanetur, his nihil est idẽ vel æquale vel simile, aut hæ alterationis species faciunt, nec vna est alteratio. sicut nec ibi latio: Quare sumendũ est quot alterationis, & quot itẽ lationis species sunt. Si igitur ea quæ mouẽtur, specie differunt, quorum motus per se sunt, & non per accidens, & motus sane specie differunt. si genere, si numero, genere, numero.*

ANTL. *Hic igitur quod sanitas eadem sit, est accipere, aut neq. magis neque minus, sed similiter existit. Si autem altera passio sit, qua alteratur quod fit album, & quod sanatur, his nihil idem, neque æquale, neque simile, aut iam hæ species faciunt alterationis & non est vna, sicut neque loci mutatio. Quare considerandum, quot sint species alterationis, & quot loci mutationis. Si igitur quæ mouentur specie differunt, quorum sunt motus secundum ipsa, et nõ secũdum accidens, motus specie differunt, si vero genere, genere, si autem numero, numero.*

Comparandorum motuum regula.

Soluit quæstionem quantum ad vnam partem, & dicit q̃ in alteratione ex parte passionis duplex idẽtitas attendi

attendi debet ad hoc ꝙ sit æquè velox alteratio. Primo quidem, ꝙ sit eadem qualitas secundum speciem, puta vt accipiatur eadem sanitas, vt oculi, aut alicuius huiusmodi. Secundum est, ꝙ vt eadem qualitas accepta similiter insit, neque magis, neque minus. Sed, si passio .i. passibilis qualitas est altera, secundum speciem, puta si vnum alteratum fiat albũ, & aliud sanetur, in his duabus passionibus nihil est idem, neque æquale neq; simile. Vnde secundum diuersitatem harum passionũ fiunt diuersę species alterationis, & nõ est vna alteratio, sicut etiam supra dictum est, ꝙ motus rectus & circularis nõ sunt vna loci mutatio. Et ideo ad comparandum tam loci mutationes, quam alterationes, considerandum est quot sint species alterationis, vel loci mutationis, vtrũ .s. eædem, vel plures. Et hoc quidem põt cõsiderari ex reb. in quib. est motus (quia si illa quæ mouentur, .i. secundum quæ est motus per se, & non secundum accidens differunt specie, & motus specie differunt, si vero differunt genere, & motus, si numero, & motus differũt numero, vt in Quinto dictum est. Tertiò ibi.

ARGY. *At, si alterationes sint æquè celeres, vtrũ ad affectum si sit idem, vel similis, an ad id quod alteratur respicere oporteat, veluti si huius quidem tantum, huius autem tantum sit dealbatum, an ad vtrumque. At eadem est aut alia, si idẽ aut alius sit affectus, æqualis vero aut inæqualis si æquale aut inæquale sit illud.*

ANTI. T.c.35. *Sed vtrum oporteat ad passionem respicere, si eadẽ sit, aut similis, aut æqualiter veloces alterationes, aut in id; quod alteratur, vt si huius quidem tãtum albatum sit, huius autem tantum, aut ad vtrumque. Et eadem quidem aut alia passione secundum quòd eadem, æqualis autem aut inæqualis, secundum quòd illa inæqualis.*

Determinata vna parte quæstionis, quam mouerat, quærit de alia. Et est quæstio, vtrum ad hoc ꝙ iudicentur alterationes esse similes, vel æquè veloces, oporteat respicere solum ad passionem si sit eadem, aut etiã oporteat respicere ad subiectũ, qđ alteratur, ita .s. ꝙ si huius corporis tanta pars sit albata in hoc tẽpore, & alterius corporis ęqualis pars sit albata in eodẽ, vel æquali tempore dicatur alteratio æquè velox. Et soluit, quòd oportet ad vtrumque respicere, ad passionẽ .s. & subiectum, diuersimodè tamen. Quia iudicamus alterationẽ esse eandem vel aliam ex parte passionis, secundũ ꝙ est eadem vel alia, sed iudicamus alterationem æqualem vel inæqualem, secundum ꝙ pars subiecti alterati est æqualis vel inæqualis, si .n. huius corporis albetur magna pars, alterius autem parua, erit quidem alteratio eadem specie, sed non æqualis. Deinde cum dicit.

ARGI. *In generatione etiam & corruptione idem considerandum est, quonam modo est æque celer atque celerior generatio, an æque celer est, si in æquali tempore generetur idem ac indiuiduum, vt homo, sed non animal, celerior autem si inæquali diuersum. Non enim habemus quenã sint ea duo, in quibus est ipsa diuersitas, quemadmodum habemus ea, in quibus est dissimilitudo.*

ANTI. T.c.34. *Et in generatione autem & corruptione idem considerandum est, quomodo ęquè velox generatio est, si in ęquali tempore generetur idem indiuisibile, vt homo, sed non animal, velocior autem est, si in æquali tempore alterum est. Non enim habemus aliqua duo, in quibus alteritas sicut dissimilitudo.*

Ostendit quomodo debeat fieri comparatio in generatione, & corruptione. Et primo ſm opinionẽ propriã, secundo secundũ opi. Plato. Et si est numerus substãtia. Dicit ergo primo, ꝙ in generatione & corrupt. ad hoc ꝙ generatio dicatur æquè velox, considerandũ est, si in æquali tempore fit idem quod generatio, & indiuisibile secundum speciem, puta si in vtraque generatione generetur homo, in æquali tempore, est æquè velox generatio, sed nõ est æquè velox generatio ex hoc solo, ꝙ in æquali tempore generatur animal, quia quædam animalia propter sui perfectionem indigent maiori tempore ad generationem. Sed velocior dicitur esse generatio, si in æquali tempore generetur alterum, puta si tanto tẽpore, in quo ex vna parte generatur canis, ex alia parte equus generetur, esset equi velocior generatio. Et qa in alteratione ex parte passionis dixerat duo consideranda, s. si est eadem sanitas, & iterum si similiter existit, & neque magis neque minus; hic autẽ in generatione vnum tantum dixit considerandũ, s. si sit idẽ quod generatur, huiusmodi cãm assignat dicens. Non .n. habemus aliqua duo, in quib. alteritas sicut dissimilitudo, q. d. ideo in generatione hoc solum considerandum, vtrum sit idem quod generatur, quia in generatione non habemus aliquid quod possit variari per duo, scđm q̃ attendatur aliqua alteritas, sicut in alteratione accidit dissimilitudo, per hoc ꝙ vna & eadẽ qualitas variatur secundum magis & minus, substantia enim cuius est generatio, non recipit magis & minus. Scđo ibi.

ARGI. *Quòd si substantia numerus est, plus erit et minus numeri speciei eiusdem. Sed ipsum commune nomine caret, atque vtrumque quale est in qualitate quidẽ plus affectus aut excedens magis, in quantitate autem maius.*

ANTI. *Et si est numerus substantia maior & minor numerus similis speciei. Sed est innominatum quod commune est, & vtrumque sicut quæ plus passio aut excellens magis, quantum autem maius.*

Agit de comparatione generationis secundum opinionem Platonis, qui ponebat numerum esse substãtiã rei propter hoc, ꝙ vnum, quod est principium numeri, putabat esse idem cum vno, quod conuertitur cũ ente, & rei substantiam significat. Ipsum autem, quod est vnum, est omnino vnius naturę & speciei. Si ergo numerus, qui nihil est aliud quam aggregatio vnitatum, sit substantia rerum secundum Platonicos, sequitur qđ dicetur quidem maior numerus secundũ diuersam speciem quantitatis, sed tamen quãtum ad substantiã erit similis speciei. Et inde est ꝙ Plato posuit speciẽ, vnũ, contraria verò, per quę diuersificantur res, magnum & paruum quæ sunt ex parte materiæ, & sic sequetur, qđ sicut vna & eadem sanitas habet duo, inquantum recipit magis & minus, sic etiam & substantia, quæ est numerus, cum sit vnius speciei ex parte vnitatis, habebit aliqua duo, inquãtum est maior & minor numerus. Sed in substantia non est cõe nomen positum quod significat vtrumque .i. diuersitatem, quæ accidit maioritate & minoritate numeri, sicut in passionib. cum passio plus inest, aut qualitercunque est excellens, dr̃ maius, vt puta magis album, vel magis sanum. in quãtitate autem, cum fuerit excellens, dicitur maius uel minus corpꝰ, aut maior superficies. Sic autem nõ habemus nomen positum, quo communiter significetur excellentia substantiæ, quæ est ex maioritate numeri secundũ Platonicos.

LECTIO IX.

Regulis nonnullis motum omnem comparari docet.

ARGY. *Cũ autem oẽ quod mouet & aliquid semper moueat, & in aliquo, & vsque ad aliquid (atque in aliquo dico, qa in tempore, vsque ad aliquid, quia per quantitatem aliquã mouet, semper enim simul mouet ac mouit) quare quantitas quędam erit, per quam est motum, atque in quanto.*

ANTI. T.c.35. *Quoniã aũt mouens, mouet semper aliquid, & in aliquo, & vsq. ad aliquid, dico aũt in aliquo quia in tempore, vsque ad aliquid, quia ad quantam aliquam longitudinem, semper enim simul mouet & mouit, quare quantum aliquid erit quod motum est, & in quanto.*

Postquam philosophus ostendit, ꝙ motus sunt comparabiles adinuicem, hic docet quomodo comparentur.

Infra.

Et primo in motu locali, secundo in alijs motibus, ibi. (Si igitur alteratione.) Circa primum duo facit. Primo ponit ea, secundum quæ oportet comparari motus locales adinuicē, secundo accipit regulas comparationis secundum prædicta, ibi. (Sit igitur A quod est mouēs.)

Infra. Dicit ergo primo, ꝙ mouens localiter semper mouet aliquod mobile, & iterum in aliquo tempore, & vsque ad aliquam quantitatem spatij, per aliquam partem tēporis. Quod iam oportet esse, quia sicut in Sexto probatum est, semper simul aliquod mouet & mouit. Probatū est.n. ibi quòd omne quod mouetur, iam est motū, per aliquam partem spatij, & per aliquam partem temporis, vnde sequitur, quòd & illud quod mouet est aliquod quantum & indiuisibile, & etiam illud, per qđ mouetur, & tempus in quo mouetur. Mouens autē nō omne est quantum, vt in Octauo probabitur. Sed tamen manifestum est aliquod quantum esse mouens, & de hoc mouente hic proponit regulas comparationis.

Te.c.52:

Secundo ibi.

ARGI. *Hæc (inquam) cum ita sint, si A quidem sit id quod mouet, B vero id quod mouetur, & C, sit lōgitudo per quam, & D tempus in quo est motum: In tempore nimirum æquali potentia æqualis A dimidium ipsius B, per duplum mouebit ipsius C, per ipsum autem C, in dimidio temporis D. Sic enim erit rationis similitudo.*


ANTI. *Sic igitur A quod est mouens, B autem quod mouetur, quantumcunque autem longitudo mota C, in quantocunque est in tempore, in quo est D. In æquali igitur tempore æqualis potentia, in qua est A, medietatem ipsius B duplicem ipsius C transibit, ipsum autem C in medietate ipsius D, sic enim erit analogia.*

T. com. 36. Ponit regulas comparationis. Et primo secūdū diuisionem mobilis, secundo quādo mouens diuiditur, ibi. (Et si eadem potentia &c.) Dicit ergo primo, accipiatur aliquando mouens, quod sit A, & aliquod mobile quod sit B, & longitudo spatij pertransiti, quæ sit C, & tempus, in quo A mouet B per C, sit D. Si ergo accipiatur aliqua alia potentia mouens æqualis potentiæ ipsi A, sequetur, quòd illa potentia mouebit medietatē mobilis, quod est B in eodem tempore per longitudinem, quæ sit dupla quā C, sed medietatem mobilis mouebit per totam longitudinem C, in medietate temporis, qđ est D. Ex his igitur verbis Philosophi duæ regulæ generales accipi pōt, quarum prima est, quòd si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatiū in aliquo tempore, medietatem illius mobilis per duplū spatium mouebit: vel æqualis potentia in eodem tempore, vel eadem in alio æquali. Alia regula est, quòd medietatem mobilis mouebit per idem spatium, æqualis potētia in medietate temporis. Et horum ratio est, quia sic conseruabitur (eadem analogia). i. eadē proportio. Manifestum est enim, quòd velocitas motus est ex victoria potentiæ mouentis super mobile, quanto autē mobile fuerit minus, tanto potentia mouentis magis excedit ipsum, vnde velocius mouebit. Velocitas autem motus diminuit tempus, & auget longitudinem spatij: quia velocius est quod in æquali tempore pertransit maiorē magnitudinem, & æqualem magnitudinem in minori

T.c.18. tempore, vt in Sexto probatum est: ergo secūdum proportionem qua subtrahitur a mobili, oportet subtrahi de tempore, vel addi ad longitudinem spatij, dummodo mouens sit idem vel æquale.

Deinde cum dicit.

Demonstratio, ostendens quòd si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, medietatem illius mobilis mouebit eadem, vel æquali potentia per duplum spatium in eodem tempore, vel idem spatium in medietate temporis.



Et si potētia eadē hoc in tpe per tātū spatiū moueat, per ipsius ēt dimidiū idē in dimidio sanè mouebit. Et dimidiū potētiæ dimidiū per æquale spatiū in tpe mouebit æquali. Ipsius.n. potentiæ A sit dimidiū F & ipsius B sit dimidiū G. Vires igitur ad pondera similiter sese habent, vt patet, quare per æquale, in tempore mouebit æquali. ARGI.

Et si eadē potentia idē in hoc tpe p tātū mouet & medietatē in medietate mouebit, & media virtus mediū mouebit in æquali tempore. Vt ipsius A potentiæ sit & medietas, quæ est ipsum E, & ipsius BF sit medium. Similiter itaque se habet & secundum analogiam, virtus ad grauē, quare æquali, & inæquali tempore mouebit. ANTI. Te.c.c.36

Docet cōparationē motus ex parte mouētis. Et primo f̄m diuisionē mouētis. Scđo f̄m oppositā congregationē, ibi. Si vero duo & vtrūq; &c. Circa primū tria facit. T.com. 38: Primo ponit cōparationē verā. Scđo remouet cōparationes falsas, ibi. Et si E, ipsū F. Tertio ex hoc soluit rōnē Zenonis, ibi. Propter hoc Zenonis rō &c. Dicit ergo T.c.37. primo, ꝙ si aliqua poten ia idē mobile mouet in eodē tpe p tm spatiū, ipsamet mouet medietatē mobilis in medietate tpis p idē spatiū, vel in eodē tpe mouet medium mobilis, p duplū spatiū, sicut & de æquali potētia dictū est. Et vlterius si diuidatur potētia, media potētia mouebit medietatē mobilis p idē spatiū in æquali tpe. Sed hoc intelligēdū est, qñ potētia est talis, ꝙ per diuisionē nō corrūpit. Loqt.n. secūdū cōsiderationē cōē, nondum applicando ad aliquā spālem naturam, sicut & in omnib. quæ præmisit. Et ponit exēplum. Si.n. accipiatur medietas huius potentiæ, quæ est A, & dicaī E, & accipiaī medietas mobilis qđ est B, & dicaī F, sicut A mouebat B per C in tēpore D. ita E mouebit F per idē spatiū in æquali tēpore, quia & hic ēt seruatur eadē proportio virtutis motiuæ ad corpus ponderosum quod mouet. Vnde sequit ꝙ in æquali tēpore fiat motus per æquale spatium, sicut dictum est. Secundo ibi. ARGY.

At si F moueat ipsum C in tempore D per longitudinem C, non necessario fit vt F in æquali tempore duplum ipsius C moueat per dimidium spatij C. ANTI.

Et si E ipsum F mouet in ipso D secundum C, non necessarium est in æquali tempore E duplum ipso E mouere secundum medietatem ipsius C.

 Ex-

Excludit duas falſas comparationes, quarum prima eſt, quod addatur ad mobile, & non addatur ad potentiā mouentem. Vnde dicit, q̄ ſi E, qđ eſt medietas motiuæ potētię, moueat F qđ eſt medietas mobilis, t̄pe D ſ.in ſpatium C. non eſt neceſſarium, q̄ ipſa potentia dimidiata, quæ eſt E, moueat mobile, qđ ſit in duplo maius q̄ F in æquali t̄pe ſecundum medietatem ſpatii qđ eſt C, quia poterit eſſe q̄ dimidia potētia duplū mobile nullo modo mouere poterit. Sed, ſi poſſet mouere teneret hæc cōparatio. Sc̄da falſa comparatio eſt, qñ diuidit mouens, & non diuidit mobile. Et hāc excludit ibi.

ARGL. *Si igitur A per C ſpatiū totū in D tēpore B mouebit, dimidium ipſius A, quod eſt F, non mouebit B totū in D tempore, aut in eius aliqua parte per aliquā C ſpatij partē quæ rōnem eandē ad totum habebit C, quā F pars vel quæuis alia ad totam A potentiam habet. Omnino.n. ſi fortè fuerit, nullam partem mouebit. Non.n. ſi tota vires quippiam per tantum mouerunt ſpatium, dimidium ipſarum per quantumuis ſpatij quouis in tempore idem mouebit. Nam vnus eam trahet profectò nauim, quam centū traxere: ſi vires eorum tam in ipſorum numerum quam in ſpatij diuidantur partes, quod nauim oēs ſimul traxere.*


ANTL. *Si vero A, mouebit B, in ipſo D quātū eſt ipſū C, medietas ipſi' A, q̄ eſt, in quo eſt E, ipſum B non mouebit in tēpore, in quo eſt D neq; in aliquo ipſius D, per aliquā partem quæ eſt ipſius C, ſecundū quod eſt analogia ad totū C, ſicuti eſt A ad E, Oīno n. ſi cōtingit, nō mouebit aliquid. Si.n. tota virtus totū mouit, medietas nō mouebit, neq; quātā, neq; in quocūq;. Vnus.n. moueret nauē, ſi nauē trahētiū diuidit potētia ī numerū & lōgitudinē, q̄ oēs mouerunt.*


Dicens, q̄ ſi potentia moués, quæ eſt A, moueat mobile quod eſt B, in tépore D, per ſpatium quod eſt C, non oportet quod medietas mouentis moueat totum mobile, quod eſt B, in t̄pe D, neq; etiam per quācunq. partem ſpatii C, cuius partis ſit proportio ad totū ſpatium C, ſicut econuerſo erat qñ comparabamus A ad E. i. totam potentiam motiuam ad partem mobilis. Illa .n. erat conueniens comparatio, ſed hic non, quia poteſt contingere, quod medietas mouentis nō mouebit totum mobile per aliquod ſpatiū. Si.n. aliqua tota virtus mouet totum mobile, neq. mouebit per quodcūq. ſpatium, neq. in quocunq. tempore, quia ſequeretur q̄ ſolus vnus homo poſſet mouere nauem per aliqđ ſpatium, ſi potentia trahentium diuidatur ſecundum numerum trahentium, & ſecundum longitudinem ſpatii, per quod oēs ſimul trahunt nauem. Deinde cum dicit.

Demonſtratio, probans quod ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod ſpatium, in aliqua tempore, dimidium illius potentia non mouebit duplū illius mobilis, per medietatem illius ſpatij, in eodem tēpore, neque in aliqua parte illius tēporis, per aliquam partem illius ſpatij.

Figura hæc ambas deſignat diſproportiones.

D Tempus.





A Potentia mouens B Dimidium potentiæ.

ARGY. *Quapropter Zenonis rō non eſt vera, quæ concludit, quamuis partem milij facere ſonum, nihil.n. prohibet vt nullo in tempore cum moueat aerem, quem totus modius mouit cum cecidiſſet. Neque pars ſi per ſe fuerit id mouebit, quod vna cū toto mouere poteſt: neque eſt enim pars vlla, niſi potentia in toto.*

ANTL. *Propter hoc Zenonis ratio non eſt vera, quòd ſonet milij quælibet pars, nihil.n. prohibet non mouere aerē in vllo tempore tantum quātum moueret cadens totus modius, neq; itaq; tāta pars, tantū quantum mouebit cum toto, ſi ſit per ſe, † hoc mouet, neq;.n. vlla eſt, ſed potētia in toto.* † al. hoc nō mouit.

Secūdum p̄miſſa ſoluit rōnem Zenonis, qui volebat probare, quod quodlibet granū milij faciat aliquem ſonum proiectum in terra, quia totus modius milii qñ in terram effunditur, facit aliquem ſonum. Sed Ariſto. dicit, q̄ hæc Zenonis rō non eſt vera, ſ. quod q̄libet pars milij ſonet. i. quodlibet granum milii ſonum faciat cū cadat in terram, quia nihil prohibet dicere, q̄ granum milii in nullo tempore mouet aerem in tātum vt faciat ſonum, quem aerem mouet ad ſonum faciendum totus modius cadens. Et ex hoc poſſumus concludere, q̄ nō eſt neceſſarium, q̄ ſi aliqua quantacunque pars exiſtēs in toto mouet, q̄ ſeparatim per ſe exiſtens mouere poſſit, q̄a pars in toto non eſt in actu, ſed potentia, maxime in continuis. Sic.n. aliquis eſt ens, ſicut & vnum, vnum autem eſt, quod eſt in ſe indiuiſum, & ab aliis diuiſum, pars autem prout eſt in toto, non eſt diuiſa in actu, ſed in potentia tantum, vnde non eſt actu ens, neque vna, ſed in potentia tātum, & propter hoc nō agit pars, ſed totum. Deinde cum dicit.

ARGL. *Si verò duo quadā ſeorſum per tantū ſpatium tanto in tempore duo ſeorſum pondera mouent, & compoſita per lōgitudinē æqualē, æqualive in tempore cōpoſitum ex ponderibus vtriſque mouebunt, eſt enim in eis eadem ratio.*

ANTL. T.c.3. *Si vero duo, et vtrunque horum vtrumque mouet per tantum in tanto, & compoſitæ potentiæ compoſitæ ex grauibus æquali mouebunt longitudine, & in æquali tempore: analogum namque eſt.*

Ponit comparationem ſm cōgregationem mouentium, & dicit, q̄ ſi ſint duo, & vtrunq. eorum moueat, quorum vtrunq. per ſe moueat tm̄ mobile, in tāto t̄pe, per tm̄ ſpatium, qñ coniungūtur iſtæ duæ potētiæ mouentium, mouebunt illud qđ eſt coniunctū ex ponderibus motis per æquale ſpatium, in æquali tempore, q̄a in hoc ēt ſeruatur eadem analogia. Deinde cum dicit.

ARGL. *Sunt ne igitur eadem & in alteratione atque accretione? Eſt enim aliquid id quod auget, & id etiam, quod augetur, atque in tempore tanto & tantū, aliud auget, aliud augetur. Et id quod alterat, & quod alteratur, ſimiliter eſt & aliquid, & quantum intenſione remiſſioneve eſt alteratum, & in tempore tanto.*

ANTL. T.c.39. *Num igitur ſic eſt in alteratione, & in augmento? aliquid quidem.n. eſt augens, aliquid autem & id quod augetur: in quanto autem tempore, & quantum, aliud quidē auget, aliud autem augetur. Et alterans, & quod alteratur, ſimiliter & aliquid, & quantum ſecundum maius et minus alterata ſunt, & in quanto tempore.*

Ponit eaſdem comparationis regulas in aliis motib. & circa hæc tria facit. Primo oſtendit diuiſibilitatem eorum ſecundum quæ attenduntur comparationes motuum, ſecūdo ponit comparationes veras. ibi. In duplo duplum &c. Tertio remouet comparationes falſas, ibi. Sic autem alterans. Dicit ergo primo quātum ad augmentum, q̄ ſunt tria, ſ. augens, & id quod augetur, & tēpus, & hæc tria habent aliquam quantitatem, ſecundum quam augens auget, & auctum augetur, & hæc ēt quatuor eſt accipere in alteratione, ſ. alterans, & quod alteratur, & quantitas paſſionis, ſecūdum quam ſit alteratio, quæ ineſt ſecundum magis & minus, & iterū quātitas temporis, in quo ſit alteratio, ſicut & hæc quatuor in motu locali inueniebantur. Secundo ibi.

ARGI. *In duplo duplum, & duplum in duplo, dimidium autē in dimidio temporis, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum.*

ANII. *In duplo duplū, Aut duplū in duplo, mediū aūt in medio tēpore, aut in medio medium, aut in æquali duplum.*

Ponit Comparationes veras, & dicit, ꝙ si aliqua potentia secundum hos motus moueat tantum in tanto tempore, in duplo tempore mouebit duplum, & si moueat duplum, hoc erit in duplo tempore. Et similiter mouebit eadem potentia medium in medio tempore, aut si moueat in medio tēpore, erit dimidium, quod est motum, aut si sit dupla potētia, in æquali tempore mouebit duplum. Tertio ibi.

ARGI. *Si vero id quod alterat, aut auget, tantum in tanto auget, aut alterat, non necesse est, & dimidium in dimidio, & in dimidio dimidium alterare vel augere. Sed nihil (si forte fuerit) alterabit vel augebit, quemadmodum & in pondere.*

ANII. *Si autem alterans, aut augens, tantum in tanto tempore auget, aut alterat, non necesse est, & medium in medio, & in medio medium. Sed, si contigerit, nihil augmentabit, aut alterabit, sicut & in graui.*

Excludit falsam cōparationem, & dicit, ꝙ si aliqua potentia moueat in motu alterationis & augmenti tm̄ in tanto tempore, non necesse est ꝙ medietas potētiæ moueat medietatem in eodem tp̄e, aut in medio tēpore tantundem, sed forte continget, ꝙ nihil augmētabit vel alterabit, (sicut & in graui) i. sicut dictum est, ꝙ dimidiata potentia non pōt mouere totum pondus, neq. per totum spatium, neq; per aliq̄ eius partem. Est. n. intelligendum, ꝙ hoc quod dicit. (In medio mediū, aut in æquali duplum) ly duplum & medium, quod in accusatiuo ponitur, non accipitur pro dimidio vel duplo ipsius mobilis, sed pro dimidio & duplo ex parte rei, in qua est motus. i. qualitatis aut quantitatis, q̄ ita se hn̄t in istis duobus motib. sicut longitudo spatij in motu locali, alioquin nō similiter esset in his motibus, & in motu locali. In motu. n. locali dictum est, ꝙ si tanta potentia mouet tm̄ mobile, medietas mouebit medietatē mobilis. Hic autem dr̄, ꝙ medietas forte nihil mouebit. Sed intelligendum est de toto mobili integro, quia virtus motiua dimidiata, non mouebit ipsum, neq; per tantam quantitatē, aut qualitatē, neq. per eius medium.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER OCTAVVS.

Cum S. Thoma expositione.

SVMMA LIBRI.

Motum ipsum ex omni parte sempiternum fore cum ostensum fuerit primum motorem penitus immobilem, perpetuum & vnum esse demonstratur. An etiam cōtinuus detur motus, & quisnam primus sit, inquiritur. Primum denique motorem indiuisibilem, & impartibilem, omnique prorsus magnitudine carere concluditur.

LECTIO I.

De sempiternitate motus in communi Quæstionem mouet, eiusque partes prosequens, quantæ vtilitatis sit ostendit.

ARGI. *AN ortus ne aliquando est motus, antequam non erat, rursusque adeo corrumpitur, vt nihil penitus moueatur, an neque factus est, neque corrumpitur, sed semper erat et semper erit? Atq; hoc hisce quæ sunt immortale ac incessabile inest, quasi sit vita quædam his vniuersis, quæ natura constant.*

ANII. *VTrum autem factus sit aliquando motus, cum non esset prius, & corrumpitur iterum, sic quod moueri nihil sit, aut neque factus est neque corrumpitur, sed erat semper & erit? Et hoc immortale, & sine quiete existit in his quæ sunt, vt vita quædam ens natura omnibus subsistentibus.*

POstq̄ Philosophus in præcedenti libro ostendit, ꝙ necesse est ponere primum mobile, & primū motum, & primum motorem. In hoc libro intendit inquirere qualis sit primus motor, & primus motus, & primum mobile. Et diuiditur in partes duas. In prima præmittit quoddam, quod est necessarium ad sequentē inuestigationem, s. motū esse sempiternum. In secunda procedit ad inuestigationem propositi, ibi. (Principiū aūt considerationis &c.) Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Scd̄o ostēdit veritatem sm̄ suam opinionem, ibi. Incipiemus aūt primū &c. Tertio soluit ea, quæ in contrarium obiici possunt. ibi. Contraria aūt his &c. Circa primum tria facit. Primo proponit dubitationem, Scd̄o ponit opiniones ad vtrāq; partem. ibi, Sed quanti quidem. Tertio ostendit vtilitatē huius considerationis, ibi. (Considerādum igitur de hoc &c.) Circa primū duo facit. Primo proponit dubitationem, de qua inuestigare intendit. Scd̄o rn̄det tacitæ q̄oni, ibi. Esse quidē igitur &c. Circa primū sciendū est ꝙ Aue. dicit, ꝙ Arist. in hoc capitulo nō intendit inquirere in vniuersali de motu, vtrū sit sempiternus, sed de primo motu. Sed, si quis consideret & verba, & processum Philosophi, hoc est oīno falsum. Verba. n. Philosophi vniuersaliter de motu loquuntur, q a dicit. Vtrū factus sit aliqn̄ motus, cum non esset prius, & corrumpitur iterū, sic ꝙ moueri nihil sit. Ex quo manifestè apparet, ꝙ non de aliquo motu determinato q̄rit, sed vniuersaliter, vtrū aliqn̄ nihil fuerit motus. Ex ipso et Aris. processu apparet hoc esse falsum. Primo quidē, quia consuetudo sua est semper ad propositum ex propriis argumentari, si quis aūt sequentes rōnes consideret, quas inducit, in nulla earū sumitur aliquid pro medio, quod propriè ad primum motum pertineat, sed ad motum in cōi. Vnde ex hoc satis apparet, ꝙ intēdit hic inquirere de sempiternitate motus in cōi. Scd̄o, quia si iam probatum esset, ꝙ est aliquis motus vnus vel plures sempiterni, frustra inquireret inferius, vtrum aliqua moueni sp, cū hoc iā esset probatū. Ridiculum est etiā dicere, ꝙ Aris. inferius reiteret suam considerationem a principio, quasi aliquid omisisset, vt Cōmentator fingit. Erat. n. copia Arist. corrigendi librum suum, & supplendi in loco debito quod fuerat omissum, vt non inordinatè procederet. Si. n. hoc capitulum exponatur secūdum prædicti Commentatoris intētionem, oīa sequētia confusa & inordinata apparebūt. Nec est mi ū, q a vno inconuenienti posito alia sequūtur. Adhuc aūt manifestius hoc apparet per hoc, ꝙ Ari. inferius inquirere intendens de sempiternitate primi motus vtitur eo, qđ hic demonstratur, quasi principio. Quod nullo modo faceret, si hic probasset primum motum esse æternum. Rō aūt, ex qua Auer. motus fuit, oīno friuola est. Dicit. n. ꝙ si dicatur ꝙ Arist. hic intendit inquirere de sēpiternitate motus in communi; sequitur ꝙ consideratio Arist. hic sit diminuta, quia non apparet per id qđ hic determinatur, qūo motus semper possint cōtinuari ad inuicem. Sed hoc nihil est, quia Arist. sufficit in hoc ca. probare, qđ motus semper fuerit. Qualiter aūt sempiternitas motus cōtinuetur, vtrum per hoc quòd omnia sp moueantur, vel quandoq. quiescant, vel per hoc qđ

T. c. 21.

Te. com. 4

Secunda. tex. 16.

Tertia primi Te. c. 3.

Infra.

Intentio Aristo. in hoc textu est loqui de motu in cōi.

quæ-

quædam semper mouētur, quædam vero quādoq. mouentur, & quandoque quiescunt, statim immediate inquirit. Sic igitur secundum hanc intentionem, exponendū est præsens capitulum, quod intendit hic inquirere de motu in communi. Quæritur ergo secundum hoc, Vtrum motus in communi aliquando esse incæperit, ita qđ prius nihil vnquam motum fuerit, & quandoq. sic deficiet, quod nihil postmodum moueatur. Aut econtrario neque vnquam incæperit, neque vnquā deficiet, sed sp erat, & semper erit. Et ponit exemplum in animalibus, propter hoc quod quidam dixerunt mūdum esse quoddam animal magnum, videmus enim quod animalia viuunt quandiu apparet in eis aliquis motus, cessante autem omnino motu, dicūtur animalia mori. Sic igitur in tota vniuersitate naturalium corporū, motus consideratur, vt vita quædam. Si ergo motus sēper fuit, & semper erit, ista quasi vita naturalium corporū erit immortalis sine cessatione. Secundo ibi.

ARGL. *Motum igitur omnes inquiunt esse qui de natura aliquid dicunt, tum quia mundum faciunt, tum contemplatio ipsis omnis est de generatione corruptioneue, quam impossibile est esse si non sit motus.*

ANTI. *Esse quidem igitur motum omnes affirmant, de natura aliquid dicentes, propter hoc quod mundum faciunt & de generatione, & corruptione est consideratio omnibus ipsis, quam impossibile est esse, nisi sit motus.*

Respondet tacitæ quæstioni. In præcedentibus. n. libris Arist. locutus fuit de motu in communi non applicando ad res, nunc autem inquirens, an motus semper fuerit, applicat communem considerationem motus ad esse, quod habet in rebus. Posset ergo aliquis dicere, quod in hac consideratione prius erat quærendum de motu, an habeat esse in rebus, quam quæratur, an sit sēpiternus, & præcipue cum quidam negauerint esse motum, ad hoc respondet dicens, quod omnes, qui locuti sunt de natura rerum, assumāt quod motus sit. Et hoc patet per hoc quod dicunt mundum esse factum, & qđ omnes considerant de generatione & corruptione rerum, quæ nō potest esse sine motu. Est igitur cōmunis suppositio in Scientia Naturali, quod motus habeat esse in rebus. Vnde de hoc non est quærendum in Sciē. Naturali, sicut nec in aliqua scientia mouetur quæstio de suppositionibus illius scientiæ. Deinde cum dicit.

ANTI. *Verum qui mundos infinitos esse, & alios ipsorum fieri alios corrumpi dicunt, hi motum inquiūt sp esse. Sunt. n. generationes & corruptiones ipsorū cū motu necesse est.*

ANTI. *Sed quotquot quidem infinitos mundos dicunt esse & quosdam quidem fieri, quosdam aūt corrumpi, semper dicunt esse motum. Necessarium. n. est generationes et corruptiones ipsorum cum motu esse.*

Ponit opiniones ad vtrāque partem quæstionis motæ. Et primo ponit opiniones dicentium motum semper esse, secundo opiniones ponentium non semper esse. ibi. Quicunque autem. Ad euidentiam ergo primæ partis, sciendum est, quod Demo. posuit prima rerum principia, corpora indiuisibilia, & semper mobilia, ex quarum congregatione dicebat mundum casualiter factum, & non solum istum in quo nos sumus, sed infinitos alios secundū quod accidit in diuersis partib. infiniti vacui, prædicta corpora congregata mundos fecisse. Nec tamē hos mūdos ponebat in perpetuū duraturos, sed quosdam eorū fieri per aggregationem atomorū, quosdam vero corrumpi per eorum segregationem. Quotcunque igitur Philosophi hoc ponunt cum Democrito, dicunt semper esse motum, quia semper dicūt esse generationes & corruptiones aliquorum mundorum, quas necessarium est esse cum motu. Secundo ibi.

ARGY. *Qui vero mundum aut vnum, & semper eundem esse dicunt, aut vnum quidē, sed non semper, hi de motu quoque similiter opinantur. Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter id accidere necesse est, aut enim vt Anaxagoras censet, dicit enim cum omnia simul essent atque quiescerent tempore infinito, mentem mouisse atque segregasse. Aut, vt Empedocles dicit, interdum res moueri, interdum quiescere: moueri quidem cum aut vnum ex multis concordia, aut ex vno multa discordia facit, quiescere vero in hisce temporibus, quæ inter hæc media cadunt. Dicit enim hoc modo.*

Nam quo de multis nasci consueuerit vnum.
Atque iterum ex vno generato plura renasci,
Hoc fiunt, fixumque sibi non permanet æuum.
At quo mutantur, nunquam cessante recursu.
Hoc sic perpetuo stabilem versantur in orbem.

Cum enim dicit, at quo mutantur nunquam cessante recursu, id Empedoclem arbitrandum est intelligere, hinc (inquam) illuc, & illinc huc fieri motum.

Quicunque autem vnum, & non esse semper, & de motu apponitur ratio.

Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere, aut. n. sicut Anaxagoras dicit. Inquit enim ille, simul omnibus existentibus, & quiescentibus infinito tempore motum fecisse intellectū, & disgregasse, aut sicut Empedocles in parte moueri, & iterū quiescere, moueri quidem cum amicitia ex multis faciat vnū, aut discordia multa ex vno: quiescere autem in medijs tēporibus dicens sic. Tex. c. 2. Anaxa. opinio de mundi constitutione. Sententia Empe.

In quantum quidem ex pluribus vnum didicit nasci,
In quātū iterū ex vno geminato plurima perficiuntur, "
Sic fiunt res & nullo modo ipsius est seculum vnum, "
Sic autem permutantur, neque simul perficiuntur. "
Sic autem semper sunt immobiles secundum circulum, "
Hoc enim quod sic permutatur, ab hinc inde dicere ipsum opinandum est. "

Ponit opiniones ad partem contrariam, & dicit, qđ quicunque ponunt vnum solum mundum, & non esse eum sempiternum, etiam de motu ponunt, quia consequitur ſm rationem, vt. s. non semper sit. Si ergo ponatur, quod sit aliquod tempus in quo nihil mouebatur, oportet quod hoc accidat duobus modis. Ponitur enim duobus modis hic mundum non semper fuisse, vno modo qđ mundus iste sic incæpit, quod nunquā antea fuerat, sicut posuit Anaxagoras: alio modo quod mundus sic incæpit, quod aliquo tempore non fuit, sed ante illud tempus iterum fuerit, vt posuit Empedo. & similiter circa motum. Anaxa. autem dixit, quod quodam tēpore omnia simul erant vnum cum alio commistū, & nihil erat ab alio segregatum. In qua quidem rerū mistura, necesse fuit ponere quod omnia quiescerent, motus. n. non est absque disgregatione, omne enim quod mouetur ab aliquo recedit, vt in aliud tendat, hanc ergo rerum misturam, & quietem posuit præextitisse in tempore infinito, infra quod nunquam antea fuerit aliquis motus, & qđ intellectus, qui solus non erat permistus, incæpit de nouo facere motū, & disgregare res ab inuicem. Emped. vero dixit, quod in aliqua parte tēporis est aliqd moueri, & iterum in alia parte tpis est oīa quiescere. Ponebat enim Emp. quod amicitia & discordia sunt prima rerum mouentia. Amicitiæ autem proprium est, quod ex multis faciat vnum, discordiæ vero ex vno faciat multa. Quia vero ad esse corporis misti, requirit quod elementa sint in vnum cōmista, ad esse vero mundi requiritur qđ elementa sint in locis suis p ordinē distributa, ponebat quod amicitia est causa generationis corporū mistorū, discordia vero causa corruptionis, sed econtrario in toto mundo amicitia causa corruptionis, & discordia generationis. Sic ergo ponebat moueri totum mundū, cum vel amicitia ex multis facit vnum, vel discordia multa facit ex vno. Sed quie-

tem

tem ponebat eſſe in mediis temporibus, nō quidem ita quod nihil mouetur:ſed quantum ad generalem mundi mutationem. Et, quia poſuit ſententiam Empe. ponit & eius verba, quæ difficultatem habent, quia metrice ſcripſit. Sic ergo ſuam ſententiam expreſſit Emped. his verbis, quæ ſic conſtruēda ſunt. Didicit naſci, id eſt ſic conſuetum eſt aliquid generari, inquantum ex pluribus fit vnum, & iterum. i. alio modo. Ex vno geminato. i. compoſito, perficiuntur plurima, ideſt multa fiunt per diſgregationem. Quædam enim ſunt quæ generantur per compoſitionem, quædam vero per diſgregationē. Et ſicut hic videmus in particularib. generationib. (Sic fiunt res). i. ſic eſt intelligendum in vniuerſali rerū generatione, quantum ad totum mundū. Et nullo modo eſt ipſius ſæculum vnum. i. non eſt vnus ſtatus durationis rerum, ſed quandoque generatur mundus, quandoque corrumpitur, quādoque medio modo ſe habet. Sæculum enim dr̄ menſura durationis alicuius rei. Diſtinctionem autem horum ſæculorum exprimit ſubdens. Sic autem permutantur, quaſi dicat, vnū ſæculum eſt, in quo res permutantur p congregationē vel ſegregationem. Et, ne aliquis opinaret ꝙ ad generationem mundi non requiritur ſęculū, i. tempus aliquod, ſed mūdus ſit in inſtanti, ad hoc excludendum ſubiungit. Neque ſimul perficiuntur, ſed per multam moram tēporis. Deinde de alio ſæculo ſubdens dicit. Si autem ſp ſunt immobiles, quia. ſ. in medio tempore generationis & corruptionis poſuit res quieſcere. Et ne aliquis crederet, quod ſemper antea fuerit permutatio, & poſtea ſp futura ſit quies, & ad hoc excludendum dicit. Secundum circulum, quæ dicit circulariter hoc contingit, ꝙ permutantur res, & poſtea quieſcunt, & iterum permutantur, & ſic in infinitum. Deinde ſubduntur verba Ariſtotel. exponentis prædicta verba Empe. maxime quātum ad hoc quod dixit. Sic autem permutantur. Dicit ergo ꝙ opinādum eſt in hoc quod dixit: ſic permutantur, intellexiſſe, ab hinc inde, ideſt a quodam principio vſque nunc, non quod ſemper fuerit motus, vel quod poſtquam incæpit ſit interruptus. Deinde cum dicit.

Sententiæ Emped. in carmi. expoſitio.

Quid ſæculum.

ARGY.

Conſiderandum eſt igitur de hoc quonam modo ſe hēt. Eſt enim opera pretium hanc perſpicere veritatem, & non ſolum ad Naturalem contemplationem, ſed & ad eā doctrinam, quæ circa principium primum verſatur, vehementer conducit.

ANTI. T.c.3.

Conſiderandum igitur de hoc, quomodo ſe habet. Præopere. n. non ſolum ad Naturę conſiderationem ſcire veritatem, ſed ad ſcientiam de principio primo.

Oſtendit vtilitatem huius conſiderationis, & dicit, quod conſiderādum eſt quomodo ſe habeat veritas circa hanc quæſtionem, quia ſcire veritatē huius quæſtionis, eſt prę opere ideſt prænecesſarium, nō ſolum ad cōſiderationem Scientiæ naturalis, ſed etiam ad ſcientiā de primo principio, quia in hoc 8. & 12. Metaphy. ad probandū vnū principiū vtitur æternitate motus. Hæc enim via probandi primum principium eſſe, eſt efficaciſſima cui reſiſti non poteſt. Si. n. mundo, & motu exiſtente ſempiterno, neceſſe eſt ponere vnum primum principium, multo magis ſempiternitate eorum ſublata, quia manifeſtum eſt quod omne nouum indiget aliquo principio innouante. Hoc ergo ſolo modo poterat videri, quod non eſt neceſſarium ponere primum principium, ſi res ſunt ab æterno. Vnde etiam, ſi hoc poſito ſequitur primum principium eſſe, oſtenditur omnino neceſſarium primum principium eſſe.

LECTIO II.

Sententiam de Motus ſempiternitate ratiocinatur, viſque rationum ſuarum ex Philoſophis diſcutitur.

ARGY.

Ex his aūt ordiemur, quæ prius a nobis in libris Naturalis ſcientiæ ſunt definita. Dicimus itaque motū ipſius mobilis hoc actū eſſe, quo mobile eſt, neceſſe eſt ergo res eſſe, quæ vnoquoq; motu moueri poſſunt. Et ſine definitione & motus, quiuis profecto fatebatur neceſſarium eſſe id moueri, quod ſingulis motibus moueri pōt, ceu alterari quidem id, quod eſt alterabile, ferri autem id quod loco mutabile eſt. Quare ſit antea combuſtibile quam comburatur, & combuſtiuum antea quam comburat, oportet.

ANTI. Tex.c.4.

INcipiemus autem primum ex definitis a nobis in Phyſicis prius. Dicimus autem motum eſſe actum mobilis ſecundū quod eſt mobile, neceſſe ergo exiſtere res poſſibiles moueri ſecundum vnumquemque motum. Et ſine motus definitione, omnis vtique confitebitur neceſſarium eſſe motum poſſibile moueri ſecundum vnumquemq; motum vt alterari alterabile, ferri autem ſecundum locum mutabile. Quare prius oportet eſſe combuſtibile, quam cōburatur, & combuſtiuum quam comburere.

Poſtquā mouit dubitationem de ſempiternitate motus, hic oſtēdit motum eſſe ſempiternum. Et diuiditur in partes duas, in prima oſtendit propoſitum, in ſecūda ſoluit ea quæ in contrarium obiici poſſent. ibi. Contraria autem his &c. Circa primū duo facit. Primo ponit rationes ad oſtendendum ſempiternitatem motus. Secundo ponit rationes contra opiniones Philoſophorū contrarium opinantium. ibi. (Sed non aliquando &c.) Circa primum duo facit. Primo oſtendit quod motus ſp fuit. Secundo, quod ſemper erit. ibi. Eidem autem ratio eſt, &c. Circa primum duo facit, primo oſtendit propoſitum rōne accepta ex parte motus. Secūdo rōne accepta ex parte tpis. ibi. Adhuc autem prius & poſterius &c. Circa primum tria facit. Primo præmittit qddam, quod eſt neceſſarium ad probationem ſequētem. Secundo inducit probationem ad propoſitum oſtēdendum. ibi. Ergo & hoc neceſſarium eſt &c. Tertio oſtēdit neceſſitatem rationis inductę. ibi. Alia quidem mouent ſingulariter. Dicit ergo primo, quod ad propoſitū oſtendendum debemus incipere ab his, q̄ primo determinata ſunt in Phyſicis, vt eis, quaſi principiis vtamur. Per quod dat intelligere præcedentes libros, in quibus de motu in communi determinauit, & propter hoc appellantur vniuerſaliter de Naturalibus, habent. n. quandam diſtinctionē ad hunc librum Octauum, in quo iā incipit motum ad res applicare. Aſſumit ergo id qd̄ dictū eſt in Tertio Phyſi. ſ. ꝙ motus eſt actus mobilis in quantum hmōi. Ex quo apparet, qd̄ ad hoc ꝙ ſit motus, neceſſe eſt exiſtere res, quæ poſſint moueri quocūque motu, quia nō poteſt eſſe actus ſine eo cuius eſt actus. Sic ergo ex definitione motus apparet, ꝙ neceſſe eſt eſſe ſubiectū mobile, ad hoc quod ſit motus. Sed & abſque definitione motus per ſe manifeſtū eſt hoc, vt patet ex cōi ſententia omnium. Quilibet. n. confitetur hoc eſſe neceſſarium, ꝙ non mouetur niſi ꝙ eſt poſſibile moueri, & hoc ſecundum vnumquemq; motum, ſicut qd̄ non cōtingit alterari, niſi qd̄ eſt alterabile, neq. mutari ſecundum locum, niſi quod eſt ſecundum locū mutabile. Et, quia ſubiectum naturaliter prius eſt eo quod eſt in ſubiecto, poſſumus concludere in ſingulis mutationibus, & ex parte mobilis, & ex parte mouentis, quod prius eſt ipſum ſubiectum combuſtibile quā comburatur, & combuſtiuum. ſ. ſubiectum potens cōburere, quam comburat, prius inquam non ſemper tēpore, ſed natura. Ex hac autem Ari. probatione Auer. occaſionem ſumpſit loquendi contra id quod ſecundū fidem de creatione tenemus. Si enim fieri quoddā mutare eſt, omnis autem mutatio requirit ſubiectum vt hic Ariſtotel. probat, neceſſe eſt, quod omne quod fit, fiat ex aliquo ſubiecto, non ergo poſſibile eſt quod fiat aliquid ex nihilo. Adducit etiam ad hoc ſecundā rationem, quia, cum dicitur nigrum fieri ex albo, hoc nō dicitur per ſe, ita quod ipſum album conuertatur in nigrum

Tex. 16.

Secunda. ſl

T.c.12.

T.c.10.

T.c.15.

T.c.8.

Auerois ſententia contra creationem.

grum

grum, sed hoc dr̃ per accidens, quia .s. recedēte albo succedit nigrū, oē aūt, qđ est per accidens, reducitur ad id quod est per se, hoc autē ex quo aliquid fit per se, est subiectū qđ intrat substātiā rei factę, oē ergo, qđ dr̃ fieri ex opposito, fit quidē ex opposito per accidēs, per se aūt ex subiecto, nō ergo est possibile, quod ens fiat ex nō ente simpliciter. Adducit autē ad hoc tertio cōem opinionem omnium Antiquorum Physicorū ponētiū nihil ex nihilo fieri. Assignat aūt duas cās, ex quib. reputat hanc positionem exortam, qđ aliquid ex nihilo fiat. Quarum prima est, quod vulgus nō reputat existētia, nisi ea quæ sunt cōprehensibilia visu, quia ergo vulgus videt aliquod factū visibile, quod prius visibile nō erat, reputat impossibile aliqđ ex nihilo fieri. Secunda cā est, qa apud vulgus reputat̃ esse ex diminutione virtutis qđ indigeat materia ad agendū, qđ tñ non est ex impotētia agētis, sed ipsa rōne motus, quia ergo primū agēs nō hēt potentiā aliquo modo defectiuā, sequit̃, ꝙ nō agat absq. subiecto. Sed si quis recte cōsideret, ex si mili cā ipse deceptus fuit, ex qua cā nos deceptos arbitratur .s. ex consideratione particularium entiū. Manifestū est .n. qđ potētia actiua particularis p̄supponit materiam, q̃ agens vniuersalis operatur, sicut artifex vtitur materia, quam natura facit, ex hoc ergo quod oē particulare agens præsupponit materiā, q̃ non agit, nō oportet opinari ꝙ primū agens vniuersale, quod est actiuū totius entis aliquid præsupponat, quasi non creatū ab ipso. Nec hoc ēt est secundum intentionem Arist. probat .n. in 2. Meta. quod id qđ est maxime verum, & maxime ens est causa essendi omnibus existentibus, vnde hoc ipsum esse in potentia, quod habet materia prima, sequitur deriuatū esse a primo essendi principio, qđ est maxime ens, non igitur necesse est præsupponi aliquid eius actioni, qđ non sit ab eo productum. Et quia oīs motus indiget subiecto, vt hic Arist. probat, & rei veritas habet, sequitur, quod productio vniuersalis entis a Deo non sit motus nec mutatio, sed sit quædam simplex emanatio. Et sic fieri & facere æquiuoce dicuntur in vniuersali rerum productione, & in aliis productionib. Sicut ergo si intelligamus rerū productionē esse a Deo ab æterno, sicut Arist. posuit, & plures Platonicorum, non est necessarium, immo impossibile, qđ huic vniuersali productioni aliquod subiectum non productum præintelligatur, ita ēt si ponamus secundum nostræ fidei sententiam, quod non ab æterno produxerit res, sed produxerit eas postquam non fuerant, non est necessarium quod ponatur aliquod subiectū huic vniuersali productioni. Patet ergo, quod hoc quod Aristo. hic probat, quod omnis motus indiget subiecto mobili, non est contra sententiam nostræ fidei, quia iā dictū est, quod vniuersalis rerum productio, siue ponatur ab æterno, siue nō ab æterno, non est motus nec mutatio. Ad hoc enim quod sit motus vel mutatio, requiritur, ꝙ aliter se habeat nunc, & prius, & sic aliquod esset prius existens, & per consequens hæc non esset vniuersalis rerū productio, de qua nunc loquimur. Similiter quod dicit quod aliquid dr̃ fieri ex opposito per accidens, & ex subiecto per se, veritatem habet in particularib. factionibus, sedm quas fit hoc aut illud ens, vt homo aut canis, non autē habet veritatem in vniuersali entis productione. Quod patet ex hoc quod Philosophus dixit in 1. Physi. Dixit .n. ibi, quod si fiat hoc animal, inquantum est hoc animal, non oportet quod fiat ex non animali, sed ex non hoc animali, puta si fiat homo ex non homine, aut equus ex nō equo: si autem fiat animal inquantum est animal, oportet quod fiat non ex animali. Sic ergo, si fiat aliquod particulare ens, non fit ex omnino non ente, sed si fit totum ens, quod est fieri ens, inquantum est ens, oportet quod fiat ex penitus non ente, si tamen & hoc debeat dici fieri, æquiuoce .n. dr̃, vt dictum est. Quod etiam introducit de Antiquis Philosophorum opinionibus, efficaciā non habet, quia Antiqui naturales non potuerunt peruenire ad causam primam totius esse, sed considerabant causas particulariū mutationum. Quorum primi considerauerūt causas solum mutationum accidentalium, ponentes fieri esse alterari, sequentes vero peruenerunt ad cognitionē mutationum substantialium, postremi vero vt Plato, & Ari. peruenerunt ad cognoscendum principium totius esse. Sic igitur patet, quod non mouemur ad ponendum, aliquid fieri ex nihilo, quia reputemus ea esse solum entia, quæ sunt visibilia, sed magis econtrario, quia nō cōsideramus solas productiones particulares a causis particularibus, sed productionem vniuersalem totius esse a primo essendi principio. Nec etiam ponimus, quod indigere materia ad agendum sit potētiæ diminutæ, qua si deficientis a virtute naturali, sed dicimus hoc esse potētiæ particularis, quæ non pōt super totum ens, sed facit aliqđ ens. Et pōt sic dici esse potentiæ diminutæ facere aliquid ex aliquo, sicut si dicamus potentiam particularem esse minorem potentia vniuersali. Secūdo ibi.

Decepius fuit Auer. eadem cā, qua nos deceptos arbitratur.

T.c. 4

Vniuersalis rerū productio, siue ab æterno, siue non ab æterno, non est motus nec mutatio.

Lect. 14.
Tex.c.78.

ARGV.

Igitur & hęc ipsa necesse est, aut si non erant aliquando facta esse, aut perpetua esse. Si igitur vnumquodq; mobilium ac motiuorum est factum, necesse est ante motum acceptum, aliam mutationem motumq; fuisse, quod quidem ortum, idest quod aut moueri aut mouere potest. Sin semper erant motus, tamen erat absurdum, & ex sese quidem si animaduertatur videtur. Magis tamen si prosiciscamur vlterius, hoc necesse est euenire. Nam si quædam sunt mobilia, quædam motiua, & interdum est actu primum mouens, & aliquid quod mouetur, interdum nihil, sed quiescit, hoc prius mutetur oportet, erat .n. aliquid causa profecto quietis, quies .n. est priuatio motus, quare ante primam mutationem mutatio prior erit.

ANTI.
T.c. 5
T.c. 6.

Ergo & hoc necessarium est, aut facta aliquando esse, cum non essent, aut perpetua esse, Si igitur factum est mobilium vnumquodque necessarium est prius accepta aliam mutationē factā esse, & motū secūdū quē factum est, impossibile motū esse, aut moueri. Si autem quę sunt prę erāt semper motu non existēte, irrationabile quidem videtur, & ab inscientib. At vero magis ingredientib. hoc necessarium est accidere. Si .n. alijs quidem mobilibus existentib. alijs autem motiuis aliquando quidem erit aliquod primū mouens, aliquid autem quod mutetur, aliquando quidem nihil, sed quiescit, oportet hoc mutari prius, erat enim aliquid causa quietis, quies enim priuatio motus est, quare ante primam mutationem erit mutatio prior.

T.c. 7.

Supposito, quod ad hoc quod sit motus, requiratur mobile & motiuum, sic argumētatur. Si motus nō semper fuit, necesse est dicere aut quod mouentia & motiua sint aliquando facta, cum prius non essent, aut quod sint ꝑpetua, si ergo dicatur quod vnumquodque mobile est factū, necesse est dicere, quod ante mutationē, q̃ accipitur vt prima, sit alia mutatio, & motus secundum quē factum est ipsum mobile, quod potest moueri, & motum esse. Quæ quidem illatio dependet ex præcedētibus: si enim detur quod motus non semper fuerit, sed aliqua mutatio sit antequam nulla fuerit, sequet̃ ꝙ illa mutatio habeat aliqđ mobile, & qđ illud mobile sit factum, cum prius non fuerit, cum ponantur omnia mobilia esse facta. Omne autem, quod fit, cū prius non fuerit, fit per aliquem motum vel mutationem, motus autem vel mutatio, per quam fit mobile, est prior quā mutatio, qua mobile mouebatur, ergo ante mutationem, quæ dicebatur esse prima, est alia mutatio, & sic in infinitum. Si autem dicatur, quod ea quæ sunt mobilia ꝑ prę existebant, etiam motu nullo existente, hoc videtur irra-

irrationabile, & dictum a nescientib. statim.n.apparet, quod si mobilia sunt, oportet esse motum, mobilia enim naturalia simul etiam sunt mouentia, vt ex Tertio patet. Mouentibus autem & mobilibus naturalibus existentibus necesse est esse motum. Sed, vt profundius ingrediamur ad veritatis inquisitionem, necessariũ est hoc idem accidere, si ponãtur mobilia & mouẽtia pexistentia sp ante motum, quod sequebatur si ponantur hæc esse facta.s. φ ante mutationẽ, quæ ponitur prima sit alia mutatio in infinitum. Quod sic patet, quia si ponatur, quod sint aliqua mobilia & aliqua motiua, & tamen aliquando primum mouens incipiat mouere, & aliquid moueri ab ipso, & ante hoc nihil moueatur, sed quiescat, oportebit dicere qđ sit alia mutatio prius facta in mouẽte vel mobili, quam id quod ponebatur primo mouẽs incipiat mouere, quod sic patet, quies.n.est priuatio motus, priuatio autem non inest susceptiuo habitus, & formæ nisi propter aliquam causam, erat ergo aliqua causa vel ex parte motus, vel ex parte mobilis, quare quies erat: ea ergo durante semper quies remanebat. Si ergo aliquando mouens incipiat mouere, oportet quod illa causa quietis remoueatur, sed non potest remoueri nisi per aliquem motum vel mutationem, ergo sequitur, quod ante illam mutationem, quæ dicebatur esse prima, sit alia mutatio prior, qua remouebatur causa quietis. Secundo ibi.

T.c.8.

ARGL.

Nam quędam vnice, quędam & motib. contrarijs mouent, ignis namque calefacit, sed non frigefacit. At scientia vna contrariorum esse videtur, illic etiam simile quid esse videtur, nam frigidum versum quodammodo, atque abiens calefacit, sicut & hisce, qui scit, peccat sua sponte, cum econtra scientia vtitur.

ANTI. T. c. 8.

Alia quidem.n.mouent singulariter, alia autem & secundum contrarios motus, vt ignis quidem calefacit, frigefacit autem non. Scientia autem videtur contrariorum esse vna. Videtur igitur & ibi esse aliquid simili modo, frigidum.n.calefacit, conuersum quodãmodo et abscedẽs, sicut & peccat voluntarius sciẽs, quoniã ecõtrario vtitur sciẽtia.

Scientia videtur cõtrariorum esse vna.

Probat necessitatem præmissæ rationis. Posset.n.aliquis dicere, quod contingit quandoque quiescere, & quandoque moueri, absque hoc quod præextiterit aliqua causa quietis, quæ remoueatur. Vnde hoc vult excludere. Et circa hoc duo facit. Primo præmittit quoddam quod est necessarium ad propositum. Secundo inducit propositam probationem. ibi. Si igitur quæcunq; possibilia sunt &c. Dicit ergo primo, quod eorum quę mouent, quędam mouent singulariter.i.vno modo tm̃, quædam vero secundũ contrarios motus. Quæ mouẽt tãtum vno modo sunt Naturalia, sicut ignis semper calefacit, & nunquam frigefacit. Sed agẽtia per intellectũ mouent ſm contrarios motus, quia vna sciẽtia videtur esse contrariorum, sicut medicina est scientia sani, & ęgri, vnde vr̃ quod Medicus per suam scientiam posit mouere secundum contrarios motus. Posuit autẽ hanc distinctionem mouentiũ, quia in ijs quæ agunt p intellectum, videtur nõ esse verum, quod ipse dixerat.s. qđ, si aliquid mouetur, cum prius quieuerit, oporteat ipsius remoueri causam quietis. Agentia enim per intellectũ vidẽtur se ad opposita habere absque aliqua sui mutatione, vnde videtur quod posint mouere & non mouere absque aliqua mutatione. Ne ergo per hoc sua ratio impediatur, subiungit quod ratio sua similiter tenet in ijs quæ agunt per intellectum, & ijs, quæ per naturam, qa ea quæ agunt per naturam, per se quidem semp mouent ad vnum, sed per accidẽs, quandoq. mouent ad cõtrarium, & ad hoc quod illud accidens eueniat, necesse est esse aliquam mutationem, sicut frigidum per se semper frigefacit, sed per accidẽs calefacit, sed quod per accidens calefacit, hoc est per aliquam eius mutationem, vel inquãtum vertitur ad aliem situm, vel alio modo respiciat id qđ nũc calefit ab eo qđ prius frigefiebat, vel inquãtum totaliter abscedit. Dicimus.n. frigus esse causam caloris abscedendo, sicut gubernator per sui absentiam est causa subuersionis nauis. Similiter etiam frigͤ per accidens sit causa caloris, vel per maiorem elongationem, vel etiam per maiorem appropinquationem, sicut in hyeme interiora animalium sunt calidiora calore ad interius recurrente, propter frigus circũstans. Sic ẽt est in agente secundum intellectum, scientia.n. licet sit vna cõtrariorum, tamen non ęqualiter vtrorumque, sed vnius principaliter, sicut medicina ad hoc per se ordinata, quod faciat sanitatem. Si ergo cõtingat qđ Medicus vtatur sua scientia in contrarium, ad inducendum ægritudinẽ, peccat, & hoc non erit ex scientia per se, sed per accidens, propter aliquid aliud. Et hoc quod illud aliud adueniat, cum prius non esset, necesse est esse aliquam mutationem. Secundo ibi.

Duplex agẽtium genus alterum per naturam, alterũ per intellectum.

Quod per naturam p idem facit, quę uero p intellectum ad contraria aliquando mouent.

Infra.

Frigus causa caloris quandoque fit, quandoque scientia una contrariorum esse dicatur.

ARGY.

Verum ea quę agere aut mouere, & ea quę pati, aut moueri possunt, non omnino hoc possunt, sed si sic se habent, atq; ad propinqua sibi euadunt, quare, cum id fuerit, aliud mouet, aliud mouetur, & cum id euenerit, vt aliud sit mobile, aliud motiuum. Si igitur non semper mouebatur, non ita sese habebant, vt alterum mouere, alterũ moueri posset, vt patet, sed alterum ipsorum mutari oportebat. In ijs enim quę sunt ad aliquid, id accidere necesse est, veluti si duplum non erat, & nunc duplum euasit, si non vtrunque alterum saltem mutatum esse necesse est. Erit ergo quędam mutatio prior prima.

ANTI. Tc.c.9.

Si igitur quęcunq; possibilia sunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri, hec autem moueri non penitus possibilia sunt, sed sic se habentia & proxima alterutris sunt. Quare cõ proximantur, aliud mouet, aliud aũt mouetur, cum sint vt sit hoc quidem motiuũ, illud vero mobile. Si igitur non semper mouebatur, manifestum est quod non se habebant sicut nũc possibilia, hoc quidem mouere illud autem moueri, sed oportuit mutari alterũ illorum, necesse.n. in ijs, quæ sunt ad aliquid, hoc accidere, vt si non est duplum, nunc autem est duplum, mutari si non vtrumq; alterum. Erit ergo quędam mutatio prior prima.

Inducit probationem ad propositum ostẽdendum. Dicit ergo, quod ex quo ita est, quod simili modo se habet in ijs, quæ agunt secundum naturam, & secũdũ intellectum, possumus vniuersaliter de omnibus loquentes dicere quod quæcunque sunt possibilia facere, aut pati, aut mouere, vel moueri, non penitus possibilia sũt, .i. non possunt mouere aut moueri inquacumq. dispositione se habeant, sed prout se habẽt aliqua determinata habitudine, & propinquitate adinuicẽ. Et hoc cõcludit ex præmissis, quia iam dictum est, quod iam in agentibus secundum naturam, quam in agentibus secũdum voluntatem non est aliquid causa diuersorum, nisi in aliqua alia habitudine se habẽs, & sic oportet, qđ quando appropinquant adinuicem mouens, & motum cõuenienti propinquitate, & similiter cum sunt in quacunque dispositione, quæ requiritur ad hoc quod vnũ moueat, & aliud moueatur, necesse sit hoc moueri & aliud mouere. Si ergo non sp erat motus, manifestum est quod non se habebant in ista habitudine, vt tunc vnum moueret, & aliud moueretur, sed se habebãt, sicut non possibilia tunc mouere & moueri, postmodũ autẽ se habẽt in ista habitudine, vt vnũ moueat & aliud moueatur. Ergo necesse est, quod alterum eorum mutetur, hoc.n. videmus accidere in omnibus, quæ dicuntur ad aliquid, quod nunquam aduenit noua habitudo nisi per mutationem vtriusq. uel alterius, sicut si aliqd cum prius non esset duplum, nunc factum est duplum, & si non mutetur utrumque extremorum, saltem oportet quod alterum mutetᷓ. Et sic, si de nouo adueniat habitudo,

In his quæ sunt ad aliquid nõ aduenit noua habitudo. seu relatio nisi per vtriusque aut alterius eorũ m[illegible]ionẽ.

bitudo, per quā aliud moueat & aliud moueatur, oportet, vel vtrumque vel alterum moueri prius. Et sic sequitur quod sit mutatio quædam prior mutatione, quæ dicebatur esse prima. Deinde cum dicit.

ARGY.

Insuper quonam modo prius, atque posterius erit, si nō sit tempus, aut tempus si non sit motus?

ANTI. T. c. 12.

Adhuc autem prius, & posterius quomodo erunt tempore non existente, aut tempus nisi sit motus?

Ostendit propositum ratione sumpta ex parte temporis. Et primo præmittit duo, quæ sunt necessaria ad sequentem probationem. Quorum primum est, quod prius, & posterius esse nō possunt nisi tempus sit, cum tempus nil sit aliud quam prius & posterius secundum quod sunt numerata. Secundum est, quod tempus non potest esse nisi sit motus, & hoc etiā patet ex definitione temporis, q̄ supra in quarto posuit dicēs, quod tēps est numerus motus secūdum prius & posterius. Scdo ibi.

ARGI.

Quod si tempus numerus motus, aut quidam sit motus, si tempus est semper, & motum perpetuum esse necesse est.

ANTI.

Si igitur tempus numerus motus est, aut motus quidā si quidem tempus semper erit, & motum necesse est perpetuum esse.

Concludit quandā conditionalē ex ijs quæ in Quarto dicta sunt. Posuit.n. ibi secundum suam sententiam, quod tempus est numerus motus, secundum vero aliorum Philosophorum sentētiam, tempus est motus quidam, vt ibi dixit. Quodcunque autem horum sit verū, sequitur hanc cōditionalem esse veram, si tempus semper est, necesse est motum esse perpetuum. Tertio ibi.

Si tempus semper est, motum esse perpetuū necesse est.

ARGY.

At de tempore vniuersi (præter vnum) consentire videntur. Omnes.n. tempus inquiunt ingenitum esse. Atq; per hoc Democritus, impossibile esse demonstrat omnia esse facta: tempus.n. dicit non esse ortum. Plato vero solus ipsum ortum esse ait. Etenim vna cum cœlo dicit ipsum ortum fuisse, cœlum factum asserit esse.

ANTI. T. c. 10.

At vero de tempore præter vnum concorditer intelligi vidētur omnes. Ingenitum enim esse dicunt. Et propter hoc Democritus demonstrat, impossibile omnia esse facta, impossibile enim est tempus factum esse. Plato autem tempus generat solus, simul enim cum cœlo factum esse, cœlum autem factum esse dicit.

Probat autem antecedens prædictæ cōditionalis dupliciter. Primo quidem secundum opiniones aliorum, & dicit, quòd omnes Philosophi præter vnum.i. Platonem concorditer vidētur sentire de tempore, quod sit (ingenitum).i. q̄ non cœperit esse postquam prius nō fuit. Vn̄ & Democritus probat impossibile esse quod omnia sint facta, quasi de nouo incęperint, quia impossibile est sic tempus esse factum, quod de nouo incœperit, Sed solus Plato (generat tempus). i. dicit tempus de nouo factum. Dicit enim Plato, quod tempus est simul factum cum Cœlo, ponebat autem cœlum esse factum, i. habere durationis principium, vt hic Aristo. ei imponit secundum quod eius verba superficietenus sonare videntur. Quamuis Platonici dicant Platonem sic dixisse cælum esse factum in quantum habet principiū actiuum sui esse, nō autem ita quod habeat durationis principium. Sic igitur solus Plato intellexisse videtur, q̄ tempus non potest esse sine motu, quia non posuit tempus esse ante motum cæli. Secundo ibi.

ARGY.

Quod si impossibile quidē est tempus esse, ac intelligere sine nunc ipso, nunc autem ipsum medium quoddam principij simul finisve subiens rōnem, principij quidem futuri, finis vero transacti: tempus sit semper profecto necesse est. Vltimum namque temporis eius quod sumptum extremum est in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim in tempore præter nunc ipsum accipi potest. Quare, cum ipsum nunc principium sit atque finis citra ipsum ac vltra, tempus sit semper necesse est. At si tempus semper esse necesse est, patet & motū necessario semper esse, quippe cū tempus affectus sit quidam ipsius motus, vt patuit.

ANTI. T. c. 12.

Si igitur impossibile est & esse & intelligere tempus sine ipso nunc: nunc autem est medium quoddam et principium & finem habens simul, principium autem futuri temporis, finem vero præteriti, necesse est semper esse tempus, vltimum.n. finiti accepti temporis in aliquo ipsorū nunc erit. Nihil.n. est accipere in tempore præter nunc. Quare, quoniam est finis & principium ipsum nunc, necesse est ipsius in utraque parte semper esse tempus, at vero, si tempus manifestum est, quia necesse est, & motum esse, si quidem tempus est, passio quędam motus est.

Probat idem per rōnē, quia impossibile est q̄ dicatur aut intelligatur tēps esse absque ipso nunc, sicut impossibile est quod sit linea sine puncto. Nunc aūt est quoddam medium, hñs de sui rōne quod sit simul & principium & finis, principium quidem futuri temporis, finis aūt præteriti, ex quo apparet, q̄ necesse est semper esse tempus. Quodcunque.n. tempus accipiatur, eius extremum est aliquod nunc ex vtraque parte, per hoc, quod nihil est accipere in actu de tpe nisi nunc, quia quod præteritum est iam abijt, quod aūt futurum est, nondū est. Nunc autem, quod accipitur in extremo temporis, est principium & finis, vt dictum est, ergo necesse est q̄ ex vtraque parte cuiuscunque temporis accepti, semper sit tēps, alioquin primum nunc non esset finis, & vltimum nunc nō esset principium. Ex hoc autem, quod tēpus est sempiternum, concludit, quod necesse est motum sp esse, & rationem consequentiæ assignat, quia tēpus est quædam proprietas motus, est enim numerus eius, vt dictum est. Videtur autem quòd Aristo. ratio nō sit efficax. Sic.n. se habet nunc ad tempus, sicut punctū ad lineam, vt in Sexto habitum est, non est autem de rōne puncti, quod sit medium, sed aliquod pūctum est quod est tantum principium lineæ, aliquod autem, quod est tempus finis, accideret autem omne punctum esse principium & finem, in quantum est lineæ infinitæ. Non ergo posset probari, quod linea sit infinita ex hoc qđ omne punctum sit principium & finis; sed potius ecōuerso ex hoc quod linea est infinita, probandum esset, qđ omne punctum esset principium & finis. Sic ergo vr̄, quod omne nunc esse principium & finem, nón sic sit uerum, nisi ex eo quod tempus ponitur sempiternum. Videtur ergo Aristo. in assumptione huius medii supponere sempiternitatem temporis, quam debet probare. Auer. autem uolens saluare Arist. rationem, dicit, q̄ nunc semper sit principium & finis. Conuenit enim in quantum tempus non est stans sicut linea, sed fluens, quod manifestū est nihil ad propositum pertinere. Ex hoc.n. quod tempus est fluens & non stans, sequitur qđ unum nunc nō possit bis sumi, sicut bis sumit unū punctū, sed fluxus tpis nihil facit ad hoc qđ sit principiū & finis simul. Eiusdē.n. rōnis est inceptio, & terminatio ipsi oib. cōtinuis, siue sint pmanētia siue fluētia, ut ex Sexto patet. Et ideo aliter dicendū est secundū intentionē Arist. q̄ hoc quod omne nunc sit principiū & finis uult accipere ex eo qđ primo supposuit. s. qđ prius & posterius non sit tempore non existente, hoc.n. principio supposito ad nihil aliud usus est, sed ex hoc cōcluditur, quod omne nunc sit principium & finis. Dicit n. quod aliquod nunc sit principium alicuius tēporis, manifestum est autem ex definitione principij, quod principium tēporis est ante quod nihil eius existit, est ergo accipere aliquid ante, uel prius quam ipsum nūc, q̄ ponitur principium temporis, prius autem non est sine tēpore, ergo nūc, quod ponitur principium temporis, est etiam temporis finis. Et eodem modo, si ponatur nunc esse finis temporis, sequitur quod sit etiam principiū,

An rō Arist. tpis æternitatē pbans ex Nunc in tpe accepto quod finis & principiū rōne hēt fidē huius astruatne necne cū nūc unū in tpe sumere cōtingat, qđ tantum principium sit, ut in pūcto lineæ uidere licet.

Sensus Aue. Improbatio

Robur rōnis Arist.

quia

quia de ratione finis est quod post ipsum nihil sit eius. Posterius autem nó est sine tempore, sequitur ergo, ꝙ nunc, quod ponitur finis, sit etiam principium temporis. Deinde cum dicit.

RRGI: *Eadem aũt erit rõ, & qua motum corrumpi non posse probabitur. Nam, vt si motus ortus esse dicatur sit vt prima mutatione sit aliqua prior, sic hic fiet, vt vltima mutatione posterior aliqua sit, non.n. moueri desinet, & esse mobile simul, ceu comburi, & combustibile esse. Esse namque combustibile potest, & non comburi, nec item desinet simul mutatiuum, & mouens esse. Et ipsum autem corruptibile, corruptum fore oportebit, cum corrumpitur, & post hoc rursus id quod huius est corruptiuum, corruptio namque mutatio quædam est. Quod si hæc fieri non possunt, patet motum perpetuum esse.*

ANTI. Com. 12. *Eadem autem rõ est, & de eo, quod incorruptibilis sit motus, sicut enim de fieri motum, accidit priorem quandã esse mutationem prima, sic hic posterior, est posteriori, nõ enim simul quiescit quod mouetur, & quod mobile est, et quod comburitur, & quod combustibile. Contingit enim cõbustibile esse quod non comburitur, neque motum & mouens. Et corruptibile igitur indigebit corrumpi, cum corrũpatur, & huiusmodi corruptiuum iterum posterius, corruptio enim mutatio quædam est. Si igitur hoc impossibile, manifestum est quod est perpetuus motus.* T. c. 13.

Ostendit quod motus semper sit futurus. Et ostẽdit hoc ex parte motus, quia ratio supra ex parte motus accepta, non concludebat, nisi quod motus nunquam incipiat, ratio vero sumpta ex parte temporis concludebat vtrumque, & quod nunquam incœperit, & quod nunquam deficiat. Dicit ergo, quod eadẽ rõne põt probari quod motus sit incorruptibilis, i. quod nunquã deficiat, per quam probatur quod motus nunquam incœpit. Sicut enim ex hoc, quod est motum incipere, sequitur quod sit quædam mutatio prior mutatione quę ponitur prima, sic, si ponatur quod motus quandoq; deficiat, sequitur, quod sit aliqua mutatio posterior ea, quæ ponitur postrema. Et quo hoc sequatur, manifestat abbreuiando quod supra diffusius dixerat circa inceptionem motus, posuerat.n. quod, si motus incępit, aut mobilia, aut mouentia incęperunt, aut semper fuerunt. Et similis diuisio posset hic fieri, quia si motus deficiat, aut mobilia, & mouentia remanebunt, aut non, sed quia similiter ostenderat, quod idem sequitur secundum vtrũque, ideo hic non vtitur nisi altera via. s. quod ponatur sic motus deficere, ꝙ mobilia & mouẽtia deficiãt, hoc ergo supposito, dicit quod non simul quiescit. i. deficit motus in actu, & ipsum mobile, sed sicut prior est generatio mobilis quam motus eius, ita posterior est corruptio mobilis, quam cessatio motus. Quod sic patet, qa contingit qđ remaneat aliquid combustibile, postquã desinit comburi. Et sicut dictum est de mobili, ita dicẽdum est de motiuo, quia non simul desinit esse mouẽs in actu, & esse motiuum in potentia. Sic igitur patet, ꝙ si etiam ipsum mobile corrumpitur post cessationem motus, necessarium erit esse quãdam corruptionem ipsius mobilis. Et iterum, quia omnia mouentia & mota desinunt, necessarium erit posterius, quod etiam ipsum corruptiuum corrũpatur. Cum ergo corruptio sit mutatio quędam, sequetur quod post vltimam mutationẽ sint aliquæ mutationes, cum ergo hoc sit impossibile, sequitur quod motus in perpetuum duret. Hæ igitur rationes sunt, ex quibus Aristo. probare intendit motum semper fuisse, & nunquam deficere. Quod quidem quãtum ad vnam partem fidei nostræ repugnat. s. quod ponatur motus semper fuisse. Nihil enim secũdum fidem nostram ponitur semper fuisse, nisi solus Deus qui est omnino immobilis, nisi fortè, quis ipsum diuinũ intelligere velit nominare motum, quod æquiuoce intelligeretur, non enim de tali motu Arist. hic intelligit, sed de motu proprie dicto. Quantum vero ad aliam partẽ nõ omnino est contrarium fidei, quia, vt supra dictum est, non agit Arist. de motu cęli, sed vniuersaliter de motu, ponimus autem secundum fidem nostram, substantiã Mundi sic quandoq. incępisse, ꝙ tñ nunquã desinat esse, ponimus ẽt qđ aliqui motus sp erunt, præsertim in hominib. qui semper remanebunt, incorruptibilẽ vitã agẽtes vel miseram, vel beatã. Quidam vero frustra conantes Arist. oñdere non contra fidem locutum esse, dixerunt ꝙ Aris. non intendit hic probare quasi verum, quod motus sit ppetuus, sed inducere rõnem ad vtramque partem quasi ad rem dubiam, quod ex ipso modo procedendi friuolum apparet. Et pterea perpetuitate tpis, & motus quasi principio vtitur ad probandũ primũ principiũ esse, & in hoc 8. & 11. Meta. vnde manifestum est, quod supponit hoc tanquã probatum. Sed, si quis recte rõnes hic positas consideret, hmõi rõnib. veritas fidei efficaciter impugnari non potest. Sunt.n. huiusmodi rõnes efficaces ad probandum, qđ motus non incęperit per viam naturæ, sicut ab aliqnib. ponebatur, sed quod nõ incęperit quasi rebus de nouo productis a primo rerum principio, vt fides nostra ponit, hoc iis rõnibus probari non potest, quod patet per singulas illationes hic positas consideranti. Cum.n. quærit si motus non fuit, vtrum mouentia & mobilia semper fuerũt vel non, Respondendum est ꝙ primum mouens semper fuit, oĩa vero alia, siue sint mouẽtia siue mobilia nõ semper fuerunt, sed incęperunt esse a causa vniuersali totius esse. Ostensum est autem supra, quod productio totius esse a cã prima essendi, non est motus, siue ponatur quod hæc rerum emanatio sit ab æterno, siue non. Sic ergo non sequitur, quod ante primam mutationem sit aliqua mutatio, sequeretur autem si mouentia & mobilia essent de nouo producta in esse ab aliquo agente particulari, quod ageret aliquo subiecto præsupposito, quod trãsmutaretur de non esse, siue de priuatione ad formam, de hoc enim modo incipiendi procedit ratio Aris. Sed qa ponimus talẽ primũ motorẽ sp fuisse, Respondendum restat sequenti eius deductioni, quia concludit, quod si præexistentib. mouentib. & mobilib. incipiat de nouo esse motus, oportet qđ mouẽtia vel mobile prius non essent in hac dispositione, in qua sunt, dum est motus, & sic oportet quod primam mutationẽ præcedat aliqua mutatio. Et si quidem de ipso motu loquamur, facilis est responsio, non enim mobilia prius erant in hac dispositione, in qua nunc sunt, quia prius non erant, vñ moueri nõ poterãt, sed sicut dictũ est, ipsum esse nõ acquisiuerãt p mutationẽ, vel motũ, sed p emanationẽ a primo rerũ principio, & sic nõ sequit, ꝙ ante primã mutationẽ sit aliqua mutatio. Sed vlterius remanet qõ de prima rerum productione. Si.n. primũ principiũ, ꝙ est Deus, non aliter se hẽt nũc quã prius, non magis nunc res producit quam prius, si vero aliter se hẽt, saltem mutatio, quæ est ex parte eius, erit prior mutatione, q̃ ponitur prima. Et quidem si esset agens per naturã tantum, & non per voluntatẽ & intellectũ ex necessitate concluderet rõ, sed, quia agit p voluntatem, potest per voluntatem æternam producere effectum non æternum, sicut intellectu æterno potest intelligere rõnem nõ æternam, res.n. intellecta est quodammodo principium actionis in agentibus per volũtatem, sicut forma naturalis in agentibus per naturam. Sed adhuc magis instat. Non.n. videmus quod volũtas postponat facere quod vult, nisi propter hoc quod aliquid expectatur in futurum, quod nondum est in præsenti, sicut si uolo facere ignem non nunc, sed postea, expectatur in futurũ frigus, cuius causa facio ignem, vel ad minus expectatur præsentia temporis, quod autem

Quonã modo sentẽtia de mũdi æternitate, fidei principiis repugnet.

tempus

tempus succedat post tempus, hoc non est absque motu: non ergo põt esse, qđ voluntas, ẽt si ponatur immutabilis, postponat facere id quod vult, nisi aliquo motu interueniente. Et sic nõ põt esse quod noua productio rerum proueniat a voluntate æterna, nisi mediantibus motib. succedentib. sibi in infinitum. Latet aũt sic obiicientes, quod hæc obiectio procedit de agente in tpe, quod, s. agit tpe præsupposito; in hmõi. n. actione, q̃ fit in tempore, oportet considerare aliquam determinatã habitudinem ad hoc tp̃s, vel ad aliquod eorum, q̃ sunt in hoc tp̃e, vt fiat magis in hoc tpe q̃ in alio. Sed hæc rõ locum non hẽt in agente vniuersali, qꝫ & ipsum tp̃s simul cum cæteris producit, cum. n. dicimus res non sp fuisse a Deo productas, non intelligimus, quod infinitum tempus præcesserit, in quo Deus ab agendo cessauerit, & postmodum tpe determinato agere cęperit, sed quod Deus tp̃s & res simul in esse produxerit, postquam non fuerãt. Et sic non restat in diuina voluntate considerandum, qꝫ voluerit facere res non tunc, sed postea, quasi tpe jam existente, sed cõsiderandum solum est hoc, quod voluit quod res, & tempus durationis earum inceperit esse postquam non fuerant. Si autẽ quęratur, quare hoc voluit, sine dubio dicendum, quod pp seipsum. Sicut enim propter seipsum res fecit, vt in eis suæ bonitatis similitudo manifestaretur, ita voluit eas nõ semper esse, vt sua sufficiẽtia manifestaretur in hoc, quod omnibus aliis non existentibus, ipse in seipso omnem sufficientiam beatitudinis habuit, & virtutis ad rerum productionem. Et hoc quidem dici põt quantum humana rõ capere põt de diuinis, saluo tamẽ secreto diuinæ sapiẽntiæ, quod a nobis comprehendi nõ potest.

Cur Deus voluit Mundũ non semper esse.

Quia igitur huius rõnis solutio procedit supponendo quod tempus non fuerit semper, restat soluere rationẽ, per quam ostendi vr̃, tempus sp fuisse, & ideo forte Arist. post rõnem de motu posuit rõnem de tempore, qa considerauit qꝫ præmissa rõ de motu efficaciam nõ haberet, nisi poneretur tempus æternum. Quod ergo ponit, quod qñcunque est tempus, necesse est ponere aliquod nunc esse, indubitanter concedendum est, omne aũt Nunc esse principium & finem temporis concedi non oportet, nisi ponatur ẽt motum sp esse, vt. s. sic qđ quodlibet indiuisibile in motu acceptum, quod momẽtum dr̃, sit principium & finis motus, sic enim habet se nunc ad momentum, sicut tempus ad motum. Si ergo ponimus motum nõ semper fuisse, sed est accipere aliquod primum indiuisibile in motu, ante quod nihil fuit motus, erit etiam accipere aliquod nunc in tempore, ante quod non fuit aliquod tempus, iam autẽ ostendimus exponendo literam, quod id quod Auer. dicit ad hanc rõnem cõfirmandam, efficaciam nõ hẽt. Sed nec illud quod Ari. ad hoc ponit, s. qꝫ prius & posterius nõ sunt sine tempore, efficax esse potest. Cum. n. dicimus quod principiũ temporis est, ante quod nihil eius est, non propter hoc oportet qꝫ ipsum nunc, quod est principium temporis, præcedat tempus, quod significatur cum dr̃, ante, sicut si in magnitudine, dicam qꝫ principium magnitudinis est, extra quod nihil est eius, non oportet qꝫ illud extra, quod significet aliquem locum in rerum natura existentem, sed imaginabilem tãtum, alioquin esset ponere locum extra cœlum, cuius est magnitudo finita, habens principium & finem. Similiter etiam & primum nunc, quod est principium temporis, non præcedit tempus in rerum natura existens: sed secundum imaginationem nostram tantum. Et hoc tempus designatur cum dr̃, qꝫ primum nunc est principium temporis, ante quod nihil est temporis. Vel potest dici, qꝫ cum dr̃ principium temporis est, ante qđ nihil est temporis, ly ante, non remanet, affirmatum, sed negaĩ, & sic non oportet ponere tempus ante principium temporis. In ijs enim quæ sunt in tempore, accidit qꝫ in eorũ principio tp̃s aliqđ præexistat. Sicut cum dr̃, qꝫ principium iuuẽtutis est, ante quod nihil est de iuuẽtute, potest intelligi ante etiam affirmatiuè, quia iuuentus tpe mensuraĩ, tp̃s autem non mensuraĩ tpe, vnde eius principio tp̃s non præexistit, & sic ly ante, qꝫ ponitur in definitione principii tẽporis, & non oportet qꝫ remaneat affirmatum, sed negatum. Est aũt ante tp̃s aliqua duratio, s. Aeternitas Dei, quæ non habet extensionem, aut prius & posterius, sicut tempus, sed est tota simul, & nõ est eiusdem rationis cum tempore, sicut nec magnitudo diuina cum magnitudine corporali. Sicut ergo cum dicimus extra mundum non esse nisi Deum, non ponimus aliquam dimensionem extra mundum, ita, cum dicimus, ante mundum nihil fuisse, nõ ponimus aliquam successiuam durationem ante mundum.

LECTIO III.

Disputat contra Anaxag. & Emped. negantes motus æternitatem.

Et non aliquando esse, aliquando non esse, etenim ita dicere, potius simile est figmento. ARGY.

Sed non aliquando quidem erat, aliquando autem non, & namque assimulatur sic dicere, figmento magis. ANTI.

Postquam Philosophus posuit rõnes ad ostendẽdũ motum semper esse, hic ponit rationes contra Anaxa. & Emped. qui contrarium ponebant. Et circa hoc duó facit. Primo ponit rõnem contra eorũ positionẽ, secundo contra rõnem, quam supponebãt. ibi (. Similiter aũt & dicere, &c.) Dicit ergo primo, quod cum ostensum sit quod motus semper est, nõ erit dicendum, qđ aliqñ sit motus & aliquando non, sicut dixerunt Emped. & Anaxa. sic enim dicere, sicut ipsi posuerunt, assimilatur cuidam figmento, quia. s. absque rõne hoc ponebant. Omne. n. quod ponitur absq; rõne, vel authoritate diuina fictitiũ esse vr̃. Authoritas aũt diuina præualet etiã rõni humanę, multo magis, q̃ authoritas alicuius Philosophi præualeret alicui debili rõni, quam aliquis puer induceret. Non ergo assimilantur figmento, quæ p fidem tenentur, licet absque ratione credantur, credimus. n. diuinæ authoritati miraculis approbatæ, i. illis operibus, quę solus Deus facere potest. Secundo ibi.

Tex. c. 14. — Vt exposuit Alex. — Omne qđ absq. rõne, aut diuina authoritate affirmatur fictitiam esse uidetur.

Et item dicere sic esse aptum, atque hoc oportere principium esse putare. Quod quidem Empe. dixisse videtur rebus, inquam, competere necessario, vt nunc concordia, nũc discordia vincat, ac eas moueat, in medio vero tempore quiescant. Fortasse etiam & hi qui principium vnum faciunt, vt Anaxag. hoc dixerunt modo. ARGY.

Similiter aũt & dicere quia aptum natũ sic est, & hoc oportet opinari esse principium. Et hoc videtur utiq; Empe. dicere, quod tenere & mouere in parte amicitiam, & discordiam inest rebus ex necessitate, quiescere autem in ter tempus. Fortassis autem & unum principium facientes, sicut Anaxagoras, sic vtique dicerent. ANTI. T. c. 14. T. c. 15.

Obiicit contra rationem, cui innitebantur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit istam rationem esse incõuenientem, secundo ostendit, quòd inconuenientior erat scđm positionem Anax. q̃ scđm positionẽ Empe. ibi. At vero nihil inordinatum, &c. Tertio ostendit quod nec scđm opinionẽ Emp. conuenienter se hẽt. ibi. Sed & oportet hoc dicentẽ. Dicit ergo primo, quod similiter etiam hoc videtur esse fictitiũ, quod aliquis ponens motum quandoq; esse, & qñq. nõ esse dicat hoc pro ratione, qꝫ hoc ideo est, quia natũ est sic esse, & hoc oportet accipere tanq̃ principiũ, sicut Empe. videtur dicere qꝫ hoc, quod res in parte tpis teneãt amicitiã, & in parte temporis teneant discordiã, & moueãtur, & quod in medio tempore quiescant, inest rebus ex necessitate, sicut aliquis diceret, quare calidũ calefacit, quia sic necesse est esse: & hoc accipiatur quasi principium, qđ calidum,

Secunda 15. Tertia.

dum, calefaciat. Similiter accipiebat Empe. quasi principium, quod necesse est sic esse, quãdoque res moueri per amicitiam, quandoque per discordiã, & qñq. quiescere. Et forte etiam eodem modo diceret Anaxag. & alii ponentes vnum principium actiuum, quia oportet hoc accipere quasi principium, quod motus inceperit, postquam in infinito tempore non fuit. Secundo ibi.

ARGL. *At vero nihil eorum, quæ natura, secundumque naturam fiunt, ordine vacat. Natura namque vniuersis est ordinis causa, at infinitum nullam rõnem habet ad infinitũ. Omnis vero ordo ratio est. Infinito autem quiescere tẽpore, deinde aliquando moueri, huiusque differentiam nullã, cur nunc magis quam prius, nec vllum ordinem esse, nõ est profecto ipsius opus naturæ. Nam id quod natura fit, aut simpliciter sese habet: vt ignis sursum natura fertur, & non interdum sursum, interdum non sursum: aut rationem hẽt, si non simpliciter se hẽt eodemque modo. Quocirca præstabilius est rem ita sese habere, vt Emp. & si quis alius ita dixit, interdũ, inquã, quiescere, interdum moueri: talem enim ordinem quendam habere videtur.*

ANTI.i *At vero nihil inordinatum eorum quæ natura & secundũ naturam sunt, naturam. n. omnib. causa ordinationis est. Infinitum aũt ad infinitum nullam rationem hẽt: ordinatio autem omnis rõnis est. Infinito autem tempore quiescere, postea motum esse aliquando; huius autem neque vnam differentiam esse, quare nunc magis quã prius, neq; iterũ aliquam ordinationem habere, non iam naturæ est opus. Aut enim simpliciter se habet quod est naturæ, & non aliquando quidem sic, aliquando vero aliter; (vt ignis natura sursum fertur, & non aliquando quidem sic, aliquando vero nõ:) aut rõnẽ habet, quod non est simpliciter. Quare dignius est, sicut Emped. & si quis alter dixit sic habere, in parte quiescere omne, & moueri iterum, ordinationem enim iam habet quandam huiusmodi.*

Ostendit ꝙ hac ratione inconuenientius vtebatur Ana. quam Emped. Manifestum est. n. ꝙ cum ponitur aliquid esse quasi principium, oportet accipere, qđ hoc sit ẽm rei naturam, hoc est, vt natura rei sit talis, ꝙ hoc ei conueniat. Sic. n. accipimus quasi principium, ꝙ omne totum maius est sua parte, quia hoc est de ratione & natura totius, quod excedit partis quantitatem; vnde Emped. dicebat. Sic aptum natum est esse, dans intelligere, quod hoc est accipiendũ quasi principiũ. Et similiter Anax. dicere, licet non exprimeret. Sed manifestũ est, quod nulla res naturalis, nec aliquid eorum, quæ naturaliter rebus conueniunt, potest esse absque ordine, quia natura est causa ordinationis. Videmus. n. naturã in suis operibus ordinatè de vno in aliud procedere, ꝙ ergo non habet aliquem ordinem, non est ẽm naturã, nec potest accipi vt principium, sed duo infinita nõ habent ordinem adinuicem, qa infiniti ad infinitũ nulla est proportio: omnis autem ordo proportio quędã est. Sic ergo patet, quod qescere res tpe infinito, & postea incipere moueri per infinitum tps, siue hoc quod sit aliqua dña inter hoc tempus, & illud, quare nunc magis quam prius motus fiat, neq; iterum assignare aliquam ordinationem inter aliqua duo, quorum vno deficiẽte, alterum incipiat, & fiat motus, vt Anax. ponebat, hoc nõ est opus naturæ, qa qcquid est a natura, aut sp (simpliciter) .i. eodem modo se habet, & non aliquando sic, aliqñ autem aliter, sicut ignis semper sursũ fertur. Aut aliqua ratio est, quare non semp est eodem modo, sicut non semper animalia crescunt, sed quandoq. diminuũtur, & hoc habet aliquam rationem. Sic ergo non videtur secũdum naturã procedere, ꝙ infinito tpe res quieuerint, & postmodum moueri inceperint, vt Anax. posuit. Vnde melius est ꝙ dicatur sicut Empe. dixit, vel quicunq. alius similiter opinatus est, ꝙ totũ uniuersum in quadã parte temporis quiescit, & iterũ mouetur in alia

Natura ordinis est, cũ sit inordinata, innaturalia esse videtur.

parte temporis, quia iam hoc potest habere aliquã ordinationem, finiti enim ad infinitũ potest esse proportio. Est autem considerandum, quod sententia fidei nostræ non est similis positioni Anax. Nõ. n. ponimus ante mundũ infinita spatiã temporis, cuius sit necesse accipere proportionem ad tempus sequẽs, sed antequam mundus inciperet, sola Dei simplex æternitas fuit, sicut dictum est, quæ est omnino extra genus temporis. Nota.

Tertio ibi.

ARGL *Verum & enim, qui ita dicit, non solum id dicere, sed ipsius cãm ẽt afferre, & nõ ponere neq; censere vllam sine ratione sententiam, sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre oportet. Ipsa enim quæ sunt supposita, non sunt cãæ sũt. Neq; hoc erat concordiæ vel discordiæ esse, sed illius quidẽ congregare, huius disgregare offitium est. Quod si insuper assignauerit, ipsum interdũ dicẽdum est, & in quibus sic fit, ceu esse apud nos aliquid quod congregat homines, amicitiam inquam, & esse ẽt aliquid, quod inimicos seiungit, inimicitiam inquam. Hæc. n. & in ipso toto esse supponit, in quibusdam enim sic esse videtur. Per æqualia vero ita fieri tempora, alicuius indiget rationis.*

ANTL *Sed & oportet hoc dicentem non affirmare solum, sed cãm ipsius dicere, & non apponere nihil, neque velle dignitatem irrationabilem, sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre: hæc. n. non causæ positæ sunt. Neque enim hoc erat amicitiæ, vel inimicitiæ esse, sed huius quidem cõgregare, illius vero disgregare. Si vero determinetur qd est in parte, dicendum est in quibus sic sunt, sicut quia est aliquid quod congregat homines amicitia, & fugiunt inimici abinuicem. Hoc enim supponitur, & in toto esse, videtur enim in quibusdã esse sic, quod autem & secundũ æqualia tempora indiget aliqua ratione.*

Ostendit quòd nec etiam Emped. conuenit prædicta ratio. Et primo ostendit propositum, secundo excludit quãdam falsam existimationem. ibi. Omnino. n. existimare, &c. Dicit ergo primo, ꝙ etiam qui hoc dicit, quod Emp. dixit, non oportet quod solum affirmet quod dicit, sed etiam ꝙ assignet causã sui dicti, & qđ nihil ex se apponat, vltra id quod cã assignata requirit, neque etiã aliquid velit accipere, vt dignitatẽ, i. vt principium absq. rõne. Sed oportet, quod adducat ad manifestationem eius quod accepit quasi principium, aut inductionem, sicut in principiis naturalibus, quæ ex sensibilium experimento accipiũtur, aut demonstrationẽ, sicut in principiis, quæ per principia priora demonstrãtur. Sed hoc Empe. nõ seruat. Esto. n. quod ipse ponat amicitiam & litem esse causas, tamen non est de rõne amicitiæ, vel inimicitiæ, quod vnum eorum post alterũ moueat. Non est. n. de ratione amicitiæ, quod in inimicitiam conuertatur, nec econuerso, sed de ratione amicitiæ est, quod congreget, de ratione vero inimicitiæ est, quod disgreget. Sed si vlterius determinetur; quod in quadam parte temporis hęc congreget, & iterum in quadam parte tẽporis illa disgreget, est vlterius manifestãdum in aliquibus particularibus, in quib. hoc contingat. Sicut, quod amicitia congreget, & inimicitia disgreget, manifestatur in hominib. quia amicitia homines adunantur adinuicẽ, inimicitia vero fugiunt ab inuicẽ, ideo hoc ab Emp. supponitur esse in toto vniuerso, quia videtur in aliquibus sic: Sed quod ẽm æqualia tempora moueãt successiuè amicitia, & inimicitia, hoc indiget aliqua ratione manifestante, non enim videtur hoc in omnibus contingere. Secundo ibi. Infra.

ARGY. *Omnino aũt hoc principiũ sufficiens esse putare, semper (inquã) esse sic, aut fieri, non rectè sese habet, ad quod Democritus cãs naturales reducit, sic inquiens, et prius fiebat, ipsius autem semper non quærere principium cẽsent. In quibusdam hoc rectè dicens, in omnibus autem non rectè. Etenim triangulus suos angulos duobus rectis semper*

per

per æquales habet. Attamen æternitatis huius est alia causa. Principiorum tamen, quæ quidem sunt perpetua, non est alia causa. Tot igitur a nobis sint dicta, quib. iam patet nullum vnquam fuisse, vel fore tempus, quando non erat, aut non erit motus.

ANTI. Idem in 3. lib. de Gen. Animalium

Omnino.n. existimare principiũ, hoc esse sufficiens, qđ semper aut est sic, aut fit, non rectè se hẽt opinari. In quo Democritus reducit de natura cãs quod sic, & quod prius factũ est, ipsius aũt semper noluit principium quærere, in quibusdam dicens rectè, quod aũt in omnibus, non rectè: Etenim triangulus semper habet duos rectis æquales angulos: sed tamẽ est perpetuitatis huiusmodi altera causa. Principiorũ igitur non est altera causa, sed perpetua sunt. Quod quidem igitur nullum tempus erit, neque erat quando motus non erit, siue non erat, tanta dicta sint.

T.c.14.

Excludit quãdam falsam existimationem. Posset.n. aliquis credere, ꝙ quicquid sp est non habet causam, propter hoc qđ videmus ea, quæ apud nos causantur, de nouo incipere, & ideo videbatur aliquibus, ꝙ quando reducebatur aliqua quæstio in aliquid quod est semper, non oporteret vlterius causam, seu rõnem quærere. Sic ergo posset Emped. dicere, quod amicitia & lis sẽper secundum æqualia tempora mouerunt, & ideo nõ est quærenda huius alia ratio. Hoc ergo Aristo. remouet dicens, quod non rectè se habet opinari, quod aliquid existimetur esse principium, propter hoc quòd sp aut sic est, aut sic fit. Ad hoc enim Democritus reducebat omnes causas naturales, assignãs principiũ ijs, quæ de nouo fiũt, sed eius quod est sẽper nolebat aliquod principium quærere. Quod quidem in aliquibus rectè dr, sed non in omnibus. Manifestum est.n. quod triãgulus semper hẽt tres angulos æquales duobus rectis. Sed tñ hmõi perpetuæ passionis est altera cã. Sed aliqua ꝑpetua sunt sicut principia, quorum nõ est alia cã. Est autem valde notandum quod hic dr, quia vt in 2. Metap. habetur, eadem est dispositio rerum in esse & in veritate, sicut igitur aliqua sunt semper vera, & tñ habent cãm suæ veritatis, nam Arist. intellexit, ꝙ essent aliqua sp entia. s. corpora cęlestia & substantiæ separatæ, & tñ haberent causam sui esse, ex quo patet, ꝙ quamuis Ari. poneret mundum æternum, non tamen credidit, quòd Deus non sit causa essendi ipsi mũdo, sed causa motus eius tantum, vt quidam dixerunt. Vltimo autem cõcludit principale propositum epilogando, & dicit tanta dicta esse de hoc, quòd nullum tempus erit in futuro, neque erat præterito, in quo aliquis motus non sit.

Non.n. concessit aliqđ æternũ habere cãm.

LECTIO IV.

Trium rationum solutiones, quæ apparenter concludunt motum quandoque incœpisse, afferuntur.

ARGI.

Ea vero, quæ sunt hisce contraria, non est difficile soluere. Nam ex hisce videbitur posse maxime motum esse ortum, & antea nunquam fuisse. Primo, quia nulla mutatio perpetua est, omnis nanque mutatio suapte natura e quopiam ad quippiam est. Quare mutationis omnis finis sunt ea contraria, inter quæ fit, & nihil in infinitum moueatur, necesse est.

ANTI: Tex. c. 16

Contraria aũt his non difficile est soluere. Videbitur autem ex hmõi considerationibus contingere maximè motum esse aliquando, cum non esset omnino. Primum quidem, quia neque vna perpetua mutatio est, mutatio.n. omnis apta nata est ex quodam in quiddam. Quare necesse est omnis mutationis terminum esse contraria, in quib. fit: in infinitum autem moueri nullum.

Tex. c. 18.

Postquam Philosophus posuit rõnes ad probandũ motum semper esse, hic intendit soluere ea, quæ in contrarium obijci possunt. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationes. Secundo soluit eas. ibi, Horum autẽ primum. Circa primum ponit tres rõnes præmittens suã intentionem, & dicit, quòd ea, quæ in contrarium obijci possunt, non est difficile soluere. Ex tribus enim rõnibus videtur maxime sequi, quod motus aliquando incipiat esse, cum prius omnino non fuerit, quarum Prima est, qua supra probauit in Sexto, quòd nulla mutatio est infinita, eadẽ.n. ratione probari potest, quod nulla mutatio sit perpetua. Nulla.n. mutatio terminata est perpetua sicut nec infinita, sed omnis mutatio est terminata, oĩs.n. mutatio naturaliter est ex quodã in quiddã, & ista duo sunt cõtraria: vnde necesse est, quod terminus cuiuslibet mutationis sint ipsa contraria, in quibus fit transmutatio. Sed quia non in omni motu locali manifesta est contrarietas terminorum, subiungit quod est cõmune omni motui, quòd nihil mouetur in infinitũ, quia nihil mouetur ad id, ad quod pertinere non põt, in Sexto dictum est. Sic ergo patet, ꝙ nulla mutatio est perpetua. Videtur etiam possibile dari tempus, in quo nulla mutatio fit. Et hæc prima ratio accepta est ex parte motus. Secunda ratio accipitur ex parte mobilis, quã ponit ibi.

ARGY.

Deinde videmus id posse moueri, quod neque mouetur neque motum in se vllum habet. Quod intueri licet in expertibus animæ, quorum neque pars vlla, neque totũ mouetur. Sed quiescentia aliquando mouentur, at oportebat aut semper, aut nunquam moueri, si non oritur primo motus, sed semper erat.

ANTI. T. c. 17.

Amplius videmus, quoniam possibile est moueri, quod neque mouetur, neque habens in seipso, neque vnum motum, vt in inanimatis, quorum neque pars vlla, neque totum mouetur, sed quiescens mouetur quandoque. Conueniit autem aut semper mouere aut nequaquam, si quidem non fit cum non sit existens.

Secunda rõ

Quæ talis est. Si motus non potest fieri de nouo, cũ prius non esset, vr̃ esse conueniens dicere de vnoquoq; qđ vel semper mouetur, vel nequaquam moueatur, quia si in vno mobili potest quandoq; motus esse, & quandoq. non esse, pari rõne in toto vniuerso, sed videmus, ꝙ possibile est aliquid moueri, ꝙ prius nõ mouebatur secundum totum, neque aliquem motum in seipso habebat secũdum aliquam sui partem, sicut apparet in rebus inanimatis, in quibus aliquod mobile quandoque moueri incipit, cum antea nulla pars eius moueretur, neque ipsum totum, sed omnino quiescere, relinquitur ergo, quòd in toto vniuerso potest esse motus cũ prius non fuerit. Sed quia in rebus inanimatis, licet appareat motus in aliquo de nouo incipere nullo motu præexistente in illo eodem, apparet tamen motus præexistẽs in aliquo exteriori, a quo mouetur, ideo tertiam rationem ponit ex parte animalium, quæ non mouentur ab extrinseco, sed a seipso, & hoc ibi.

ARGY.

Multo autem magis hoc in ipsis animantib. patet: nullus.n. interdum in nobis est motus, sed quiescimus: & tamen aliquando mouemur & fit in nobis a nobisipsis principium motus, etiam si nihil prorsus extrinsecus moueri. Hoc enim ex partibus animæ fieri similiter non videmus, sed semper aliquid aliud eorum, quæ sunt extra, ipsa animãrum mouet, animal aũt ipsum dicimus seipsum mouere. Quare, si aliquando omnino quiescat, fiet in ipso sanè immobili motus a seipso, & non ab vllo externo. Quod si id in animali fieri potest, quid prohibet vt in vniuerso ĩt idẽ fiat? Nam, si in paruo fit mundo & in magno etiam fiet, & si in isto, & in infinito etiam fiet, si modo fieri possit, vt infinitum totum moueatur, atque quiescat.

ANTI.

Multo autẽ magis hmõi esse in animatis manifestum est. Neq; vnus quidẽ in nobis, cũ sit motus aliquando, sed quiescentes, tamẽ mouemur aliquando, & si nihil extra moueat. Hoc.n. in animatis esse non videmus similiter sed semper mouet ipsa aliquid exteriorũ alterũ. Animal autem dicimus ipsum se mouere. Quare, si quiescit aliquãdo

penitus in immobili motus vtique fiet ex ipso, & non ab extra. Si autem in animali hoc possibile fieri, quid prohibet accidere, & secundum omne? si nanque in paruo mundo fit, & in magno, & si in mũdo, & in infinito, siquidem contingit moueri infinitum, & quiescere totum.

Tertia ratio. Et dicit, ꝙ incipere motum, cum prius nõ esset, multo magis est manifestum in rebus animatis, quã inanimatis. Cum. n. nos quieuerimus aliquando, nullo motu in nobis existente, aliquando moueri incipimus, & est ex nobis ipsis principium nostri motus, etiam si nihil extrinsecum moueat, quod quidem in rebus inanimatis non contingit, sed semper aliquid extrinsecum mouet ipsa, vel generans, vel remouens, prohibens, vel violentiam inferens. Ex quo sequitur, ꝙ si animal quandoq. totaliter quiescat, quod in aliquo immobili incipiat esse motus, cum prius non fuerit, non ex aliquo extrinseco mouente, sed ab ipsomet quod mouetur. Et si hoc põt esse in animali, nihil prohibere videtur, quin idem accidat in vniuerso, habet. n. animal & maxime homo similitudinem quandam cum mundo, vnde dicitur a quibusdam, ꝙ homo sit paruus mundus. Et sic, si in paruo mundo incipit motus, cum prius non fuerit, videtur, ꝙ etiam in magno mundo idem possit contingere. Et si hoc contingit in mundo potest etiam contingere in toto infinito, quod quidem posuerunt extra mundum, si tamen sit aliquod infinitum, quod possit quiescere & moueri. Deinde cum dicit.

ARGI. *Horum igitur id, quod primo est dictum, eum (inquã) non eundem semper vnumq; numero motum esse, quoad opposita itur, recte admodum dicitur. Hoc. n. fortasse, necessarium est, si fieri nequeat, vt semper is vnus, idemq; sit motus qui vnius eiusdemq; mobilis est. Dico aũt vtrum vnus idẽq; sit sonus vnius chordæ, quæ similiter sese hẽt, atq; mouetur, an alius atque alius semper. Veruntamen vtrouis modo id sese habeat, nihil obstat, vt hic motus aliquis idem sit, quo continuus, atque perpetuus est. Atque hoc per ea, quæ posterius dicentur, magis patebit.*

ANTI. Te.c.18. *Horum aũt primum quod dictũ est, non eundẽ semper & vnum numero esse motum, qui est in contraria rectè dicitur. Hoc. n. fortassis necessarium est, siquidem non semper vnum & eundem esse possibile est eiusdem & vnius motum. Dico aũt, sicut vtrum vnius chordæ vnus & idẽ sonus, aut semper alter similiter se habente, & mouẽte. Sed tamen qualitercunq; se habet, nihil prohibet, & quẽdam eundem esse, quo perpetuus & continuus est. Manifestum vtique erit magis ex ijs, quæ posterius.*

Soluit per ordinem rationes præmissas. In solutione ergo primæ rõnis dicit, ꝙ istud rectè dr̃, quod motus, qui est inter contraria, non potest semper durare vnus & idem numero, quia forte hoc est necessarium, vt infra probabitur, & ideo ponit sub dubitatione, quia nondum erat probatum. Sed quia posset aliquis dicere qd̃ et motus, qui est in contraria, potest esse semper vnus numero propter identitatem mobilis, quod iterato de contrario in contrarium mouetur, sicut, si prius mouebatur de albo in nigrũ, postea moueatur de nigro in album, & sic semper, ideo subiungit, quod nõ est possibile, quod semper motus, qui est vnius & eiusdem mobilis per reiterationem, sit vnus & idẽ. Et hoc manifestat per exemplum, ponatur enim quod chorda citharæ similiter se habeat, & mouens, qui percutit chordã similiter se habeat, in mouendo, potest esse dubitatio, vtrũ vnius chordæ bis percussæ sit vnus & idem motus, & sonus, aut similiter alius & alius. Sed tamen quicquid sit de alijs mobilibus, nihil tamen prohibet, quin aliquis motus, qui non est inter contraria, sicut circularis motus, idem semper maneat continuus & perpetuus, quod magis ex sequentibus erit manifestum. Licet ergo omnis motus sit finitus secundum terminos, tamen per reiterationem aliquis motus potest esse continuus, & perpetuus. Secundo ibi.

Moueri autem quippiã quod prius non mouebatur, non est absurdum. si nunc adsit, nunc non adsit id extremum, quod illud mouet. Hoc tamen quærẽdum est, quonam sit pacto idem (inquam) ab eodem motiuo nunc moueri, nunc non moueri. Nihil. n. aliud dubitat, qui id dicit, quam cur non semper aliæ rerum quiescunt, aliæ mouentur. ARGI.

Moueri autem quod non mouebatur nullum inconueniens est, si aliquando quidem sit extrinsecus mouens, aliquando autem non. Hoc autem quomodo vtique erit, inquirendum est, dico autem, vt idem ab eodem motiuo existente, aliquando quidem moueatur, aliquando autem nõ. † Nihil enim aliud dubitat hoc dicẽs, quam propter quid non semper alia quidem quiescunt eorum quæ sunt alia vero mouentur. ANTI. T.c. 19. † al. forte vitio interpretis, corrupte legit Auer. vt patet eius expositione legentibus.

Soluit secundam rationem, & dicit, quòd nullum inconueniens est, si aliquid inanimatum incipiat moueri, cum prius non moueretur, si hoc accidat propter hoc, ꝙ mouens extrinsecus aliquando sit præsens, aliquãdo non. Manifestum. n. est, ꝙ oportet præexistere motũ ex parte mouentis, quod aliquãdo fit prope, cum prius non esset. Sed istud videtur esse inquirendum quasi dubium. l. si existente mouente, idem ab eodem quandoque moueatur, & quandoque nõ, hoc enim supra dixie nõ posse accidere, nisi præcedẽte mutatione vel ex parte mobilis, vel ex parte mouentis, & sic semper præexistit motus, siue præexistat mouens, siue non. Ideo aũt hoc videtur quærendum, quia ille, qui hanc rationem induxit, de nullo alio videtur dubitare, quàm propter quid quiescentia non semper quiescunt, & mobilia nõ semper mouentur. Tertio ibi.

Maxime vero Tertium illud dubitationem habere videbitur, propterea quod fit motus nullo alio præcedente id (inquam) ipsum, quod in animantibus fieri solet. Nã animal prius quiescens postea mouetur, ac ambulat a nullo (vt videtur) externo motu impresso, hoc autem est falsũ. Cernimus. n. semper aliquid eorũ, quæ natura insunt in animali moueri. Huius autẽ motus causa non animal est, sed ipsum fortasse continens. At animal ipsum, seipsum mouere dicimus, non omni motu, sed eo, qui ad locum accõmodatur. Nihil igitur prohibet, quin potius fortaße necessarium est, complures a continenti in corpore fieri motiones, & harum nonnullis mentem vel appetitum moueri. Hęc vero totum iam animal ipsum mouere, quale accidit circa somnos, nam tametsi nullus tunc sensitiuus in animalibus inest motus, inest tamen aliquis motus, & animalia rursus expergiscuntur, at enim hæc per ea, quæ sequuntur, patebunt. ARGY.

Maxime aũt videbitur tertium habere dubitationem, quòd fit, cum non insit prius motus, quod accidens est in animatis. Quiescens. n. prius, post hoc vadit, mouente exteriorum nullo. sicut videtur, hoc autem falsum est. Conspicimus enim semper aliquid motum in animali naturalium huius autem motus non animal cã est, sed continẽs forsitan. Ipsum autem dicimus ipsum mouere se non secundum omnem motum. sed secundum locum. Nihil igitur prohibet, magis autẽ fortassis necessarium est, in corpore multos fieri motus a continente. Horum autem quosdam intellectum aut appetitum mouere, Illum aũt totum iam animal mouere, quale contingit circa somnos. Sensibilis quidem enim cum neque vnus insit motus, inexistente tamen aliquo, surgunt animalia iterum. Sed nanque manifestum erit, & de his ex sequentibus. ANTI. T.c.20.

Soluit tèrtiam rationem, & dicit, quod id quod tertio obiectũ est, maxime facit dubitare, qd̃ possit esse motus, cum prius non fuerit, sicut vr̃ accidere in rebus

animatis: videtur enim quod animal, quod prius quiescebat, postmodum mouetur processiuo motu, nullo motu facto ab exteriori. Et sic videtur, qđ illum motũ animalis non præcedebat aliquis motus, neque in ipso animali, neque in alio, sicut in rebus inanimatis dicebatur. Sed hoc est falsum. s. quod motus animalis non fiat ab aliquo exteriori, videmus enim semper in animalibus aliquid naturaliter motum, quod, s. non mouetur p voluntatem. Vt huius, quod mouetur naturaliter causa non est ipsum animal per suum appetitum, sed forsitã causa huius naturalis mutationis, est continens, id est aer, & vlterius corpus cœleste. Sicut manifeste apparet, cũ alteratur corpus animalis per calorẽ aeris, & frigus aeris. Et dicit (forsitan) quia in animali ẽt aliquid naturaliter mouẽ ab interiori principio, sicut patet in mutationibus, quæ sunt in anima vegetabili, vt apparet in digestione cibi, & in sequentibus transmutationibus, q̃ dicuntur naturales, quia non sequuntur apprehẽsionẽ & appetitũ. Et hoc videtur esse contra id quod est propriũ animalis. s. quod moueat seipsum, & ideo subiungit, quod cum dicimus animal mouere seipsum, non intelligimus hoc de quolibet motu, sed de motu locali, secundũ quem animal mouet seipsum per apprehensionẽ & appetitũ. Sic igitur nihil prohibet, immo necessarium est, qđ in corpore animalis fiant multæ transmutationes a continenti. s. aere & corpore cœlesti, quarum quædam mouent intellectum aut appetitum, ex quo vlterius iã totũ animal mouetur. Est autem considerãdũ, qđ hic declarat modũ quo corpora cęlestia ĩ nos agũt,

De actione corporũ cęlestium in hæc inferiora.

non. n. agunt directe in animas nostras, sed in corpora, motis autem corporibus, per accidens fit motus in viribus animæ quæ sunt actus corporalium organorum, nõ aũt ex necessitate in intellectu, & in intellectiuo appetitu, qui non vtuntur organis corporeis. Aliquãdo tñ intellectus & voluntas sequũtur aliquas prædictarũ mutationum. Sicut cum aliquis per rationem eligit, vel sequi, vel repellere, vel aliqd agere propter passionẽ in corpore, vel in parte sensitiua exortam. Et ideo non dicit, quod omnes motus, qui fiunt a continente moueãt intellectum aut appetitum, sed quiddam, vt omnino necessitatem ab intellectiua parte excludat. Ponit autem exemplum eorum, qui dixerant in dormientibus, in q̃bus maxime quies esse videtur quantum ad animales motus, cum tamen in eis nullus motus sit sensibilis. s. a sensibili apprehensione procedens: iterum surgunt animalia euigilata, propter aliquem motum interius existentem, vel ex opere animæ nutritiuæ, sicut cum digesto cibo, deficiunt euaporationes quæ somnum causabãt, & animal excitatur, siue cum alteratur corpus a cõtinente per calorem aut frigus. Et sic diligenter consideranti apparet, quod nũquam in nobis aliquis motus apparet de nouo, nisi præcedente aliquo alio motu. Et hoc promittit se in sequentibus magis manifestaturũ.

LECTIO V.

Proposita diuisione rerum omnium quoad motum & quietem non omnia semper quiescere, aut semper moueri ratiocinatur.

ARGY.

Principium autem considerationis id erit, quod fuit & dubitationis, cur nam aliqua eorum, quæ sunt, interdum mouentur, interdum quiescunt. Necesse est itaque aut vniuersa semper quiescere, aut vniuersa semper moueri, vt Heraclitus, aut quædam moueri, quædam quiescere. Et horum rursus, aut ea quæ mouentur semper moueri, & ea, quæ quiescunt semper quiescere, aut vniuersa esse apta simul, vt moueantur atque quiescant, aut id esse quod restat, atque tertium est eorum (inquam) quæ sunt, alia semper immobilia esse, alia semper moueri, alia vtrumq; moueri (inquam) atque quiescere posse, quod quidem nobis dicendum est. Hoc enim eorum omnium, quæ dubitantur solutionem habet, & huiusce nostræ tractationis est finis.

ANTI. T.c. 21.

PRincipium autem considerationis est, quod quidem & dictæ dubitationis, quare quędã eorum, quæ sunt, aliquando quidem mouentur, aliquando autem quiescunt iterum. Necesse autem, aut omnia quiescere semper, aut oĩa semper moueri, aut alia quidem moueri, alia autem quiescere. Et iterũ horum, aut quæ mouentur moueri semper, quæ vero quiescunt quiescere semper, aut omnia apta nata sunt similiter moueri, & quiescere, aut reliquum amplius, & tertium est, contingit enim alia quidem semper immobilia esse eorum, quæ sunt, alia vero semper moueri, alia autem cum vtrumque accipere, quod quidem nobis dicendum est. Hoc enim habet solutiones omnium dubitatorum, & finis nobis est huius negotij.

Lec. 1: a principio in fin.

Postquam Philosophus in Septimo ostẽderat, quod in mouentibus, & in mobilib. non est procedere in infinitum, sed est deuenire ad aliquod primum, & ẽt iam ostendit qđ motus sp fuit, & semper erit, vlterius procedit ad inquirendum conditionem primi motus & primi motoris. Et diuiditur in partes duas. In primo ostendit, quod motus primus est sempiternus, & quod primum mouens est omnino immobile. Scđo ex hoc procedit ad ostendendum qualis sit primus motus, & qualis sit primus motor. ibi. At vero aliud facientib. principium, &c. (T.c. 54.) Prima autẽ pars diuiditur in tres partes. In prima ponit sub quæstione quandam diuisionem quinque membrorum. In secunda excludit tres partes propositæ diuisionis. ibi. Omnia igitur quiescere &c. (T.c. 22.) Tertio inquirit de duobus residuis membris, quod eorum sit verius, quia ex hoc dependet veritas, quam inquirere intendit. ibi. Omnia aũt velle aliquando quidẽ &c. (Secunda a se.) Dicit ergo primo, quod principium sequentes considerationis, quam inquirere intendimus de primo motu, & primo motore est, quod pertinet ad dubitationem prædictam, quam. s. mouit soluendo secundã rõnẽ. Vnde concludit, quod quædam aliqñ mouentur, & aliqñ quiescunt iterum, & non sp vel mouentur vel quiescũt, ex quo ponitur motus sempiternus in cõi. Et dicit qđ necesse est dispositionem rerum, quantum ad motum vel quietem, tripliciter se habere. Quorũ vnus modus est, vt oĩa sp quiescant, & nihil aliqñ moueatur. Secundus modus est, vt omnia sp moueantur, & nihil quiescat. Tertius modus est, quod quædam moueãtur, & q̃dam quiescant. Sed iste tertius modus iterum diuiditur in tres modos, quorum primus est, quod quædam mouentur, & quædam quiescunt, ita tamen, quod ea, quæ mouentur, sp moueantur, & ea quæ quiescunt, semper quiescant, & nihil sit, quod quandoq; moueatur, & quãdoque quiescat. Secundus modus est econtrario, quod omnia sunt nata, & moueri & quiescere, & nihil est qđ semper moueatur, vel semper quiescat, tertius modus huius secundæ diuisionis est, quod alia semper sint immobilia, & nunquam moueantur; alia semper mobilia, & nunquam quiescant; alia vero possunt accipere vtroque, scilicet cum motu, & quiete, ita qđ q̃nque moueãtur, quandoque quiescant, & istud vltimum mẽbrũ est nobis determinãdũ ꝓ veritate, quia in hoc habentur solutiones omnium obiectorum. Et quando hoc ostenderimus, habebimus finem, quem intendimus in isto opere, scilicet peruenire ad primum motum sempiternum, & ad primum mouens immobile. Sic ergo tertium membrum primæ diuisionis diuiditur in tria mẽbra, & fiũt in vniuerso quinque membra huius diuisionis. Est autem considerandum quod in tribus horum membrorum, omnia entia ponuntur vnius dispositionis, sicut patet in primo membro; in quo dicitur omnia quiescere, & in secundo, in quo dicitur omnia semper moueri, & in quarto, quo dicitur omnia quandoq;

quiescere, & quandoque moueri. In vno autem membro, s. in tertio, diuiduntur entia in duas dispositiones. s. qđ quædam semper moueantur, & quædam sp quiescant: in vno etiam membro. s. in quinto, diuidunt entia in tres dispositiones. s. quod quædam semper moueantur, quædam nunquam moueantur, quædam quandoque moueantur, & qñque non moueantur. Et considerandum est, quod in hoc vltimo membro non facit mentionē de quiete, sed de immobilitate, quia primus motor qui nunquam mouetur, nō pōt dici proprie qescere, quia, vt in Quinto dictum est, illud proprie quiescit, quod natū est moueri, & nō mouetur. Secundo ibi.

T.c.20.

ARGI.

Vniuersa itaque censere quiescere, & huius quærere rōnem ipsum posthabendo sensum, imbecillitas est profecto mentis ac hebetudo, & de toto quodam, sed non de parte quadam, est controuersia. Neq; solū est aduersus Philosophum Naturalem, sed aduersus etiā oēs scientias, vt simpliciter dicā, opinionesq; oēs, propterea quod oēs motu vtuntur. Præterea vt inficiationes principiorum in rationibus mathematicis non ad ipsum mathematicum pertinent in cæterisque simili modo, sic neque idipsum refellere quod nunc est dictum, ad Naturalē philosophū attinet. Est.n. apud ipsum hac suppositio, naturā principiū motus esse.

ANTI. T.c.22.

Quærere rationem & dimittere sēsum i firmitas est quædam intellectus.

Omnia igitur quiescere, & huius rationem quærere dimittentes sensum infirmitas quædam est intellectus, et de toto aliquo, sed nō de parte ambiguitas est. Neq; solū ad Physicum, sed omnes scientias (vt ita dicā) & omnes opiniones, propter id, quod motu vtuntur omnes, Amplius aūt de principiis importunitates, sicut in rōnibus circa doctrinas, nihil sunt ad Mathematicum, similiter autem in alijs, sic neq; de eo, quod nunc dicitur, ad Physicum. Suppositio enim est, quod natura principium motus sit.

Infra.

Excludit tria membra prædictę diuisionis, & primo ponit quod non omnia quiescunt semper, secundo, qđ non omnia mouentur semper. ibi. Fere autē adhuc &c.

Tertia par.

Tertio excludit tertium membrum quo dicebatur, qđ quæ mouentur, mouentur semper, & quæ quiescūt, qescunt semper, ibi. At vero neque alia quidem. Circa primum tria ponit.

T.c.24.

Quorum primum est, quod ex quadā intellectus infirmitate procedit, quod aliqui dicant omnia quiescere, & quod inquirant ad hoc aliquam sophisticam rationē dimisso sensu, procedit enim ex hoc, qp intellectus non est sufficiens ad dissoluendum sophisticas rationes, quæ repugnāt iis, quæ sunt manifesta secūdum sensum. Dictum est autem 1. Topi. quod non est curandum disputare contra qualscunque positiones, vel problemata, de quibus aliquis indiget sensu vel pœna, vnde contra istam positionem non oportet dubitare, propter stultitiam dicentis. Secundum, quod dicit, est quod ista dubitatio non est de aliquo particulari ente, sed vniuersaliter de toto ente, neque ēt pertinet solum ad Naturalem philosophum, sed quodāmodo pertinet ad oēs scientias demonstratiuas, & ad oēs opiniones, idest ad omnes artes, quæ vtuntur quibusdam opinionibus, sicut Rhetorica, & Dialectica, quia omnes artes & scientiæ vtuntur motu. Practicæ quidem quasi dirigentes aliquos motus. Naturalis autem philosophia speculando naturam motus & mobilium. Mathematici etiam vtuntur motu imaginario, dicentes quod punctus motus facit lineam. Metaphysicus autem considerat de primis principiis. Sic igitur patet, quod destruere motum repugnat omnibus scientijs. Error autem qui pertinet ad oīa entia, & ad omnes scientias, non est reprobandus a Naturali sed a Metaphysico, non ergo ptinet ad Naturalem, contra istum errorem disputare. Tertium, quod dicit est, quod irrationabiles, & importunæ dubitationes de principiis in doctrinis mathematicis, nō pertinēt ad Mathematicum, vt eas remoueat, & similiter est in aliis scientiis. Et similiter nec ad Physicum pertinet destruere huiusmodi positionē, cui repugnat suis principiis, In qualibet enim scientia supponitur pro principio definitio subiecti. Vnde & in scientia, quæ est de natura supponitur quasi principium, qđ natura sit principium motus. Sic ergo per tria media apparet, quod ad Naturalem non pertinet cōtra hanc positionem disputare. Secundo ibi.

Cap. 9.

ARGI.

Asserere autem cuncta moueri, est quidem fere falsū, at minus scientiæ Naturalis fines egreditur. Quanquam in naturalibus posita est natura motus principiū, & quietis, tamen motus naturale magis esse videtur.

ANTI. T.c.22.

Fere autem adhuc & omnia dicere moueri, falsum quidem, minus autem hoc propter artem. Positum quidē.n. est, quod natura in Physicis principium sit motus & quietis. Similiter aut physicum est motus.

Excludit sm membrū, quo ponebatur ab Heraclito omnia semper moueri. Et primo comparat hāc opinionem præcedenti opinioni, quæ ponebat omnia semp quiescere, & dicit, quod dicere omnia moueri semper, vt Heraclitus dixit, est quidem falsum, & contra principia scientiæ Naturalis, sed tamen minus repugnat arti hæc positio quá prima. Et qđ quidem repugnet arti manifestum est, quia tollit suppositionem scientiæ Naturalis in qua ponitur, quod natura non solū est principiū motus, sed ēt quietis, & sic patet, quod similiter naturale est quies, sicut & motus. Vnde sicut prima opinio, q̄ destruebat motum, erat contra scientiam Naturalem, ita & hæc positio, quæ destruit quietem. Iō aūt dixit hanc opinionem esse minus præter artem, quia quies nihil est aliud q̄ priuatio motus, qđ aūt nō sit priuatio motus, magis pōt latere, quam qđ qes nō sit motus. Sunt.n. quidam motus parui & debiles, q vix pñt sētiri, & sic pōt videri qđ aliqd quiescat, qđ nō quiescit, sed motus magni & fortes latere non possunt, vnde nō dici potest quod decipiatur sensus in perceptione motus, sicut in perceptione quietis. Et ideo secundo ibi.

ARGY.

Atq; inquiunt quidam non eorum, quæ sunt, alia non moueri, sed vniuersa semperq; moueri, non tamen videri, sed latere id nostrum sensum. Quibus & si non distinguāt quonam motu an omnibus dicant, non esset difficile occurrere falsamque hanc sententiam esse ostendere.

ANTI.

Et dicunt quidam moueri eorū, quæ sunt, non alia quidē, alia vero nō, sed omnia et semper, sed latere hoc nostrū sensum. Ad quos etiam quidem non determinantes qualē motū dicūt aut omnes, non difficile est contradicere.

Ostendit sēo hanc secundam positionem aliqui posuerunt, & dicit, qđ quidam, s. Heraclitus & eius sequaces dixerunt qđ oīa quæ sunt, semper mouentur, nō solum quædā, aut aliqñ, sed motus latet sensum nostrum. Qui si loquerentur de aliquibus motib. eorum dictū sustineri posset, sunt.n. aliqui motus, qui nos latent, sed quia non determinant de quali motu loquantur, sed dicūt de omnibus motibus, ideo non est difficile contra illos obijcere, quia multi motus sunt, de quibus manifestum est, quod non possunt semper esse. Tertio ibi.

ARGY.

Fieri.n. non potest, vt incrementa continue, vel decrementa suscipiantur, sed est, & medium ipsum. Est aūt hec sententia persimilis ei, quæ est de consumptione lapidis a gutta & de diuisione saxorū, cum a plantis quæ inde pullulant, discinduntur. Nō.n. si tantū pepulit planta, aut abstulit gutta, et dimidium in dimidio temporis pepulit, aut abstulit prius, sed vt in nauis fit tractu, sic & tantum tot guttæ mouent, pars autem ipsarum nullo in tempore tantum mouet. Atque diuiditur quidem id, quod est ablatū plures in partes, attamen illarum nulla seorsim est mota, sed totum simul est motum. Patet igitur necessarium esse semper aliquid abire, quia diuiditur in infinita decretio, sed totum interdum abire.

ANTI.

Neq; .n. augeri, neq; minui possibile est continue, sed

est

Te.c.24. *est & mediũ. Est autem similis ratio huic de eo, quod est guttam conterere, & enascentia lapides scindere. Non.n. si tãtum effodit, aut remouit gutta, & medium in medio tẽpore prius, sed sicut nauis tractus est, & guttæ tot tantum mouent, pars autem illarum in nullo tempore tantum. Diuiditur.n. quod remotum est in plura, sed nihil eorũ motũ est seorsum, sed simul. Manifestũ igitur quod non est necessarium semper aliquid abire, quia diuiditur dum nutio in infinita, sed totum aliquando abire.*

Ponit rationes contra opinionem prędictam. Et primo quantum ad motum augmenti. Secundo quantum ad alterationis motum. ibi. Similiter autem & in alteratione. Tertio quantum ad motum localem. ibi. Et secũdum quod fertur &c. Ideo autem ab augmento incipit, quia Heraclitus maxime inducebatur ad suam positionem, ex consideratione augmenti, videbat.n. aliquẽ augeri secundum aliquam modicam quantitatem in vno anno, & supponens augmentum esse continuum, credebat quod in qualibet parte illius temporis, secũdũ aliquid illius quantitatis augeretur, & tamen non sentitur istud augmentum, quia fit in modica temporis parte, et sic arbitrabatur esse in alijs, quæ vr̃ quiescere. Dicit ergo contra hoc Arist. quod non est possibile cõtinue aliquid augeri vel minui, ita.s. quod quantitas aucta diuidatur scd̃m tp̃s, ita quod in qualibet parte aliqd eius augeatur, sed interponitur medium tempus post augmentum vnius partis, in quo nihil augetur, sed fit dispositio ad augmentum sequẽtis partis. Et hoc manifestat per similia, quorum primum est, quia videmus, q̃ gutta pluuię multiplicata conterit lapidem. Secundum exemplum est, quia videmus quod nascentia, i. plantæ lapidibus nascentes, lapides diuidunt, sed non possumus dicere, quod si gutta multiplicata tãtum fodit, vel remouet de lapide in tanto t͞pe, quod medietas guttarum prius in medio tempore remouerit medietatem illius quãtitatis, sed ita contingit hic, sicut in trahentibus nauẽ, nõ.n. si centum homines trahunt nauem per tantum spatium in tanto t͞pe, sequitur qđ media pars illorum moueat per medietatem spatij in eodem tempore, vel per idem spatium in duplo tempore, vt in Septimo dictum est. (T.c.36.) Ita ẽt non sequitur, si multæ guttę effodiunt lapidẽ, quod aliqua pars illarum guttarum prius remouerit medietatem in aliquo tempore, & huius ratio est, quia illud qđ remouetur a lapide per multas guttas, est quodam diuisibile in plura, sed tamen non seorsum aliquid illorum plurium a lapide remouetur, sed simul omnes partes prout sunt in potentia in toto remoto. Et loquitur hic de primo quod remouetur, nihil.n. prohibet p longinquum tempus aliquam tam magnam quantitatẽ remoueri a lapide per guttas, quod aliqua pars remota a prius per partem guttarum, est tamen deuenire ad aliquod quantũ remotum, quod totum simul remouetur, & nõ pars post partem. In remotione ergo illius totius nulla guttarum præcedentium aliquid remouebat, sed disponebat tãtum ad remotionem, vltima autem agit in virtute omnium remouendo id, ad cuius remotionẽ cæteræ disponebant. Et similiter etiam est in motu diminutionis. Nõ est enim necessarium, quod si aliquod decrescit tantum in tanto tempore, licet illa quantitas in infinitum diuidatur, quod semper in qualibet parte tẽporis aliquid illius quãtitatis subtractum habeat, sed totum simul aliquando abibit, & similiter etiam est in augmento. Et sic non oportet, quod continue aliquid augeatur, vel minuatur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Similiter & in quauis alteratione dicendum est: non.n. si id quod alteratur in infinitum est diuisibile, ideo & alterũ fit simul per partes; sed persæpe fit, vt congelatio.*

ANTI. *Similiter autem & in alteratione qualibet, nec enim si partibile in infinitum est quod alteratur, propter hoc & alteratio, sed velox fit multoties, sicut congelatio.*

Prima ratio. Contradicit prædictæ positioni quantũ ad alterationem, & hoc tribus rõnib. Primo.n. dicit, q̃ similiter dicendum est in qualibet alteratione, sicut dictum est in augmento. Quamuis.n. corpus, quod alteratur, sit partibile in infinitum, non tamẽ oportet, quod propter hoc alteratio in infinitum diuidatur, ita q̃ in qualibet parte t͞pis, aliquid alterationis fiat, sed multoties fit velox alteratio, ita.s. quod multæ partes corporis alterati simul alterantur, sicut accidit in densatione, siue congelatione aquæ, tota.n. aliqua aqua simul congelatur, non pars post partẽ, si tñ accipiat̃ multũ de aqua nihil prohibet partẽ post partẽ congelari. (Obiectio.) Est aũt considerandũ, quod hoc, quod hic dr̃ de alteratione & augmento, vr̃ cõtrarium ijs, q̃ dicta sunt in Sexto, vbi ostensum est, qđ motus diuidit̃ scd̃m diuisionẽ t͞pis, & mobilis, & rei scd̃m q̃ est motus: (Te.c.6. a pricipio in fin. Solutio.) sed sciendum est, quod Arist. in Sexto determinabat de motu in cõmuni, non applicando ad aliqua mobilia, & ideo ea, q̃ ibi de motu tractauit, accipiẽda sunt scd̃m exigentiã continuitatis motus, hic aũt loquimur de motu applicãdo ad determinata mobilia, in quibus contingit aliquem motum interrũpi, & non cõtinuari, qui secundum rationem communẽ motus posset esse continuus. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Præterea, cum quispiam ægrotauerit, necesse est tempus in quo sanabitur fieri, et non in tẽporis fine mutari, atq; ad sanitatẽ, & ad nihil aliud mutetur necesse est. Quare alterari continue dicere, rebus est perspicuis admodũ aduersari. Alteratio enim ad contrarium est transitio.*

ANTI. *Amplius, cum infirmetur aliquis, necesse est tẽpus fieri, in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari, necesse autem in sanitate mutari, & in aliud nullũ. Quare dicere continue alterari, multum in manifestis est ambigere. In contrarium enim alteratio.*

Secũda rõ. Et dicit quod si aliquis, q infirmatur, debeat sanari, necesse est quod sanetur in aliquo tempore, & non in termino t͞pis. Et necesse est vlterius, qđ ipsa mutatio sanationis tẽdat in determinatum terminũ. s. in sanitatẽ, & in nihil aliud. Si ergo omnis alteratio requirit determinatum tempus, & determinatũ terminum, quia omnis alteratio est in cõtrarium, vt in Quinto dictum est, (Te. c. 41. & 19.) nulla autem talis mutatio est semper cõtinua, dicere ergo quod aliquid semper, & continue alteretur, est dubitare de manifestis. Tertiam rationem ponit ibi.

ARGY. *Lapis etiam, neque durior fit, neque mollior.*

ANTI. *Atque lapis, neque durior fit, neque mollior.*

Tertia ratio. Dicit, q̃ lapis non fit, neq; durior, neq; mollior, etiã per temporis lõginquitatem. Et sic stultum est dicere, quod omnia semper alterentur. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atque de latione mirabile est profecto, si lapis latuit deorsum ferri, aut in terra manere.*

ANTI. *Et de ipso ferri mirabilę est, si latuit lapis deorsum, manens in terra.*

Te.c.25. Contradicit prædictæ opinioni quantum ad motũ localem, dupliciter. Primo quidẽ, quia aliqui motus locales & quietes ita sunt manifestę, quod latere non possunt. Mirabile.n. videtur, si lateat quãdo lapis fertur sursum, aut quando quiescit in terra. Et sic non potest dici, quod propter latentiam motus localis, ponantur omnia semper moueri localiter. Secundo ibi.

ARGI. *Præterea terra cæteraque singula corpora, necessario suis in locis manent, ex his autem violenter mouentur. Quod si quędam ipsorum sunt suis in locis, neq; loco oĩa moueri, necesse est, ex his igitur atque similibus alia credideris quispiam fieri non posse, vt aut omnia semper moueantur, aut omnia semper quiescant.*

ANTI. *Amplius autem terra & aliorum vnumquodque necessitate permanent quidem in proprijs locis, mouentur au-*

tem violẽter ex his. Si igitur quædam ipsorũ sunt in propriis locis, necesse neq; secundum locũ oĩa moueri. Quod igitur impossibile sit aut semper omnia moueri, aut semp oĩa quiescere, ex his & aliis huiusmodi] sciet utique aliquis.

Ratiocinatur sic. Terra & quodlibet aliud corp⁹ naturale, quando sunt in propriis locis, ex necessitate naturæ quiescũt, & non mouentur ex propriis locis, nisi per violentiam, sed manifestum est, quædam corporũ naturalium esse in propriis locis, necesse est ergo dicere, quod quædam quiescunt secundum locum, & quod non omnia localiter mouentur. Vltimo autem epilogã do concludit, quod ex præmissis & aliis similibus, potest quis scire quod impossibile est, aut semper omnia moueri, sicut dixit Heraclitus: aut semper omnia quiescere, sicut dixit Zeno & Parmenides & Melissus.

LECTIO VI.

Entia quædam esse, quæ nec semper quiescunt, nec semper mouentur, sed quandoque mouentur, & quandoque quiescunt, docetur.

ARGY. *At vero neq; fieri põt, ut alia semper moueantur, alia sp quiescant, & nihil interdum moueatur, interdum quiescat. Atq; dubiũ est, ut antea dicta eẽ nõ possint, sic et hec esse nõ posse, videmus. n. dictas mutationes fieri in eisdẽ.*

ANTI. *At vero neq; alia quidem semper contingit quiescere, alia vero semper moueri, aliquando autem quiescere & aliquando moueri nullum. Dicendum est autem quod impossibile sit. sicut & in dictis prius & in his: videmus enim in eisdem fieri dictas mutationes.*

Reprobatis duobus mẽbris præmissæ diuisionis, hic reprobat tertiũ, quod. s. poni posset, entia diuidi in duas dispositiones tantum, ita ꝙ quædã semper quiescerẽt, alia semper mouerentur, & nõ sit tertium genus entiũ, quæ quandoque moueantur, q̃nque quiescant. Hoc autem reprobat dupliciter. Primo quidem sicut ex prædictis duab. positionibus ex eo quod repugnãt sensui. Nõ solum. n. videmus ad sensum, qđ q̃dã mouent, per qđ destruitur prima positio ponentium omnia quiescere sp, & quod quædam quiescunt, per quod destruitur secunda positio ponentium omnia moueri sp, sed etiam videmus, qđ in eisdem rebus fiunt prædictæ mutationes. s. mutationes de motu in quietẽ, & de q̃ete in motũ, per quod apparet, quod aliqua sunt, quæ quandoq. mouentur, & quandoque quiescunt. Secundo ibi.

ARGY. *Et insuper iis, quæ constant, rebus profecto manifestissimis aduersatur. Neque n. incretio, neque violẽtus motus erit profecto, si non præter naturam mouebitur prius quiescens. Præterea generationem hæc sententia, corruptionẽque tollit. Pene aũt & ipsum moueri, fieri quoddam videtur & corrumpi videtur, in quod. n. quippiã mutatur, id fit, aut in hoc. Ex quo vero mutatur inde corrumpitur, aut hinc. Quare perspicuum est verum esse nonnullas, quæ mouentur interdum, atque quiescunt.*

ANTI. *Et adhuc, quia oppugnat manifestis dubitans. Neq; n. augmentum, neq; violentus erit motus, nisi mouebitur extra naturam quiescens prius. Generationem igitur remouet & corruptionem hæc ratio. Videtur autem & moueri fieri quiddã & corrumpi videtur omnibus. In quod quidem n. mutatur fit hoc, aut in hoc ex quo autem mutatur, corrumpitur hoc; aut ab hinc. Quare manifestum est, quod alia quidem mouentur, alia vero quiescunt aliquando.*

Reprobat idem per hoc, qđ qui hanc dubitationem induceret, repugnaret iis, quę sunt manifesta in natura. Primo. n. tolleretur motus augmẽti: videmus. n. motum augmenti esse in iis, quæ non sp augebantur, alioquin si semper augerentur, non esset augmentum ad determinatam quantitatem, sed in infinitum. Secundo tolli T.c.25. tur motus localis violentus. Non. n. est motus violẽtus, si sit aliquid quod extra naturã moueatur, qđ prius quieuerit secũdum naturam, cum motus violẽtus non sit nisi recessus a quiete naturali. Si ergo nullum quiescẽs potest moueri, sequetur qđ id qđ quiescit naturaliter, nõ possit postmodum per violentiam moueri. Tertio excluditur generatio, & corruptio per hanc positionem. Generatio. n. est mutatio de nõ esse in esse, corruptio vero de esse in nõ esse. Ad hoc ergo qđ aliqd corrũpiatur, oportet, qđ prius fuerit ens per aliqđ tp̃s, & ad hoc, qđ generetur, oportet qđ prius fuerit nõ ens ꝑ tp̃s aliquod. Qđ aũt per tp̃s aliqđ ens est, vel nõ ens, quiescit (vt large de quiete loquamur.) Si igitur nullũ quiescẽs põt moueri, sequitur qđ nihil quod non est ꝑ aliqđ tẽpus possit gñari, & nihil qđ est in aliquo tp̃e, possit corrumpi. Quarto aũt vlterius, hæc positio destruit vniuersaliter oẽm motũ, quia in oĩ motu est quædam gñatio & corruptio, vel simpliciter, vel scđm quid. Qđ. n. in aliquid mouetur sicut in terminũ, generatur hoc, quantũ ad motum localẽ, sicut quod mouetur de nigro in albũ aut de paruo in magnum, fit album aut magnum: quod autem mouetur ad aliquem locum, fit existens in loco. Sed ex quo aliquid mutatur sicut a termino a quo, corrumpitur hoc. In motu alterationis & augmenti, vt nigrum aut paruum. Aut ab hinc, quantum ad motum localem. Quia ergo in omni motu est generatio & corruptio, dum prædicta positio tollit generationem & corruptionem, per consequens tollit omnem motũ. Quia ergo hæc quæ dicta sunt, sunt impossibilia, manifestũ fit, quod quædam mouentur non quidem semper, sed aliquando, & quædam quiescunt non semper, sed aliquando, & quædam quiescunt, non semper, sed aliquando. Deinde cum dicit.

Omnia autem interdum moueri, interdum quiescere censere, iam ad olim dictas rationes est adiungendum. ARGY.

Omnia autem velle aliquando quiescere, aliquando autem moueri, hoc iam copulandum ad antiquas rationes. ANTI.

Inquirit de aliis duobus membris præmissæ diuisionis. Et primo manifestat suam intentionem. Secundo Secũda. exequitur ipsam ibi. Mouentium igitur, & eorum quæ mouentur &c. Circa primum tria facit. Primo ostendit ad quam positionem pertineat quartum membrum. Secũdo, quæ dicta sunt in isto capitulo recolit, ibi. Principium autem iterum faciendum, &c. Tertio ostendit, ꝙ Infra. restat dicẽdum. ibi. (Reliquũ tũc considerandum, &c.) T.c.27. Dicit ergo primo, quod ponere, quod omnia quandoque quiescunt, & quandoque mouẽtur, hoc iã pertinet ad antiquas rationes quas tetigimus disputantes ad motus sempiternitatem. Hoc enim posuisse videtur præcipue Empe. quod omnia quandoque mouentur sub dominio amicitiæ & litis, & quandoque quiescant intermediis temporibus. Secundo ibi.

Principium autem idem rursus, quod prius fecimus, post hæc est sumendum, quæ modo determinauimus. Aut. n. vniuersa quiescunt, aut vniuersa mouentur, aut quædam quiescunt, quædam mouentur. Et si quædam eorum, quæ sunt, quiescunt, quædam mouentur, aut cuncta nunc quiescant, nunc moueantur, aut alia semper quiescant, alia semper moueantur, alia interdum moueantur, interdum quiescant, necesse est. ARGY.

Principiũ aũt iterum faciendũ a nunc determinatis, a quo quidẽ incepimus prius. Aut. n. omnia quiescunt, aut omnia mouentur, aut hæc quidem quiescunt, hæc autẽ mouentur eorum, quæ sunt. Et si alia quidẽ quiescunt, alia vero mouentur eorũ, q̃ sũt, necesse est, aut omnia aliquando quidem quiescere, aut omnia aliquando moueri, aut quædam semper quiescere, alia vero moueri ipsorum. ANTI. T.c. 26.

Resumit ea q̃ dicta sunt in isto capitulo. Et primo resumit ea, quæ dicta sunt in diuisione supra posita. Secundo

cundo reprobationem primæ partis, qua ponitur omnia quiescere sp.ibi. Quod quidem igitur non possibile &c. Tertio reprobationem aliorum duorum membrorum.ibi.Similiter autem impossibile, &c. Dicit ergo primo, ꝙ ad manifestandum magis intentionem sequentium, debemus incipere ab iis, quæ nuper determinauimus, sumentes idem principium, quod prius, s. ꝙ entia oportet primo, ꝙ se habeãt in aliqua harum triũ dispositionum, s. ꝙ vel omnia quiescãt, vel omnia moueantur, vel ꝙ quædam quiescant, & quædam moueantur. Et hoc tertium iterum in tria diuiditur, quia, si eorum quę sunt, quædam quiescunt, & quædã mouentur, necesse est, ꝙ vel omnia sic se habeant, ꝙ quandoque quiescant, & qñque moueantur, vel qđ quædam semp quiescant, quædam aũt semper moueantur, vel ꝙ cum iis duobus apponatur tertium membrum. s. quod alia sint quæ quiescant aliquando, & non semper, aliis quãdoque motis & non semper. Deinde cum dicit.

Infra.

Tertia.26.

ARGV.

Impossibile igitur esse cuncta quiescere, dictum quidem & prius est: dicamus autem, & nunc idipsum atque probemus. Nã, & si verè res ita se habet, vt quidã inquiunt, id quod est infinitum esse, atque immobile, non tamen sẽsu sic esse videtur, sed eorum quæ sunt, complura mouentur. Si igitur sit opinio falsa, vel omnino opinio, & motus et est, & si imaginatio ẽt sit, & si interdum sit de quibusdam, interdum aliter videatur. Imaginatio enim & opinio motus quidam esse videntur. Sed de iis quidem considerare, & eorũ quærere rationem, quæ melius habemus, quam si rationis indigeremus, hominis est profecto male, id quod est melius, & id quod est deterius, id quod est credibile, & id quod non est credibile, principium denique, et non principium discernentis.

ANTI.

Quod quidem igitur non possibile sit omnia quiescere dictum est prius: dicamus autem & nunc, si.n. secundum veritatem sic se habet, sicut quidam dicunt, esse id quod est infinitum, & immobile, sed non videtur aliquid secundum sensum, sed mouentur multa eorum quæ sunt. Si igitur opinio est falsa, aut omnino opinio, & motus est, & vtique si phantasia sit, & si aliquando quidẽ sic videatur esse, aliquando aũt aliter. Phantasia quidẽ & opinio, motus quidem esse videntur. Sed de hoc quidem intendere et quærere rõnem, quorũ dignius habemus, quã rõne indigere male iudicare est id quod melius & peius & credibile & non credibile & principium & non principium.

Reprobat primum mẽbrum: & dicit, ꝙ supra dictũ est, quod non sit possibile omnia quiescere semper, sed & nunc etiam aliquid est addendum. Et duo dicit contra hanc positionem. Primo quidem, ꝙ necesse est ponere aliquem motũ saltẽ in anima. Quia, si aliquis velit dicere, ꝙ secundũ veritatem sic se habet, quòd nihil mouetur, sicut dixerunt sequẽtes Melissum, qui posuit ꝙ ens est infinitum & immobile, sed tamen non videtur ita secundum sensum, sed multa entium mouentur, vt sensus iudicat. Si ergo aliquis dicat, ꝙ ista opinio est falsa, qua opinamur quædam moueri, adhuc sequitur qđ motus sit. Quia, si opinio falsa est, motus est, & vniuersaliter, si opinio est, motus est, & similiter, si phantasia est, motus est. Et hoc ideo, quia phantasia est quidã motus sensitiuæ partis factus a sensu secundum actum. Opinio etiam quidam motus est rationis ex aliquibus ratiocinationibus procedens. Sed adhuc manifestius sequitur, quod motus sit in opinione, vel phantasia, si aliquando videatur a nobis sic esse, aliquando aliter, quod contingit, cum quandoque videntur nobis aliqua quiescere, quandoque vero non quiescere, sic ergo omnino sequitur, ꝙ motus sit. Secundo contra hanc opinionem dicit, ꝙ apponere intentionem ad destruendam hanc opinionem, & quærere rationem ad probandum illas res, quas debemus habere in maiori dignitate, quam ꝙ ratione indigeant, quia. s. habẽtur vt per se manifesta, hoc (inquam) facere nihil est aliud quam male iudicando discernere inter melius & peius in moralibus, & inter credibile & incredibile in logicis, & inter principium, & non principium in demonstratiuis. Qui enim quærit rationem ad probandum ea, quæ per se sũt manifesta, & sic habentur vt principia, non cognoscit ea esse principia, dum ea per alia principia probare intendit. Similiter videtur, ꝙ non sciat cognoscere quid sit credibile, & incredibile, quia id quod est per se credibile, per aliud probare intendit, ac si nõ esset per se credibile. Nec ẽt inter melius & peius posse discernere videtur, qui magis manifesta per minus manifesta probat. est autem per se manifestum, aliqua moueri. Non ergo ad hoc debet esse nostra intentio, vt hæc probare rationibus nitamur. Tertio ibi.

Quid Phantasia & opinio.

Similiter aũt est impossibile, & omnia moueri, aut alia moueri semper, alia quiescere semper. Ad hæc enim omnia vna est sufficiens fides. videmus enim quædam interdum moueri, interdum quiescere. Quare patet, impossibile esse similiter cuncta quiescere, & omnia continue moueri, ac alia moueri semper, alia quiescere semper. ARGV.

Similiter autem & impossibile est, & omnia moueri; aut alia quidẽ semper moueri, alia vero semper quiescere. Ad omnia.n. hæc sufficiens est vna fides, videmus.n. quædã aliquando quidem moueri, aliquãdo quidem quiescere, Quare manifestum est, quod impossibile sit similiter, omnia quiescere, & omnia moueri continue, eo quod alia quidem semper mouentur, alia vero quiescunt semper. ANTI.

Excludit alia duo membra præmissæ diuisionis, & dicit, ꝙ sicut impossibile est omnia quiescere semper, ita etiam impossibile est omnia moueri semper, aut ẽt quod alia semp moueantur, & alia semper quiescãt, ita quod nihil sit quod quandoque moueatur, & quandoque quiescat. Contra omnia hęc sufficit fidem facere p vnum medium, quia. s. videmus quod quædam quandoque mouentur, & quandoque iterum quiescunt, vnde manifestum est, ꝙ impossibile est dicere ꝙ omnia cõtinue quiescant, quod erat primum membrum, & quod omnia continue moueantur, quod erat scđm membrũ, vel quòd quædam semper moueantur, & quædam sp quiescant, & nihil sit medium. Deinde cum dicit.

T.c.27.

Restat igitur contemplandum esse, vtrum vniuersa talia sint, vt moueantur atq. quiescant, an alia quidem talia sint, alia vero semper quiescant, & alia continue moueãtur. hoc enim iam a nobis est demonstrandum. ARGV.

Reliquum ergo considerandũ est, vtrum omnia sint huiusmodi possibilia moueri & quiescere, aut quædam quidem sic, aliqua vero semper quiescant, aliqua vero semper moueantur. hoc enim demonstrandum est a nobis. ANTI.

Ostendit quid restat dicendum, & concludit ex præmissis, quòd cũ tria mẽbra pręmissæ diuisionis stare nõ possint, relinquitur considerãdum, quòd mẽbrum aliorum duorum sit verius, vtrum. s. quòd oĩa sint possibilia moueri & quiescere, aut quædam sint possibilia moueri & quiescere, ita tamen quòd aliqua sint, quæ semper quiescant, & aliqua quæ semper mouerantur. Hoc .n. vltimum est quod demonstrare intendimus. Sic.n. ostendetur primum motum esse sempiternum, & primum motorem esse immobilem.

LECTIO VII.

Quodcunque motum, ab alio moueri multipliciter ostenditur.

Eorũ igitur, quæ mouẽt & quæ mouẽtur, alia per accidẽs, alia per se mouent atque mouentur. Per accidens quidẽ ea, quæ sunt in hisce, quæ mouent aut mouentur, & quę per partem. Per se autem ea, quæ mouent aut mouentur, non ex eo quia sunt in hisce, quæ mouent aut mo- ARGV.

uentur, neque rursus ex eo, quia pars aliqua sua mouet, aut mouetur. Eorum autem, quæ per se mouentur, quedã a seipsis, quædam ab alio motu cientur, atque alia natura, alia violentia, præterque naturam mouentur.

ANTI. *MOuentium igitur, & eorum quæ mouentur, alia quidem mouent, & mouentur secundum accidẽs, alia autem per seipsa. Secundum accidens quidem, vt quę cunque in eo quod sunt in mouentibus, aut in ijs, quæ mouentur, & quæ sunt secundum partem. Alia autem per seipsa quæcunque non in eo quod sint in mouente, aut in ijs, quæ mouentur, neque in eo quod pars aliqua ipsorum mouet, aut mouetur. Eorum autem quę mouẽtur per se, alia quidem ab ipso, alia vero ab alio, et alia quidem natura, alia vero violentia, & extra naturam ...*

Postquam Philosophus suam intentionem manife-
stauit, hic incipit prosequi per suam intẽtionẽ. s. nõ oĩa
quandoque moueri, & q̃nq. quiescere, sed aliquid esse
omnino immobile, aliquid autem quod semper moue
tur. Diuiditur autem ista pars in duas. In prima ostẽdit
primum mouens esse immobile. In secunda ostendit
Te.c.53. primum mobile semper moueri. ibi. (At vero si aliqđ
est.) Prima pars diuiditur in duas. In prima ostẽdit pri-
mum mouens esse immobile ex ordine mouentium &
T.c.50. mobilium. In secunda ex sempiternitate motus. ibi. Et
iterum considerans &c. Prima pars diuiditur in partes
duas. In prima ostendit primum mouens esse immobi-
T.c.45. le. In secunda ostendit ipsum esse perpetuum. ibi. Quo
niam autem oportet. Circa primum duo facit. Primo
ostendit quoddam, quod est necessarium ad probatio-
nem sequentium, s. quod omne quod mouetur ab alio
Secunda 33. moueatur. Secundo ostendit propositum. ibi. Hoc aũt
dupliciter. Ostenderat siquidem supra in principio Se
ptimi, omne qđ mouetur ab alio moueri, rõne cõi ac-
cepta ex parte ipsius motus, sed quia incœpit applica-
re motũ ad res mobiles, illud quod supra vniuersaliter
T.c.28. Infra. est ostensum, hic ostendit vniuersaliter verificari in oĩ
bus mobilib. & mouentib. Vnde prima pars diuiditur
in partes duas. In prima ponit diuisionem mouentiũ
& mobilium, In secunda manifestat propositum in sin
gulis. ibi. Et maxime moueri. Circa primum duo facit.
Primo diuidit mouentia & mobilia. Secũdo manifestat
positam diuisionẽ. ibi. Quod enim ipsum a seipso. Pri-
Quæ mo ueãt & mo- ueantur per accidens & per se. mo ergo ponit tres diuisiones mouentiũ & mobilium,
quarũ prima est, q mouẽtiũ & mobiliũ, q̃dã mouent,
seu mouent p accidens, quædã aũt per se. Et accipit hic
per accidens largè, sm q comprehendit sub se ẽt, qđ
est scđm partẽ, vñ exponens quod dixerat, Per accidẽs,
subdit, q per accidẽs moueri aut mouere, dr̃ dupliciter.
Primo quidem dicuntur mouere per accidens, quæcun
que mouere dicuntur ex eo q insunt aliquib. mouenti
bus, sicut cum dr̃, Musicum sanare, quia is, cui inest mu
sicum, sanat, & similiter dicuntur moueri per accidẽs,
ex eo q insunt ijs, quæ mouẽtur, vel sicut locatum in lo
co, prout dicimus hoĩem moueri, quia nauis mouet, in
qua est, vel sicut accidens in subiecto prout dicimus al-
bum moueri, quia corpus mouetur. Alio modo dr̃r ali-
q̃uã mouere, vel moueri per accidens, quia mouent aut
mouentur scđm partẽ, sicut hõ dr̃ percutere aut percu-
ti, q̃a manus percutitur aut percutit. Per se autem dicũ-
tur moueri aũt mouere per remotionem duorum præ-
dictorum, quia, s. nec dñr mouere aut moueri ex eo qđ
sint in aliis, quæ mouent aut mouentur, neq. ex eo q
aliqua pars ipsorum moueat aut moueatur. Omisis igi
tur ijs, quæ mouent, & mouentur per accidens, subdiui-
dit ea, quæ mouentur per se. Primo quidem, quia eorũ
quæ mouentur per se, alia mouentur a seipsis, sicut ani
malia, alia vero ab aliis sicut inanimata. Tertiam diui-
sionem ponit, quia alia mouentur secundum naturam
alia extra naturam. Secundo ibi.

Id. n. quod a seipso mouetur, natura sanè mouetur, vt animalium vnũquodque, animal. n. a seipso motu cietur. Ea vero natura moueri dicimus, quorũ principium motus in ipsis inest. Quãobrem totum quidem natura seipsum mouet, corpus tamen & natura, & præter naturam moueri potest, interest. n. tali an tali moueatur motu, & ex quo magis elemento constet, eorum autem, quę mouẽtur ab alio quędam natura, quędam pręter naturam mouẽtur, pręter naturam, terra sursum, ignis deorsum. Partes insuper animalium sæpenumero pręter naturam mouentur ob positiones, motusque modos. ARGY.

Quod. n. ipsum a seipso mouetur natura mouetur, vt quodlibet animalium, mouetur. n. animal a seipso. Quorũ cunque autem principium motus in seipsis est, hoc natura dicimus moueri; vnde animal quidem totum natura ipsum seipsum mouet: corpus autem secundum quod est corpus, contingit & natura, & extra naturam moueri. Differt enim secundum qualem motum quod mouetur eueniat, & ex quali elemento constet. Et eorum quæ mouentur ab alio, alia quidem mouentur natura, alia verò extra naturam; extra naturam quidẽ, vt terra sursum, & ignis deorsum. Amplius autem partes animalium multoties mouentur extra naturam iuxta positionẽ & mõs motus. ANTI.

Manifestat qualiter inueniatur secundum naturã &
extra naturam in ijs, quæ mouentur a seipsis, & quę mo
uentur ab alio. Et primo dicit de ijs, quæ mouentur a se
ipsis, sicut sunt animalia, quæ mouent seipsa, q mouen
tur scđm naturam, quod probat per hoc, quod mouen
tur a principio intrinseco. Illa autem dicimus a natura
moueri, quorum principium motus in ipsis est, vñ ma- Ascendẽre magis labo ramus qu. descenden- tes.
nifestum est, q motus animalis, quo mouet seipsum si
comparetur ad totum animal, est naturalis, quia est ab
anima, quæ est naturã & forma animalis, sed si cõpare
tur ad corpus, contingit huiusmodi motum, & esse na-
turalem, & extra naturam, hoc. n. considerandum erit
secundum differentiam motus & elementi, ex quo con
stat animal. Si. n. animal constat ex elemento graui prę
dominanti, sicut corpus humanum, & moueatur sursũ,
erit motus violentus quãtum ad corpus, si vero mouea
tur deorsum, erit motus corporis naturalis. Si autem es
sent animalia aliqua corpore aerea, vt quidam Platoni-
ci posuerunt: de illis esset econtrario dicendum. Secun-
do manifestat qualiter inueniatur motus violẽtus & na
turalis in ijs, quæ mouentur ab alio, & dicit, quod ho-
rum quædam mouentur secundum naturã, vt ignis sur
sum, terra deorsum, q̃dã uero extra naturam, vt terra
sursum, ignis deorsũ, qui est motus violẽtus. Tertio po Secundo de Histo. Animalium circa principiũ.
nit alium modum innaturalis motus in animalibus, se-
cundum. s. q multoties partes animalium mouẽtur ex-
tra naturam, si considerentur rationes & modi natura-
lis motus in partibus animalium, sicut homo brachia
flectit ad anterius, tibias autem ad posterius, canes ve-
ro & equi & huiusmodi animalia anteriores pedes ad
posterius, posteriores vero ad anterius, si autẽ fiat mo-
tus in animalibus per contrarium, erit motus violẽtus,
& extra naturam. Deinde cum dicit.

Atque maxime quidem perspicitur id, quod mouetur ab aliquo motu cieri in hisce, quæ pręter naturam mouentur, propterea quod ab alio moueri patet. Postea vero quę præter naturam mouentur, perspicitur in hisce, quæ natura quidem mouentur, a se autem ipsis motu cientur. In animalibus inquam: non est enim obscurum, si animal ab aliquo moueatur, sed quonam pacto distinguere oportet, id quod mouet ipsius & id quod mouetur, nam vt in nauigijs, in hisce quę non natura constant, sic & in animalibus quod mouet & quod mouetur, diuisum esse videtur, atque hoc pacto totum ipsum animal seipsum motu ciere. ARGY.

Et

ANTI. T.c.28. *Et maxime mouerí a quodã quod mouetur in ijs, quę extra naturam mouentur, est manifestũ, propter id quod manifestum est ab alio moueri. Postea autem quæ sunt extra naturam, eorum autem quę sunt extra naturam ipsa a seipsis, vt animalia, hoc enim non immanifestum est, si ab aliquo mouentur, sed quomodo oportet accipere ipsũ mouens & quod mouetur. Videtur.n. quod sicut accipiẽdum, sicut in nauibus, & non natura subsistentibus, sic & in animalibus esse diuisum mouens, & quod mouetur, et sic omne ipsum seipsum mouet.*

Probat omne quod mouetur ab alio moueri, & primo ostendit in quibus sit manifestum, secundo ostendit de ijs, in quibus est dubium, ibi. Maxime autẽ dubitatur &c. Relictis autem ijs, quę mouentur per accidẽs, Infra. quia ipsa non mouentur, sed dicuntur moueri ex eo quòd quædam alia mouentur, inter ea, quæ per se mouentur, maxime in ijs, quæ mouentur per violentiam & extra naturam, manifestum est, quod id quod mouetur, ab alio mouetur. Manifestum est enim quod ea, quæ per violentiam mouentur, ab alio mouentur ex ipsa violen- 3e. com. 2. ti definitione, est.n. violentũ, vt dr̃ in 3. Eth. cuius principium est extra, nil conferente vim passo. Post ista vero, quæ mouentur per violentiam, manifestum est, quòd id, quod mouetur, ab alio mouetur, in ijs, quæ mouentur secundum naturam a seipsis, sicut animalia dicũtur seipsa mouere. In iis enim manifestum est, quòd aliqd ab alio mouetur. Sed dubiu potest esse quo modo oporteat accipere in ipsis mouens, & quod mouetur. Quantum enim ex primo aspectu apparet, & secundum quòd multis videtur, sicut in nauibus & in alijs artificialibus, quæ non sunt secundum naturam, diuersum est quod mouet ab eo quod mouetur, sic & in animalibus. Videtur enim quod hoc modo se habeat anima, quæ mouet, ad corpus quod mouetur, sicut nauta ad nauim, vt dr̃ in 2. de Anima. Et per hunc modum videtur, quòd totum animal seipsum moueat, in quantum vna pars eius aliam mouet. Vtrum autẽ se habeat anima ad corpus, sicut nauta ad nauim in libro de Anima, inquirendum relinquit. Quod autem sic aliquid dicatur seipsum mouere in quantum vna pars eius mouet, & alia mouetur, in sequentibus ostendetur. Secundo ibi.

ARGL. *Maxime vero dubitatur, reliquum dicta diuisionis vltimę mẽbrũ. Eorũ.n. quæ motu cientur ab alio, quędã præter naturam moueri diximus, quędã natura moueri. Hęc autem sunt, quę dubitationem afferunt, a quonam moueãtur, seu leuia, grauiaque, hęc enim ad opposita quidem loca vi pulsa mouentur, ad propria vero, leuia quidem ad supera, grauia vero ad infera suapte natura feruntur: quonam autem mouentur.*

ANTI. *Maxime autem dubitatur, reliquum dictę vltimę diuisionis. Eorum enim quę ab alio mouentur, hęc quidem extra naturam posuimus moueri, alia autem relinquuntur contra poni, quia natura. Hęc autem sunt, quę dubitationem afferunt, a quo mouentur, vt leuia, & grauia, hęc.n. T.c. 29. in oppositos locos violentia mouentur, in proprios autem, leue quidem sursum, graue autẽ deorsum natura. A quo autem non adhuc manifestum, sicut cum mouentur extra naturam.*

Manifestat propositũ in ijs, in quibus est magis dubium. Et circa hoc facit tria. Primo ponit, in quibus sit magis dubium, omne quod mouetur ab alio moueri, quia s. in grauibus, & leuibus, cum secundum naturam mouentur, secundo ostendit, quod huiusmodi non mo- Infra. Tex.25. uent seipsa, ibi. Et namque ipsa a seipsis, &c. Tertio ostẽdit a quo moueantur. ibi. Sed accidit & hoc. Dicit ergo primo, quod ex quo maxime manifestũ est, quod mouetur ab alio moueri in ijs, quæ mouentur per violentiam, & post hæc in ijs quæ mouent seipsa, maxime videtur dubium in residuo membro vltimæ diuisionis, s. in ijs, quæ non mouent seipsa, & tamen mouentur naturaliter. Vltimam autem diuisionem dicit illam, s. quòd eorum, quæ mouentur non a seipsis, sed ab alio quædam mouentur extra naturam, quædam vero econtrario mouentur secundum naturam, & in istis dubium est a quo moueantur, sicut sunt grauia & leuia, quæ quidem in contraria loca mouentur per violentiam, sed in propria scd̃m naturam, leue, s. sursum, graue vero deorsum, sed a quo moueantur non est manifestum, cũ mouentur secundum naturam, sicut est manifestum, cum mouentur extra naturam. Secundo ibi.

Nam impossibile est a seipsis ipsa moueri. Est enim hoc officium vitę, ac animantium proprium. ARGL.

Et namque ipsa a seipsis dicere, impossibile est, vitale enim hoc, & animatorum est proprium. ANTI.

Probat quod huiusmodi non mouẽt seipsa quatuor rationibus, quarum prima est, quod mouere seipsum Prima ratio. pertinet ad rationem vitæ, & est proprie animatorum. Motu enim & sensu discernimus animatum ab inanimato, vt dicitur in Primo de Anima. manifestũ est autem hæc non esse viua, seu animata, non ergo mouent T.c.19. seipsa. Secundam rationem ponit ibi.

Consistere etiam a seipsis possent, nam si quippiam sibi causa sit ambulandi, est etiam causa sibi non ambulandi. ARGL.

Et facere stare possent seipsa: dico autem, velut si ambulandi causa inest ipsis & non ambulandi. ANTI.

Quæ talis est. Quæcunq; mouent seipsa possunt etiã Secũda rõ. sibi esse causa quietis, sicut videmus quod animalia per suum appetitum mouentur & stant, si ergo grauia & leuia mouerent seipsa motu naturali, possent facere stare seipsa, sicut si aliquis est sibi causa ambulandi, est etiã sibi causa non ambulandi. Hoc autem videmus esse falsum, quia huiusmodi non quiescunt extra propria loca, nisi propter aliquam causam extrinsecam probibentem motum ipsorum, ergo non mouent seipsa. Sed quia posset aliquis dicere, quod huiusmodi, etsi non sint sibi causa standi extra propria loca, sunt tamen sibi cã standi proprijs locis. Subiungit tertiam rationem ibi.

Quare si collocatum esset in igne moueri sursum, esset in ipso situm deorsum etiam ferri. Metas quoque rationis egreditur, & vno motu duntaxat a seipsis moueri, si seipsa moueant. ARGL.

Quare si in ipso est sursum ferri igni, manifestum est, quod in ipso, & deorsum. Irrationabile autem est, secundum vnum motum moueri solum hoc a seipsis, si ipsa seipsa mouent. ANTI.

Quæ talis est. Irrationabile est dicere, quòd illa, quę mouent seipsa, moueãtur solum a seipsis scd̃m vnũ motũ, & non pluribus motibus, quia qđ mouet seipsum, non habet motum determinatum ab alio, sed ipsum sibi determinat motum, & quandoque determinat sibi hunc motum, & quãdoque alium, vnde est in potestate eius quod mouet seipsum, quòd determinet sibi hunc, vel illũ motum. Si ergo grauia & leuia mouerent seipsa, sequeretur, quod si in potestate ignis esset quòd moueretur sursum, quòd in potestate eius esset quòd moueretur deorsũ, qđ nũquam videmus accidere, nisi ex causa extrinseca, nõ igitur mouẽt seipsa. Est autem sciẽdum, quod istæ duæ rõnes sunt probabiles scd̃m ea, quæ apparent de mouẽtibus seipsa, quæ sunt apud nos, quæ qñq; inueniuntur moueri hoc motu, quãdoque alio, qñque etiam quiescere, vnde non dixit impossibile est, sed (irrationabile) quo modo loquendi in probabilibus vti consueuit. Ostẽdit enim inferius, quod si aliqd est mouẽs seipsum, in quo mouẽs est omnino immobile, quòd illud semper mouetur & vno motu, sed tamen hoc non posset dici in grauib. & leuibus, in quibus non est aliquid, quod non moueatur per se, vel per accidẽs, cum etiam generentur & corrumpantur. Quartam rationem ponit ibi. (Quantũ valeant rõnes hæ, attende.)

Pre-

Præterea qui fieri potest, vt continuum quod copulatione seipsum moueat? Nam quo quippiam vnum atque continuum est, non tactu, hoc passionis est expers, quo vero separatum est, eo nimirum aliud agere, aliud pati est aptum. Neque ergo quicquam ipsum seipsum mouet, quippe cũ copulatum sit, neque aliud continuum vllum, sed in vnoquoq; vt diuisum sit quod mouet, & quod mouetur, necesse est, quod intueri licet in expertibus anima, cum quippiam animantium ipse mouet.

ANTI. Te. c. 30. *Amplius quomodo contingit continuum aliquod & ipsum seipsum mouere? Secundum enim quod vnum, & cõtinuum non tactu secundum hoc impassibile est, sed secundum quod diuiditur, sic hoc quidem aptum natum facere, aliud vero pati. Neque nullum horum ipsum seipsum mouet, consita enim sunt, neque aliud cõtinuum nullum, sed necesse est diuidi mouens in vno quoque ab eo quod mouetur, sicut in inanimatis videmus, cum moueat aliquod animatorum ipsa.*

Quarta 16. Quæ talis est. Nullum continuũ mouet seipsum, grauia autem & leuia sunt continua, ergo nihil horum mouet seipsum. Quod autem nullum continuum seipsum moueat, sic probat, quia mouens ad motum se habet, sicut agẽs ad patiens, cũ aũt agens sit contrarium patienti, necesse est quod diuidatur id quod est aptum natum agere, ab eo quod est aptum natum pati, secundum ergo quod aliqua sunt non contacta adinuicem, sed sunt omnino vnum & continuum, & quãtitate & forma, secundum hoc non possunt pati abinuicem, sic ergo seq tur, quod nullum continuum moueat seipsum: sed necesse est, quod mouens diuidatur ab eo quod mouetur, sicut apparet cum res inanimatæ mouentur ab animatis, vt lapis a manu. Vnde & in animalibus, quæ mouẽt seipsa, est magis quædam colligatio partium, quam perfecta continuatio, sic enim vna pars potest moueri ab alia, quòd non inuenitur in grauibus & leuibus.

LECTIO VIII.

De grauium ac leuium motore agit.

ARGY. *Verum fit, vt hæc etiam semper ab aliquo moueantur, quod quidem patebit, si causas diuidamus atq; licet, & in mouentibus ea, quæ dicta sunt, sumere. Alia nãque præter naturam motiua sunt, vt est vectis motiuus ponderis, non natura; Alia sunt motiua natura, vt calidũ actu motiuum est eius quod est potentia calidum. Similiter & in huiuscemodi cæteris. Mobile etiam id est natura, quod est potentia quale, vel quantum, vel vbi, cum in seipso tale principium & per accidens habet.*

ANTI. T. c. 31. *Sed accidit & hæc ab aliquo semper moueri, fiet autem vtique manifestum diuidentibus causas. Est autem & in mouentibus accipere quæ dicta sunt. Alia quidem n. extra naturam ipsorum motiua sunt, vt vectis non natura grauis motiuus est, alia vero natura, vt actu calidũ motiuum est potentia calidi: similiter autem & in alijs huiusmodi est. Et mobile autem similiter natura quod potentia quale, aut quantum, aut vbi est, cum habeat principium huiusmodi in seipso, & non secundum accidens.*

Postquã ostendit, quod grauia & leuia non mouent seipsa, hic ostendit a quo moueantur. Et primo ostendit, a quo moueantur. Secundo concludit principale intentum, ibi. Si igitur omnia quæ mouẽtur &c. Circa primum duo facit, Primo ostendit qđ naturaliter mouentur ab aliquo. Secundo inquirit a quo moueantur, ibi. Qm̃ autem qđ potentia &c. Dicit ergo primo, ꝙ etsi grauia & leuia non moueant seipsa, tamẽ mouentur ab aliquo. Et hoc potest manifestari, si distinguantur causæ mouentes. Sicut. n. in his, quæ mouẽtur est accipere quædam secundũ naturam moueri, & quædã extra naturam, ita & in mouentibus: quædam mouent extra naturam, vt vectis, id est baculus, qui non naturaliter motiuus est corporis grauis, puta lapidis. Quædã vero mouent secundum naturam, sicut quod est actu calidum, naturaliter mouet id quod secũdum suam naturam est potentia calidum, & similiter est in alijs talib. Et sicut quod est in actu naturaliter mouet, ita id quod est in potentia naturaliter mouetur, vel secundum qualitatẽ, vel secundum quantitatẽ, vel secũdum vbi. Et quia in Secundo dixerat, quod illa mouentur naturaliter, quorum principium motus in ipsis est per se, & non secundum accidẽs, ex quo posset videri quod id, quod est in potentia tantum calidum, cum sit calidum, non mouetur naturaliter; tanquam principio actiuo motus exterius existente, quasi ad hanc obiectionem excludẽdam subiũgit, Cum habeat principium huiusmodi in seipso, & non secundum accidens, quasi dicat, quod ad hoc ꝙ motus sit naturalis sufficit quod huiusmodi principiũ, i. potentia, de qua fecerat mentionem, sit in eo ꝙ mouetur per se & non per accidens, sicut scamnum est potentia combustibile, non in quantum est scamnum, sed in quantum est lignum. Vnde hoc quod dixerat. Et nõ secundum accidens, exponens subdit.

ARGY. *Erit. n. idem & quantum, & quale, sed accidit alterũ alteri, & nõ per se competit. Ignis igitur atq; terra mouentur ab aliquo, vt quidem; cum præter naturam, natura vero, cum sub potentias suos ad actus mouentur.*

ANTI. *Erit. n. idem, & quantum, & quale, sed alteri alterum accidit, & non secundum se existit. Ignis itaque, & terra mouentur ab alio, violentia quidem, cum extra naturã, natura autem, cum in ipsorum actus potentia existunt.*

Et dicit, quod contingit idem subiectum esse, & quãtum, & quale, sed vnum eorum per accidens habet ad aliud, & non per se, quod ergo est potentia quale, est & potentia quantum, sed per accidens. Quia igitur quod est in potentia naturaliter mouetur ab alio, quod est in actu, nihil autem secundum idem est potentia, & actu, sequitur quod neque ignis, neque terra, neque aliquid aliud moueatur a se, sed ab alio. Mouentur quidẽ ignis & terra ab alio, sed per violentiam, cum motus eorum est extra naturalem ipsorum potẽtiam, sed naturaliter mouentur, cum mouentur in actus proprios, ad quos sunt in potentia secundum suam naturam. Secũdo ibi.

ARGY. *Quoniam autẽ esse potentia multipliciter dicitur, hæc est sane causa vt non sit perspicuum a quo nã talia moueãtur, vt ignis sursum, & terra deorsum.*

ANTI. Te. c. 32. *Quoniam autem quod potentia est multipliciter dicitur, hæc causa est, non esse manifestum a quo huiusmodi mouentur, vt ignis sursum, terra vero deorsum.*

Ostendit a quo moueantur, & quia quod est in potẽtia mouetur ab eo quod est in actu, primum distinguit potentiam, secundo ex hoc ostendit a quo huiusmodi moueantur, ibi. Potentia autem est leve. Circa primum tria facit. Primo ostendit necessarium esse cognoscere, quot modis aliquid dr̃ esse in potentia. Secundo manifestat. ibi. Est autem potentia. Tertio soluit ex hoc quãdam quæstionem. ibi. Et tamen quæritur. Dicit ergo primo, quod ideo non est manifestum a quo grauia & leuia mouentur suis motibus naturalibus, vt puta ignis sursum, & terra deorsum, quia ens in potentia dicitur multipliciter. Secundo ibi.

ARGY. *Diuerso autem modo potentia sciens est, qui discit, & qui iam scientiam habet, & non contemplatur. Cum autem actiuum, atque passiuum sint simul, euadit interdum id quod est potẽtia actu tale, vt id quod discit, & ex eo quod est potentia, fit aliud potentia rursus. Qui namque scientiam habet, & non contemplatur est potentia quodammodo sciens, sed non vt erat antequam didicisset. At, cũ ita sese habet, nisi quid prohibeat, operatur ac contemplatur, vel in contradictione ignorantiaque erit.*

ANTI. *Est autem potentia aliter addiscens, sciens & habens iam scientiam, & non considerans. Semper autem, cum simul actiuum & passiuum sunt, fit aliquando actu, quod in potentia, vt addiscens, & ex potentia ente, alterum fit potentia, habens enim scientiam, non considerans autem potentia est sciens quodammodo, sed non sicut & ante addiscere. Cum autem sic se habeat, si aliquid non prohibeat, operatur, & considerat, aut erit in contradictione & ignorantia.*

Distinguit esse in potentia. Et primo in intellectu. secundo in qualitate, ibi. Similiter autem hæc se habēt. Tertio in motu locali. ibi. (Similiter autem se habent.) Dicit ergo primo, quod aliter est in potentia ad scientiam ille qui addiscit, & nondum hēt habitum scientiæ, & ille, qui iam habet habitum scientiæ, sed non considerat vtens habitu. Ex prima aūt potentia in scdm reducitur aliqd, cū actiuum suo passiuo coniungitur, & tunc passiuum p præsentiā actiui fit in tali actu, qui adhuc est in potētia, sicut addiscens, per actionē docentis reducitur potentia in actū, cui coniungitur altera potentia, & sic existens in potentia prima fit in alia potentia, quia iam habens scientiam, & non cōsiderans quodammodo est in potentia ad actum sciæ, sed non eodem modo, sicut antequam addisceret: ergo de potētia prima reducitur in actum, cui adiungitur scda potentia per aliquod agens. s. per docentē. Sed quando sic se hēt, quod habet habitum scientiæ, non oportet quod reducatur in scdm actum per aliquod agens, sed statim per seipsum operatur considerando, nisi sit aliquid prohibēs, puta occupatio, vel infirmitas, aut voluntas. Vel si non impeditus non posset considerare, tunc non esset in habitu scientiæ, sed in eius contrario. s. in ignorantia. Secundo ibi.

Tertia: 32. Quarta. Potentia essentialis & accidentalis.

ARGI. *Simili modo sese habent hæc & in ipsis naturalib. rebus. Frigidum enim est potentia calidum. Cum autem est mutatum, iam est ignis, atque comburit, nisi quid prohibeat atque impediat.*

ANTI. *Similiter aūt hæc se habent & in physicis. Frigidum .n. potentia est calidum. Cum aūt fuerit mutatū, iā ignis est, ardet autem, nisi aliquid prohibeat & impediat.*

Manifestat idem in qualitatibus, & dicit, qd sicut dictum est de potentia ad sciēdū in aīa, ita est ēt in corporib. naturalib. Corpus .n. cū est actu frigidum, est potētia calidum, sicut ignorans est potētia sciens: sed cū fuerit pductū per transmutationem, vt habeat formam ignis, tunc iam est ignis in actu habens virtutem operādi, & operatur statim cōburēdo, nisi aliquid prohibeat in contrarium agendo, vel qualitercunque aliter impediat, puta subtrahendo combustibile, sicut dictum est, quòd postquam aliquis addiscendo factus est sciēs, statim considerat, nisi aliquid impediat. Tertio ibi.

ARGI. *Similiter res sese habet & circa graue & leue, ex graui namque fit ipsum leue, vt aer ex aqua; hoc .n. erat primus potentia, & iam est leue, atque continue operabitur, si nō aliquid obest, actus autem leuis est alicubi esse, atque in supero loco, prohibetur vero cum est in loco contrario. Et hoc similiter sese habet, & in quanto & quali.*

ANTI. *Similiter autem se habet & circa graue & leue; leue enim fit ex graui, vt ex aqua aer, hoc enim potentia primum & iam leue operabitur mox, nisi aliquid prohibeat, actus autem leuis est, alicubi esse & sursum, prohibetur autem cum in contrario loco sit, similiter & hoc se habet in quanto, & quali.*

Manifestat idem in motu grauium & leuium, & dicit, quod similiter leue fit ex graui, sicut ex frigido calidum, vt puta cum aer, qui est leuis, fit ex aqua, quæ est grauis. Hæc ergo. s. aqua, primo est in potentia leuis, & postmodum fit leuis in actu, & tunc statim habet operationem suam, nisi aliquid prohibeat. Sed iam leuis existens comparatur ad locum, sicut potentia ad actū, actus enim leuis in quantum huiusmodi, est esse in aliquo loco determinato. s. sursum, sed prohibetur ne sit sursum per hoc, quod est in cōtrario loco. s. deorsum, quia non potest esse simul in duobus locis, vnde illud quod detinet leue deorsum, prohibet ipsum esse sursum. Et sicut dictum est in motu locali, ita etiam dicendum est de motu secundum quantitatem, vel qualitatem.

Deinde cum dicit.

ARGI. *Quæritur igitur propter quid leuia grauiaque ad sua loca mouentur? Est autem causa, ipsa apta esse aliquo moueri: atque hoc est ipsius grauis leuisque esse infero loco, superoque distinctum.*

ANTI. *Et tamen quæritur hic, quare in ipsorum locum mouentur grauia et leuia. Causa autem est, quia apta nata sunt, & hoc est graui & leui esse, hoc quidem eo quod sursum, illud autem eo quod deorsum determinatum.*

Soluit quandam quæstionem secundum præmissa, Licet enim actus leuis sit esse sursum, tamen a quibusdam quæritur, quare grauia & leuia mouentur ad propria loca: Sed cā huius est, quia habent naturalem aptitudinem ad talia loca. Hoc enim est esse leue, hēre aptitudinem ad hoc, quod sit sursum, & hæc est etiā ratio grauis, habere aptitudinem ad hoc quod sit deorsum. Vnde nihil est aliud quærere, quare graue mouetur deorsum, quam quærere quare est graue. Et sic illud idem, quod facit ipsum graue, facit ipsum moueri deorsum.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Leue vero graueque potentia, pluribus est modis, vt diximus. Nam, cum est aqua leue potentia quodammodo est, & cum est aer, adhuc potentia est. Fieri enim potest, vt ob impedimentum non sit supero in loco, sed, si id quod impedit, fuerit sublatum, operatur semperque superius fit similiter & quale ipsum ab actu, tale mutatur. Continuo namque contemplatur & iste, qui scientiam habet, nisi quid obstet: Et ipsum etiam quantum extenditur, si nihil sit quod impediat. Qui vero id quod sustinet prohibetque, dimouit, partim mouet, partim non mouet: & vt qui columnam diuellit, aut ab vtre, qui est in aqua, lapidem prementem dimouit, per accidens enim mouet, quemadmodum & pila reflexa, non a pariete, sed ab eo, qui proiecit est mota. Nihil igitur horū vt patuit seipsum mouet, sed motus quidem habet principium, non mouendi tamen, atque agendi, sed patiendi.*

ANTI. *Potentia aūt est leue & graue multipliciter, sicut dictū est. Cumque cum sit aqua, potentia quodammodo est leue, & cum aer, est adhuc in potentia. Contingit .n. impedimentum non sursum esse, sed si auferatur impedimentū, agit & semper sursum fit, similiter autem, & quale ad actum esse immutat, mox .n. considerat sciens, nisi aliquid prohibeat. Sustinens autem & prohibens mouens est sicut mouet, est autem sicut non, vt est columnas diuellens, aut lapidem remouens a vase in aqua: secundum accidēs .n. mouet: sicut repercussa sphæra, non a pariete mota est, sed a proiciente. Quod quidem igitur nihil horum ipsum mouet seipsum, manifestum est, sed motus habent principium, non mouendi neque faciendi, sed patiendi.*

Ex præmissis ostēdit quid mouet grauia, & leuia, & dicit, quod cum id, quod est in potentia, moueatur ab eo, quod est in actu, sicut dictum est, cōsiderandum est, quod multipliciter dicitur aliquid esse in potētia leue vel graue. Vno enim modo, cum adhuc est aqua, est in potentia ad leue. Alio autem modo, cum iam ex aqua factus est aer, est tamē adhuc in potētia ad actum leuis, quòd est esse sursum, sicut habens habitum scientiæ & non considerans adhuc dicitur esse in potentia, contingit enim quod id, quod est leue, impediatur ne sit sursum, si ergo auferatur illud impedimentum, statim agit ad hoc quòd sit sursum ascendendo. Sicut etiam dictū est

in

in qualitate, quòd qñ est quale in actu, statim tendit in suam actionem, sicut ille, qui est sciens, statim considerat, nisi aliquid prohibeat. Et similiter in motu quantitatis, quia ex quo facta est additio quanti ad quantum, statim sequitur extensio in corpore augmentabili, nisi aliquid prohibeat. Sic ergo patet, qđ illud quod mouet .i. remouet hoc, quod est prohibens, & sustinens, id est detinens, quodammodo mouet, & quodammodo non mouet, puta si colūna sustineat aliquod graue, & sic impediat ipsum descendere, ille, qui diuellit columnē, quodammodo dr̃ mouere graue columnæ suppositum. Et similiter ille, qui remouet lapidem, qui impedit aquam effluere a vase, dr̃ quodammodo mouere aquam. Dr̃ enim mouere per accidens & non per se, sicut si sphæra, id est pila, repercutitur a pariete, per accidens quidem mota est a pariete, non autem per se, sed a primo proiiciente per se mota est. Paries enim non dedit ei aliquem impetum ad motum, sed proiiciens. Per accidens autem fuit, quòd dum a pariete impediretur, ne secundum impetum ferretur, eodem impetu manente in cōtrarium motum resiluit. Et similiter ille, qui diuellit columnam, non dat graui supposito impetum, vel inclinationem ad hoc quòd sit deorsum, hoc enim habuit a primo generante, quod dedit ei formam, quam sequitur talis inclinatio. Sic igitur generans est per se mouēs grauia & leuia, remouens aūt prohibens per accidens. Concludit igitur manifestum esse ex dictis, quòd nihil horum .s. grauium & leuium mouet seipsum, sed tamē motus eorum est naturalis, quia habent principiū motus in seipsis, nō quidem principium motiuum aut actiuum, sed principium passiuum, quod est potentia ad talem actum. Ex quo patet contra intentionem Philosophi esse, qđ in materia sit principium actiuum, quod quidam dicunt esse necessarium ad hoc qđ sit motus naturalis, sufficit. n. ad hoc passiuum principium, quod est potentia naturalis ad actum. Deinde cum dicit.

Grauia per se mouētur a generante, per accidēs autem a remouēte prohibens.

ARGI.

Quod si omnia quæ mouentur, aut natura, aut præter naturam, & violenti a motu cientur: & ea, quæ vi, prę terque naturam mouentur, ab aliquo cuncta, atq; ab alio mouentur vt patet, & ea rursus, quæ natura mouentur, ab aliquo motu cientur, siue a seipsis mouēātur, vt animalia, siue non a seipsis, vt leuia grauiaq; nam aut ab eo mouentur, quod generauit, ac leue fecit vel graue, aut ab eo quod ea, quæ prohibent obstantque dimouit, vniuersa vtique, quę motu cientur, ab aliquo profecto mouentur.

ANTI. T.c.33.

Si igitur omnia quæ mouētur a natura mouentur, aut extra naturam, & violentia, & quæ vi & extra naturā omnia a quodam, & ab alio, eorum autem quæ natura iterum quæcunque a seipsis mouentur, ab aliquo mouentur, & quæ non a seipsis, vt leuia, & grauia, aut enim a generante & faciente leue & graue, aut ab eo quod impedientia, & prohibentia soluit, omnia ergo, quæ mouentur ab aliquo mouebuntur.

Concludit conclusionem principaliter intentam in toto capitulo, & dicit, quòd si hoc verū est, ꝙ omnia quæ per se mouentur, aut mouentur secundum naturā, aut extra naturam, & per violentiā, & de illis, quæ mouentur per violētiam manifestum est quod omnia mouentur non solum a quodam mouente, sed etiam a mouente alio extrinseco, & iterum inter ea, quæ mouentur secundum naturam, quædam mouentur a seipsis, in quibus manifestum est quod mouentur ab aliquo, non quidem intrinseco, sed extrinseco, quædam etiā sunt quæ mouentur secundum naturam, non tamen a seipsis, sicut grauia & leuia, & hæc etiam ab aliquo mouentur, vt ostensum est, quia aut mouentur per se a generante, quod facit ea esse grauia & leuia, aut mouentur per accidens ab eo quod soluit .i. remouet ea, quæ impediūt, vel remouent naturalem motum. Sic ergo patet ꝙ omnia quæ mouentur, mouentur ab aliquo vel intrinseco motore, vel extrinseco, quod dicit ab alio moueri.

LECTIO IX.

Non esse processum in infinitum in mouentibus & mobilib. dicitur, omneque mouens moueri demonstratur impossibile, sed est deuenire ad motorem uel omnino immobilem, vel seipsum mouentem.

ARGI.

Id aūt quod mouet est duplex. Aūt .n. non per seipsum mouet, sed per aliud, quod quidē id motu ciet quod mouet, aut per se mouet. Et hoc aut primū post vltimū, aut per plura media mouet, vt baculus mouet lapidem, & mouetur a manu quæ quidem ab homine motu cietur. at is nō vlterius eo mouet quia ab alio ipse motu cietur.

ANTI.

Hoc autem dupliciter. Aut enim non propter seipsū est mouens, sed propter alterum, quod mouet mouens, aut propter ipsum. Et hoc aut mouens ex se primū post vltimum, aut per plura media, vt baculus mouet lapidem, & mouetur a manu mota ab homine: hic autem non amplius, eo quod ab alio moueatur.

Postquam Philosophus ostendit ꝙ omne qđ mouetur, ab alio mouetur, hic incipit ostendere, ꝙ necesse est deuenire ad aliquod primum mouens immobile. Et diuiditur in partes duas. In prima ostēdit, ꝙ necesse est deuenire ad aliquod primū, quod vel sit immobile, vel moueat seipsum, in secūda ostendit, ꝙ ēt si deueniatur ad aliquod primum, quod moueat seipsum, necesse est tamen vlterius deuenire ad aliquod primum mouens immobile. ibi. Necesse igitur oē quod mouetur. Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ non est possibile, ꝙ in infinitum aliquid ab alio moueatur, in secūda qđ non est necessarium, qđ omne mouens moueatur. ibi. Ad dicta autem. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum ascendēdo in ordine mobilium & mouentiū. Secundo descendendo. ibi. Amplius aūt & sic ipsam. Circa primum duo facit. Primo præmittit quædā necessaria ad propositam ostensionem. Secundo inducit rationem ad propositum ostendendum. ibi. Si ergo necesse, præmittit aūt duo, quorum primum est diuisio mouentis. Cum .n. dictum sit, qđ oē motum ab aliquo mouetur, contingit aliquid esse mouens dupliciter, vno modo, quando nō mouet propter seipsum propria virtute, sed quia est motum ab aliquo alio mouēre, & hoc est secundum mouens, alio modo aliquid mouet ꝑ se ipsum .i. propria virtute, non quia est motum ab alio. Contingit autem qđ tale mouens moueat dupliciter, vno mō, ita qđ primum mouens moueat proximum, post vltimū .i. id qđ est sibi proximū post ꝑm mouens, & hoc contingit, qñ primum mouens mouet mobile ꝑ vnum tantum medium, alio vero modo mouēs mouet mobile per plura media, vt patet, cum baculus mouet lapidem, & mouetur a manu, quę mouetur ab homine, qui non mouet eo qđ ab aliquo alio moueatur, sic ergo homo est primum mouens propter seipsum, & mouet lapidem per plura media, si autem moueret lapidē manu, moueret per vnum medium tātum. Secūdo ibi.

Secunda, T.c.36.

Tex.34.

T.c.35.

ARGY.

Vtrunque igitur mouere dicimus, et vltimū mouentiū & etiam primū, sed magis primū, hoc enim vltimū mouet, sed vltimū primū non mouet. Et sine primo quidem vltimū non mouebit, sine vero hoc, primū mouere potest, baculus enim, si homo non moueat, non mouebit.

ANTI.

Vtraque igitur mouere dicimus, & primum & vltimum mouentium, sed magis primum. Illud .n. mouet vltimum, sed non hoc primum, & sine primo quidem vltimū non mouebit, illud autem sine hoc, vt baculus non mouebit, nisi moueatur ab homine.

Ponit comparationem primi mouentis, & secundi. Cum enim tam primum mouens quam vltimū mouera dicamus, dicimus quod magis mouet primum mouens,

uens, quam vltimum. Et hoc patet per duas rationes, quarum prima est, ꝙ primum mouens mouet secundū mouens, sed non è conuerso. Secunda ratio est, quia secundum mouens nō potest mouere sine primo, sed primum mouens potest mouere sine secundo, sicut baculus non potest mouere lapidem, nisi moueatur ab homine, sed homo potest mouere etiam sine baculo.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Si igitur omne quod mouetur ab aliquo moueri necesse est, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut ab eo quod non mouetur ab alio, & si ab eo mouetur quod ab alio motu cietur, mouēs aliquod esse primū, quod non ab alio moueatur necesse est. Sin vero tale est primū, non necesse est alterū esse, fieri n. non potest vt in infinitum proficiscatur id quod mouet atque mouetur ab alio, quippe cum infinitorum nihil sit primum. Si igitur, vti diximus, omne quidē quod mouetur, ab aliquo motu cietur, id vero quòd primū mouet mouetur quidem, at non ab alio: ipsum profectò primum a seipso moueatur necesse est.*

ANTI. T.c.34. *Si ergo necesse est oē quod mouetur ab aliquo moueri, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut non, & si ab alio quidem quod mouetur, necesse aliquid esse mouēs primū, quod non ab alio. Si aūt hmōi est primū, non necesse est esse alterum: Impossibile.n. est in infinitum abire mouens, et ipsum quod mouetur ab alio, infinitorum enim non est aliquid primum. Si ergo omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidem, non autem ab alio, necesse est ipsum a seipso moueri.*

Ostendit propositum secundum præmissa. Ostensum est enim ꝙ omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, id aūt, a quo mouetur, aut mouetur, aut non mouetur, & si mouetur, aut ab alio mouetur, aut nō. Hæc autem duo. s. quod mouetur ab alio, & quod mouetur nō ab alio, sic se habēt, ꝙ posito vno, ponitur aliud, & nō econuerso, quia, si sit aliquid, quod mouetur ab alio, necesse est deuenire ad aliquod primum, quod non mouetur ab alio. Sed si ponatur aliquod primum huiusmodi. s. quod non moueatur ab alio, non est necessariū vlterius ponere alterum. s. quod mouetur ab alio, & hoc quidem per se manifestum est. Sed primum poterat esse dubium. s. ꝙ si inuenitur aliquid, quod mouetur ab alio, ꝙ inueniatur aliquod primum quod non mouetur ab alio, & ideo consequenter hoc probat sic, quia, si aliquid mouetur ab alio, & iterum illud ab alio, & nūquā est deuenire ad aliquid, quod moueatur ab alio, sequitur ꝙ sit procedere in infinitum in mouentibus & motis. **T.c.4.** Et hoc quidem esse impossibile supra probatum est in Septimo. Sed hic probat certiori via, quia in infinitis non est aliquid primum, si ergo mouentia, & mota procedant in infinitum, non erit aliquid primum mouens. Iam autem dictum est, quòd si primum mouens non mouet, nec vltimum mouet, non erit ergo aliquod mouens, quod est manifestè falsum. Non est ergo procedere in infinitū in hoc, ꝙ aliquid moueatur ab alio. Si ergo non detur ꝙ oē quod mouetur, ab aliquo moueatur, vt ostensum est, & iterū supponat ꝙ primū mouens mouet, cum probatum sit, quod non moueatur ab alio, necesse est ꝙ moueatur a seipso. Est aūt in hac rōne attendendum, ꝙ primum mouens moueri non est hic probatum, supponit autem hoc scđm cōem opinionem Platonicorum. Quantum autem ad virtutē rōnis non magis concluditur, ꝙ primum mouens moueat se ipsum, quam ꝙ sit immobile, vnde in sequentibus hāc eandem conclusionem sub disiunctione inducit, vt infra patebit.

Deinde cum dicit.

ARGY. *Præterea hac etiam rationem hanc eandem transigere licet. Omne namque quod mouet & aliquid, & aliquo sane mouet: aut enim seipso, aut alio mouet, vt homo aut seipso, aut baculo mouet & aut ipse ventus deiicit, aut lapis, quem pepulit ventus. Fieri vero non potest, vt id, quo motus affertur, moueat absque eo quod mouet seipso. Sed, si id quidem sit quod motum affert seipso, non necesse est aliud esse quo motus affertur, sin vero sit aliud quo motus affertur, est aliquid profectò quod quidem non aliquo, sed seipso mouebit, vel in infinitum abibitur. Si igitur mouet quippiam atque mouetur, stetur & non in infinitum pergatur necesse est: nam si baculus moueat, quia mouetur a manu, manus ipsa profectò baculo motum affert, quòd, si manu etiam quippiam aliud moueat, & illud identidem manu mouet. Cum igitur id quod motum affert aliud aliquo mouet, tum id sit prius, quod seipso mouet necesse est, quod si hoc motu quidem cietur, ab alio autem non mouetur, necesse est ipsum profectò seipsum motu ciere. Quare hac etiam ratione, aut ab eo statim quod seipsum mouet id, quod mouetur, motu cietur, aut ad hoc ipsum tandem acceditur.*

Amplius autem & sic ipsam hanc eandem rōnem est aggredi. Omne. n. mouens aliquid quidem mouet, & aliquo, aut. n. seipso mouet ipsum mouens, aut alio, vt homo seipso, aut baculo, aut ventus proiecit ipse, aut lapis, quem mouit. Impossibile aūt est mouere sine non ipso mouente, & agente id quo mouet. Sed & si ipsum seipso mouet nō necesse est aliud esse, quo mouet, si vero sit alterum id, quo mouet, est aliquid quod mouebit non quodam alio, sed seipso, aut in infinitum abibit. Si ergo quod mouetur aliquid mouet, necesse est stare, & non in infinitum ire, si enim baculus mouet eo quòd mouetur a manu, & manus mouet baculum, si autem & hanc aliud mouet, & hunc alterum aliquod mouens est. Cum itaque aliquo moueat semper alterum, necesse est prius ipsum mouens esse. Si igitur mouetur quidem hoc, non aliud autem mouens ipsum necesse ipsum seipsum mouere; quare & secundum hanc rōnem, quod mouetur, aut mox ab ipso mouēte mouebitur, aut venit aliquando in huiusmodi. **ANTI.**

Probat idem descēdēdo. Et est eadē rō cū pmissa, quātum ad virtutem inferendi, differens aūt scđm ordinē processus. Iterat aūt eā ad maiorem manifestationē. Dicit ergo, ꝙ pdictā rōnem contingit alio modo prosequi & pmittit propositiones hñtes eādem rōnem veritatis cū supra præmissis, sed alio ordine. Supra. n. præmisit, ꝙ omne quod mouetur, ab alio mouetur, & ꝙ illud, a quo mouetur, mouet vel pp seipsum, vel propter aliud prius mouens, quod erat procedere ascendendo, hic autem econuerso descendendo procedit, dicēs, ꝙ oē mouēs mouet aliquid, & mouet aliquo, vel seipso, vel alio inferiori mouente, sicut homo mouet lapidem, vel ipse per seipsum, vel per baculum, & ventus proiecit ad terram aliqua, aut suo impulsu, aut per lapidē quē mouit. Iterum supra præmiserat, ꝙ vltimum mouens non mouet se sine primo, sed econuerso loco eius hic dicit, qđ id quo aliquid mouet sicut instrumēto, impossibile est ꝙ aliquid moueatur sine principali mouente, qđ mouebat ipsum, sicut baculus sine manu, sed si aliquid mouet per seipsum, sicut principale mouens, non est necesse esse aliud instrumentum quo moueat, & hoc magis manifestum est in instrumentis, quam in mobilibus ordinatis, licet habeat eandem veritatem, quia non quilibet consideraret scđm mouens esse instrumentū primi. Sicut ēt supra dixerat deducendo, ꝙ si sit aliquid, qđ mouetur ab alio, necesse est esse aliquid, qđ nō mouetur, sed nō econuerso, ita hic dicit descendendo, ꝙ si inueniatur, ꝙ illud, quo mouens mouet, sit alterū, sicut instrumentum, necesse est esse aliquid, quod mouebit, nō aliquo instrumēto, sed per seipsum, aut procedetur in infinitum in instrumentis, quod est idem ac si procederet in infinitū in mouētib. qđ est impossibile, vt supra ostensum est. Si est ergo aliquid mouens id quod mouetur, necesse est stare, & non in infinitū ire, quia si

baculus mouet eo ꝙ mouetur a manu, sequitur ꝙ manus moueat baculum, si autem & manum aliquid aliud mouet, etiam sequitur econuerso, ꝙ aliquod mouens mouet manum, & ita oportet ꝙ sicut proceditur in instrumentis motis, ita procedatur in mouentib. quæ mouent instrumenta, non est autem procedere in infinitũ in mouentibus, vt supra ostensum est, ergo neque in instrumentis. Cum ergo semper alterum, quod mouetur, moueatur alio mouente, & non sit procedere in infinitum, necesse est esse aliquod primum mouens, qđ moueat per seipsum, & non per aliquod instrumentum. Si ergo detur ꝙ hoc primũ, ꝙ mouet per seipsum, moueatur quidem, sed non est aliquid aliud mouẽs ipsum, qa sic & ipsum esset instrumentum, sequitur ex necessitate, ꝙ ipsum seipsum moueat, supposito, ſm Platonicos, ꝙ oẽ mouens moueatur. Vnde & ſm istam rõnẽ, illud, quod mouet, aut statim mouebitur a mouente, qđ mouet seipsum, aut aliquando erit deuenire in aliquod tale mouens, quod seipsum moueat. Deinde cum dicit.

ARGI. *Insuper si sic etiam considerantibus eadem accident vniuersa. Nam si omne quod mouetur, ab eo mouetur, qđ motu cietur, aut hoc ipsis rebus per accidens competit, vt quippiam moueat quidem motum & ipsum suscipiens, nõ tamen quia mouetur aut non, per accidẽs, sed per se inest.*

ANTI. *Ad dicta autem, & sic intendentibus contingent eadẽ hæc. Si enim ab eo quod mouetur, mouetur oẽ quod mouetur, aut hoc rebus existit secundum accidẽs, vt moueat quidem quod mouetur, non tamen propter id quod mouetur ipsum, aut non, sed per se.*

Ostendit ꝙ non omne mouens mouetur, vt in prioribus rationibus supponebatur, & circa hoc duo facit. Primo probat, ꝙ non omne mouens mouetur, secundo tam ex hoc quam ex superioribus rationibus concludit T.c 39. principale propositum. ibi. Non ergo necesse sp moueri. Dicit ergo primo, ꝙ præter supra dicta possunt etiã addi hæc ad nostrũm propositum ostendendum. Et circa hoc tria facit. Primo præmittit quandam diuisionẽ, secundo destruit vnam partem. ibi. Primum quidẽ igitur, tertio destruit aliam partem. ibi. At vero si non secundum accidens. Dicit ergo primo, ꝙ, si omne quod mouetur, mouetur ab eo quod mouetur, quod est omne mouens moueri, hoc põt esse dupliciter, vno modo, Infra. T com. 38. ꝙ hoc inueniatur per accidens in rebus, vt mouens moueatur, ita s. ꝙ mouens non moueatur pp id quod mouetur, vt si dicamus ædificatorem esse musicum, nõ quia musicus est, sed per accidens, aut non est per accidens, quòd mouens moueatur, sed per se. Secundo ibi.

ARGI. *Si igitur per accidens cõpetit, non necesse est moueri qđ motu cietur. Quod si id sit, patet posse aliquando nihil eorum quæ sunt, moueri. Non. n. est necessarium id quod accidit, sed põt non esse, si igitur id esse posuerimus quod esse põt, nullum accidet impossibile, sed forsitan falsum, at non esse motum est impossibile. Id enim iam demonstratũ est, motum, inquam, necessario semper esse.*

ANTI. *Primum igitur, si secundum accidens, non necesse est moueri quod mouetur. Si autem hoc est, manifestum est, quod contingit aliquando moueri nihil eorum quæ sunt. Non enim necessarium est accidens, sed contingit non esse. Si ergo ponamus possibile esse, nullum impossibile accidit, falsum autem fortassis: motum autem impossibile est non esse. Ostensum enim prius est hoc, quoniam necesse est motum semper esse.*

Destruit primum membrum tripliciter. Primo quidem tali ratione. Nihil quod est per accidens est necessarium, quod enim inest alicui per accidens non ex necessitate inest ei, sed contingit non inesse, sicut musicũ ædificatori. Si ergo mouentia per accidens mouentur, sequitur ꝙ contingat ea nõ moueri, sed cum tu ponas ꝙ omne mouens mouetur, consequens est, ꝙ, si nõ mouentur mouentia, quòd non moueant. Sequitur ergo, quod aliquando nihil moueatur, hoc autem est impossibile, quia ostensum est supra, quod necesse est motũ semper esse. Istud autem impossibile non sequitur ex hoc, ꝙ supposuimus, mouentia nõ moueri, quia si hoc est per accidens, ꝙ mouens moueatur, mouentia non moueri erit possibile, possibili autem posito nullum sequitur impossibile, relinquitur ergo, ꝙ aliud, ex quo sequitur, sit impossibile, scilicet quòd omne mouens moueatur. Secundo ibi.

Atque idipsum cum rõne etiam accidit. Tria namque necesse est esse, id quod mouetur, id quod mouet, & id in super quo mouens mouetur. Id igitur, quod mouetur, moueri quidem necesse est, non necesse est aũt motu ciere, id aũt quo motus affertur, & mouere necesse est, & moueri. Cum n. sit simul cum eo quod motu cietur, vna cum ipso mutatur, quod intuerilicet in hisce, quæ loco mouentur, nam aliquo in tempore tangant ea quæ mouentur necesse est. At id, quod ita mouet, vt eius non subeat rõnẽ, quo motus affertur, immobile nimirũ est. Cũ igitur sit, & vltimum ipsum (vt cernimus) quod motu quidem cieri põt, principium autem motus nõ habet, & id item quod mouetur quidem, sed ab alio non a seipso cietur, rationi consentaneum est, necessarium ne dicam, & ipsum tertiũ esse, quod mouet quidem, immobile autem est. ARGI.

Et rationabiliter hoc accidit. Tria. n. est necesse eẽ, quod mouetur & mouẽs, et quo mouet. Quod igitur mouetur, necesse quidem moueri, mouere autem non necesse est, sed quod mouet, & mouere, & moueri; communicat enim simul hoc, & secundum idem existens ei quod mouetur; manifestum autem est in mouentibus secundum locum; tangere enim necesse adinuicem sicut vsque ad aliquid. Mouens autem sic, vt sit non quo mouet, immobile. Quoniam autem videmus vltimum, quod moueri quidem potest, motus autem principium non habet, & mouetur quidem, ab alio autem, sed non a seipso, rationabile est (vt nõ necessarium dicamus) & tertium esse quod mouet quidẽ cum sit immobile. ANTI. T.c.37.

Probat idem alia probabili ratione, quæ talis est. In motu tria inueniũtur, quorum vnum est mobile, quod mouetur, aliud autem est mouens, tertium est instrumẽtum, quo mouens mouet. In istis autem tribus manifestũ est, ꝙ id, quod mouetur, necesse est moueri, sed nõ est necesse, quòd moueat, instrumẽtum autem, quo mouens mouet, necesse est & mouere, & moueri. Mouetur aũt a principali mouente, & mouet vltimum motum, vnde & omne quod mouet, & mouetur, hẽt rõnem instrumenti. Ideo autem instrumentum, quo mouẽs mouet, & mouetur & mouet, qa cõicat cũ vtroq; existens in quadam identitate ad id qđ mouet, & hoc maxime manifestũ est in motu locali. Necesse est. n. quod mouẽtia a primo mouente vsq; ad vltimũ motũ, oĩa se tãgãt adinuicẽ. Et sic patet, quòd instrm medium est idem per contactũ cũ mobili, & sic simul mouetur cum ipso in quantum cõicat ipsi, sed etiã communicat mouenti, qa est mouens, hoc modo tñ, vt instrumentũ, quo mouet, nõ sit immobile. Sic igitur ex præmissis apparet, qđ vltimum motum mouetur quidem, sed nõ habet in se principium mouẽdi, neq; seipsum, neq; aliud; & mouetur quidem ab alio, sed nõ a seipso. Vnde videtur esse rationabile. i. probabile, nec ad præsens curamus dicere qđ sit necessarium esse aliquid tertium, qđ moueat, cum sit immobile. Probabile. n. est, quòd si aliqua duo coniũguntur per accidens, & vnum inuenitur sine alio quod et aliud inueniatur sine illo. Sed quòd possit inueniri sine illo, hoc est necessarium, quia quæ per accidens coniunguntur, contingit non coniungi, sicut si album

bum & dulce per accidens coniungant in zuccaro, & album inuenitur sine dulci, vt in niue, probabile est quod & dulce inueniatur in aliqua re sine albo, vt in cassia. Si igitur mouens moueri est per accidẽs, & inuenitur moueri absq. mouere in aliquo, sicut in vltimo moto, probabile est, quod inueniatur mouere absque moueri, vt sit aliquod mouens, quod non mouetur. Ex quo patet, quod ista ratio non habet instantiam in substátia, & accidente, & materia, & forma, & similibus, quorum vnũ inuenitur sine alio, sed non econuerso, accidens enim per se inest substantiæ, materiæ, per se conuenit, vt habeat esse per formam. Tertio ibi.

ARGV. *Quapropter & Anaxagoras recte dicit mentem, inquiens, passione vacare, & nõ mistã esse. qppe cũ motus, ipsũ principium faciat, hoc. n. pacto solum mouebit, nullũ suscipiens motum, & vincet, mistione penitus vacans.*

ANTI. *Vnde Anaxagoras dicit recte, intellectum impassibilẽ inquiens, & immistum esse, quoniam motus principium ipsum facit esse, sic enim vtique solum mouebit, cũ sit immobilis, & imperabit, cum sit immistus.*

Probat idem testimonio Anaxa. Quia. o. cõtingit inueniri aliquod mouens, qđ non mouetur, ideo Anaxa. recte dixit, ponẽs intellectũ impassibilem & immistũ. Et hoc ideo, quia ipse ponebat intellectũ primũ principium motus, sic autem solummodo poterit mouere, & imperare, absq; hoc, quod moueatur, & sit immist⁹. Quod enim cõmiscetur alteri, mouetur quodammodo ad motum ipsius. Deinde cum dicit.

ARGV. *At vero si non per accidens, sed necessario moueretur id quod motum alijs affert, atque adeo vt non moueat, si non moueatur, necesse est ipsum, vt motum subijt, aut eadem specie motus, aut alia moueatur.*

ANTI. T. c. 38. *At vero, si non secundum accidens, sed ex necessitate mouetur mouens, nisi autem moueatur, non vtique mouet, necesse est mouens, si mouetur, aut moueri, sic vt secũdum eandem speciem motus, aut secundum alteram.*

Prosequitur aliam partem diuisionis. s. quod omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, quod mouetur per se, non secundum accidens. Et improbat hoc duab. rationibus, quarum prima talis est. Si hoc non est secundum accidens, sed ex necessitate, vt mouens moueatur, & nũquam possit mouere nisi moueatur, oportet hoc contingere duobus modis, quorum vnus est, vt mouẽs moueatur secundum eandem speciem motus, qua mouet, alius est, vt mouens moueat secundum vnam speciem motus, secundum alteram moueatur. Exponit autem consequenter primum modum cum dicit.

ARGV. *Ceu, aut si calefaciat calefiat, & si sanet sanetur, & si ferat feratur, aut si sanet feratur, & si ferat, accrescat.*

ANTI. *Dico autem quale est aut calefaciens, & ipsum calefieri, & sanans sanari, & ferens ferri, aut sanans ferri, ferens autem augeri.*

Sic enim dicimus mouens moueri secundum eandẽ speciem motus, puta si calefaciens calefiat, & sanans sanetur, & ferens secundum locum feratur. Et secundum modum exponit cum dicit. Vel sanãs feratur, vel ferẽs augeatur, hoc enim est vt secũdum aliam speciem motus moueat, & moueatur. Deinde ostendit impossibilitatem primi modi cum dicit.

ARGV. *At primũ, vt patet, fieri nequit. Nam dicere hoc oportet vsq; ad indiuidua descendendo, ceu siquid Geometriã doceat, id eandẽ Geometriam doceri, & si proijciat eodẽ proiectionis proijci modo. Nec et sicut motus alio genere moueatur, ceu vt id quidem, quod fert, incrementa suscipiat, id aũt, quod hoc aget, ab alio alteretur, & id, quod illud alterat, alio motu quodam itidem moueatur. Nã sistatur necesse est, motus enim finiti sunt. Qui vero redire dicit, idque quod alterat ferri, perinde facit, atque si statim id ferri dicat quod fert, & id doceri, quod docet. Patet. n. & quod motu cietur, & a superiore moueri mouente, atque magis ab eo quod cætera antecedit, at id fieri nequit, Accidit. n. vt id discat quod docet, quorũ alterum habere scientiam, alterum non habere necesse est.*

ANTI. *Sed manifestũ quoniam impossibile est. Oportet. n. vsq; ad indiuidua diuidẽtẽ dicere, vt si aliquis docet Geometrizare hoc doceri Geometrizare idem, aut si proijcit, proijci, secundum eundem modũ, proiectionis. Aut sic quidẽ non, sed aliud ex alio genere, vt quod fert augeri, hoc aũt augens alterari ab alio, hoc autẽ alterans secũdũ quendã moueri motum, sed necesse est stare. Finiti. n. sunt motus. Iterũ autem reflectere & alterans dicere ferri idem facere est, & si mox dicat ferens ferri, & docens doceri. Manifestum enim est quod mouetur, & a superius mouẽte, quod mouetur omne, & magis a priori mouentium. At vero hoc impossibile est; docens enim accidit addiscere, quorum hoc quidem habere, illud autem non habere sciẽtiam necessarium est.*

Prima ratio: Manifestum est. n. impossibile esse quod mouens secundum eãdem motus speciem moueatur. Non. n. sufficiet stare in aliqua specie subalternata, sed oportebit peruenire per diuisionem vsq; ad indiuidua. i. vsq. ad spẽs specialissimas. Puta, si aliquis doceat, non solũ doceatur, sed idem doceat, & doceatur, puta, si docet Geometriam, quod hoc idem doceatur, aut si mouet specie motus localis, quæ est proiectio, ꝙ fm eũdẽ motũ proiectionis moueatur & hoc est manifeste falsum. Deinde destruit secundum modum, vt. s. non moueatur mouens secundum eandem speciem motus, sed qđ mouet vno genere motus, moueatur alio genere, puta qđ mouet fm locum, moueatur per augmentum, quod mouet per augmentum, moueatur ab aliquo alio per alterationem, & illud alterans moueatur secũdum aliquem aliũ motum. T. c. 9. Primo post modum secundo &c. 12. Met. Manifestum est aũt, ꝙ motus nõ sunt infiniti, neq; fm genus, neq. fm speciẽ. Est. n. habitũ in Quinto, ꝙ motus differũt genere & specie secundum dñas rerum, in quibus sunt motus, gñа aũt rerum & species nõ sunt infinitæ, vt alibi probauit, & sic neque gña aut species motus. Si ergo mouens non necesse est moueri alio gñe, aut alia specie motus, non erit procedere in infinitum, sed erit aliquod primũ mouẽs immobile. Sed quia posset aliquis dicere, quod qñ deficiẽt omnes species motus, iterum redibitur ad primam, vt. s. si primũ motum acceptum mouebatur localiter distributis oĩb. generib. & specieb. motuum per diuersos motores motor qui residuus erat, mouebitur motu locali, ad hoc excludendum, consequenter dicit, quod tñ valet sic reflectere, vt dicatur quod alterans feratur. Quod dicit, quia motum localẽ supra prius nominauerat, & alterationẽ vltimo. Sic (inquam) reflectere idem est, ac si statim a principio dicatur, quod mouens secundum locũ moueatur, & non solum in gñe, sed in spẽ, quod docens docet. Et ꝙ tãtũdem valeat probat cõsequẽter. Omne. n. qđ mouetur, magis mouetur a superiori mouente quam ab inferiori, & per cõsequens multo magis a primo mouente, si ergo id ꝙ ponebatur moueri localiter, mouetur a propinquo qdẽ mouente qđ augetur, vlterius aũt ab eo qđ alteratur, vltra aũt ab eo ꝙ mouetur secundum locum, hoc qđ mouetur secũdum locum magis mouebitur a primo quod mouetur secundum locum, quã à secũdo quod alteratur, aut a tertio quod augetur: ergo erit verũ dicere, qđ mouens secũdum locum, mouetur secundũ locum, & similiter secundum vnamquãq; speciem motus, hoc autem non solum est falsum, quia vĩ instãtiã habere in multis, sed ẽt est impossibile. Sequeretur enim quod docens addiscat dum docet, quod est impossibile, includit. n. hoc cõtradictionem, quia de rõne docentis est, ꝙ habeat scientiam, de rõne aũt addiscentis, qđ non habeat. Sic ergo patet, quod non est necessarium

cessariũ mouens moueri. Secundam rõnem ponit ibi.

ARGL. *Hoc præterca magis quã dicta rationis fines egreditur oẽ, inquam, motiuũ mobile esse, quod accidit, si omne quod mouetur, ab eo mouetur, quod motu cietur. Erit.n. mobile perinde, atq; si quispiam dicat omne sanatiuum ac sanans sanabile, & ædificatiuum ædificabile esse, aut statim, aut per plura, ceu si moueri quidem ab alio motiuum oẽ, sed non eo motu quo mouet propinquum sibi, sed diuerso moueri dicat, vt sanatiuum dicere non sanari, at id ascẽdens perueniet tandem ad eandem speciẽ motus, vt antea diximus, horum igitur alterum est impossibile, alterũ figmentum: absurdum est.n. alteratiuum, accrescẽs necessario esse. Non ergo necesse est id quod mouetur ab eo semper moueri, quod ab alio motu cietur: erit igitur exitus huiusce tandem processionis. Quare quod primo mouetur, aut a quiescente mouebitur, aut ipsum seipsum motu ciebit. At vero si cõsiderare etiam oporteat, vtrum sit causa motus, atque principium, vtrum, id quod motu seipsum ciet an id quod ab alio agitatur, illud omnes vtique ponent. Quod .n. per se causa est, id semper prior est eo, quod per aliud rationem causæ subit. Quæ cum ita sint, considerandũ est alio principio sumpto, si quid seipsum moueat, quonam modo se motu ciet.*

ANTI. *Amplius autem his magis irrationabile est, quod accidit omne motiuũ esse mobile, siquidem ab eo quod mouetur, mouetur omne quod mouetur: erit.n. mobile, sicut si aliquis dicat, quoniam sanatiuum & sanans sanabile erit & ædificatiuum ædificabile, aut mox, aut per plura, dico autem sic si mobile quidem ab alio est omne motiuum, sed non secundum eundem motum mobile quo mouet proximum, sed secundum alterum, vt sanatiuum & disciplinatiuum, sed hoc ascendens perueniet aliquando ad eandem speciem, sicut diximus prius. Hoc quidem igitur horũ impossibile, alind autem figmentum est: inconueniens enim est alteratiuum ex necessitate esse augmentabile.* T.c.39. *Non ergo necesse est semper moueri quod mouetur ab alio & ab hoc quod mouetur, stabitur ergo, quare aut a quiescẽte mouebitur quod mouetur primum aut ipsum seipsum mouebit. At vero si oportet cõsiderare, vtrum causa motus sit, & principium ipsum seipsum mouens, aut quod ab alio, illud omnis vtique ponet. Ipsum.n. quidem, quod per se est causa, prior est eo, quod secundum alterũ, & ipso existente. Quare hoc considerandum est accipientibus aliud principium,* T.c.40. *si aliquid mouet ipsum seipsum quomodo mouet, & secundum quem motum.*

Secũda rõ. Quæ nõ differt a pcedenti, nisi in hoc, qđ prima ducebat ad q̃dã inconueniẽtia particularia, puta ꝙ proijciens proijceretur, aut docens addisceret, hæc aũt ducit ad inconueniens in cõi. Vñ dicit, ꝙ licet inconueniens sit, ꝙ docẽs addiscat, tñ adhuc magis est irrationabile, quia accidit, ꝙ oẽ motiuũ sit mobile, si nihil mouetur, nisi ab eo qđ mouet. Sic.n. sequeẽ, ꝙ oẽ mouens sit mobile, puta si dicaẽ qđ oẽ, ꝙ hẽt virtutẽ sanandi, aut qđ sanet in actu, est sanabile, & ꝙ hẽt virtutem ædificãdi, est ædificabile, ꝙ est magis irrationabile, q̃ ꝙ docens addiscat, qa docẽs potuit prius addiscere, sed ædificans nunq̃ fuit ædificatus. Hoc aũt dupliciter seqtur, si.n. detur ꝙ oẽ mouẽs mouetur scđm eandẽ spẽm motus, sequiẽ ꝙ mox, i. immediate ædificans ędificetur, & sanãs sanetur. Si aũt detur ꝙ non per eandẽ spẽm motus mouens mouetur, sequiẽ qđ per plura media tandẽ in hoc veniatur. Et hoc exponit, qa si oẽ qđ mouet moueẽ ab alio, sed tñ non mouetur secundum eundẽ motũ statim quo mouet, sed secundum alterum motum, puta, si aliquid sit sanatiuum, non statim ipsum sanetur, sed moueatur motu disciplinæ, addiscendo, tñ cum non sint infinitæ species motus, sic ascendendo de mobili ad mouens, peruenitur quãdoque ad eandẽ speciem motus sicut supra expositum est, horum ergo duorum vnum apparet manifeste impossibile, puta, quod ædificans mox ędificetur, aliud autẽ vr esse fictitium. s. quod multa media in hoc veniant. Inconueniens.n. est, qđ id, quod natum est alterare, ex necessitate sit natum augmentari. Si ergò consideratis præmissis rationibus, quarum primę concludebant, quod nõ in infinitum hoc procedit, qđ oẽ, quod mouetur, moueatur ab alio & secundæ cõcludebant, quod non omne mouens moueatur, possumus ex omnibus prædictis rationibus cõcludere, quod non est necesse in infinitum procedere, quod mouetur ab alio moueri, ita quod semper mouetur a mouẽte qđ mouetur, ergo necesse est quod stetur in aliquo primo, hoc autem primũ, oportet quod vel sit immobile, vel sit mouẽs seipsum. Sed, si cõsideretur quæ sit prima cã motus in genere mobilium, vtrum illud, quod mouet se ipsum, aut mobile, quod mouetur ab alio, probabile est apud oẽs, quod primũ mouens sit mouens seipsum. Semper enim causa, quæ est per se, est prior ea, quæ est per alterum. Et propter hãc rationem Platonici posuerunt ante ea, quæ mouentur ex alio, esse aliquid quod mouet seipsum, & ideo considerandum est de eo, quod mouet seipsum, facientes ex hoc aliud principiũ nostrę considerationis, scilicet vt consideremus si aliquid mouet seipsum, quomodo hoc est possibile.

LECTIO X.

Quodcunq. seipsum mouens diuidi in duas partes, quarum altera mouens respectu alterius est, nec alio modo mouens seipsum reperiri, monstratur.

Omne itaque quod mouetur, in semper diuisibilia diuisibile esse necesse est, Demonstratum est.n. prius, in hisce, quæ de natura vniuersaliter dicebamus, omne, quod per se mouetur cõtinuum esse. Fieri igitur nequit, vt id quod motu seipsum ciet, se totum penitus moueat. ARGY.

NEcesse igitur omne quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia. Hoc.n. ostensum est prius in vniuersalibus de natura, quod omne quod per se mouetur, cõtinuũ est. Impossibile est igitur, ipsum mouens seipsum penitus mouere ipsum seipsum. ANTI. Infra c. 46. & 6. Physic. 22. & 5. Phy. 61.

Postquam Philosophus ostendit quod in mobilibus & in mouentibus nõ proceditur in infinitũ, sed est deuenire ad aliquod primum, quod vel est immobile, vel est seipsum mouens, hic oñdit, quod ẽt si perueniatur ad primum, qđ est seipsum mouẽs, quod nihilominus oportet deuenire ad primũ, quod est immobile, & diuiditur in partes tres. In prima ostendit quod mouẽs seipsum diuiditur in duas partes, quarum vna mouet, & alia mouetur, in secunda ostendit, qũo hmõi partes se habeant adinuicem. ibi. Quoniã autem mouet. In tertia cõcludit ex præmissis, quod necesse est deuenire ad aliquod primũ immobile. ibi. Manifestũ igitur ex his. Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod in eo, quod mouet seipsum, vna pars mouet, & alia mouetur, ex hoc, quod totum non potest se totum mouere, In secundo excludit alios modos, quibus aliquis opinari posset, quod esset aliquid mouens seipsum. ibi. Quod autẽ non contingat. Circa primum tria facit. Primo proponit quod mouens seipsum non totum mouet se totum, secundo probat propositum. ibi. (Totum enim fertur.) Tertio concludit principale intentum. ibi. Hoc quidẽ igitur mouet. Quia vero totum & pars locum non habent nisi in rebus diuisibilibus, ideo ex probatis in Sexto concludit primo, quod necesse est omne, quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia, hoc enim est de ratione continui, omne autem quod mouetur est cõtinuum, si per se mouetur. Per accidẽs enim moueri aliquod indiuisibile non est impossibile, vt punctum aut albedinẽ, & hoc ostensum est prius in Sexto huius. Omnia enim, quæ ante hunc Octauum dixit, vocat vniuersalia naturæ, quia in hoc Octauo ea, quæ supra de

T.c.41. Tertia 42. T.c. 41. Infra in fine. Quarta 42. T.c.32. T.c.39.

motu

motu in communi dixerat, incipit applicare ad res. Sic ergo, cum id, quod mouetur, sit diuisibile, potest in omni quod mouetur inueniri totum & pars, si ergo sit aliquid, quod moueat seipsum, erit in eo accipere totũ & partem: sed totum non poterit mouere seipsum totum, quod est penitus mouere ipsum seipsum. Secundo ibi.

ARGY. *Vnũ.n.ac indiuiduũ spẽ feretur totum, feretq; latione eadẽ, & alterabitur, et alterabit, quare docebit, atque docebitur simul, & sanabit, atq; sanabitũ eadẽ vtiq; sanitate.*

ANTL. *Totũ.n.feretur vtique, & feret secundũ eandẽ loci mutationem vnam cum sit, & indiuiduum specie, & alterabitur, & alterabit: quare docebit vtiq; et docebitur simul, & sanabit, & sanabitur secundum eandem sanitatem.*

Prima ratio. Probat propositum duabus rõnib. Quarũ prima talis est. Mouẽtis seipsum simul & semel est vnus motus numero, si igitur hoc mõ aliquid moueat seipsum qđ totum moueat totũ, sequetur quod vnũ & idẽ erit mouens & motũ sm vnum & eundem motum, siue sit loci mutatio, siue alteratio, & hoc vr̃ inconueniens, quia mouens & motum habent oppositionem adinuicẽ, opposita autem non possunt eidem inesse secũdũ idẽ, nõ est ergo possibile, quod scđm eundem motũ sit aliqd idẽ mouens & motũ. Cũ.n.aliquid simul mouet & mouetur, alius est motus, scđm quẽ mouet, & alius secundum quem mouetur, sicut cum baculus motus a manu mouet lapidem, alius numero est motus baculi, & motus lapidis, sic ergo sequitur vlterius quod aliquis docebit, & docebitur simul scđm vnũ & idẽ scibile, & similiter quod aliquis sanabit & sanabitur scđm vnam & eãdem numero sanitatem. Secundam rõnem ponit ibi.

ARGY. *Præterea, definitum est antea id moueri quod mobile est; hoc aũt est potentia cũ mouetur, non actu, sed quod est potentia proficiscitur nimirum ad actum, motus autem actus est mobilis imperfectus. At id quod mouet, actu iã est (vt patet:) calefacit.n.id, quod est calidum actu, & oĩno generat id, quod formam iam habet. Quare simul idẽ eodemque calidum erit atque non calidum, & vnũquodq; cæterorum similiter, quæ terminos habeant eiusdem nominis rationisque necesse est. Eius ergo quod motu cietur interno, & suo, aliud mouet, aliud mouetur.*

ANTL. *Amplius determinatum est, quia mouetur mobile, hoc aũt est quod potentia mouetur, nõ actu, quod aũt est potẽtia vadit in actũ. Est aũt motus actu mobilis imperfectus: mouens autem iã actu est, vt calefacit calidũ, & omnino generat habẽs spẽm. Quare simul idẽ & secũdũ idẽ calidũ erit & non calidũ, similiter aũt & aliorũ vnumquodque eorũ, quæ mouens necesse est habere vniuocũ, hoc quidem igitur mouet, illud aũt mouetur eius, qđ est seipsũ mouẽs.*

Secũda. rõ. T.c.8. Quæ talis est. Determinatum est in Tertio, quod id, quod mouetur, est mobile. i. in potentia existens, quia quod mouetur, in quantũ est in potentia, & nõ in actu mouetur. Ex hoc.n.mouetur aliquid, quod cũ sit in potentia, tendit in actum. Nec tamen id, quod mouetur, est ita in potentia, vt nullo modo sit in actu, quia ipse motus est quidam actus mobilis in quantum mouetur, sed est actus imperfectus, quia est actus eius, in quantũ est adhuc in potentia, sed illud, quod mouet, iam est in actu. Non enim reducitur quod est in potentia in actũ, nisi per id, quod est actu, hoc aũt est mouens, sicut calefacit calidum, & generat illud, quod habet speciem generatiuam, sicut hoĩem generat, quod habet speciẽ humanam, & sic de aliis. Si ergo totum moueat se totum, sequitur q idem scđm idem simul est calidum & non calidũ, quia, in quãtum est mouens, erit actu calidum, in quantũ est motum, erit calidum in potẽtia, & similiter est in omnibus aliis, in quibus mouens est vniuocum. i. cõueniens in nomine & ratione cum moto, sicut cum calidum facit calidum, & homo generat hominem. Et hoc iõ dicit, quia sunt quædam agentia non vniuoca, q. s. nõ conueniunt in nomine, & rõne cum suis effectibus, sicut Sol generat hoĩem. In quibus tamen agentibus, & si non sit species effectus scđm eandem rõnem, tñ quodã modo altiori & vlteriori. Et sic vniuersaliter verum est, q mouens est quodammodo in actu scđm id, secundũ quod mobile est in potentia, si igitur totum moueat se secundum totum, sequitur quod idem sit simul actu & potentia, quod est impossibile. Ex hoc ergo concludit principale intentum, quod mouentis seipsum vna pars mouet, & alia mouetur. Deinde cũ dicit.

ARGL. *Esse aũt impossibile seipsum quicquam hoc pacto mouere, vt ab vtroq; moueatur vtrũque ex hisce sanè patebit.*

ANTL. T.c.41. *Quod aũt non contingat ipsum seipsum mouere sic, vt vtrunque ab vtroque moueatur, ex ijs manifestum est.*

Excludit quosdam modos, quos aliquis posset existimare in motu mouentis seipsum, & primo ostendit, q mouentis seipsum nõ mouetur vtraque pars ab altera, secundo ostendit q pars mouentis seipsum nõ mouet seipsam. ibi. At vero neque primum seipsum. T.c. 42. Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, secundo probat propositum. ibi. (Neque.n. erit.) Dicit ergo primo, manifestum esse ex ijs quæ sequuntur, q nõ cõtingit aliqd mouere seipsum hoc modo, q vtraq. pars eius moueatur a residua, sicut si AB moueat seipsum, eo quod A moueat B, & B moueat A. Secundo ibi.

ARGL. *Nam, si vtrumque mouebit vtrunque, nihil erit profecto quod moueat primum. Id enim quod prius mouet, causa magis est, vt moueatur id, quod motu cietur, quam id, quod illi cohæret. Duplex est.n.id quod motu ciet, (vt diximus,) quoddam enim mouet ab alio suscipiens motum, quoddam seipso mouet. Atque id, quod longius ab eo distat, quod motu cietur, propinquum est magis principio motus, quam id, quod in medio collocatur.*

ANTL. *Neq;.n.erit primum mouens vllũ, si vtrumq; vtrũq; mouebit. Quod.n.prius magis est causa mouendi, quam sequens, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere erat, aliud quidẽ quod ab alio mouetur ipsum, aliud autem ex seipso, proximus autem est, quod longius est ab eo quod mouetur a principio, quam medium.*

Lect. 9. Probat propositum quatuor rõnib. Et est attendendum, q ad hanc conclusionem, resumit rationes supra positas ad ostendendum, q non oẽ mouens mouetur ab alio, vnde ex præmissis abbreuiatè hic colligit quatuor rõnes, T.c.34. quarum primam sumit ex prima rõne, quã supra posuit duplici ordine, ad ostendendum, q et non proceditur in infinitũ in hoc, q semper aliquid ab alio moueatur, p p hoc, q non esset aliquod primũ mouẽs, quo remoto remouerentur sequentia. Vnde & hic primo præmittit idem inconueniens. [Dicit.n. q si in primo moto, quod ponitur mouens seipsum, vtraq; pars ab altera reciprocè moueatur, sequetur q nõ sit aliqđ Lect. 9. primum mouens. Et hoc ideo, quia, sicut supra dictum est, mouens prius est magis cã mouẽdi & magis mouet, T. com. 33. q̃ posterius mouẽs, & hoc ideo supra probatur, quia dupliciter aliqd mouet, vno.n.modo mouet aliquid ex eo q mouetur ab alio, sicut baculus mouet lapidem eo q mouetur a manu, & hoc est secundum mouẽs, alio modo mouet aliquid ex eo qđ mouetur ex seipso, sicut homo mouet & hæc est dispositio primi mouẽtis. Illud autem, quod mouet, nõ eo qđ mouetur ab alio, magis est remotum ab vltimo qđ mouet, & magis proximũ primo mouẽti, q̃ mediũ, qđ. s. mouet, eo qđ ab alio mouetur. Debet ergo rõ sic formari, si totius mouentis seipsum vtraq; pars mouet aliam reciprocè, non magis mouet vna q̃ alia, sed primum mouens magis mouet quam scđm, ergo neutra earũ erit primũ mouẽs, qđ est incõueniẽs, quia sic sequeret, qđ illud qđ mouetur ex seipso, non esset propinquius primo principio motus, qđ nullum sequitur esse, quam id quod mouetur ab alio, cum

tamen supra sit ostensum, quòd mouēs seipsum sit primum in genere mobilium. Non ergo hoc est verum, ꝙ mouentis seipsum vtraque pars per aliam moueatur. Deinde cum dicit.

ARGV. *Præterea quod mouet non necessario mouetur, nisi a se moueatur, per accidens ergo mouet alterum contra. At accipiam posse ipsum non mouere, aliud ergo mouebitur, aliud mouebit immobile.*

ANTI. *Amplius non necesse est mouens moueri, nisi a seipso, secundum accidens ergo contra mouet alterum. Accipiebam igitur contingere non mouere, ergo erit aliud quidem quod mouetur, aliud autem mouens immobile.*

Secunda rō. Sumit duas rōnes ad idem ex vna rōne quam supra posuerat ad ostendendū, ꝙ nō oē mouēs mouetur, ita ꝙ moueri conueniat mouēti per accidēs. In qua quidē rone supra duas cōclusiones intulit. Primam. s. qđ mouens contingit & nō moueri. Alteram, ꝙ motus nō sit æternus, & ſm has duas cōclusiones duas hic rōnes format. Primo. n. dicit, ꝙ non necessarium est mouens moueri nisi a seipso ſm accidēs, & est sensus, ꝙ nisi accipiatur primū mouēs moueri a seipso, nō erit ēt necesse ꝙ mouēs primum moueatur ſm accidens, sicut quidā posuerunt, ꝙ omne mouens mouetur, & tn̄ hoc est ei per accidens. Cū ergo ponitur ꝙ mouentis seipsum pars, q̄ mouet, econtra æqualiter moueitur ab altera, hoc non erit nisi per accidens, sed sicut supra accipiebamus, qđ est per accidens contingit non esse, ergo cōtingit illam partem quæ mouet, nō moueri, sic ergo remanet ꝙ mouentis seipsum vna pars mouetur, & alia mouet, & non mouetur. Deinde cum dicit.

Te.c.36.

ARGI. *Præterea, nō est necessariū id quòd mouet contra moueri, sed necesse est, aut immobile quippiā moueat, aut, quòd a seipso motu cietur, si motum esse semper necesse est.*

ANTI. *Amplius, non necesse est mouens, cum mouet, contra moueri: sed aut immobile mouere necesse est, aut ipsum a seipso moueri, si necesse est semper motum esse.*

Tertia ratio. Ponit aliam rōnem correspondentem secūdæ cōclusioni, quam supra intulerat, s. ꝙ sequitur motū nō ſp esse. Hic aūt conuerso ordine sic arguit, si necesse est motum ſp esse, non necesse est mouens cū mouet econtrario moueri, sed necesse est, ꝙ vel mouens sit immobile, vel ꝙ ipsum moueatur a seipso. Huius aūt conditionalis rō ex suprapositа rōne apparet, qa, si mouēs nō mouet nisi moueat, & cū nō inest ei moueri nisi per accidens, sequit̄ ꝙ contingat ipsum non moueri, ergo p cōsequēs neque mouere, & sic nō erit motus, sed motum supra ōnderat sempiternū, argo nō necesse est mouens cū mouet cōtra moueri, & ita nō ē verū, ꝙ vtraq. pars mouentis seipsum moueatur ab altera. Deinde cū dicit.

ARGV. *Præterea, moueretur etiam eo motu profecto, quo mouet; quare calefit id quod calefacit.*

ANTI. *Amplius si mouet motum, & mouebitur vtique, quare calefaciens calefit.*

Quarta rō. Te.c 37. Ponit quartā rōnem, quæ sumitur ex ratione quam supra posuit ad ostendendum, ꝙ nō inest mouenti per se ꝙ moueatur, quia sequeret̄ ꝙ esset deuenire in hoc, ꝙ mouēs eodem motu moueretur quo mouet, vt supra expositum est, & ideo hic abbreuiando hanc rōnem dicit, quod si vtraq; pars ab altera moueatur, sequet̄, qđ secundum eundem motum mouet & mouetur, vn̄ sequitur, quòd calefaciens calebit, quod est impossibile. Ideo au ē sequitur, si mouentis seipsum vtraque pars ab alia moueatur, quòd secundum eūdem motum aliquid mouet & mouetur, quia mouentis seipsum est vnus motus, & secundum illum oportebit, quòd pars, quæ mouet, moueatur. Deinde cum dicit.

ARGI. *At vero, neque aut vna pars eius, quod primo seipsum mouet, aut plures seipsas mouebunt.*

ANTI. *At vero neque ipsius primo seipsum mouentis, aut vna pars, aut plures mouebunt ipsa seipsam vnaquæque.*

T.c.41. Excludit alium modū, s. quod mouētis seipsum pars seipsam non mouet, & primo proponit quod intendit, secundo probat propositum ibi. Totum enim si mouetur. Dicit ergo primo, qđ si accipiatur aliquid, quod est primo mouens seipsum, non potest dici, neq; quod vna pars eius seipsam moueat, neque quòd plures, ita quòd quælibet earum seipsam moueat. Secundo ibi.

Infra.

ARGV. *Totum. n. ipsum, si a seipso mouetur, aut ab aliqua sui parte, aut a toto totū mouebitur, si igitur, quia pars aliqua mouetur a seipsa, totū ipsum seipsum mouet, illa pars erit id planè, quod primum seipsum mouet. Separata namque seipsam illa mouebit, totum autem, non seipsum mouebit. Sin vero totum a toto mouetur, per accidens ipsæ partes seipsas sanè mouebūt. Quare si seipsas non necessario mouent, sumantur non a seipsis moueri, ipsius ergo totius nō quædam pars mouebit immobilis, quædā mouebitur. Hoc enim pacto duntaxat, aliquid seipsum mouere potest.*

ANTI. *Totum. n. si mouetur ipsum a seipso, aut ab aliquo eorū quæ sunt ipsius, mouebitur, aut totum a toto. Si igitur, qa mouetur aliqua pars ipsa a seipsa, hæc vtique erit primū ipsum seipsum mouēs: separata. n. hæc quidem mouebit ipsa seipsam, totam aūt nō iam. Si autem totum a toto mouetur, secūdū accidens vtiq; mouebūt hæ ipsæ seipsas, quare si non sunt necessaria, accipiantur non mota a seipsis. Totius igitur aliud mouebit, cū immobile sit, aliud aūt mouebitur, solum. n. sic possibile est adhuc ipsum mobile esse.*

Probat propositum duabus rōnibus, quarum prima talis est. Si totum mouetur ipsum a seipso, aut hoc conueniet ei rōne suæ partis, quæ mouetur a seipsa, aut rōne totius, si conueniat ei rōne suæ partis, ergo illa pars erit primū seipsum mouēs, quia illa pars separata a toto mouebit seipsam, sed totum iam non erit mouens seipsum primum vt ponebatur, si vero dicatur, quod totū mouet seipsum rōne totius, ergo qđ aliquæ partes mouēnt seipsas, hoc nō erit nisi per accidens, quod aūt est per accidens, nō est necessarium, ergo in primo mouente seipsum maxime oportet accipere quod partes non moueantur a seipsis, totius ergo primi mouentis seipsum vna pars mouebit, cum sit immobilis, alia mouebitur. Illis. n. solū duob. modis possibile esset qđ pars mouens moueatur, s. aut qđ moueatur a parte altera, q̄ mouet, aut qđ moueret seipsam. Vn̄ attendēdū est, qđ Ari. excludēdo hos duos modos, intēdit cōcludere, qđ pars mouens in mouente seipsum sit immobilis, nō aūt quod mouens seipsum diuidatur in duas partes, quarū vna sit mouens, & alia mota, hoc. n. sufficienter cōclusum est per id quod primo ostendit, quod totum non mouet seipsum totum, & sic patet, qđ non fuit necessarium Ari. inducere diuisionem quinque membrorum, vt quidam dixerunt, quorum vnum membrum sit, qđ totum moueat totum, secundum, qđ totū moueat partē, tertium, quod pars moueat totum, quartum, qđ duæ partes vicissim se moueant, quintum, quod vna pars sit mouens & alia mota, si. n. totum nō mouet totum, per eandem rationem sequitur, quod totū non moueat partem, nec pars totum, quia vtrobiq; sequeretur, quod aliqua pars mota moueret seipsam. Vnde hoc, qđ totū nō mouet totum sufficit ad concludēdum, qđ vna pars sit mota, & alia mouens, sed non sufficit ad concludendū, quod pars mouens non moueatur a mota, & quod nō moueatur a seipsa. Et ad hoc secundum probandum inducit secundam rationem ibi.

T.c.51.

ARGI. *Præterea si totum seipsum mouet, aliud ipsius mouebit, aliud sane mouebitur. Ipsum igitur A B, a seipso, & ab ipso mouebitur A.*

ANTI. *Amplius, si tota ipsa seipsam mouet, hoc quidem mouebit ipsius, aliud autem mouebitur. Ergo A B, a seipsa quidem mouebitur, & ab A.*

Quæ

Quæ talis est. Si detur qđ pars mouens mouentis se ipsum, ipsa tota seipsam moueat, sequit, per supra probata, quod ipsi᷑s partis iterum vna pars moueat, & alia moueatur, iam enim ostensum supra est, quod totũ nõ mouet seipsũ aliter, nisi p hoc quod vna pars eius mouet, & alia mouetur. Sit ergo pars mouens mouentis se ipsum AB, per rationem ergo præmissam sequitur qđ vna pars eius sit mouens, s. A, & alia mota. s. B. si ergo AB moueat tota se totam, vt tu ponis, sequitur, quod idem moueatur A duobus motorib. s. a toto, quod est AB, & a parte, quæ est A, quod est impossibile. Relinquitur ergo, quod pars mouens in mouẽte seipsum est omnino immobilis.

A mouens. B motum.

Tota linea ex seipsa mouetur, & ab A primo

LECTIO XI.

Quomodo partes seipsum mouentis considerari valeant, & cuius rationis sint, dicitur.

ARGV. Cum autem eorum quidem, quæ mouent, quoddam ab alio moueatur, quoddam immobile sit, eorũ vero quæ mouentur, aliud moueat, aliud non moueat quicquã, id quod seipsum mouet ex eo sane quod mouet, & non mouetur, & ex eo ꝙ mouetur, & non necessario mouet, sed interdum mouet, interdum non mouet, constare necesse est.

ANTI. Te. c. 43. QVoniam autem mouet aliud quidem quod mouetur ab alio, aliud autem cũ sit immobile, & mouetur; aliud quidem mouens, aliud autẽ nihil mouens, ipsum seipsum mouens, necesse est ex immobili esse, mouente autẽ & adhuc ex eo quod mouetur, non mouente autẽ ex necessitate, sed qualiter euenit.

Postquam Philosophus ostendit, ꝙ mouẽs seipsum diuiditur in duas partes, quarũ vna mouet & non mouetur, alia autem mouetur, hic ostendit quomodo huiusmodi partes se habeãt adinuicem, & circa hoc tria facit. (Infra. Tertia. 44.) Primo proponit quod intendit, secundo ostendit propositum. ibi. Sit. n. A mouens. Tertio concludit conclusionem principaliter intentam ex omnibus præmissis. ibi. Manifestum igitur ex his est. Dicit ergo primo, quod cum mouens diuidatur in duo, quorum vnum mouetur etiam ab alio, aliud vero mouens est immobile, & iterum mobile diuidatur in duo, est. n. quoddam mobile, quod etiam mouet, quoddam vero mobile, qđ nihil mouet, (Tx. 38.) oporteret dicere, quod mouẽs seipsum cõponatur ex duabus partib. quarum vna sit sic mouens, quod tamẽ sit immobilis, alia vero sic moueatur, quod tñ non moueat. Quod autem subdit, ex necessitate dupliciter potest intelligi, quia si intelligatur, quod pars mota mouentis seipsum non moueat aliquid, quod sit pars mouentis seipsum, sic legẽda est litera, qđ necessitas remaneat affirmata, cadẽs super hoc quod dicit, nõ mouente. Probat enim statim impossibile esse, qđ eius quod primo mouet seipsum, sit tertia pars, quæ moueatur a parte mota. Si vero intelligatur qđ pars mota nõ moueat aliquid extrinsecum, sic hoc quod dicit. Ex necessitate, cadit sub negatione. Non .n. est de necessitate mouẽtis seipsum quod pars eius mota moueat aliqđ extrinsecum, nec tamen est impossibile. Qualiter autẽ hoc contingat, ostendit consequenter cum dicit.

ARGV. Nam sit; A quidẽ mouens immobile, B vero id quod ab A mouetur, & mouet etiam C. hoc autem moueatur quidẽ. sed non moueat qcquam, nã, & si fit vt per plura quoq; perueniatur ad ipsum C, per vnũ tamen solum nũc accedatur. Totũ igitur A B C. seipsum mouet. Sed si auferatur C, ipsum quidẽ B. seipsum motu ciebit, quippe cũ A moueat, B moueatur, (vt patet) at C non seipsum motu ciebit, neque omnino mouebitur. At vero nec ipsum B C sine A seipsum mouebit. nam ex eo B mouet, qa ab alio motu cietur, & non ex eo, quia mouetur a se, parte sua mouente. Ipsum igitur A B solum seipsum mouet. Quæ cũ ita sint, id omne quod seipsum mouet, habeat necesse est & id quod mouet, & est immobile, & id quod motu cietur, non autem necessario mouet.

ANTI. Sit n. A mouens quidem immobile, B autem quod mouetur ab A, & mouens quod est in quo C, hoc autẽ motũ quidem a B, mouens autem nihil, si quidem enim & per plura media venit aliquando in C, sit per vnum solum, omne ergo A BC ipsum seipsum mouet, sed si aufero C ab A B ipsum seipsum mouebit. A quidem est mouens, B vero quod mouetur, C autem nõ mouebit ipsum seipsum, neque penitus mouebit. At vero neque BC mouebit ipsa seipsam sine A, ipsum enim B, mouet in eo quod mouetur ab alio, non quia a suiipsius parte reliqua, A B igitur solũ ipsum seipsum mouet. Necesse itaque ipsum seipsum mouens habere mouens immobile, et quod mouetur, nihil autem mouens ex necessitate.

Et circa hoc duo facit. (Tertia. 44.) Primo ostendit propositum. secundo soluit quandam dubitationem. ibi. Dubitationem habent. Circa primum duo facit. Primo ostendit qualiter partes mouẽtis seipsum se habeant ad inuicẽ, secundo qualiter secundum eas totum dicitur seipsum (Quarta 43.) mouere. ibi. Siquidem igitur continuum est. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod in mouẽte seipsũ sunt solæ duæ partes, quarum vna mouet & non mouetur, alia mouetur & non mouet, secundo quomodo hę duæ partes ad inuicem coniungantur. ibi. Contacta autem vtraq. (Infra.) Primum ostendit sic, si dicatur quod pars mota mouentis seipsum iterum moueat aliquid aliud, quod sit pars eiusdem mouẽtis seipsum, sit ergo prima pars monentis seipsum A, quod sit mouens immobile, secũda vero pars sit B, quod moueatur ab A, & moueat tertiam partem, quæ est C, quæ sic moueatur a B, quod nihil aliud moueat, quod sit pars mouentis seipsum. Non enim potest dici, quod fiat descẽsus in infinitum in partibus mouẽtis seipsum. s. quod pars mota iterum moueat aliam, quia sic mouens seipsum esset in infinitum, quod est impossibile, vt supra ostensum est, erit ergo aliqua pars mouentis seipsum, quæ est mota non mouens, quam dicimus C. Et licet contingat per multa media, quæ sunt mouẽtia & mota peruenire in vltimũ motum quod dicitur C. accipitur loco omnium mediorum, etiam vnum medium, quod sit B. Sic ergo hoc totum, quod est ABC, mouet seipsum, a quo toto si auferatur hæc pars, quæ est C, adhuc ipsum AB mouebit seipsum, quia vna pars eius est mouens. s. A, & alia mota. s. B, quod requirebatur ad hoc quod aliquid sit mouens seipsum, vt supra ostensum est, sed C non mouebit seipsum, neque aliquam aliam partem secundum supposita. Similiter etiam BC non mouet seipsum sine A, quia B non mouet nisi inquantum mouetur ab alio, quod est A, quod non est pars eius. Relinquitur ergo quod solum AB moueat seipsum primo & per se. Vnde necesse est, quod mouens seipsum habeat duas partes, quarum vna sit mouens immobilis, alia vero sit mota, quam necesse est nihil mouere, quod sit pars mouẽtis seipsum, hoc enim conclusum est per præmissam rationem. Vel nihil mouens ex necessitate, quia nõ est de necessitate mouentis seipsum, quod pars mota moueat aliquid aliud etiam extrinsecum. Secundo ibi.

ARGV. Quæ quidem aut sese mutuo tangunt, aut alterum alterum tangit.

ANTI. Contacta autem vtraque abinuicem, aut ab altero alterum.

Ostendit quomodo hæ duæ partes se habeant ad inuicem. Vbi considerandum est, quod Aristot. nondum probauit primum mouens non habere aliquam magnitudinem, quod infra probabit. Quidam autem Antiqui

Philosophi posuerunt nullã substantiam absque aliqua magnitudine esse. Vnde Arist. ante probationem hoc sub dubio secundum suam consuetudinẽ derelinquens dicit, quod duas partes mouẽtis seipsum, quarũ vna est mouens & alia mota, necesse est aliquo modo coniũgi ad hoc quod sint partes vnius totius, non autem per cõtinuationem, quia supra dixit, quod mouẽs seipsum, & motum non possunt continuari, sed necesse est ea diuidi, vnde relinquitur quod oportet has duas partes cõiũgi per contactum, aut ita, vt ambæ partes cõtingãt se inuicem, si ambæ partes habeant magnitudinem, aut ita ꝙ altera tantum pars contingatur ab alia, & non econuerso, quod erit si mouens non habet magnitudinem. Quod.n.est incorporeum, potest quidem tangere corpus, sua virtute mouendo ipsum, non autẽ contingitur a corpore, duo autem corpora se inuicem tangunt.

Deinde cum dicit.

ARGI *Quod si id quod mouet, continuũ sit, nam id quod motu cietur, necessario continuũ est, patet totũ seipsum motu ciere, non ex eo, quia aliquid ipsius est tale, vt ipsum seipsum moueat, sed quia totum seipsum mouet, mouetur aũt & etiã mouet ex eo sane, quia ipsius est aliquid & id qd mouet, & id quod mouetur. Non.n. totum mouet, neque totum mouetur. sed mouet quidem A, mouetur tantummodo B, ipsum vero C non necessario mouetur a B, est.n. hoc impossibile.*

ANTI. *Si igitur continuum est mouens, quod.n. mouetur, continuum necessarium est esse, manifestum est, quod totum ipsum seipsum mouet, nõ eo quod ipsius aliquid huiusmodi sit, vt ipsum seipsum moueat, sed totum mouet ipsum, seipsum, motum autem & mouens eo quod ipsius aliquid & mouens & aliquid motũ. Non enim totum mouet, neque totum mouetur, sed mouet quidẽ A, B autem motus tantum. Sed C ab ipso B non iam, impossibile enim est.*

T.c.31. Ostendit qua rõne totum dicatur mouens seipsum vna parte mouente, & alia mota, & supponamus quantum ad præsens, qđ vtraque pars sit continua. i. magnitudinẽ habens, quia de eo, quod mouetur, in Sexto probatum est, quod sit aliquid continuũ, & accipiatur nũc idem de mouẽte antequã veritas probetur. Hac igitur suppositione facta, ipsi toti composito ex duob. tria attribuuntur. s. moueri, mouere, & mouere seipsum. Sed hoc quod est moueri seipsum, non attribuitur ei propter hoc ꝙ aliqua pars eius moueat seipsam, sed ipsum totum seipsum mouet, sed hoc qđ est mouere & moueri, attribuitur toti rõne partis, nõ.n. totum mouet neq; totũ mouetur, sed mouet vna pars eius. s. A, reliqua vero pars eius solum mouetur, s. B. iam.n. ostensum est, ꝙ non est aliqua tertia pars, vt C. quæ moueatur ab ipso B. Impossibile est.n. hoc, si accipiaẽ id quod primo mouet seipsum, sicut supra ostẽsum est. Deinde cum dicit.

ARGY. *Existit autem dubitatio hoc loco quædã, si quispiã, aut ipsius A si continuum sit, id quod mouet quidem, sed non mouetur, aut ipsius B, quod mouetur, aliquã auferat partem, mouebit ne reliquum ipsius A, aut reliquum ipsius B motu ciebitur? Nam si mouebit aut mouebitur, nõ erit A B profecto id, quod a seipso primo mouetur. Ablata.n. ab eo parte, reliquum A B seipsum adhuc mouebit.*

ANTI. Te.c.47. *Dubitationem autem habet, si auferat aliquid quis ab ipso A, si continuum mouens quidem immobile autẽ, aut ab ipso B, quod mouetur, reliqua vero ipsius A mouebit reliqua autem ipsius B mouebitur. Si.n. hoc, non vtiq; erit quæ primo mouetur a seipsa, quæ est A B. Remota enim ab A B, adhuc mouebitur seipsam reliqua A B.*

Infra. Mouet quandam dubitationem circa præmissa. Et primo mouet eam, secundo soluit. ibi. Aut potẽtia quidẽ. Hẽt autẽ hæc dubitatio ortum ex hoc, quod supra probauerat, quod in primo mouẽte seipsum, non sunt nisi duæ partes, quarũ vna mouet, & alia mouetur, quia si esset tertia, & ea remota, compositum ex primis duibus mouet seipsum, & sic ipsum est primũ mouens seipsum. Ex hoc ergo sequitur dubitatio talis. Ponamus ꝙ pars mouentis seipsum, quæ est mouens immobile, vt A sit quoddam continuum, de parte autem eius, q̃ mouetur, s. B, manifestum est, quod est aliqd continuũ ꝑm prius probata: oẽ autem continuum est diuisibile: est ergo dubitatio, si auferatur aliqua pars per diuisionẽ ab A, aut a B, vtrum reliqua pars moueat, aut moueatur, quia si reliqua pas moueatur, adhuc residua pars de A B mouebit seipsum, & sic A B non primo mouebat se ipsum. Et sic sequitur vlterius quod nihil erit primo mouens seipsum. Secundo ibi.

ARGI. *Aut nihil prohibet vtrumque aut alterum, id, inquam quod mouetur, diuisibile quidẽ esse potentia, indiuisibile autem actu, si vero diuisum fuerit, non vlterius potentiã eandem habere. Quare nihil obstat, vt in ipsis diuisibilib. aliquid insit potentia primo tale.*

ANTI. *Aut potẽtia quidẽ nihil prohibet, vtrumq. aut alterũ quod mouetur diuisibile esse, actu autẽ indiuisibile, si aũt diuidaẽ, non adhuc esse eãdẽ habẽs potentiã. Quare nihil prohibet & in diuisibilibus potentia, primum esse vnum.*

Te.c.46. Soluit positam dubitationem. Vbi cõsiderandũ est, quod Arist. prius in Sexto probauit, quod in motu non est aliquid primũ, neq. ex parte tpis, neq. ex parte rei, in qua est motus, pręcipue in augmento, & motu locali. & hoc ideo, quia tunc loquebatur de motu in cõi, & de mobili, secundum quod est quoddam continuum, nondum applicando ad determinatas naturas, & secũdum hoc sequeretur, quod non esset aliquid primo motum & per cõsequens, nec aliquid primo mouens, si mouẽs sit continuum, & ita etiam non esset aliquid primo mouens seipsum. Sed nunc iam Arist. loquitur de motu applicando ad determinatas naturas, & ideo ponit aliqd esse primo mouens seipsum, & soluit præmissam dubitationem sic, quod sunt continua. s. mouens & motum, si vtrumque sit continuum, aut ad minus alterum tñ. s. quod mouetur, quod necesse est esse continuum. Sed tñ possibile est, ꝙ aliqđ continuum, siue sit mouens, siue motum, habeat talem naturã, vt nõ possit actu diuidi, sicut patet de corpore Solis. Et si contingat ꝙ aliqđ cõtinuũ diuidaẽ, nõ retinebit eãdẽ potentiã ad hoc qđ moueat vel moueaẽ q̃ pri⁹ habebat, quia hmõi potẽtia seqẽ aliq̃ formã, forma aũt naturalis reqrit q̃titatẽ determinatã. Vñ, si sit corp⁹ incorruptibile, diuidi nõ põt in actu. Si aũt sit corruptibile, si diuidaẽ ĩ actu, nõ retinebit eãdẽ potẽtiã, sicut patet in corde, vnde nihil prohibet in iis quæ sunt diuisibilia in potentia, esse vnum primum. Deinde cum dicit.

ARGY. *Patet igitur ex hisce quæ diximus, esse id quod primo mouet immobile. Nã siue stat in ad ipsum primum immobile, siue ad id quod mouetur quidẽ, ipsum vero seipsũ mouet, sistitq; gradũ cũ libet, fiat ex eo quod mouetur, ab aliquo vero mouetur accesio, vtroq; mõ nimirũ accidit id, qđ primo mouet, in omnibus esse quæ mouẽtur immobile.*

ANTI. *Manifestum igitur ex his, quoniam est primum mouẽs immobile. Siue.n. mox stet, quod mouetur, ab aliquo autẽ motum ad immobile primum, siue in quo mouetur quidẽ, ipsum autem seipsum mouens & stans, vtrobique accidit primum mouens in omnibus esse moti, immobile...*

Infert conclusionem principaliter intentam ex omnibus præmisis, & dicit, manifestum esse ex pręmisis, qđ necesse est ponere primum mouens immobile, cũ nõ procedatur in infinitũ in mouẽtib. & motis ab alio necesse sit stare ad aliquod primum, quod est immobile vel mouens seipsum. Siue enim mouentia, & mota stent ad aliquod primũ immobile, siue ad aliquod primum quod mouet seipsum, vtrobique accidit, ꝙ primum mouens sit immobile, per hoc, ꝙ mouentis etiam

seipsum

seipsum vna pars est mouens immobile, vt nunc ostensum est.

LECTIO XII.

Primum mouens perpetuum & immobile esse, ex animalium seipsa mouentium generatione ac corruptione monstratur.

ARGV. *Cum autem semper esse motū oporteat, & nullus eius intercapedines fieri, esse quippiam primò mouens perpetuum immobileque aut vnum, aut plura necesse est.*

ANTI. *Quoniam autem oportet semper motum esse, & non deficere, necessarium est aliquid esse, quod primum mouet, siue vnum sit, siue plura, & primum mouens immobile esse.*

Postquam Philosophus ostendit, ꝙ in ijs quæ mouētur ab alio non est procedere in infinitum, sed est deuenire ad aliquod primū, quod vel est immobile, vel mouet seipsum, & ostēdit vlterius ꝙ mouenti seipsum vna pars est mouens immobile, & hic vtrobique accidit, ꝙ primum mouens sit immobile, quia tamen in mouentibus se, quæ sunt apud nos, s. animalibus corruptibilibus contingit, ꝙ pars mouens in mouente seipsum est corruptibilis, & mouetur per accidēs, s. anima, vult hic ostēdere, quod primum mouens est incorruptibile, & non mouetur nec per se, nec per accidens. Et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit, secundo probat, ibi. Sic autem si aliquid velit. Et circa primum tria facit. Primo resumit ea quæ supra ostensa sunt. Secundo
Tertia. 46. præmittit quoddā, quod videbatur posse valere ad suū propositum. ibi. Vnumquodque quidem igitur. Tertio exponit suum propositum. ibi. Quoniam autem necessarium est esse. Dicit ergo primo, quod supra ostensum
T.c. 48. Secunda. est, ꝙ motus semper est, & nunquam deficit, & quia omnis motus est ab aliquo mouente, in mouentib. aūt non est procedere in infinitum, necesse est esse aliquod primum mouens. Et quia nōdum probatum est, ꝙ primum mouens sit vnum, ideo sub dubio derelinquit, vtrum sit vnū, vel plura. Et vlterius ostensum est, qđ primum mouens est immobile, siue statim ascendendo de motis ad mouentia perueniatur ad primum immobile, siue perueniatur ad primum mouēs seipsum, cuius vna pars est mouens immobile. Fuit autem quorundam positio, ꝙ omnia principia mouentia, in ijs quæ mouent seipsa, sunt perpetua, posuit. n. Plato omnes animas animalium perpetuas. Et si vera esset hæc opinio, iam statim Arist. haberet propositum quantum ad hoc, quod primum mouens sit perpetuum, sed opinio Arist. est qđ de partibus animæ solus intellectus est incorruptibilis, cum tamen etiam aliæ partes animæ sint mouentes. Et ideo hoc consequenter prætermittit dicens.

ARGV. *Vnumquodque igitur eorum quæ immobilia sunt, atq; mouent perpetuum esse, non ad præsentem sermonem pertinet.*

Vnumquodque igitur perpetuum esse immobilium quidem, mouentium autem, nihil pertinet ad eam, quę nunc rationem.

ANTI. Et dicit quod ad rationem, quæ præ manibus habetur, nihil pertinet, an vnumquodque principiorum, quę mouēt & sunt immobilia, sit perpetuum; quamuis hoc aliqui posuerunt ponentes omnes animas incorruptibiles. Et dicit hoc non esse ad præsentem rationem, quia hoc non supposito habebis propositum.

ARGV. *Esse autem aliquid necessario, quod semper omnis quidem sit mutationis tam absolutè quam per accidens expers, aliud autem moueat, perspicuum, si hoc pacto considerabimus, fiet.*

ANTI. *Quoniam autem necessarium est esse aliquid, immobile quidem ipsum ab omni exterius mutatione, & simpliciter, et secundum accidens, motiuum autem alterius, manifestum est considerantibus.*

Exponit quid intendit probare, & dicit, quod considerando ea, quæ sequuntur, manifestum potest esse, ꝙ & si nō omne mouens immobile sit perpetuum, necesse est tamen, esse aliquid immobile, ita quod nullo modo ab extrinseco moueatur, nec simpliciter, nec per accidens: & tamen sit motiuum alterius. Dicit autem (ab omni exterius mutatione) non intēdens excludere motum id est operationem, quæ est in operante, prout intelligere dicitur motus, & prout appetitus mouetur ab appetibili. Huiusmodi enim motus nō excluditur a primo mouente, de quo intendit.

Atq; sit ita, si cui placeat, in aliquib. fieri posse, vt aliquando sint, aliquādo non sint, sine generatione, corruptioneve. Fortasse nāq; necessariū est, si quid partib. vacās aliquando non esse, omne tale sine mutatione esse atq; nō esse. Et hoc insuper concedatur fieri posse, vt principiorū immobiliū, motiuorū quędā aliquādo sint, aliquando nō sint, sed impossibile est hanc omnia conditionem subire. ARGV.

Sit aūt, si aliquis vellet in quibusdam cōtingens esse, vt & sit aliquando & non sit sine generatione & corruptione. Fortassis. n. necessarium est, si aliquod impartibile aliquando quidem est, aliquando autem non sine mutatione, aliquando quidem esse, aliquando quidem nō esse. Et principiorum immobilium quidem, motiuorum autem quędā aliquando quidem esse, aliquando autem non esse, contingat & hoc, sed nequaquam omnia possibile est. ANTI.

Probat quod dixerat, s. quod sit aliquod primū mouēs perpetuum, & penitus immobile. Et primo probat hoc per mouentia se, q̄ quandoque sunt, & quandoque non sunt, secundo per principia mouentia, quæ quandoque mouent, & quandoq; non mouent; ibi. Et iterū considerans. Circa primum tria facit. Primo ostendit T.c. 50.
quod oportet esse aliquod primum mouens perpetuū, secundo quod tale mouēs magis debet esse vnū quam Secunda 48.
plura. ibi. Vnum autem magis. Tertio ostendit vtrunq; simul, s. quod est vnum primum mouens, & perpetuū. T.c. 49.
ibi. Manifestum est igitur ex his. Circa primum duo facit. Primo excludit quandam rationem, per quam ali- Infra.
quis posset niti ad probandum propositū, secundo procedit ad propositum ostendendum. ibi. (Manifestum est. n.) Posset autem aliquis sic procedere. Oē quod nō potest quandoque esse & quandoque non esse, est ppetuum, sed primum mouens, cum sit immobile, vt ostensum est, non potest quandoq. esse, & quandoque nō esse, (quia quod quandoque est, & quandoq. non est, generatur, & corrūpit, quod aūt generatur & corrūpitur, mouetur) ergo primum mouens est perpetuum. Ari. autem de hac rōne nō curat, quia potest aliquis dicere, si vult, quod in quibusdam cōtingit, quod quandoq. sint, & quandoque non sint absq; hoc, quod generentur & corrumpantur per se loquendo, & per consequens absque hoc ꝙ per se moueantur. Necesse est enim si aliqđ impartibile, quod scilicet non sit compositum ex materia & forma, quandoque sic est, & quandoque nō est, quòd omne tale sine mutatione sui quandoque fit, & quandoque non fit, sicut potest dici de puncto, & de albedine, & de quolibet huiusmodi, ostensum enim est in Sexto quod omne quod mouetur est partibile, & in
Septimo Met. quod oē quod generatur est compositū T. com. 28.
ex materia & forma. Huiusmodi quidem igitur impar- T. cóm. 22.
tibilia per se quidem non generantur neq. mutātur, sed T. cóm. 29.
per accidēs generatis & mutatis aliis. Ex quo etiam patet, quod si aliquid neq; per se neque per accidēs mouetur, quod illud est perpetuum, & si est perpetuum, neque per accidens neque per se mouetur, secundum hoc quod est perpetuum. Si ergo conceditur esse cōtingēs, quod aliquid quandoque fit, & quandoque non fit, absque eo quod generetur, & corrumpatur, etiam &

hoc concedatur esse contingens, quòd quædam principia mouentia immobilia, ita tamen, quod possint moueri per accidens, quandoque sint, & quandoque non sint. Nequaquam tamen possibile est, omnia principia mouentia, & immobilia talia esse, vt quandoque sint & quandoque non sint. Secundo ibi,

ARGY. *Nam aliquā hisce cām esse patet, quæ ipsa seipsa mouent, vt aliquando sint, aliquādo non sint. Etenim id quidē, quod seipsum mouet, magnitudinē hēat oē necesse est, si nihil partibus vacās mouetur, id autē quod mouet, nulla necessitate est tale. Vt igitur alia generentur, alia corrūpantur, idque continuè fit, nihil eorum est causa, quæ immobilia quidem sunt, tamen non semper sunt, neque rursus eorum, quæ semper hæc mouent, alia vero alia mouēt. Perpetui enim atque continui, nec unum ipsorum est cā, nec vniuersa, nam sic sese quidem habere perpetuum ac necessario est, vniuersa autem sunt infinita, & non simul omnia sunt. Patet igitur, & si infinities nonnulla principia immobilia mouētia, & multa eorū quæ seipsa mouēt, partim corrumpuntur, partim insuper generantur, atque hoc quidē hoc, aliud aūt hoc mouet, at nihilominus aliquid esse quod hæc omnia continet: idque præter vnumquodq; istorum, aliud quidem esse, quod quidē est cā, vt alia sint, alia non sint, & mutationis continuæ, atque hoc quidem his, hæc autē cæteris motus cām esse. Si igitur motus perpetuus est, perpetuum erit & mouens primum, si vnum sit: quod si sint plura, plura quoque perpetua erunt.*

ANTI. *Manifestum est.n. quod causa quædam ipsa seipsa mouentib. est ipsius quod est aliquando quidē esse, aliquando aūt non esse. Ipsum quidem.n. seipsum mouens, necesse est omne magnitudinem habere, si nihil mouetur impartibile, mouens aūt, neq; vna necessitas est ex dictis. Ipsius igitur quod est alia quidem fieri, alia vero corrumpi: & hoc continuè, nulla causa est, immobilium quidem, non sēper aūt existentiū. Neq; ipsorum quidem semper hæc mouentiū, horum aūt altera. Ipsius enim semper, & cōtinui, neq; vnumquodq; ipsorū cā, neq. omnia, hæc enim quidem sic se habere semper, & ex necessitate est, omnia aūt infinita, & non sunt simul omnia entia. Manifestum igitur est, quod quamuis decies milies principia quædam immobilium quidem, mouentium aūt, & multa ipsa seipsa mouentium corrumpantur, alia vero fiant, & hoc quidē immobile sit, aliud vero mouet, alterū autē hoc, sed nihilominus est aliquid quod continet, & hoc extra vnumquodq; quod est cā eius quod est alia eē, alia verò nō: & continuæ* T.c.37. *mutationis, et hoc quidē his, hæc autē alijs, cā motus sunt. Si igitur perpetuus motus est, perpetuum erit & mouens primum, si vnum, si vero plura, plura, & perpetua.*

T.cōm. 48. Ostendit propositum, & dicit, q si quædam mouentia seipsa quandoque sunt, & quandoque non sunt, necesse est qd sit aliqua cā generationis & corruptionis ipsorū, quæ qñq. sunt & qñq. non sunt, qa oē qd mouetur hēt cām sui motus, quod aūt qñq; est & quandoq; non est, si sit compositum generatur, & corrumpitur, mouens aūt seipsum necesse est quod hēat magnitudinem, qa mouetur, & ostensum est in Sexto, q nihil impartibile mouet. Sed ex dictis non pōt haberi, quod sit necessariū mouens habere magnitudinem, & sic non mouetur per se, si quandoq; sit, & quandoq; non sit. Si aūt generationis, & corruptionis eorum, quæ mouent seipsa, est aliqua cā, oportet q ēt hmōi sit aliqua causa, q eorum generatio, & corruptio perpetuè continuatur. Non autem potest dici, quòd huiusmodi continuitatis causa sit aliquod illorum immobilium, quæ non semper sunt, neq. etiam potest dici, q sempiternæ generationis & corruptionis quorundam mouentium se ipsa, sint causa quædam mouentia immobilia, quæ nō semper sunt, & aliorum alia. Et hoc exponit subdens, quod huius continuæ & sempiternæ generationis non potest esse cā neq. vnum ipsorū, neq. omnia. Et quod vnum non possit esse causa, sic ostendit, quia id, quod non est semper, nō potest esse cā eius, quod est sp perpetuum, & ex necessitate. Quod aūt omnia nō possint esse causa, ostendit per hoc, quod omnia hmōi principia corruptibilia, si generatio est perpetua, sunt infinita, & non simul sunt, impossibile est autem vnum effectum dependere ex infinitis causis. Et iterū, ea quæ nō simul sunt, non possunt esse causa alicuius, licet possit esse, quod eorum quæ non simul sunt, quædam disponāt, & quædam causent, vt patet in guttis successiuè cadentibus, quæ causant lapidis effossionem, sed si aliqua multa sunt directè causa alicuius, oportet quod simul sint. Sic ergo manifestū est, q si sint decies milies principia mouētia, & immobilia, & si sint etiam multa, quæ moueant seipsa, quorum quædam corrumpātur, & alia generentur, & inter illa quædam sint mobilia, & quædam mouentia, nihilominus tamē oportet esse aliquid super omnia, quod sua virtutē contineat omnia, quæ prædicto modo generantur & corrumpuntur, quod quidem sit causa continuæ mutationis ipsorum, per quam quandoque sunt & quandoq. non sunt, & per quā hæc sunt causa generationis & motus his, & hæc alijs, qa oē generans est causa generationis generato, sed tamē generantia corruptibilia habent, quod sint causa generationis ab aliquo primo incorruptibili. Si ergo motus, per quem quædam quandoque sunt, & quandoque nō sunt est perpetuus, vt supra ostensum est, & effectus perpetuus nō potest esse nisi a causa perpetua, necesse est, q primum mouens sit perpetuum, si est vnum, & si sūt plura prima mouentia, quòd etiam illa plura sint perpetua. Deinde cum dicit.

ARGU. *Vnum autem potius, quam plura putandum est esse, & finita quam infinita: semper enim finita potius, quam infinita sumenda sunt, si modo eadem fiant. In iis enim quæ sunt natura, finitum fit potius, & id quod melius est, oportet, si modo esse possit. Sufficiēs autem est & vnum, quod cum primum immobilium sit perpetuum ve, cæteris erit principium motus.*

ANTI. *Vnum autem magis quam multa, & finita quam infinita, oportet existimare, eisdem autem accidentib. semper finita magis accipiendum. In iis enim quæ sunt natura, oportet finitum, & id quod est melius, si contingat esse magis. Sufficiēs autem si vnum quod primum immobilium, perpetuum cum sit, erit principium alijs motus.*

Ostēdit quod magis debeat poni vnum principium perpetuū, quam multa, & dicit, quod sicut oportet existimare magis esse principia finita, quam infinita, ita oportet existimare, quod sit magis vnum principium, q̄ plura. Si.n. eadem accidant vel consequantur in effectibus ex positione finitorum principiorum, quā ex positione infinitorum, magis est accipiendum quod sint principia finita, quam infinita, quia in his, quæ sunt secundum naturam, semper est magis accipiendum illud quod est melius, si sit impossibile, quia ea quæ sunt secundum naturam, sunt optime disposita, melius est autem finitum principium, quam infinitum, & vnum, quā multa, sufficit autem ad causandum perpetuitatē motus, quod sit vnum principium primum immobile, si sit perpetuum, non ergo sunt ponenda plura prima principia. Deinde cum dicit.

ARGU. *Ex hoc etiā patet, aliquid esse necessario vnum perpetuum quod primo mouet. Demonstratum est.n. sp necessario motum esse, quod si necesse est semper esse, necesse est & continuum esse, sp.n. esse continuum est. Deinceps autem esse non continuum est. At si continuus est, vnus nimirum est, vnus autem motus a mouente proficiscatur vno, & vnus mobilis est. Nam si aliud atque aliud mouebit,

uebit, totus ipse motus non continuus, sed deinceps erit. Ex his ergo quispiam esse primum quod immobile, credet.

ANTI. T. c. 36.

Manifestum igitur ex his est quod necesse est esse aliquod vnum & perpetuum primum mouens. Ostensum est n. quoniam necesse est semper motum esse, & continuum esse, & namque quod semper, continuum, quod autem consequenter, non est continuum. At vero si continuus, vnus est, vnus autem si ab vno mouente, & vnius, quod mouetur, si enim quoddam aliud mouebit, non continuus totus motus sed consequenter. Igitur ex his sciet vtique aliquis esse aliquod primum mouens immobile.

Concludit ex prędictis, quod necesse est esse aliquid vnum primum mouens perpetuum. Et quamuis hoc ex superioribus sufficienter probatum videatur, posset tamen aliquis calumniosè dicere, quod causa continuitatis generationis est aliquod primum mouens seipsum perpetuum sed motor illius mouentis seipsum non est perpetuum & vnum, sed mouetur a diuersis mouentib. quorum quędam generantur & quędam corrumpuntur. Sed hoc intendit excludere, quia, si motus est perpetuus, vt supra probauerat, necesse est quod motus primi mouentis seipsum, quod ponitur cā totius perpetuitatis motus, sit sempiternus & continuus. Si enim non esset continuus, non esset sempiternus, sed quod consequenter est, non est cōtinuum. Ad hoc autem quod motus sit continuus, necesse est quod sit vnus, ad hoc vero quod sit vnus necesse est quod sit ab vno mouente, & vnius mobilis. Si vero sit aliud & aliud mouens, nō erit totus motus continuus, sed consequenter se habens. Necesse est ergo omnino quod primum mouens sit vnū & perpetuū. Mouens autem immobile, quod mouetur per accidēs, non est perpetuum, vt supra dictum est. Relinquitur ergo, quòd primum mouens sit omnino immobile & per se & per accidens.

LECTIO XIII.

Primum mouens esse immobile, primumque motum perpetuum, multipliciter insinuatur ex mouentium ratione.

ARGY.

Et rursus, si ad eorum principia quæ mouent respexerit, esse igitur quædam eorū quæ sunt, quæ aliquando mouentur, aliquādo quiescunt, luce clarius extat. Atque per hoc ipsum iā patuit, nec vniuersa moueri, nec vniuersa quiescere, nec alia semper quiescere, alia semper moueri, ea nāque quæ potentiā habent, vt interdum moueantur, interdū quiescant, veras haste sententias esse demonstrant.

ANTI. T. com. 38.

ET iterū considerans principia mouentiū. Esse quidē igitur quædā eorum quæ sunt, quæ aliquando quidem mouentur, aliquando autem quiescunt, manifestum est. Et propter hoc manifestum est, quoniam neque omnia mouentur, neque omnia quiescunt, neque alia semper mouentur, & alia semper quiescunt. Quæ nāque sunt vtrobiq; et potentiam sunt habentia hmōi quod est aliquando quidē moueri, aliquando vero quiescere, demonstrant de his.

Postquam Philosophus ostendit quod primum mouēs est perpetuū, & omnino immobile, ratione sumpta ex perpetuitate generationis, & corruptionis animalium, quæ mouent seipsa, hic intendit idem ostendere, rōne sumpta ex principiis mouentibus. Et circa hoc tria facit. Primo commemorat ea quæ dicta sunt a principio huius tractatus, secundo ex præmissis accipit rōnem ad propositum. ibi. (Ex quibus est scire.) Tertio concludit solutionem cuiusdam dubitationis supra motæ. ibi. Manifestum igitur factum est ex dictis. Circa primum tria resumit. Primo destructionem quarundam improbabilium positionum, & dicit, quod nō solum ex præmissis potest aliquis scire, quod est aliquod primum mouens immobile, sed etiam per considerationem principiorum motus. Et sicut supra dictum est, manifestum est ad sensum, quod in rebus naturalibus inueniuntur quædam, quæ aliquando mouentur, & aliquando quiescunt, & ex hoc manifestatū est supra, quod nulla trium positionū est vera, neque illa, quæ dicit quod omnia mouentur semper, neque illa, quæ dicit quod oīa quiescūt semper, neque illa quæ dicit quod illa quæ quiescunt, quiescunt sp, & illa quæ mouentur, mouentur sp. Huius. n. rei veritatem demonstrant illa quæ sub vtroque inueniuntur. s. motu & quiete, dum habent potentiam, vt quandoque moueantur, & quandoque quiescant. Secundo ibi.

T.c. 52. Tertia 53.

ARGI.

Cum autem talia cunctis sint manifesta, ostendere volumus & vtramq; duorum naturam, esse inquā, & quæ semper sunt immobilia, & quæ semper mouentur, atq; ad idipsum proficiscentes, posito hoc, omne quod mouetur ab aliquo moueri, idque aut immobile esse aut moueri, vel a seipso, vel ab alio semper, ad hoc sumendum tandem processimus, eorum (inquam) quæ mouentur, principiū esse, subeuntium quidem motum, id quod ipsum seipsum mouet, omniū aūt id quod immobile est. Cernimus aūt atque admodum clare res esse tales, quæ quidem se ipsas mouent, quale est animantium, ac animalium genus.

ANTI.

Quoniam autem hmōi manifesta sunt, volumus aūt demonstrare & duorū vtramq; naturam, quoniā sunt talia quidem semper immobilia, alia autem quæ semper mouētur, procedentes autem in hoc, & proponētes, omne quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc esse aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur, aut a seipso, aut ab alio semper deueniemus in hoc accipere, quoniam eorum, quæ mouentur, est principium eorum quidem, quæ mouentur, quod ipsum seipsum mouet, omnium autem, immobile, videmus. n. & manifestè esse eiusmodi quæ mouent ipsa, seipsa, vt animatorum & animalium genus.

Commemorat processum supra habitum ad inuestigandum primum motorem immobilem; & dicit, quod quia illa, quæ quandoque mouentur, & quandoq; quiescūt, sunt omnib. manifesta, ne iterum aliquis sequeretur quartam positionem ponētem, omnia entia esse huiusmodi, vt quandoque moueantur, & quandoq; quiescant, voluimus demonstrare duplicem naturam diuersam, ostendentes. s. quod quædam sunt, quæ semper mouētur. Et circa hoc procedentes proposuimus primo, quod omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, & quòd necesse est hoc a quo aliquid mouetur, aut esse immobile, aut moueri, & si mouetur, aut a seipso, aut ab alio, & cū non sit procedere in infinitū, vt ab alio moueatur, oportet deuenire ad hoc, quod sit quoddam primum principium mouens, ita quidem, quod in genere eorum quæ mouentur, est primum principium, quod mouet seipsum, sed vlterius simpliciter inter omnia primum principium est quod est immobile. Nec debere putari incōueniens, quod aliquid moueat seipsum; quia videmus manifestè esse multa talia in genere animatorū & animalium. Tertio ibi.

ARGI.

Hæc igitur & opinionē nobis præbebant, ne fortasse cōtingat motū omnino non esse, deindē oriri, quia in ipsis id accidere cernimus, nā prius immobilia sunt, vt videtur, deinde mouentur. Hoc aūt nos sumamus oportet, vno in quā, hæc seipsa motu ciere, atque illo non propriè, quippe cū non in ipsis eius sit causa, sed insunt animalibus naturales alii motus, quibus ipsa non per seipsa mouentur; vt accretio, decretio, & respiratio, quibus vt patet, animalium vnūquodque mouetur, cū quiescit, & non mouetur eo motu, quo ipsū seipsum ciet. Atque horū causa est continens ipsum, & eorū multa, quæ corpus ingrediuntur, vt nonnullorum ipsum alimentum, cū enim digeritur, dormiūt, cum disgregatur, expergiscuntur, & seipsa mouent, ac ipsum primum principium est externum. Idcirco non

semper continue a seipsis mouentur. Aliud est.n.id quod mouet ipsum, subiens motum atque mutationem ad vnũ quodque eorum, quæ seipsa motu ciene. In vniuersis autẽ his, id quod primo mouet, & quod est causa vt ipsa seipso moueant, a seipso mouetur per accidens tamen. Corpus .n. mutat locum vt patet, quare et id, quod in corpore est, & motione vectis seipsum mouet.

ANTL. T.c.51.

Hæc aũt et opinionem præbebãt, ne forte contingat motum fieri cum non sit omnino, propter id quod in his videmus hoc contingere immobilia enim cum sint aliquando, mouentur iterum, sicut videtur. Hoc autem oportet accipere, quoniam secundum vnũ motũ ipsa mouent, & quod secundum hunc non proprie. Non enim ex seipso est cã, sed insunt alij motus natura animalib. secundum quos nõ mouentur per seipsa, vt augmentum, & decrementum, et respiratio: quib. mouetur animalium vnumquodque quiescens, cum non mouetur a seipso motum. Horũ aũt cã, continens, & multa intrantiũ, vt quorundam alimentũ, dum coquitur.n. dormiunt: disgregato autem, surgunt & mouent seipsa, cum primum principium extra sit, vnde non semper mouentur continue a seipsis, aliud.n. est mouens ipsum, quod mouetur, & mutans ad vnumquodque mouentium seipsa. In omnibus autem his mouetur primum mouens, & causa ipsum seipsum mouendi a seipso, secundũ accidens tamen, mutat.n. locũ corpus, quare et quod in corpore existens & necessario mouens seipsum.

Commemorat quandam obiectionem supra positã & solutam. Cum.n. probasset motus perpetuitatem, posuit obiectionem in cõtrarium ex rebus animatis, quæ, cum prius quieuerunt, incipiunt qñque moueri. Et hoc est, quod hic dicit, ꝙ illa animata, quæ mouẽt seipsa, videbantur opinionem inducere, quod contingit in toto vniuerso motum fieri cum prius nõ fuerit, pp hoc, qđ videmus in eis hoc contingere, ꝙ, cũ prius non mouerentur, incipiunt qñq. moueri. Et ad hmõi solutionem oportet hic accipere, quod animalia mouent seipsa ẽm vnum motum.s. secundũ motũ localẽ. Hic.n. solus motus inuenitur in animalib. appetitui subiectis, & tamen nec secundum hunc motũ proprie animalia seipsa mouent, ita.s. ꝙ hmõi motus alia cã non præeistat. Nõ.n. animal ex seipso est prima causa, ꝙ localiter moueaꝉ, sed præcedunt alij motus, non volũtarij, sed naturales, vel ab interiori, vel ab exteriori, secũdum quos animalia non mouent seipsa, sicut patet de motu augmẽti, & decrementi, & respirationis, secundum quos motus animalia mouentur, quamuis quiescant secundum motum localem, quo mouentur a seipsis. Horum autem motuũ naturalium cã est, vel continens extrinsecum, s. cęlum, & aer, a quo immutantur corpora animalium exterius, vel aliquid intrans corpora animalium, sicut aer intrat per respirationem, & alimentum intrat per comestionẽ, & potũ, & ex huiusmodi transmutatiob. siue ab interiori, siue ab exteriori causatis, contingit ꝙ animalia quandoque incipiunt moueri, cum prius non mouerentur, sicut patet ex transmutatione, quæ est circa alimentum: quia, dum decoquitur alimentum, propter vapores resolutos, animalia dormiunt, sed qñ alimentum est iam digestum & dissolutum vaporibus residentib. euigilant animalia, & surgunt, & mouẽt seipsa motu locali, cum tamen primum principium motionis sit aliqđ extrinsecum a natura animalis, quod mouet ipsum. Et inde est, quod animalia non sp mouẽtur a seipsis, quia respectu vniuscuiusque animalis mouentis seipsum inuenitur aliud aliquod prius mouens, quod mouetur & mouet, si enim esset omnino immobile, semper eodem modo se haberet in mouendo, & ita motus animalis esset sempiternus, sed quia hoc mouẽs extraneum, quod mouet animalia, etiam ipsum mouetur, non semper eodem modo mouet. Vnde neq. animalia eodem modo mouent seipsa, quia in his omnibus primum mouens, quod est causa animalis mouendi seipsum, sicut anima, sic mouet, quòd mouetur, nõ quidem per se, sed per accidens, quia corpus mutatur secundum locum, mutato autem corpore, mutatur & id, quod in corpore existit per accidens. s. anima, & sic ex necessitate mutatur totũ mouens seipsum, vt non sit in eadem dispositione mouendi. Deinde cum dicit.

ARGL.

Ex quibus credi potest impossibile esse, si quid immobile quidem est, mouet aũt & ipsum subiens per accidẽs motũ, id cõtinuũ motu mouere. Quare, si necesse est continue motũ esse, sit aliquid oportet primũ mouẽs immobile, neq; per accidens subiens motum, si oportet in hisce, quæ sunt, incessabilem quendam esse motum, & immortalem, vt diximus, atq; ipsum quod est in seipso ac in eodẽ persistere. Manẽte nãq; principio, & vniuersum ipsum maneat necesse est, quippe cum ad principium ipsum continuum sit.

ANTL. T.c.52.

Ex quib. est scire, quia, si aliquid est immobiliũ quidẽ mouentium aũt, & ipsorum, quæ secundum accidens mouentur, impossibile est continuo motu mouere. Quare, si necesse est quidem continue esse motum, esse oportet aliquid primum mouens immobile, & non secundum accidens si debet sicut diximus, in iis quæ sunt, esse incessabilis quidam, & immortalis motus, & manere ens in seipso ipsum, & in eodem. Principio enim manente necesse & omne manere, quod continuum est ad principium.

T.c. 53. Infra.

Ex præmissis ostendit propositum, & primo, quòd primum mouens sit immobile, secundo, quòd primus motus sit sempiternus. ibi. At vero si aliquid est. Circa primũ duo facit. Primo ostendit propositum, secundo excludit quandam obiectionem. ibi. Non est idem moueri secundum accidens. Dicit ergo primo, quod ex præmissis possumus scire, qđ si aliqđ primum est mouens immobile, quod tñ mouetur scđm accidens, nõ potest facere continuum motum, & sempiternum, ista.n. causa est assignata, quare animalium animæ non mouẽt sp, quia mouẽtur per accidens. Sed ostensum est supra, quòd necesse est motum vniuersi esse continuum & sẽpiternum, ergo necesse est primam causam mouentem in toto vniuerso esse immobilem, ita quòd nec ẽt secũdum accidens moueatur, sed, sicut supra dictum est, in reb. naturalib. inueniri debet quidam motus immortalis, & incessabilis, & qđ totũ ens. i. dispositio huius vniuersi, maneat in sua dispositione, & in eodem statu. Ex immobilitate.n. principij, qđ poniꝉ manere immobile, sequiꝉ, qđ totũ vniuersũ habeat quandã permanentiã sempiternã, scđm quod continuatur primo principio immobili, recipiendo influentem ab ipso. Secundo ibi.

ARGY.

Non est autem idem per accidens a seipso moueri, atque ab alio. Hoc.n. nonnullis etiam, quæ sunt in cęlo, principijs inest, quæ lationibus pluribus feruntur: alterum autẽ corruptibilibus solum competit.

ANTL.

Non est aũt idem moueri secundũ accidens a seipso, et ab altero, ab altero enim inest, & eorum quæ sunt in cęlo quibusdam principijs, quæcunque secundũ plures feruntur motus: alterum autem corruptibilibus solum.

Excludit quãdam obiectionem. Dixerat.n. quòd, si aliquod mouens mouetur per accidens, non mouet motu sempiterno; hoc aũt vr habere instantiam, quia secũdum eius positionem motus inferior orbium, puta Solis, & Lunæ & aliorum planetarum, sunt sempiterni, & tñ motores eorum videntur moueri per accidens, si sequamur ea quę superius dixit, ea.n. ratione dicit animã animalis per accidẽs moueri, quia corpus animalis mouetur quodam alio motu ab exteriori principio, quod non est ab anima. Similiter autem apparet, quod orbis Solis mouet quodam alio motu, quasi delatus ex motu primi orbis, secundum ꝙ reuoluitur ab oriente in occiden-

dentem, isto autem motu non mouetur a proprio motore, sed econuerso ab occidente in orientem. Hanc ergo obiectionem excludit dicens, qđ moueri scđm accidens pōt attribui alicui scđm seipsum, vel scđm alterū, & hoc non est idem. Motoribus igitur orbium planetarū attribui pōt moueri per accidens, non ita quod per accidens moueantur, sed ita quod orbes ab eis moti, per accidēs mouent, delati ex motu superioris orbis. Et hoc est qđ dicit, ꝙ moueri per accidem (ab altero) .i. ratione alterius, inest quibusdam principiis cœlestiū motuum, quātum ad motores orbium, qui mouent pluribus motibus .s. motu proprio, & motu superioris orbis. Sed alterum .s. moueri per accidens secundum seipsum inuenitur solum in corruptibilibus, sicut in animabus animalium. Et huius diuersitatis ratio est, quia motores superiorum orbium non constituuntur in suo esse ex sua vnione ad corpora, & eorum cōnexio est inuariabilis, & iō, quamuis corpora orbium moueantur, ipsi non mouentur per accidens. Sed animæ, quæ mouent animalia, constituuntur in suo esse secundum vnionem ad corpora, & variabiliter eis connectuntur, & secundū transmutationem corporum, ipsæ etiam animæ dicuntur per accidens mutari. Deinde cum dicit.

ARGY. *At vero si sit quippiam sp tale, mouens quidem aliqd, immobile aūt semper manēs, atque perpetuū, & id sane, quod ab ipso primum mouetur, perpetuum esse necesse est.*

ANTI. *At vero si aliquod est semper huiusmodi, mouens quidem, immobile autem, & ipsum perpetuū, necesse est primum quod mouetur ab hoc, perpetuum esse.*

Probat quod primus motus est sempiternus. Et hoc duabus rationibus, quarum prima dependet ex præmissis, & talis est, Motus, qui non est semper, inuenitur esse a motore, qui mouetur per se vel p accidens, vt ex p̄dictis patet, cum ergo primum mouēs sit immobile & perpetuum ita, qđ nec per se, nec per accidens moueatur, necesse est, quod primū mobile, quod mouetur ab hoc motore penitus immobili perpetuo moueatur. Est autem attendēdum, quod supra probauit immobilitatē primi motoris per perpetuitatem motus supra ostēsum, hic autem econuerso, per immobilitatē primi motoris probat perpetuitatem motus, esset autē probatio sua circularis, si de eodem motu intelligeret. Vñ dicendū est, qđ supra probauit immobilitatē primi motoris ex perpetuitate motus in communi, vnde dixit, qđ (in his quæ sunt, est incessabilis quidam & immortalis motus.) Hic autem per immobilitatem primi motoris probat perpetuitatem primi motus, ex quo manifestū est falsum esse quod Commenta. dicit, qđ supra in principio huius Octaui, probauit motum primum esse perpetuum. Secundam rationem ponit ibi.

ARGI. *Hoc autem velle ex eo patere potest, quia secus non esset cæteris in reb. generatio, corruptio ve, atque mutatio, ni si quippiam moueret subiens motū. Id. n. quod immobile est eodem ac vno motu profecto, modoq; semper eodem mouebit, cū nullo pacto mutetur ipsum ad id, quod motu cietur. At id quod mouetur ab eo quod motu quidem cietur, mouetur iam ab eo quod est immobile, quoniam aliter ad res, atq; aliter sese habet, nō eiusdem erit cā motus. Sed quoniam contrariis in locis est atq; formis, contrario modo quanq; cæterarum rerum motu disponet. Atque interdum quiescentem, interdum subeuntem motum præbebit.*

ANTI. *Hoc aūt est manifestū quidem, ex eo quod non est possibile aliter esse generationem, & corruptionem, & mutationem aliis, nisi aliquid mouetur. Immobile quidem enim eundem semper mouebit eodem modo, & vnū motū velut nihil ipsum mutans ad id quod mouetur. Quod aūt mouetur ab eo quod mouetur quidem, moto autem ab immobili, iam propter id quod aliter & aliter se habet ad res, non eiusdem motus erit causa sed propter id, quod in contrariis locis aut speciebus sunt, contrariē exhibebit motum vnumquodque aliorum, & aliquando quidem quiescens, aliquando autem motum.*

Quæ sumitur ex perpetuitate generationis, & dicit, Secūda r. quod, primum motum esse perpetuum est manifestum etiam ex eo, quod nō est possibile aliter esse generationem & corruptionem, & huiusmodi mutationes nō temporales, nisi sit aliquid quod moueat & moueatur. Qđ .n. omnis mutatio fit ab aliquo motore, iam supra ostēsum est, oportet ergo generationem, & corruptionem, & hmōi mutationes esse ab aliquo motore, non autem possunt esse immediate a motore immobili, quia immobile semper mouebit eūdem motum, & eodem modo, quia non mutabitur eius dispositio & habitudo ad mobile. Manente autem eadē habitudine motoris ad mobile, sp manet idem motus, nō autem generatio, & corruptio sp eodem modo sunt, sed qñque aliquid generatur, qñque corrumpitur, nō ergo sunt immediate a motore immobili, sed a motore mobili, quod autem mouetur a motore moto, ꝙ tñ mouetur a motore immobili, in alteratione diuersorū motuum pōt hēre perpetuitatem, quia pp id quod mouens mobile aliter, & aliter se hēt ad res motas, non causabit eundem motū sp, sed magis diuersum pp id, quod in diuersis locis mouetur, si moueatur motu locali, vel diuersis specieb. si moueat motu alterationis, & causabit cōtrarium motum in aliis, & faciet quandoque quiescere, quandoque aūt moueri. Dicit autem contrariis locis aut specieb. quia nondum est probatum, qua specie motus primum mobile mouetur, sed hoc infra inquiret, sic igitur in quantū mouetur, est causa diuersitatis motuum, in quantum vero mouetur a motore immobili, est cā perpetuitatis in hac mutationum diuersitate, ipsa ergo perpetuitas generationis dicit primum motū esse perpetuum, & a motore immobili moueri. Est autem sciendum, quod hæ rōnes quibus Arist. probare nititur primum motum esse perpetuum, non ex necessitate cōcludunt, potest enim contingere absque omni mutatione primi motoris, qđ non semper moueat, sicut supra ostensum est in principio huius Octaui. Deinde cum dicit.

Perspicuum igitur iam euasit, ex hisce quæ diximus, & ARGI. *id quod initio dubitabamus, cur nam non vniuersa aut qe scunt, aut mouentur, aut alia sp mouentur, alia semper qe scunt, sed quędam interdū mouentur, interdum quiescunt. Huius enim causa vltro sese offerre videtur, quędā enim ab immobili sempiterno mouentur, quocirca semper mouētur, quædam ab eo quod mouetur atque mutatur, quare & ipsa mutentur, necesse est. Id autem quod est immobile, cū simpliciter, eodemque modo, ac in eodem semper permaneat, vno motu simplicique mouebit.*

Manifestū igitur factum est ex dictis, & quod princi- ANTI. *pio dubitauimus, cur igitur non omnia aut quiescunt, aut mouētur, aut alia semper quidem mouentur, alia vero sp quiescunt, sed quædam aliquando quidem aliquando non. Huius. n. causa manifesta nunc est, quoniam alia quidē ab immobili mouentur perpetuo, vnde semper mutātur, alia vero ab eo quod mouetur, & mutatur, quare & ipsa necessarium est mutari. Immobile aūt sicut dictū est, sic simpliciter & similiter & in eodem permanens, vnū & simplicem mouebit motum.*

Infert quandam conclusionem, quam supra dimise Lect. 5. & 6. rat insolutam .s. quare quædam mouent semper, & quæ per totum. dam nō mouent semper, & dicit, quod causa huiusmodi manifesta est ex præmissis. Quæ enim mouētur motore mobili, & perpetuo mouentur & semper, quę aūt mouent, & motore mutato, nō sp mouetur, quia immobile, vt prius dictū est, cū simpliciter & similiter ī eadē dispositione maneat, mouebit unū motum & simplicē.

Le-

LECTIO XIIII.

Motum localem cæteris motibus priorem esse probatur.

ARGY. *Atqui si principium etiam aliud considerationis feceri mus, de hisce magis patebit. Est enim considerandū si pos sit aliquis continuus motus esse nec ne, et si possit, quisnam hic sit, & quisnam motuum primus sit. Et enim, si motū quidem semper esse necesse est, primus aūt hic atque conti nuus est, patet id quod primum mouet, hoc sane motu mo uere, quem vnum, & eundem & continuum ac primum esse necesse est.*

ANTI. T.c.54. *AT vero aliud facientibus principium, magis erit de ijs manifestum. Considerandum enim est vtrum ali quem motum contingit esse continuum, aut non, & si con tingit quis hic, & quis primus est motuum. Manifestum autem, quod si necessarium est semper motū esse, primus autem hic, & continuus est, quia primum mouens mouet ipsum motum, necessarium est vnum & eundem esse, et continuum, & primum.*

Postquam Philosophus ostendit quod primum mo uens est immobile, & primus motus est perpetuus, hic incipit ostendere quis sit primus motus, & quale sit pri
T.c.58. mum mouens. Et diuiditur in partes duas. In prima o-
T.c.55. stēdit quis sit primus motus, in secunda quale sit primū mouens. ibi. Quod autem hic necesse est. Circa primū duo facit. Primo dicit de quo est intentio, secundo exe quitur propositum. ibi. Tribus enim existētibus. Dicit ergo primo, quod ad hoc quod præmissa certius consi derentur, oportet ab aliquo principio incipere, vt. s. cō sideremus, vtrum sit aliquis motus, quem contingat es se in infinitum continuum, Et si contingat aliquē mo tum talem esse, quis est hic, & quis etiā primus motuū. Et ne aliquis putaret alium esse quem contingit esse cō tinuum, & qui est primus, ad hoc excludendum, subiū git, manifestum esse, quod cum necessarium sit motum semper esse, & quod primus est in sempiternum conti nuus propter hoc quod causatur a primo mouente im mobili, necesse est quod sit vnus & idem motus, quem contingit esse in sempiternum continuum, & qui est primus. Secundo ibi.

ARGI. *Cum ita tres sint motus, in magnitudine, in affectu at que in loco, quem quidem lationem consueuimus appella re hūc primū motuū esse necesse est, Fieri nanque non po test, vt accretio sit, nisi alteratio antecedat. Et enim id q incrementa suscipit, tū simili, tū dissimili crescit. Contrariū nanque contrariū nutrimentum dicitur esse. Additur aūt alimentū oē, cū sit simile simili, sit igitur alteratio, ne cesse est ea mutatio quæ ad contraria proficiscitur. At ve ro, si alteratur, sit id oportet quod alterat, & ex potentia calido, calidū actu facit. Patet autem id, quod mouet, non sese habere simili modo, sed interdum esse propinquius ei quod alteratur, interdū remotius ab eodē: at hæc, absque latione nequeunt esse. Si igitur semper motum esse neces se est, & latio sit semper motuū prima, necesse est. Quod, si lationes alia prior, alia posterior est, prior nimirū omnes antecedat necesse est.*

ANTI. T.c.55. *Tribus aūt existenibus motibus, alio quidem secundū magnitudinē, & alio secundū passionē, & quodā secundū locū, quē vocamus loci mutationē, hunc necessarium est primum esse. Impossibile enim est augmentum esse altera tione nō præexistēte. Quod. n. augmentatur est quidem tā quā simili augmentetur, est aūt tanquam dissimili, contra rium. n. alimentum dicitur contrario. Adducitur autē oē factum simile simili. Necesse est igitur alterationē in con traria esse mutationē. At vero, si alterabitur indigebit es se alterans, & agens ex potentia calido actu calidū. Ma nifestū igitur, quod mouens non similiter se habet, sed ali quando quidē propius, aliquando autem longius ei quod alteratur, hæc autem sine loci mutatione non contingit es se. Si ergo necesse est semper motum esse, necesse est & loci mutationem semper esse primam motuum, & in lo ci mutationi, si est alia quidem prima, alia vero posterior, primam.*

Tertia ratio. T.c.77. Ostendit propositum, & primo per rationes, secun do per antiquorum dicta. ibi. Quod autem secūdum lo cum mutatio. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod motus localis est primus, secundo quis motus lo
Secunda 6. calis. ibi. Quæ autem loci mutatio. Primum ostēdit tri pliciter. Primo quidem per proprietates motuum, secū do per distinctionem prioris, & posterioris. ibi. (Am
T.c.56. plius & hic considerantibus.) Tertio per ordinem mo bilium. ibi. Maxime aūt manifestum est. Circa primū ponit duas rationes, circa quarum primā sic procedit. Primo. n. proponit quod intendit, & dicit, quod cū sint
T.c.60. tres species motus, vnus quidem, qui est secundū quāti tatem, qui vocatur augmentum, & diminutio, alius aūt qui est secundum passibilem qualitatem, & vocatur alteratio, tertius autem qui est sm locum, & vocatur lo ci mutatio, necesse est, quod iste sit prim⁹ inter omnes. Et hoc probat sic, quia impossibile est quod augmen tū sit primus motus: augmentum enim esse nō potest, nisi alteratio præexistat, quia illud, quo aliquid augmē tatur, est quodammodo dissimile, & quodammodo si mile. Quod enim sit dissimile, patet, quia illud, quo ali quid augmētatur, est alimentū, quod est in principio cō trarium ei quod nutritur, propter diuersitatem dispositionis, sed quando iam additur, vt augmētum faciat, ne cesse est quod sit simile, de dissimilitudine autem non transitur ad similitudinem, nisi per alterationem, neces se est ergo, quod ante augmentum præcedat alteratio, per q̃ alimentū de vna contraria dispositione mutetur in aliam. Secundo vero ostendit, quod ante omnem al terationem præcedat motus localis, quia, si aliquid alte ratur, necesse est quod sit aliquid alterans, quod poten tia calidum, faciat esse actu calidum, si autem hoc alte rans semper esset eodem modo propinquum in eadem distantia ad alteratum, non magis faceret calidū nunc, quam prius. Manifestum est ergo quod mouens in alte ratione nō similiter distat ab eo quod alteratur, sed ali qñ est propinquius, aliquando remotius, q̃ nō pōt cō tingere sine loci mutatione. Si ergo necesse est motum semper esse, necesse est loci mutationem semper esse, cum sit prima motuum. Et si inter loci mutationes vna est prior alia, necesse est, si præmissa sunt vera, quod pri ma sit sempiterna. Secundam rationem ponit ibi.

ARGY. *Preterea densitas raritasque principium omniū affe ctuum est. Et. n. graue ac leue, molle & durum, calidum deniq; frigidūque, densitates quædam ac raritates esse vi dentur. Densitas autem raritasque congregatio est, ac se gregatio, quibus, vt inquiunt, substantiæ generantur ac corrumpuntur, at ea quæ congregantur ac segregantur, lo co mutentur necesse est. At vero magnitudo etiam eius loco mutatur quod accrescit atque decrescit.*

ANTI. *Amplius autem omnium passionum principium, densi tas & raritas. Et graue nanque & leue, & molle & du rum, & calidum & frigidum, densitates vidētur esse & raritates quædam. Densitas autem, & raritas congrega tio & disgregatio sunt secundum quas generatio & cor ruptio dicitur substantiarum. Quæ autem congregantur & disgregantur, necesse est secundum locum mutari. At vero, et eius quod augmētatur, & diminuitur, mutatur secundum locum magnitudo.*

Secunda rō. Quæ talis est. Alteratio, sicut in septimo probatum est, fit, secundū passiones vel passibiles qualitates, inter quas secundum antiquorum opinionem principiū esse videtur densitas & raritas, quia & graue & leue, & mol le & durum & calidum & frigidum, videntur consequi

rarum

rarum & densum, & secundum ea distingui. In elementis etiam densa quidem inueniuntur grauia, & frigida, rara vero calida & leuia. Et hoc quidem aliquando verum est, si in passibilibus ordo attendatur secundum propinquitatem ad materiale principium, nam rarum & densum videntur maxime ad materiam pertinere, vt patet ex iis quae in Quarto sunt dicta. T.c.84. Densitas autem & raritas videntur esse quaedam congregatio & disgregatio, secundum quas .s. congregationem & disgregationem antiqui Philosophi ponebant tam generationem quam corruptionem substantiarum. Qua quidem opinione nunc vtitur vt probabili, antequam veritatem generationis, & corruptionis ostendat in lib. de Generatione. Illa autem, quae congregantur & disgregantur, ea hoc ipso secundum locum mutari videntur. Loci ergo mutatio principium est alterationis. Sed attendendum, quod congregatio, & disgregatio corporum existentium in actu, ad motum localem pertinent, congregatio vero & disgregatio secundum quod eadem materia continetur sub magnis vel paruis dimensionibus, non pertinet ad motum localem, sed ad motum alterationis. Et secundum hoc Arist. supra in Quarto assignauit rationem rari, & densi: sed hic loquitur secundum quod erat probabile ex opinione aliorum Philosophorum. Sicut autem motus localis requiritur ad alterationem, ita etiam requiritur ad augmentum, necesse est enim, quod eius quod augetur, & decrescit, magnitudo mutetur secundum locum, quia quod augetur, excrescit in maiorem locum, quod autem decrescit, in minorem contrahitur. Sic ergo patet, quod motus localis est naturaliter prior & alteratione, & augmento. Secundo ibi.

ARGY. *Insuper & hinc si animaduertamus, lationem primum motum esse patebit. Primum .n. ipsum, vt in aliis, sic & in motu multipliciter dici potest. Dicitur autem prius, & id quo sublato caetera tolluntur, ipsum autem aliis sublatis est. Et id quod tempore praecedit, Et id deniq; quod substantia praestat.*

ANTI. *Amplius & hinc considerantibus erit manifestum, quod loci mutatio prima. Primum enim sicut & in aliis, sic & in motu dicetur vtique multifarie. Dicitur autem prius, quo non existente, non erunt alia, illud vero sine reliquis. Et quod secundum substantiam. Et quod tempore.*

Probat idem distinguendo modos prioris & posterioris, & dicit, quod ex hac consideratione manifestum erit, quod loci mutatio est prima inter motus, quia sicut in aliis rebus prius aliquid altero dicitur multipliciter, ita & in motu. Dicitur enim vno modo prius, quo non existente non erunt alia, sed illud potest esse sine aliis, sicut vnum est prius duobus, quia duo non possunt esse, nisi sit vnum, vnum autem potest esse, si non sint duo. Secundo dicitur aliquid prius tempore, quod .s. est remotius a praesenti, sicut in praeterito, vel propinquius, sicut in futuro, vt in Quarto dictum est. Tertio dicitur aliquid prius secundum substantiam, scilicet secundum substantiae complementum, sicut actus est prior potentia, & perfectum imperfecto. Secundo ibi.

Primũ seu prius tribus sumitur modis.

ARGY. *Quare si necesse est continue motum esse, erit autem continue, aut hisce, qui continuus est, aut hisce, qui est deinceps, magis autem erit hisce, qui est continuus praestatq; continuum esse, atque id quod praestat in natura semper esse putamus, modo possit esse, potest autem continuus esse vt posterius demonstrabitur, nunc autem supponatur, atque hic nullus alius esse potest, nisi latio tantum, latio profecto motus sit primus necesse est. Nulla namque necessitas est, & id quod fertur accrescat, vel alteretur, vel generetur, vel corrumpatur. At horum mutationum nulla esse potest, si continuus hisce motus, quo mouet primum mouens, feratur.*

ANTI. *Quare quoniam motum quidem necesse est esse continue, erit vtiq; continue, aut qui continuus est, aut qui consequenter, magis autem qui continuus. & dignius est continuum quam consequenter esse, dignius autem semper accipimus in natura esse, si possibile est, possibile autem est continuum esse, monstrabitur autem posterius, nunc autem hoc supponatur, et hunc neq; vnum aliud possibile est esse nisi loci mutationem, necesse est igitur loci mutationem esse primam. Neq; vna enim necessitas est neq; augmentari, neq; alterari quod fertur, nam neq; fieri aut corrumpi. Horum autem neq; vnum contingit nisi continuus sit, quem mouet primum mouens.*

Probat motum localem esse primum trib. modis praedictis. T.c.65. Et primo quantum ad primum, secundo quantum ad secundum. ibi. Adhuc tempus. Tertio quantum ad tertium. ibi. Omnino autem videtur. Dicit ergo quod cum necesse sit semper motum esse, vt supra probatum est, hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo quod sit aliquis continuus motus, alio modo secundum quod sunt motus consequenter se habentes, inter quos nihil sit medium. Magis autem saluatur sempiternitas motus si motus sit continuus, & iterum dignius est esse continuum, quam consequenter, quia plus habet de ratione vnitatis, & perpetuitatis, semper autem in natura debemus accipere quod dignius est, si sit possibile, est autem possibile aliquem motum esse in infinitum continuum, non autem aliquem alium, nisi loci mutationem, quod nunc quidem supponatur, posterius quidem probabitur: ex quo apparet necesse esse, ponere motum localem esse primum. Alii .n. motus non requiruntur ad hoc quod sit motus localis, nulla .n. necessitas est, vt id quod mouetur secundum locum, augmentetur vel alteretur, quia non est necesse quod corpus, quod mouetur secundum locum, generetur aut corrumpatur, augmentum autem, & alteratio locum habet in iis, quae generantur & corrumpuntur. Sed nullum horum motuum esse contingit, nisi sit ille motus sempiternus, & quem mouet primum mouens, quem diximus non esse nisi motum localem. Sic igitur motus localis potest esse sine aliis, sed non econuerso, est ergo primus primo modo prioritatis. Secundo ibi.

ARGY. *Praeterea primum tempore esse necesse est, hic .n. solus corporibus aeternis accommodatur.*

ANTI. T.c.66. *Adhuc tempore prior est; perpetuum enim contingit solum moueri secundum hunc.*

Probat quod sit prius tempore. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod simpliciter loquendo est prius tempore, quia id, quod est perpetuum, simpliciter loquendo, est prius tempore, quam non perpetuum, solum autem motum localem contingit esse perpetuum, vt dictum est, ergo simpliciter loquendo est primus tempore. Secundo ibi.

ARGY. *At in vnoquoq; quidem eorum quae generantur lationem motuum vltimam esse necesse est. Post ortum enim alteratione primum, accretioneue, deinde iam perfectum, latione mouetur. Verum aliud prius necesse est esse subiens lationem, quod & generationis hisce quae fiunt, causa erit, non ipsum subiens generationem, vt id quod genuit rem generatam praecedat: Nam generatio motuum ob hoc prima esse videbitur, quia res sit orta prius oportet. Ad hoc in vna quidem quauis re generanda, ita sese habere videtur. Aliquid tamen aliud ante moueatur necesse est, quod quidem ex iis est quae oriuntur, & occidunt, non subiens generationem. & hoc item aliud prius. Quoniam autem impossibile est generationem esse primam, essent .n. omnia quae mouentur caduca, patet nec vllum motuum, qui sunt deinceps, priorem esse. Dico autem motus deinceps accretionem, deinde alterationem, & decretionem atque corruptionem, omnes enim hi motus posteriores, sunt generatione. Quare si generatio prior latione non est, neque caeterarum profecto mutationum eandem vlla praecedit.*

ANTI. *Sed in vnoquoq; quidem habentium generationem loci mutationem necesse est postremam motuum esse. Post .n. ipsum fieri alteratio & augmentum, sed loci mutatio, iam per-*

perfectorum motus est. Sed alterum necesse motum esse secundum loci mutationem prius, quod & generationis causa erit ijs quæ fiunt, non factũ, vt generans eius, quod generatur. Quoniam videtur vtique generatio esse prima motuum, propter id, quod fieri oportet rem primum hoc in vno quidem quolibet eorum quæ sunt, sic se habet; sed alterũ quid necesse est prius moueri ex ijs. Quoniam igitur generationem impossibile est esse primam, omnia .n. quæ mouentur essent corruptibilia, manifestũ est quod neq; consequentium motuum, neque vnus prior est. Dico autem consequentes augmentum, postea alterationem, et decremẽtum, et corruptionem: omnes .n. posteriores generatione sunt. Quare si non est generatio prior loci mutatione, neque aliarum, neque vna per mutationum.

Excludit quandam obiectionem, per quam videtur hoc remoueri, quia, si consideremus aliquod vnum corpus, qđ de nouo generetur, loci mutatio est postrema tẽpore inter omnes motus, quia primo generatur, postea alteratur & augetur, & demum habet motũ secundum locum, quando iam perfectum est, vt patet in homine & in pluribus animalibus. Sed per hoc non excluditur, quin simpliciter motus localis sit primus tẽpore, quia ante oẽs istos motus, qui sunt in hoc generato, necesse est præcedere quẽdã motũ localẽ in aliquo priori mobili, quod sit causa generationis his, quæ generantur, sicut generans est causa eius, quod generatur, ita tñ qđ ipsum non est generatum. Quod autem motus, qui præcedit generationẽ, sit motus localis, & ꝙ sit simpliciter primus motuum, ostendit subdens, quoniam generatio videtur esse prima motuum in his quæ generantur, quia primo oportet rem fieri, quam moueatur, & hoc verum est in quocunq; generato. Sed tamen necesse est esse aliquod prius motum, quã ea quæ generant, & ꝙ ipsum non sit generatum, vel si est generatũ, ꝙ et illo priori sit aliud prius, & sic, vel ꝓcedetur in infinitũ quod est impossibile, vt supra ostensum est, vel peruenietur ad aliqđ primum. Sed impossibile est generationẽ esse primã, quia sic sequeretur ꝙ omnia, quę mouẽtur, essent corruptibilia, omne .n. generabile est corruptibile, & per consequens oĩa consequenter mobilia. Si ergo generatio nõ est prima simpliciter, manifestũ est, qđ nullus consequentium motuum potest esse simpliciter primus. Et dico consequentes motus, augmentum, alterationem, decremẽtum, & tandem corruptionem, qui omnes motus tẽpore generationem sequũtur. Si ergo gñatio non est prior loci mutatione, sequitur, qđ nulla alia mutationum possit esse prior simpliciter, quã loci mutatio, & ita, cũ necesse sit esse aliquã primã simpliciter; sequitur quod loci mutatio sit prima. Deinde cũ dicit;

T.c. 56. ARGV. *Omnino autem id quod generatur imperfectum esse videtur, & ad principiũ proficisci. Quo fit, vt id natura sit prius, quod generatione posterius est, at vniuersis hisce, quæ generantur, vltimo latio competit. Quocirca quædam viuentium omnino, quia instrumentis vacant, immobilia sunt vt planta, & animalium genera multa, quædam, cum perficiuntur, hoc vt patet motu cientur. Quare, si magis inest his latio, quæ magis naturam sunt consecuta, motus hic quoque cæteris motib. substantia prior erit. Atque hoc ita se habet non solum ob ea, quæ dicta sunt, sed ob hanc etiam rationem.*

ANTI. T.c. 58. *Omnino autem videtur, id quod fit imperfectum esse & ad principium iens, quare quod generatione posterius est, natura prius est. Vltimo autem loci mutatio omnibus inest quæ sunt in generatione. Vnde alia omnino immobilia sunt viuentium propter indigentiam organi, vt plãtę, & multa genera animalium, perfectis autem inest. Quare, si magis inest loci mutatio, magis comprehendentibus naturam, & motus hic primus aliorum vtique erit secundum substantiam propter hoc.*

Probat ꝙ motus localis sit prim⁹ ꝑfectione. Et hoc ostendit dupliciter, primo sic, Omne, qđ fit, est imperfectum, & tendit ad principium .i. vt assimilietur principio suæ factionis, quod est primum naturaliter, ex quo patet, quod id ꝙ est posterius in generatione est prius secundum naturam. Sed in excessu generationis in omnibus generabilibus, vltimo inuenitur loci mutatio nõ solum in eodem, sed etiam considerando totum progressum naturæ generabilium, inter quæ quædã viuentia sunt penitus immobilia secũdũ locum propter indigentiam organi, sicut plantæ, quæ non hñt organa motus processiui, & similiter multa genera animalium, sed perfectis animalibus inest motus localis, si igitur loci mutatio inest illis, quæ magis comprehendunt naturã, idest quæ magis perueniunt ad perfectionem naturæ, sequitur quod motus localis sit primus secundum substantiæ perfectionem inter omnes motus.

ARGV. *Quia id quod hoc motu cietur minime dum fertur substantiam suam amittit, sola nanque latione nihil in hisce quę insunt sibi mutatur, vt cum quippiam alteratur et cũ incrementa decrementa vie suscipit, in qualitate fit, vt patet, atque in quantitate mutatio.*

ANTI. *Et quia nequaquam substantiam mutat, quod mouetur motu in eo quod fertur. Secundum enim hunc solum nihil mutatur ab esse, sicut eius quod alteratur, quale, eius autẽ quod augetur, et decrementum patientis, quantum.*

Ostẽdit idẽ, sic, quãto aliquis motus minus remouet a mobili, tanto subiectum eius est perfectius, & sic ipse motus etiam est perfectior quodammodo, secundũ aũt motum localem nihil remouetur, quod insit subiecto mobili, secundum autem alterationem fit trãsmutatio secundum qualitatem, in augmento & decremento secundum quantitatem, quæ insunt subiecto, transmutatio vero generationis & corruptionis attenditur secundum formam, quæ constituit substantiam subiecti, motus autem localis est solum secundum locum, qui exterius continet: relinquitur ergo quod motus localis sit maxime perfectus. Deinde cum dicit,

ARGV. *Maxime vero patet ex eo, quia id quod interno motu seipsum ciet, eo se maxime motu proprie mouet, qui ad locum accommodatur. Atque hoc dicimus eorum, quæ mouentur ac mouent, principium esse, & primum eorũ quæ mouentur ad id, inquam, quod seipsum interno motu suoque ciet. Patet igitur ex hisce, quæ diximus, lationem motuum esse primum.*

ANTI. *Maxime aũt manifestũ est, quia mouẽs ipsũ seipsũ maxime mouet hunc proprie qui secundum locum est, & et dicimus hoc esse eorũ quæ mouentur, et mouent principiũ et primum in his, quæ mouentur, ipsum seipsum mouens. Quod igitur loci mutatio prima sit, manifestũ est ex his.*

Probat quod motus localis sit primus ex parte mobilis. Manifestũ est enim quod mouẽs seipsum proprijssime mouet se secundum motum localem. Cum igitur mouens seipsum sit principium aliorum mouẽtium & mobilium, & per consequens sit primum inter omnia quæ mouentur, sequitur quod motus localis, qui est ei proprius, sit primus inter omnes motus. Sic igitur concludit ex præmissis, quod loci mutatio sit prima inter omnes motus.

LECTIO XV.

Omnes alii motus a locali continuos esse non posse insinuatur.

ARGV. *Nunc autem demonstrandum est, quæ nõ sit latio prima. Atque simul eadem via patebit, & id quod nunc & antea supposuimus, continuum, inquam, motum atq; perpetuum aliquem esse posse. Nullum itaque cæterorum motuum continuum esse posse, ex hisce sane patebit.*

ANTI.

Quæ

ANTI. Te.c.62. Te.c.95.

QVæ autẽ loci mutatio prima sit, nunc monstrandũ est. Simul autẽ, & quod nunc & prius suppositum est, quod contingit quandam motum continuũ esse & perpetuũ, manifestũ erit eadẽ methodo. Quod igitur aliorũ motuum continuum neque vnum contingit esse, ex his manifestum est.

Postquam Philosophus ostendit ꝙ motus localis sit primus inter oẽs motus, hic ostendit quis motus localis sit primus, Et qa sicut supra dixit, necesse est eundẽ esse motum cõtinuum & primum, diuiditur hæc pars in duas. In prima ostẽdit quis motus possit esse sp continuus. In secundo ostendit, ꝙ ille motus est primus ibi. Quod autem lationum circularis. Prima aũt pars diuiditur in tres partes. In prima ostendit, ꝙ nullus motus põt esse continuus, nisi localis. In secunda ꝙ nullus motus localis potest esse continuus, præter circularem. ibi. Qm aũt contingit esse motum, in tertia ostendit quod motum circularem contingit esse continuum. ibi. (Qđ aũt circulari.) Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit, secundo probat propositum. ibi. Oẽs.n. ex oppositis. Dicit ergo primo, ꝙ cum ostensum sit, ꝙ loci mutatio est prima inter oẽs spẽs motus, nunc ostendendum est, quę loci mutatio sit prima, quia eius etiam sunt multæ spẽi, vt in Septimo ostensum est. Et simul ẽt Fm eandẽ methodum. i. artem, & secundum eamdẽ artificialem cõsiderationem, erit manifestum id, quod nunc paulo supra diximus, & quod etiam prius suppositum est in principio huius Octaui, ꝙ contingit aliquẽ motum esse continuum & perpetuum. Oportet enim quod idem sit primus & continuus, vt supra ostensum est, & ideo sub eadem consideratione vtrunque eorum cadit. Quod ergo nulla alia species motus, præter loci mutationem, possit esse continua & perpetua, manifestum est ex his quæ dicentur. Secundo ibi.

Te.com 64. Te.com 73. Infra. T.c.10.

ARGL.

Omnes.n. motus atque mutationes ex oppositis sunt ad oppositas migrationes, vt patet, nam generationis quidem atque corruptionis, id quod est, & id quod non est, terminos esse constat; Alterationis vero contrarias qualitates atque affectus, accretionis item decretionisve, aut magnitudinem paruitatẽque, aut perfectionẽ magnitudinis imperfectionẽve. Contrarii vero sunt motus, quib. ad contrarios fines itur. Id autem quod nõ semper hoc motu cietur (modo sit prius) quiescat prius necesse est. Id igitur quod mutatur, vt patet in contrario profecto quiescet.

ANTI.

Omnes.n. ex oppositis in contraria sunt motus & mutationes, & generationi quidem & corruptioni, ens & non ens termini sunt, alterationi autem contrariæ passiones, augmento, & decremento, aut magnitudo aut paruitas, aut perfectio magnitudinis, aut imperfectio. Contrarij autem sunt qui sunt in contraria. Quod autem non sẽper mouetur secundum hunc motum. existens prius, necesse est prius quiescere. Manifestum igitur quoniam quiescet in contrario id quod mutatur.

Ostendit propositum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ nulla alia species mutationis præter localẽ, potest esse continua, & perpetua vna & eadem existẽs, secundo ꝙ nec duæ mutationes aliæ oppositæ possunt sibi succedere sine interpositione quietis, ibi. Amplius in generatione. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum, secundo excludit quasdã obiectiones. ibi, nihil.n. differt. Circa primũ duo facit. Primo ostendit propositum in motibus. Secũdo in mutationib. ibi. Similiter autem & in mutationibus. Proponit ergo primo vnam propositionem, quæ communiter vera est, tã in motibus, quam in mutationibus, quod. s. omnes motus & mutationes sunt ex oppositis in oppositũ, a qua generalitate excipitur quodammodo loci mutatio, vt in fine Sexti dictum est. Generatio enim & corruptio, quæ sunt mutationes, habent pro terminis esse & non esse. Alterationis vero termini oppositi sunt contrariæ passionis. i. passibiles qualitates, vt calidum, & frigidũ, album, & nigrum. Augmenti vero, & diminutionis oppositi termini sunt magnum & paruum, siue perfectũ & imperfectum in magnitudine, seu quantitate. Manifestum est autẽ ex his quæ dicta sunt in Quinto, quod motus qui sunt in contraria, sunt contrarii, motus igitur qui est in album contrarius est motui, qui est in nigrum, sed contraria non possunt esse simul, ergo dũ aliquid ad album mouetur, non simul mouetur ad nigrũ. Quod ergo incipit moueri ab albo in nigrũ motu denigrationis, ẽt si moueretur motu dealbationis dũ fieret album, manifestum est ꝙ non poterat simul moueri motu denigrationis. Quod autẽ prius existebat, si nõ semper mouebatur aliquo motu determinato, necesse est dicere, ꝙ prius quiescebat quiete opposita huic motui, quia omne quod est natum moueri, vel quiescit, vel mouetur. Manifestum est ergo, ꝙ id quod mouetur in aliquod cõtrarium, aliquãdo quiescebat quiete opposita tali motui, nullus ergo motus, cui est aliquod contrarium, potest esse cõtinuus & perpetuus. Si ergo huic cõclusioni addatur, quod primo positũ est. s. ꝙ omnis motus alterationis, vel augmenti, vel decrementi fit in aliquod contrarium, sequetur ꝙ nullus huiusmodi motus possit esse continuus & perpetuus. Secundo ibi.

T.com. 63. Quarta 62. Tertia. Te.c.99.

ARGL.

Similiter & in ipsis mutationibus fit. Corruptioni namque simplici generatio simplex, & cuidam quædam opponitur. Quare si fieri non potest, vt simul oppositis mutationibus quicquam mutetur, non erit mutatio profecto cõtinua, sed inter ipsas medium tempus erit.

ANTI.

Similiter autem, & in mutationibus. Opponuntur.n. generatio & corruptio simpliciter, & singularis singulari. Quare, si impossibile est simul mutari oppositas, non erit continua mutatio, sed medium erit ipsorum tempus.

Ostendit idem in mutationibus, s. in genera. & corrup. quia generatio & corruptio opponuntur, & vniuersaliter secundum communem oppositionẽ entis, & nõ entis, & iterum in singulari, sicut generatio ignis opponitur corruptioni ignis secũdum oppositionem esse ipsius, & non esse. Vnde, si impossibile est simul esse oppositas mutationes, sequetur quod nulla mutatio sit cõtinua, & perpetua eodem modo, sicut & prius de motib. sed necesse erit inter duas generationes eiusdẽ interuenire mediũ tp̃s, in quo erat corruptio, & similiter inter corruptiones tp̃s generationis. Deinde cum dicit.

ANTI.

Nihil enim interest contrariæ sint, an nõ contrariæ mutationes hæ, quarum termini contradictoriam oppositionem suscipiunt, si modo simul eidem adesse non possint. Hoc enim non est rationi conducens.

ANTI.

Nihil.n. differt contrarias aut non cõtrarias esse secundum contradictionem mutationes, si solum impossibile sit eidem simul inesse. Hoc enim rationi nihil vtile est.

Excludit tres obiectiones. Primo, quia posset aliquis dicere, ꝙ mutationes opponantur secũdum oppositionem terminorum, termini autem generationis & corruptionis non sunt contrarii, sed oppositi secundũ contradictionem, videtur sequi ꝙ generatio & corruptio non sunt contrariæ, & sic non erit eadem ratio de iis & de motibus, qui sunt contrarii. Huic ergo obiectioni respondet dicens, ꝙ nihil differt, mutationes, quæ differunt secundũ contradictorios terminos, esse cõtrarias, vel non contrarias, dummodo hoc solum verum sit, ꝙ impossibile sit ambas eidẽ simul inesse, hoc enim quod est esse contrarium vel non contrarium, nihil est vtile ad rationem præmissam. Secundam obiectionem excludit ibi.

ARGL.

Nec si non necesse est in contradictione quiescere, nec est mutatio quieti contrarium, forsitan.n. id quod haud est non quiescit, corruptio vero, ad id quod haud est, vt

patet

patet, mutatio est, sed sit solum inter ipsas sit tempus, sic. n. continua non erit sanè mutatio. Neque enim in priorib. contrarietas conducebat, sed idipsum, simul inquam esse non posse.

ANTI. *Neque si non necesse est quiescere in contradictione, ne que est mutatio quieti contrarium, nō enim forsassis quae scit, quod non est, corruptio autem est in non ens, sed si solum medium sit tempus, sic enim non erit mutatio continua. Neque enim in prioribus motibus contrarietas vtilis fuit, sed non contingere, simul esse.*

Posset. n. aliquis dicere, ꝙ necesse est, ꝙ illud qđ nō semper mouetur, prius quiescere, quia motus opponitur quieti: sed hoc nō habet locum in mutationib. gñationis & corruptionis, quibus nō opponitur quies proprie loquēdo, vt in Quinto dictum est. Huic ergo obiectioni respondet dicens, quod nihil etiam differt quantum ad propositam rationem, si nō est necesse quiescere in aliquo contradictoriorum terminorum, neq; etiā si mutatio non cōtrariatur quieti, quia forsan illud ꝙ non est, non pōt quiescere, corruptio autem est in non esse, vnde videtur quod in termino corruptionis nō potest esse quies. Sed hoc solum sufficit ad propositum, si sit tempus medium inter duas generationes aut corruptiones, sic. n. consequens erit quod neutra istarum mutationum sit continua. Post hoc autem redit ad primā, & dicit, ꝙ ideo non differt contrarias aut non contrarias esse secundum contradictionem mutationes, quia neque in prioribus, in quib. agebatur de motibus, erat vtile ad propositum, ꝙ in eis est cōtrarietas, sed quod non contingit eas simul esse, quod non est proprium contrariorum, sed commune omnibus oppositis.

Tertiam obiectionem excludit ibi.

ARGL. *Atque non conturbentur oportet, si contrarium sit pluribus idem vt motus quieti, & ei motui, quo ad contrariū itur. Sed hoc tantum sumamus tum motui tum quieti motum opponi, vt æquale ac mediocre, ei quod excedit aduersatur, & insuper fieri non posse, vt motus oppositi mutationesque simul eidem insint.*

ANTI. *Non oportet aūt turbari quod idem pluribus erit contrariū, vt motus & status & motui, qui est in contrariū. Sed hoc solum est accipere quod opponatur quodammodo & motui & quieti motus contrarius, sicut æquale & mēsurabile excellenti, & ei quod excellitur, & quod non contingit simul oppositos esse, aut motus aut mutationes.*

T.c. 19. Dixerat. n. supra motus esse contrarios, qui sunt in contraria, cum ergo motus sit contrarius quieti, videtur sequi ꝙ vni sunt duo contraria, quod est impossibile, vt probatur in decimo Met. Ad hoc ergo excludendū dicit, ꝙ nō oportet de hoc turbari, quod videtur sequi idem esse cōtrarium pluribus. s. motus quieti, & motui qui est in contrarium. Sed hoc solum debemus accipere, ꝙ vnus motus contrarius opponitur quodammodo & motui contrario, & quieti, motui quidem contrario secundum directam contrarietatem, quieti autē magis secundum oppositionem priuatiuam, quæ tamē habet aliquid de contrarietate, in quantum quies opposita, est finis & complementum contrarii motus. Sicut ēt æquale, & cōmensurabile opponitur quodāmodo duobus. s. excellenti, & ei quod excellit, siue magno & paruo, quibus opponitur secundum priuationem magis, vt patet in Decimo Meta. Et iterum hoc oportet accipere, ꝙ non contingit simul esse neque oppositos motus, neque oppositas mutationes. Deinde cum dicit.

ARGL. *Præterea in generatione corruptioneve penitus absurdum esse videbitur, si corrumpi continuo generatum, nulloque in tempore permanere necesse est. Quare de cæteris ex his idem profecto credetur, est enim naturale in vniuersis mutationibus similiter se habere.*

ANTI. T.c. 63. *Amplius in generatione, & corruptione, & penitus inconueniens esse videbitur, si factum mox necesse est corrumpi, & nullo tempore permanere. Quare ex his vtiq; fides aliis fiet: Physicum enim est similiter sese habere in omnibus.*

Ostendit ꝙ non solum inter duos motus vel mutationes eiusdem speciei oportet esse medium tēpus, & ꝙ nulla mutatio, vna, quæ est in aliquod oppositorum pōt esse perpetua, & continua, sed illud quod est impossibile, est, ꝙ oppositi mot⁹ aut mutationes sic succedāt sibiinuicem, ꝙ non intercedat tempus medium: hoc. n. videtur penitus inconueniens in generatione, & corruptione, si quando aliquid factum est, generatione completa statim necesse sit quod corruptio incipiat, & ꝙ nullo tpe pmaneat id quod generatū est. Frustra. n. aliquid generaretur, nisi generatum in esse pmaneret, vnde ex his mutationib. pōt fieri fides in aliis: hoc. n. est naturale, ꝙ similiter se habet in omnibus, quia sp natura eodem modo operatur. Sicut ergo inconueniēs videtur, quod illud quod fit & generatur, statim cum generatum est corrumpatur, ita incōueniens videtur, qđ id quod dealbatur, statim quòd factum est album, denigret, & quod illud, quod augetur, statim decrescat. In omnibus enim his naturæ intentio frustraretur.

LECTIO XVI.

Nullum localem motum, neque rectum, neque etiam reflexum perpetuo continuum esse posse, sed solum circularem, deducitur.

ARGY. *Nūc aūt dicamus motū infinitū aliquē esse posse, quiqdem vnus sit & continuus, atque hūc esse conuersionem.*

ANTI. T.c. 64 *Quoniam autē contingit esse motum infinitum vnū, & continuum, & hic circularis, nunc dicemus.*

Secūda rō. T.c. 66. Postquam Philosophus ostēdit ꝙ nulla mutatio potest esse continua & perpetua nisi localis, hic ostendit ꝙ nulla loci mutatio potest esse continua & perpetua, nisi circularis. Et circa hoc duo facit, primo ostendit ppositum demōstratiuè. Secundo logicè. ibi. Rationabiliter. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum, secundo ex veritate determinata soluit quādā dubitationes. ibi. Vnde & ad dubitationem. Circa primū tria facit. Primo dicit quid principaliter intendat. Intēdit enim ostendere, quòd possibile est esse quendā motum, qui vnus existens in infinitum continuetur, & qđ talis motus est solum circularis, & hoc primo ostēdet.

Secundo ibi.

ARGY. *Omne nanque quod fertur, aut versatur, aut recta pergit, aut mixto motu cietur. Quare, si motus rectus non sit continuus, nec hisce profectò, qui ex vtrisque componitur, continuus esse potest.*

ANTI. *Oē. n. quod fertur, mouetur, aut circulariter, aut secundum rectitudinē aut mixtum. Quare, si neq. illorū alter cōtinuus est, neq; ex vtrisque possibile est continuum esse.*

Ostendit qūo procedendū sit, quia. n. oē quod localiter fertur, mouet vel circulariter, vel motu recto, vel motu composito ex vtroque, sicut si aliquis mouetur p chordā & arcū, manifestū est, ꝙ si quis duorum simplicium motuum. s. vel circularis vel rectus, non potest esse in infinitum continuus, ꝙ multo minus ille, qui est compositus ex vtroque. Vnde oportet prætermittere motum compositum, & agere de simplicib. Tertio ibi.

ARGL. *Patet id quod recto motu finitoq. fertur cōtinue non moueri, reflectit. n. sed quod recto motu reflectitur, id contrariis motibus profecto cietur. Loco nanque cōtrarius est motus, quo deorsum itur, motui quo pergitur sursum & hisce, quo retrorsum itur, ei, quo contraria loca petuntur, & is item, quo dextrorsum itur, ei quo pergitur sinistrorsum. Hę. n. sunt loci contrarietates, vt patet. Quis est autem vnus continuus motus, prius est definitum, est. n. hisce, qui vnus est mobilis in vnoquoque sit tempore, atque nulla specie differentiam habet. Tria nanque sunt*

sunt, id quod mouetur, vt tempus, & tertiũ id, in quo, hoc autem est aut affectus, aut forma, aut locus, aut etiam magnitudo; contraria vero specie differunt, et nõ vnum, sunt differentiæ loci. Indicat autem motum quo ex A pergitur ad ipsum B contrarium esse ei, quo itur ex B in A id quod ipsis accidit; sese enim mutuo sistunt, si simul fiant, & in circuli simili modo: is enim quo itur ex A per B cõtrarius est ei, quo itur ex A per C, sese enim mutuo sistunt, si cõtinui sint, & non reflexio fiat, quia contraria mutuo se corrumpunt, sibique sunt impedimento: at is, quo itur in latus, non est contrarius ei quo pergitur sursum.

ANTI. *Quod autem quod fertur secũdum rectum & finitum nõ feratur cõtinue, manifestum est: reflectitur. n. reflexũ autem secundum rectum per contrarios mouetur motus. Contrarius. n. secundum locum est is, qui est sursum, ei, q est deorsum, qui est ante, ei qui est retro, & qui est ad sinistrum ei, qui est ad dextrum, loci. n. contrarietates hæ sunt. Quis autem est vnus & cõtinuus motus prius definitum est, quia qui est vnus & in vno tempore, & in indifferenti secundum speciem. Tria. n. erant, quod mouetur vt homo aut Deus, & quando, vt tempus, & tertium, in quo, hoc autem est locus aut passio, aut species an magnitudo. Contraria. n. differunt specie, & non vnũ sunt: loci autem sunt dictæ differentiæ. Signum aũt, quod motus cõtrarius est, qui est ab A ad B, ei, qui est ab ipso B ad A, et quia stant & repausant adinuicem si simul fiant. Et in circulo similiter, vt qui est ab A in B, ei, qui est ab A in C, Sistunt enim, & si continui sint, & si non fiat reflexio, propter id quod contraria sese corrumpunt, & prohibent adinuicem, sed non qui est in latus, ei, qui est sursum.*


Ostendit quod motus rectus, qui est super magnitudinem rectam & finitam, non possit esse in infinitũ cõtinuus, & ita nullus motus rectus continuus potest esse in infinitum, nisi poneretur aliqua magnitudo infinita in actu (quod supra improbatum est in Tertio Physi.) Ostendit autem hoc duplici ratione, quarum prima talis est. Si aliquis super rectam magnitudinem, & finitã

T.c.66. mouetur in infinitũ, oportet quod hoc fiat per reflexionem, ostensum est enim in Sexto, quod magnitudinem finitam pertransit aliquid tempore finito. Cum ergo peruenitur ad terminum magnitudinis finitæ, cessabit motus, nisi mobile reuertatur per reflexionem ad princi-

Tex.c.42. pium magnitudinis, vnde cœpit. Sed illud quod reflectitur secundum motum rectũ, mouetur contrariis motibus, quod sic probat. Contrarij motus sunt, quorum termini sunt contrarij, vt habitũ est in Quinto, sed cõtrarietates loci sũt sursum & deorsum, & ante & retro, & dextrum & sinistrum, omne autem quod reflectitur, secundum aliquam istarum contrarietatum necesse est quod reflectatur: omne ergo quod reflectitur, mouetur

T.c.51. contrariis motibus. Ostensum est autem supra in Quinto, quis motus sit continuus & vnus: s. qui est vnius subiecti, & in vno tempore, & in eadem re non differenti secundum speciem. Hæc enim tria considerantur in omni motu. Primum est tempus, secundum est subiectum, quod mouetur, vt homo aut Deus, secũdum eos qui corpora cælestia deos dicebant. Tertium autem est in quo mouetur, quod quidem in motu locali est locus, in alteratione passio, i. passibilis qualitas: in generat. & corruptio. species: in augmento & diminutione, magnitudo, manifestum est autem, qđ contraria differunt secundum speciem, vnde motus contrarii non possunt esse vnus & continuus. Prædicta autem sex sunt loci differentiæ, & sic oportet quod sint contraria, quia cuiuslibet generis differentiæ sunt contrariæ. Relinquitur ergo, qđ impossibile sit, id quod reflectitur moueri vno motu continuo. Et quia posset aliquis dubitare, an id quod reflectitur, cõtrariis motibus moueatur, propter hoc quod non apparet manifesta & determinata cõtrarietas in loco, sicut in aliis generibus in quibus est motus, vt supra in Quinto dictũ est: ideo addit quoddam signum ad hoc idem ostẽdendum præter rationem supra positam ex cõtrarietate terminorum, & dicit, quod signum huiusmodi est, quod motus qui est ab A in B, sit contrarius ei, qui est a B in A, sicut contingit in motu reflexo, quia hmõi motus simul si fiant, stãt, & repausant adinuicem. i. vnus impedit alium, & facit eum stare. Et non solum hoc contingit in reflexione motus recti, sed ẽt in reflexione motus circularis. Signentur. n. in aliquo circulo tria signa, s. ABC. constat, quod si incipiat moueri ab A in B, & postea moueatur ab A in C versus aliã partem, quod erit reflexio, & isti duo motus impediunt se, & vnus sistit. i. facit stare alium, sed si cõtinue moueatur aliquid ab A in B, & per B iterũ in C non erit reflexio. Ideo autem motus reflexi impediunt se inuicem, tam in recto, quã in circulo, quia hoc est de natura contrariorum, quod se impediant & corrũpant. Motus autem, qui sunt diuersi non & contrarii, non se impediunt, sicut motus, qui est sursum, & qui est in latus: puta in dextrum vel sinistrum, non se impediunt, sed simul potest aliquid moueri, & in sursum, & in dextrum. Deinde cum dicit.

Signum quod id quod reflectitur, moueatur contrarijs motibus.



ARGY. *Maxime autem patet ex eo motum, qui super linea recta sit continuum esse non posse, quia, id quod reflectitur consistat non solum si super linea recta, sed etiam si super circulo feratur, necesse est. Non. n. idem est super circulo] ferri, atque versari. Fieri nanque potest, vt interdum prosequatur motum, interdum ad id profectum, vnde moueri cœpit, redeat ac reflectatur. Esse vero necessarium stare non mõ sensu, sed ratione etiam credere profecto compellimur, est autem principiũ hoc, cũ enim sint tria, principium inquam, medium atque finis, medium vtrunque est ad vtrunque, & numero quidem est vnum, ratione autem duo. Praeterea aliud est esse potentia, aliud actu. Quare quoduis rectæ lineæ punctum, quod inter extrema est collocatum, potentia quidem est medium, actu vero non est; si non id quod fertur eã diuiserit, constiteritque atque cœpit rursus moueri, hoc autem pacto medium ipsum principium fit & finis, principium quidem posterioris, finis autem primę. Dico autem si id quod fertur, atque sit A, in ipso constiterit B, & rursus feratur ad C, sed, cum continue fertur nec affuisse nec abfuisse in puncto B potest, sed esse solum in ipso nunc, in tempore vero nullo, nisi in eo toto, cuius nunc ipsum diuisio est. Quod si affuisse quispiam & abfuisse posuerit semper ipsum C stabit cum fertur. Impossibile*

sibile est.n.ipsum A in B affuisse simul ac abfuisse, ergo in alio temporis atque alio puncto. Tempus igitur id erit, qđ est inter puncta temporis illa. Quare A quiescit in B, & in cæteris identidem punctis, quippe cum sit eadem in omnibus ratio. Cum autem A quod fertur, vtetur B medio principio, atque fine consistat ipsum necesse est, propterea quod illud duo perinde facit, atque si illud ita mente perceperis. Sed ab A quidem puncto, vt a principio absuit, in C vero fuit, cum moueri desierit steteritque.

T. c. 65. *Maxime autem manifestum est, quod impossibile est, continuum esse, qui est in rectitudine motum, quia reflexum necesse est stare, non solum in recta, sed & si secundum circulum feratur, non.n.idem est circulo ferri, & secundum circulum, est enim aliquando quidem continuum quod mouetur, aliquando autem ad idem veniens, vnde motum est, reflecti iterum. Quod autem necesse est stare, fides est, non solum in sensu, sed in ratione. Principium autem hoc est. Tribus.n.existentibus, principio, medio, & fine, medium ad vtrumque est; et vnum quidem numero ratione autem duo. Amplius aliud est quod est potentia & quod est actu. Quare rectitudinis, quæ infra sunt terminorum, quodlibet signum, potentia quidem est medium, actu aũt non est, nisi diuidat hanc & stans iterũ incœperit moueri. Sic autem medium ipsum principium sit & finis, principium quidem posterioris, finis autem prioris, dico autem, vt si fertur A stet in B, & iterum feratur in C. cũ autem continue feratur, neque factum esse neque abesse possibile est A & B, signum; sed solũ esse in ipso nũc, in tempore autem nullo, præter cuius ipsum nunc est diuisio in toto ABC. Si aliis adesse concedat aliquis & abesse, semper stabit A, quod fertur, impossibile.n.est A simul adesse in B & abesse, in alio ergo & alio signo temporis est. Tempus itaque erit, quod in medio. Quare quiescit A in B, similiter aũt & in aliis signis, eadē n.rō est in omnib. Cum autem vtatur A, quod fertur, ipso B medio, & principio & fine, necesse est stare. propter id, quod duo facit, sicut vtique, & intelliget. Sed ab A quidem signo absuit principio, in C autem affuit, cum perficiat & stet.*

Ponit secundã rationem ad ostendendum, quod motus reflexus non potest esse in infinitum cõtinuus, quæ quidem ratio accipitur ex quiete, quã necesse est interuenire. Dicit ergo, quod maxime ex hoc manifestum est, quod impossibile est motuum rectum esse cõtinuũ in infinitum, quia necesse est id quod reflectitur quiescere inter duos motus, & hoc verum est non solum si moueatur per lineam rectam, sed etiam si feratur secundum circulum. Et ne aliquis intelligat ferri secundũ circulũ idem esse quod ferri circulariter, ad hoc excludēdum subdit, qđ non est idem (ferri circulo).i. circulariter secundum proprietatem circuli, & ferri secundum circulum, i. pertransire suo motu circulum. Contingit enim aliquando, quod secundum quandam continuationē sit motus eius quod mouetur, dũ, s. pertransit partē post partē ſm ordinē partiũ circuli: & hoc est ferri circulariter. Quandoq. aũt cõtingit q pertransit circulum, qñ redierit ad principium, vñ incæpit moueri, & nõ ptransire vltra ſm ordinem partium circuli, sed redire retro, & hoc est reflecti. Siue ergo fiat reflexio in linea recta, siue in linea circulari, necesse est quod interueniat quies media. Et huius rei fides accipi potest, nõ solum ex sensu, quia sensibiliter hoc apparet, sed ēt ex rõne. Cuius quidē rõnis principiũ hoc sumendũ est, q cum tria sint in magnitudine, quæ pertransitur, s. principium, mediũ, & finis, mediũ vtrũq. est respectu vtriusque, quia respectu finis, est principium, & respectu principii, est finis, & sic cum sit vnum subiecto, est duo rõne. Iterũ aliud principium est sumendum, q aliud est q est in potētia, & quod in actu. His igitur visis considerandum est ex dictis, q qđlibet signũ, i. qđlibet punctum signatũ infra terminos lineæ supra quã aliqđ mouetur, mediũ est in potentia, sed nõ est mediũ in actu, nisi fiat diuisio ſm motum, ita. s. qđ in illo puncto id q mouetur, stet, & iterum ab illo puncto incipiat moueri, q sic mediũ illud fiet actu principium, & finis, principium quidem posterioris, inquantum idem incipit rursus moueri, finis autem primi, inquantum. s. ibi terminatus est primus motus per quietē, sit enim vna linea, in cuius principio sit A, in medio B, in fine C. Moueatur ergo ab A in B, & ibi stet, & iterum incipiat moueri a B & referatur vsq. in C, sic enim manifestum erit, qđ B est actu finis prioris motus, & principium posterioris. Sed si aliquid feratur continue ab A in C sine interpositione alicuius quietis, non est possibile dicere mobile factum esse (i. aduenire, neque abesse).i. abscedere, neque in hoc signo, quod est A, neque in hoc signo, qđ est B, sed solum hoc potest dici, qđ in A vel in B sit in quodam nunc, non autem in aliquo tempore erit, nisi forte secũdum hoc quod aliquid dicitur esse alicubi in tempore, quia est ibi in nunc temporis, & ita quod mouetur continue ab A in C, in aliquo tempore erit in B. s. in nunc, quod est diuisio quædam illius temporis, & sic dicetur esse in B, in illo toto tpe eo modo loquendi, quo dicitur aliquid moueri in die, quia mouetur in parte illius diei. Et quia hoc videbatur dubiũ, quod id qđ fertur non adsit & absit cuicunq. signo in magnitudine signato, quæ motu pertransitur continuo, ostendit hoc consequenter dicens, quod si aliquis concedat, qđ mobile adsit & absit alicui signo in magnitudine signato, sequitur quod ibi quiescat. Impossibile est.n. quod in eodem instanti adsit & absit mobile ab hoc signo, qđ est B, quia adesse aliquid & abesse sunt contraria, q non pñt esse in eodem instanti. Oportet ergo quod in alio & in alio nũc temporis mobile adsit & absit alicui signo magnitudinis, inter quælibet autem duo nunc est tempus medium, ergo sequitur quod mobile, quod est A, quiescit in B. Omne enim quod est alicubi per aliquod tempus, est in eodem prius & posterius. Et similiter est dicendum in omnib. aliis signis, vel pũctis, quia de omnibus est eadem ratio. Vnde manifestum est, qđ illud quod continue fertur per magnitudinem aliquam in nullo intermedio signo magnitudinis adest & abest, idest accedit & recedit. Cum enim dicitur quod mobile adsit alicui signo, vel fiat in eo vel accedat ad ipsum, per oĩa huiusmodi significatur, quod illud signũ sit terminus motus, cum autē dicitur, quod absit vel abscedat, significatur, quod sit principium motus, non est enim actu medium signum magnitudinis, nec principiũ, nec finis motus, quia nec terminatur, nec incipit motus ibi, sed potentia tãtum, posset enim ibi motus incipere vel terminari. Vnde nec adest nec abest mobile a signo medio, sed simpliciter dicitur esse ibi in nunc, est enim mobile in aliquo signo magnitudinis comparatum ad totum motum, sicut nunc ad tempus. Sed cum mobile, quod est A, vtatur ipso, vt medio, principio, & fine in actu, necesse est quod ibi stet, propter hoc quod facit ipsum mouendo & stando vnum signum esse duo, s. principium & finem. Sicut etiam contingit in intelligēdo, possumus enim simul intelligere vnum punctũ esse in vno subiecto, sed si seorsum intelligamus ipsum vt principium, seorsum autem vt finem, non simul hoc continget: ita & cum id quod mouetur, vtitur aliquo signo, vt vno, non erit ibi nisi in vno nunc. Si autem vtitur eo, vt duobus. s. vt principio & fine in actu, necesse erit qđ sit in duobus nunc, & per consequens in tēpore medio, & ita quiescet. Manifestũ est ergo, qđ illud qđ mouetur continue ab A in C, in medio B, neque affuit neque abfuit. i. neque accessit neque recessit, sed a primo signo, quod est A, abfuit vel abscessit, quasi a principio

pio in actu, in vltimo autẽ signo, quod est C, affuit vel accessit, quia ibi perficitur mot', & mobile quiescit. Et est attendendũ, quod in præmissis ponitur A quandoque quidẽ pro mobili, quandoq. pro principio magnitudinis. Ex istis aũt patet, quod motus reflexus, siue in circulari, siue in recta magnitudine, non potest esse cõtinuus, sed intercidit quies media, quia idem signũ est, quod actu fit finis primi motus, & principium reflexionis. Sed in motu circulari mobile non vtitur aliquo signo, vt principio vel fine in actu, sed quolibet signo magnitudinis, vtitur vt medio, & ideo motus circularis potest esse continuus, non autem reflexus.

LECTIO XVII.

Aliquæ de Motus reflexi continuitate Quæstiones proponuntur, soluunturque.


ARGY. *Quapropter & ad dubitationẽ, hoc est dicendum, habet.n.hic locus hanc dubitationẽ, nam si sint duæ lineæ rectæ ABC, & DE: quarum DE sit æqualis BC, & F mobile ex A continue moueatur ad C, atque cum etiam in B puncto C mobile ex D ad E vniformiter eademque celeritate feratur, C prius accedet ad E; quam F ad terminum perueniet C. Quod.n.prius recessit ac abiit, id prius, accedat necesse est. Non ergo F mobile simul in B puncto fuit atque abfuit ab eodem, iccirco & posterius accedit ad C. nam si fuit ac abfuit simul, non posterius ad terminũ perueniet C, sed stet in illo necesse est.*


ANTI. T.c.66. *VNde & ad dubitationem hoc dicendum. Habet enim dubitationem hanc, si.n.sit quod est E, vt, quod est F æquale, & A feratur continue ab extremo ad C, simuliter autem sit A in B signo, et D feratur continue ab F extremo ad G regulariter, & velocitate simili ipsi A, ipsum D, ante veniet in G, quam A in C. Prius enim C mouens & discedens prius venire necesse est, non ergo simul affuit A in B, & abfuit ab eodem. Vnde, & posterius fit, si enim simul, non posterius est, sed necessitas erit stare.*

Postquam Philosophus ostendit, qđ motus reflexus non potest esse continuus & vnus, hic secundum præmissa soluit quasdam dubitationes. Et diuiditur in partes tres secundum tres dubitationes quas ex præmissis soluit, secunda pars incipit ibi. eodem autem modo obuiandum est. Tertia ibi. Manifestat autem. Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem, secũdo soluit eam. ibi. Non ergo ponẽdum est &c. Dicit ergo primo quod hoc dictum est ad probandum, quod motus reflexus non est continuus, potest etiam dici ad soluendam quandam dubitationem. Est enim vna talis dubitatio, sint duæ magnitudines æquales quarum vna dicatur E, alia F, sint etiam duo mobilia æqualiter velocia, quorum vnum sit A, & aliud sit D, & moueatur A continue ab extremo, idest principio magnitudinis ad C, D vero ad G feratur, & ponatur quod in magnitudine, quæ est E, signetur quoddam signũ medium, quod est B, quod tantum differt a C, quantum in magnitudine, quæ est F, distat F a G, & ponamus, quod simul dũ B in suo motu continuo accedit ad C signum, quod D mobile in suo motu continuo recedat ab F, & veniat ad G. Cum ergo motus sint regulares, & æque veloces vtriusq; mobilis, sequitur quod prius veniet D in G, q̃ A veniat in C, quia quod prius recedit prius perueniet ad finẽ æqualis magnitudinis, prius autem recessit D ab F, quam recederet a B, quia D recessit a F, quando A pertingebat ad B. Ergo secundum hoc, A non simul aduenit in B, & recessit ab eo. Et ita sequitur, qđ posterius recesserit quam aduenire, quia, si simul adueniret, & recederet, non posterius moueri inciperet, & ita necessitas est quod A, dum continue fertur, quiescat in B, & sic motus continuus erit compositus ex quietibus, sicut Zeno ponebat, vt supra habitum est in Sexto.

Secundo ibi.

Ratio, qua dubitatur, quod id, quod continue mouetur in aliquo signo quiescat.






ARGY. *Non est igitur ponendum cum F fuit in B, simul G ipsum ex D moueri. Nã si F in puncto fuerit B, abfuerit et ab eodẽ atq; non simul, at in diuisione temporis in illo & non tempore erat. Igitur hic quidẽ in continua magnitudine impossibile est hoc dicere modo. In eo vero quod redit atque reflectitur, hoc soluere pacto necesse est. Nam si A feratur e B, in C, rursusque rediens e C in B, moueatur ipso C, tum extremo & principio vtitur nimirum, & fine, vno inquam puncto vti duobus. Quocirca consistat ipsum necesse est, & non simul accessit ad C, & recessit a C, alioquin ibi simul erit atq; non erit in eodem temporis puncto. At vero non est dicẽda ea solutio, quam antea diximus. Dici namq; nõ potest A mobile in diuisione temporis in ipso C esse, & nec adfuisse nec abfuisse. Ad finem enim accedat necesse est, qui quidem, est actu non potentia finis. Et enim id quidem, quod est in medio, potentia est, atque hoc est actu: atque finis est cum pergitur sursum, principium vero cum itur deorsum. Et ipsorũ ergo motuũ simili modo. Stet igitur id quod redit super linea recta necesse est. Quæ cum ita sint, continuus super linea recta perpetuusq; motus esse non potest.*

ANTI. T.c.66. *Non ergo ponẽdum est cũ A affuit secundum B ipsum D moueri ab F vltimo. Si.n. affuit A in B erit & abesse & non simul, sed erat in decisione temporis & non in tẽpore, hoc igitur est impossibile sic dicere in continuo, sed in reflectenti, necesse est sic dicere. Si.n.G feratur ad ipsum D, & iterum reflectens deorsum feratur, vltimo D & fine vtetur & principio vno signo, vt duobus. Vnde stare* T.c.67. *necesse est; neq; simul affuit in ipso D, & abiit ab ipso D ibi.n. simul esset & non esset in eodẽ nũc. At vero olim solutio nõ danda est. Nõ.n. cõtingit dicere q̃ secundum ipsũ D sit ipsum G in decisione, non affuit autem neque defuit. Necesse est enim in finem venire, qui actu est non potentia, quod igitur est in medio potentia est, hoc autem actu, & finis quidem deorsum, principium autem desursum. Et motuum ergo similiter. Necesse est ergo stare reflectens in recto: non ergo contingit continuum motum in recto, & perpetuum esse.*

Soluit motam dubitationem scđm præmissa. Suppo- Lect.16. nebat.n. obiectio prędicta, q̃ A, dum continue mouet, T.c.65. accedit ad aliquod signum in medio magnitudinis positum, s. ad B, & quod simul dum accedit A ad B, D recedit a quodam alio signo. s. ab F. quod est contra præmissa. Dictum est.n. supra, q̃ cum aliquid continue fertur,

neq; potest adesse, neq; abesse, i. recedere & accedere à signo medio, ergo non est ponendum hoc, quod obiectio supponebat, quod cũ A affuit. i. accessit ad B, ipsum D recessit simul ab F. Quia, si det, quod accessit ad B, erit pari ratione dare, quod recesserit, & quod nõ fuerit simul, sed in duob. instantib. ita quòd tempore intermedio quieuerit. Sed sicut dictum est prius, cum aliquid continue mouebat in aliquo signo medio, nõ aberat & aderat, sed simpliciter erat nõ quidem per aliqđ tps, quia sic quiesceret, sed in decisione temporis. i. in aliquo nunc, quo diuiditur tempus. Hoc ergo qđ obiectio supponebat, qđ. s. A adesset &, qđ et abesset ab aliquo signo medio, impossibile est dicere in motu cõtinuo, sed in reflexo est necesse, vt dicatur ita. Si. n. aliqđ mobile, qđ est G, feratur ad punctũ, qđ est D, & iterum reflectatur, manifestũ est, qđ mobile vtitur vltimo, quod est D, quasi principio & quasi fine, s. vno signo vt duob. vñ necesse est, quod ibi quiescat. Nec est dicẽdum, qđ simul accesserit ad ipsum D, & recesserit ab eodẽ, quia sequeretur, quod simul in eodẽ instanti esset ibi, & non esset. Oẽ. n. qđ motũ est, est in termino ad quẽ mouebatur, & oẽ qđ incipit moueri non est adhuc in termino ad quẽ, hoc aũt significatur cum dicimus adesse vel accedere, qđ est terminari motum ad punctũ illud: cũ aũt dicimus abesse recedere significamus & motũ incipere. Vnde necesse est, oẽ qđ accedit vel adest ad aliqđ signum esse in eo, qđ aũt abest vel abscedit non est in eo. Quia ergo impossibile est simul esse & non esse in aliquo signo, per consequẽs impossibile est quod simul adsit, & absit eidẽ vt superius pluries est suppositum. Est autem attendendũ, qđ aliter vtitur hic literis quam supra, vtitur. n. hic G, pro mobili, D vero pro termino, Supra aũt econuerso, non est autem in motu reflexo danda solutio, quæ prius data est in motu cõtinuo, non. n. põt dici quod mobile, qđ est G, sit in termino, qđ est D, a quo incipit reflecti solum in decisione temporis, i. in nunc, & qđ mobile neq. defuerit neque affuerit eidem, sicut dicebatur in motu cõtinuo, qa in motu reflexo necesse est venire ad finem, qui est actu finis & non in potentia tm̃, sicut medicamẽtum in motu continuo erat principiũ & finis solũ in potentia. Illud ergo qđ est in medio motus cõtinui, est in potentia tantum principium & finis, sed hoc, a quo incipit reflexio, est actu principium & finis. Finis quidẽ motus qui erat deorsum, puta lapidis, principium autẽ est in actu motus reflexi, qui est sursum, dum lapis cadens in terram resilit sursum. Sicut ergo in magnitudine, in qua est motus, signum, a quo reflectitur, est principiũ & finis in actu, ita & in ipsis motib. est accipere actu finem vnius & principium alterius, qđ non esset, nisi quies interueniret media, necesse est ergo qđ id qđ reflectitur in linea recta, quiescat. Et ita sequitur quod in recta magnitudine non possit esse motus continuus & perpetuus, quia magnitudo recta non est infinita, & ita non posset esse in perpetuum motus rectus continuus nisi reflecteretur. Deinde cum dicit.

Ostensio, quod necesse sit mobile, quod reflectitur quiescere illo signo, a quo reflectitur.



ARGV. *Eodem autem modo & his est obuiandũ, qui Zenonis rationem interrogant, censentq; si semper dimidium transire oporteat, dimidia vero sint infinita & infinitorũ trãsitio esse non possit, motũ non esse, neq; posse quicquam moueri. Aut, vt quidam hanc eandem interrogant rationem censentes mobile cum mouetur, dimidia singula, super quę fertur, enumerare. Quo fit, vt ab eo cum totum transierit spatium, enumeratus sit numerus infinitus, hoc autẽ omnium sententia fieri nequit.*

ANT. *Eodẽ aũt mõ obuiandũ est ad interrogantes Zenonis rationem & volentes si semper medium transire oportet, hæc autem infinita sunt, infinita autem transire impossibile est. Aut sicut ipsam hanc eandem rationem quidam aliter interrogant, volẽtes simul cũ, quod mouetur medietatem prius numerare secundum vnumquodque factum medium. Quare abeunte totum infinitum accidit numerare numerum, hoc autem confitentur impossibile esse.*

Ponit secundam dubitationẽ. Et circa hoc tria facit. T.c. 68. Primo mouet dubitationem, secundo excludit quandã solutionẽ in Sexto positam. ibi. In primis igitur. Tertio ponit veram solutionem. ibi. Sed verum dicendum. Dicit ergo primo, quod eodem modo per ea quæ supra ostensa sunt, possumus obuiare ad eos, qui ponunt obiectionem Zenonis, qui sic volebant argumentari. Omne quod mouetur, oportet quod prius pertranseat mediũ quam perueniat ad finem, sed inter quoslibet duos terminos sũt infinita media, per hoc quod magnitudo est diuisibilis in infinitum, & ita impossibile est transire media, quia infinita non contingit trãsire, ergo nihil põt mouendo ad aliquem terminum peruenire. Vel potest eadem dubitatio aliter formari, sicut quidam eam proponunt. Omne, quod pertransit aliquod totũ, prius pertransit medietatem, & cum medietas iterum diuidatur in medietatem, oportet quod prius pertransierit medietatem medietatis & ita omne, quod mouetur numerat, quandam medietatem pertingẽdo ad ipsam, sed medietates sic acceptæ possunt in infinitum ire, ergo sequitur quod aliquid pertransit totam magnitudinem, quod numerauit numerum infinitũ, quod est manifeste impossibile. Secundo ibi.

ARGV. *In primis igitur de motu sermonibus ex eo rationem soluebamus, quia tempus infinita in seipso habet, non est enim absurdum, si infinito in tempore transeat quispiam infinitum, infinitum autem inest tam in longitudine, quã in tempore simili modo.*

ANT. T.c. 68. *In primis igitur rationibus de motu soluimus per id qđ tempus infinita habet in seipso, nõ enim inconueniens est, si in infinito tempore infinitum transit aliquis, similiter autem infinitum in longitudine est, & tempore.*

Infra. Excludit solutionem, quam supra in Sexto posuerat ad hanc obiectionem. Et primo recitat eam, secũdo excludit. ibi. Sed hæc solutio &c. Dicit ergo primo, quod prædicta obiectio soluta est in Sexto, cum de motu in cõi agebatur, per hoc, quod sicut magnitudo diuiditur in infinita, ita & tempus, & sic eodẽ modo tempus habet in seipso infinita, sicut & magnitudo diuiditur in infinitũ, & ita nõ est inconueniens, si infinita, quæ sunt in magnitudine, transeat aliquis in infinita quæ sunt in tempore, quia non est inconueniens, quod infinita magnitudo trãseatur tempore infinito. Sed sicut in Sexto T.c. 39. ostensum est, infinitum eodem modo inuenitur in magnitudine & tempore. Secundo ibi.

ARGV. *Sed hæc solutio ad interrogantem quidem sufficiẽter se habet. Interrogabatur. n. si fieri possit vt finito in tempore quippiam transeat aut enumeret infinita, ad rem aũt ipsam veritatemque profecto non satisfecit. Nam si quispiã omissa longitudine dictaque interrogatione, si fit inquam ut finito in tempore pertranseat quippiam infinita,*

hæc

hæc de ipso interroget tempore, habet enim tempus infinitas diuisiones, non erit sufficiens hæc sane solutio.

Sed hæc solutio ad interrogantem quidem se habet sufficienter. Interrogabat .n. si in finito tempore infinitum trãsire atque numerare cõtingit, ad rem autem ipsam, & ad veritatem non sufficienter, si enim aliquis dimittens magnitudinem & interrogauerit, si in finito tempore cõtingit infinita transire, interroget in ipso tpe eadem, habet .n. tps infinitas diuisiones, nec adhuc sufficiens hæc solutio.

Excludit hãc solutionem, & dicit, quod hæc solutio sufficiens est ad obuiandum interroganti, qui sic interrogabat an cõtingeret in tempore finito transire & numerare infinita. Quæ quidem interrogatio repellebaẽ per hoc quod subditur, ꝙ tempus finitum habet infinita, in quibus possunt trãsiri infinita, quæ sunt in magnitudine. Sed ista solutio non sufficit ad rei veritatem, qa si aliquis prætermittat quærere de magnitudine, & prætermittit interrogare, an tempore finito contingat infinita transire, & faciat hanc eãdem interrogationem de ipso tempore, vtrum .s. infinita, quæ sunt in tẽpore, possint transiri (propter hoc quod tempus in infinitum diuiditur) ad hanc interrogationem non sufficit prædicta solutio. Deinde cum dicit.

ARGY. *Sed ea dicenda est veritas, quam paulo ante diximus. Nam, si quispiam lineam diuidat in duo dimidia, is vno puncto vtitur vt duob. faciet .n. ipsum principium atque finẽ, sic aũt facit & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Quo sic diuidente, neque linea est continua neq; motus: continuus .n. motus continui est, in continuo autem insunt quidem dimidia infinita, sed non actu, sed potentia sunt, vt patet. Si vero quispiam dimidia faciat actu non continua faciet, sed modum ipsorum ponet: quod quidem in eo accidere patet, qui dimidia numerat, vnum nanque punctũ vti duo numerare ipsum necesse est. Alterius .n. dimidij principium alterius finis erit, si non vt vnum ipsũ cõtinuam lineam, sed vt dimidia numeret duo. Quare ad interrogantem, si fieri potest vt in tempore aut in longitudine pertranseat quispiam infinita, partim posse, partim fieri non posse dicamus oportet. si enim infinita sint actu fieri nequit, sin vero potentia, fieri potest. Qui nãq; mouetur continue, per accidens sane non simpliciter infinita trãsiuit, accidit enim lineæ, vt dimidia sint infinita, substantia vero ipsius diuersa est atque esse.*

ANTI. *Sed verum dicendum est, quod quidem diximus in rationibus. Si .n. aliquis cõtinuum diuiserit in duo media, hic vno signo tanquam duobus vtitur, facit enim ipsum & principium & finem, sic autem facit numerans, & in media diuidens. Sic autem diuidente, neque erit continua linea neque motus, continuus enim motus continui est, in continuo autem sunt quidem infinita media, at non actu, sed potentia. Si vero faciat actu non faciet continuum, sed stabit, quod quidem in numerante media manifestum est, quia accidit, vnum enim signum necesse est ipsum numerare duo, alterius enim medij finis, alterius autem principium erit, si non vnum numeret continuum, sed duas medietates. Quare dicendum est ad interrogantem, si contingit infinita transire aut in tẽpore aut in longitudine, quia est quidem sic, est autem non sic, actu enim cum sint, non contingit, potentia autem contingit. Quod enim continue mouetur secundum accidens, infinita transiuit, simpliciter autem non, accidit autem lineæ infinita media esse, substãtia autem ipsa altera est & esse.*

Ponit veram solutionem secũdum ea, quæ supra præmiserat, & dicit, quod secundum veritatem hoc dicendum est ad solutionem dubitationis motę, quod præmisimus in rõnibus supra positis proxime .s. quod si aliquis diuidat continuum in duo media, tunc vtitur vno signo .i. in quo diuiditur continuum, tanquam duobus, quia facit ipsum & principium vnius partis, & finem alterius, facit autem hoc numerando, & in duo media diuidendo. Cum autem sic diuisum fuerit cõtinuum, iam non erit cõtinuum, siue diuidatur magnitudo vt linea, siue diuidatur motus, quia nec motus potest esse continuus nisi sit continui .s. subiecti, & temporis & magnitudinis super quam transit motus. Sic ergo diuidens numerat, & numerando continuitatem soluit. Sed in continuo, dum continuitas durat sunt infinita media, nõ in actu, sed in potẽtia, quia, si faciat aliquis aliqđ mediũ inesse in actu, hoc erit per diuisionem, vt dictum est, in quantum accipietur, vt principium vnius, & finis alterius, & sic non remanebit continuum, sed stabit .i. iam media in actu nõ erũt infinita, sed in eis erit status. Qđ maxime accidit in eo qui vult numerare media, quia necesse est ei quod vnum signũ numeret quasi duo, in quãtum est vnius medietatis finis, & alterius principiũ, & hoc dico, quãdo non numeratur totum continuum, vt vnũ, licet numerenẽ duæ medietates in ipso. Si .n. accipiatur totum continuum vt vnum, tũc iam dictum est, quod signum mediũ non accipitur vt finis & principiũ in actu, sed in potentia tãtum. His ergo visis respondẽdum est ad eum, qui interrogat, an contingat infinita trãsire, siue in tempore, siue in magnitudine, quod quodammodo contingit, & quodammodo non contingit. Cum enim sint infinita media in actu, non cõtingit ea transire, cum autem sint in potentia, contingit infinita transire. Et sic cũ in continuo non sunt infinita media nisi in potentia, contingit infinita transire, quia illud, quod continue mouetur, transiuit secundum accidens, infinita .s. in potentia. Per se enim transit lineam finitã, cui accidit quod insint ei infinita media in potentia, sed ipsa linea secundum substantiam & rationem est alia ab his mediis infinitis, non enim linea componitur ex punctis, sed puncta possunt signari in linea, inquantum diuiditur. Deinde cum dicit.

Atqui perspicuum etiam est si quispiam temporis punctum, quod prius posteriusque diuidit, non posteriori tempori respectu rei tribuat, semper idem esse simul atque nõ esse, & cum est ortum, non esse. Pũctum igitur temporis vtrisq; cõmune est, priori (inquam) posteriorique, & vnũ & idem est numero, ratione vero non idem, alterius .n. finis, alterius principium est, at respectu rei posterioris est semper affectus. Sit tempus quidem ACB. res autem D, quæ quidem AC tempore sit alba, in CB vero non alba, in ipso ergo C alba est, simul atque non alba. In quouis namq; temporis AC puncto, licet ipsum D vere dicere album esse si toto tempore illo est album, & in quolibet etiam ipsius BC, non album esse, C vero est in vtrisque. ARGI.

Manifestum est autem, & quia nisi aliquis faciat temporis signũ, quod prius & posterius diuidit, semper posterioris res erit simul idem ens & non ens, & quando fuit non est, signum igitur vtrisq; cõmune est & priori et posteriori & vnum & idem numero, rõne aũt non idem est, huius quidem .n. finis est, illius aũt principium, res autem semper posterioris passionis est. Sit tempus, in quo est ACB, res, in quo D hoc in A quidem tẽpore album, in B autem non album, in C ergo album & non album. In quolibet enim ipsius A verum est dicere album, si omni tẽpore hoc erat album, & B non album, C autem in vtrisque. ANTI. T.c. 69.

Soluit tertiam dubitationem. Et circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationem & solutionem, secundo manifestat vtrunque per exempla. ibi. Sit tempus. Tertio infert quoddam corollarium ex dictis. ibi. Si autem quodcũque. Ponit ergo dubitationem primo, quę in generationibus & corruptionibus fieri solet. Quod enim generatur desinit non esse, & incipit esse, oportet autem aliud tempus assignari ei, quod est esse rei genera- Ibidem. Tertia 68.

tæ vel corruptæ,& aliud ei quod est non esse, puta si ex aere generetur ignis, in toto tempore A B erat nõ ignis sed aer, in toto autem tempore BC est ignis. Cũ ergo hoc signum temporis, quod est B, sit vtrique tempori commune, videtur ꝙ in illo instanti communi sit simul esse ignis & non esse eiusdem. Hanc ergo dubitationẽ Philosophus soluens dicit, manifestum esse qđ nisi aliquis hoc signum temporis, quod diuidit tempus prius a posteriori, faciat semper esse posterioris rei. i. quod in illo instãti hoc modo se habeat res, sicut in tempore sequenti, sequitur, ꝙ idem sit ens & non ens simul, & sequitur, quod quando aliquid factum est, sit non ens tũc autem factum est, quando generatio terminatur, s. in illo nunc, quod diuidit tempus prius & posterius. Si ergo in toto tempore priori non erat ens, in hoc etiam nunc quando iam generatum est, est etiam non ens, quia illud nunc est finis prioris temporis. Quomodo autẽ ista inconuenientia non sequantur, ostẽdit subdens, qđ vnũ & idem numero signum, s. nunc, est commune vtrique tempori. s. priori & posteriori. Sed quãuis sit vnum subiecto, non tamen est vnum ratione, sed duo, est enim finis prioris temporis & principium posterioris. Sed, si accipiatur in ipso nunc, quod res est. i. si accipiatur secũdum quod est vnum res semper tenet se cum posteriori passione. Vel aliter, quamuis ipsum nunc finis sit temporis, & principium posterioris, & sic sit commune vtrique, tamen secundum quod est rei .i. secundum qđ cõparatur ad rem, quæ mouetur, semper est posterioris passionis, quia res, quæ mouetur in illo instanti, est subiecta passioni posterioris temporis. Sic ergo obiectione & solutione posita, manifestat vtrumque per exẽpla & primo obiectionem cum dicit. Sit enim tempus. Et dicit sit tẽpus ACB, res autem, quæ mouetur, sit D, qđ quidem D in A tempore sit album, in B autem non album, videtur ergo sequi, quod in C sit album, & non album, & quomodo hoc sequitur, ostendit subdens, si. n. in toto tẽpore A est album, sequitur quod in quolibet accepto in ipso A, sit album, & similiter si in toto tẽpore B, est non album, sequitur, quod in quolibet ipsius accepto sit non album, cum ergo C sit acceptum in vtroque, quia est huius finis & illius principium, videtur sequi quod in C sit album & non album. Secundo ibi.

ARGV. *Non est igitur dandum in omni tempore A C puncto D album esse, sed in quouis præter vltimum C, hoc autem iam ipsum posterius est & si non album fiebat, & si albũ corrumpebatur in A C toto factum est sane aut corruptũ in C. Quare album, aut non album esse primum in illo vere dicere licet, vel cum est ortum non est, & cum corruptum est, erit aut album, aut non album, & ens omnino atque non ens simul esse necesse est.*

ANTI. *Non ergo dandum est in omni, sed præter vltimũ nũc in quo est C: hoc autem iam postremum, & si fiebat albũ, & si corrumpebatur albũ in omni A, factum est, & corruptum est in C. Quare album, aut nõ albũ primum in illo verum est dicere, aut cum est factum non erit, aut cũ corruptum est, erit aut simul album & non album, & omnino esse, & non esse necesse est.*

Manifestat solutionem supra positam, & dicit, quod non est concedendum, ꝙ in quolibet accepto in A sit albũ, sed est excipiendum vltimum nunc, quod est C, quod quidem iam est postremum. i. vltimus terminus mutationis: Puta si albũ vel fiebat, vel corrũpebatur in toto A, in C nõ corrumpitur, nec fit album, sed iam factum est, & corruptum. Quod aũt factum est, est, quod aũt corruptum est, non est. Vnde manifestum est, quod in C primo verum est dicere hoc esse album, si ibi terminetur generatio albi, aut esse non album, si ibi terminetur corruptio albi. Aut si hoc non dicatur, sequẽtur inconuenientia supra posita, s. quod cum aliquid est iã generatum, adhuc est non ens, & cũ corruptum est, adhuc est ens. Aut etiam sequitur, quod aliquid simul sit album, & non album, & vniuersaliter ens & non ens.

Deinde cum dicit.

ARGV. *Quod si id generetur, necesse est, quod prius non est, & cum generatur non est, fieri profecto non potest, vt tẽpus in indiuidua tẽpora diuidatur. Nã, si in A tẽpore, D ipsũ album fiebat: factum est aũt simul, & est in alio indiuiduo tempore B, hærente tempori A, si in A quidem fiebat & non erat, etiam autem in ipso tempore B, generationem aliquã nimirum mediam esse oportet, quare & tempus id erat in quo fiebat, non enim eadem & his erit rõ, qui non ex indiuiduis inquiunt tempus constare, sed factum est in tẽporis ipsius, in quo fiebat vltimo puncto, cui quidem nihil hæret, neque deinceps est, indiuidua vero tempora sunt deinceps. Quæ cũ ita sint, patet si in A toto tempore, D fiebat, non esse maius id tempus, in quo factum est atq; fiebat eo tempore quo toto solum fiebat. Hæ igitur tales sue quædã sunt rationes, ex quibus, vt proprius quispiam credet motum rectum perpetuo continuum esse non posse.*

ANTI. *Si autem quodcũque fuerit prius non ens, necesse est fieri ens, & cũ fit, nõ est, non possibile est in atoma tempora diuidi tempus. Si. n. in A tempore D fiebat albũ, factũ est aũt simul, & est in altero indiuiduo tempore, habito autẽ in B, & si in A fiebat, non erat, in B autem est, generationem oportet esse quandã mediam, quare & tempus erat, in quo fiebat: non enim eadem erat rõ, & in non atoma diuidentibus, sed ipsius temporis, in quo fiebat, factum est & est in vltimo signo, cui nihil est habitum, neq; cõsequẽter, sed indiuisibilia tempora consequenter sunt. Manifestũ aũt est, quia si in A toto tempore fiebat, quod non est plus tempus in quo factũ est, & fiebat, quam in quo fiebat solum omni. Quibus igitur aliquis tanquam proprius credet rationibus, hæ & huiusmodi quædam sunt.*

Infert quoddam corollarium ex præmissis. s. quod tẽpus nõ diuidatur in indiuisibilia tempora, quia hoc posito, non poterit solui pmissa dubitatio. Dicit ergo, qđ necesse est omne quod est prius non ens, & postea ens aliquando fieri ens, & iterum necesse est, quod cum aliquid fit, nõ est. Si autem hæc duo, quę supponit, sunt vera, impossibile est, quod tẽpus diuidatur in indiuisibilia tempora. Diuidatur enim tempus in indiuisibilia tempora, & sit primum tẽpus indiuisibile A, secũdũ aũt cõsequenter se habens ad ipsum, sit B. D autem, qđ prius non erat album, & postmodum est album, fiebat albũ, i. A, & tunc non erat album oportet autem dare, quòd fit factum in aliquo tempore indiuisibili & habito. i. cõsequenter se habente. s. in B, in quo iam est: si autem fiebat album in A, sequitur quod in A non erat album, in B autem est album. Cum ergo inter non esse & esse sit generatio media (quia nihil transit de nõ esse in esse, nisi per generationẽ) sequitur, ꝙ inter A & B sit generatio media, ergo erit aliquod tempus medium inter A & B, in quo fiebat album, quia hic ponitur tẽpus BD generationis, & similiter, cũ in illo medio tpe indiuisibili fiat album, est nõ album, vnde eadẽ rõne oportebit ponere aliud tẽpus adhuc medium, & sic in infinitum. Et hoc ideo, quia non potest poni quod in eodem tpe fiat & factũ sit. Sed non est eadem ratio si dicatur quod nõ sunt indiuisibilia tempora, in quo tempus diuiditur: dicemus. n. sm hoc, ꝙ vnum, & idem tempus est, in quo fiebat & factum est, sed fiebat & erat nõ ens in toto tẽpore præcedẽti, est autem factum & ens in vltimo nũc temporis, quod quidem non se habet ad tempus præcedens, sicut habitum aut cõsequẽter, sed sicut terminus eius. Sed si ponantur tempora indiuisibilia, necesse est, quod consequenter se habeant. Manifestũ autem secũdum præmissa, quod non suppositis temporibus indiuisibilibus, si aliquid fiat album in toto tempore A, non


est majus tẽpus in quo factum est & fiebat, quã in quo fiebat solum, quia in toto tempore fit, vt in vltimo aũt termino temporis est factum. Tempus autem & terminus temporis non sunt aliquid maius quam tempus tãtum, sicut etiam punctum nihil magnitudinis adijcit lineæ. Sed si ponantur tempora indiuisibilia, manifestũ est ex præmissis, quod oportet plus tẽporis esse, in quo fit & factum est, quam in quo fit solum. Vltimo autem epilogando concludit principale intentum dicens, qđ præmissæ rationes sunt et similes eis, quibus credendũ est tanquam proprijs, quòd motus reflexus non est cõtinuus.

LECTIO XVIII.

Quibusdam communibus rationibus ostenditur motum reflexum continuum non esse.

Ostensio quod tempus non diuidatur in diuisibilia.

A tempus indiuisibile B Tempus indiuisibile.



ARGY. *Hoc idem insuper ita sese habere videbitur, & si disserendi modo ipsum considerabimus.*

ANTL. *Rationabiliter autem intendentibus, & ex his videbitur alicui idem hoc accidere.*


Postquam Philosophus ostẽdit rationibus proprijs, qđ motus reflexus non est continuus, ostendit hic idem rõnibus cõmunibus, & logicis. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio, secundo probat propositum. ibi. Omne.n.quod mouetur. Dicit ergo primo quod si aliquis velit (rationabiliter) .i. logice intendere ad propositum ostendendum, videbitur hoc idem seq .s. quod motus reflexus non est continuus ex rationib. quæ ponentur. Secundo ibi.

ARGL. *Omne itaq; quod continue mouetur, modo nihil prohibeat ad id quod antea ferebatur, ad quod per motũ accessit, ceu si perueniat ad A, ferebatur ad B, & non solũ cum erat prope, sed statim etiam vt incepit cieri. Cur enim nũc magis quam prius? hoc & ad cæteros accõmodabitur motus. At id quod ex A fertur ad B, veniet rursus ad A continuo motu. Cum igitur ex A mouetur ad B, tum fertur etiam ad A eo motu, quo pergit ex ipso B. Quo fit, vt contrarijs simul motibus moueatur, recti namque motus contrarij sunt.*

ANTL. *Omne enim quod mouetur continue, si a nullo prohibeatur in quod quidem venit secundum loci mutationem, in hoc & ferebatur prius, vt si in B venit, ferebatur in B, & non cum proximum erat, sed mox sicut incepit moueri. Quod enim magis nunc quam prius? similiter autem et in alus. Quod autem ab A fertur in C, iterum veniet in A, continue motum. Cum ergo ab A in C ferebatur, tunc & in A fertur secundum motum, qui est a C, & econuerso. Quare simul contrariis, contraria enim sunt, qui secundum rectitudinem fiunt.*

Ostendit propositum. Et primo solum in motu reflexo locali, secundo communiter in omnibus motib. ibi. (Amplius ex his manifestum &c.) Prima ratio talis est. Omne qđ mouetur continue, a principio sui motus ferebatur in finem, ad quem peruenit secũdum loci mutationem, nisi fuerit aliquid prohibens, quia a prohibẽte potuisset in aliam partẽ deflecti. Exemplificat autem hanc propositionem, dicens, quod, si aliquid per motũ localem peruenit ad B, non solum quando propinquũ erat, sed statim quando incæpit moueri, mouebatur ad B. Non est enim aliqua ratio, quare magis moueatur ad B. nunc quam prius, & simile est in alijs motibus. Si aũt ita sit quod motus reflexus sit continuus, verum erit dicere, quod id quod mouetur ab A in C, & iterum reflectitur in A, cõtinue mouetur. Ergo in prima parte motus, qui est ab A in C, mouebatur ad terminum vltimæ partis, qui est A, & sic dum mouetur ab A mouetur ad A. Sequitur ergo, quod simul moueatur contrarijs motibus, quia in motibus rectis contrarium est moueri ab eodem & idem. In motibus autem circularibus non est contrarium. Hoc autem est impossibile, quod aliquid simul moueatur cõtrariis motibus, ergo impossibile est quod motus reflexus sit continuus. Deinde cum dicit.

Ratio Prima, qua ostenditur quod motus reflexus non possit esse continuus.



A C

ARGL. *Et insuper vt ex eo mutetur, in quo ipsum nõ est. Quod si hoc fieri nequeat, in ipso B, stetur necesse est, non igitur hic vnus est motus. Qui namque motus intercipitur statu, vnus profecto non est, vt luce clarius extat.*

ANTL. *Simul autẽ & ex hoc mutatur in quo non est. Si igitur hoc impossibile est, necesse est stare in C. non est ergo vnus motus, qui enim statu intercipitur, non est vnus.*

Ex eodem medio ducit ad aliud inconueniens. Si.n. aliquid, dum mouetur ab A, mouetur ad A, non autem potest moueri ad A, nisi ex aliquo contraposito quod sit C, in quo mobile nondum fuit, cum incipit moueri ab A, sequit qđ aliquid mouetur ex illo termino, in quo nõ est, sic ergo impossibile est, quod motus reflexus sit continuus. Et, si hoc est impossibile, necesse est quod in pũcto reflexionis mobile quiescat, s. in C. Ex quo patet, quod non est vnus motus, quia motus, qui distinguitur per interpositionem quietis, non est vnus.

Deinde cum dicit.

ARGL. *Præterea et hisce magis vniuersaliter de omni motu perspicuum idem erit. Nam, si omne, quod mouetur aliquo motu dictorum motuum omnino mouetur, & quod quiescit ex his aliqua quiete quiescit, quæ opponuntur, (nullus enim alius in ratione rerum præter assignatos est motus) id autem quod non semper hoc motu mouetur eorum motuum, inquam, qui specie differunt, & non motus totius cuiuspiam parte, necesse est opposita quiescat quiete, est enim quies priuatio motus. Si igitur hæc ita se habent, & motus quidem recti contrarii sunt, fieri vero nequit, vt simul quicquam motibus contrarius moueatur, id profecto ex A fertur ad B, non ex B quoque simul feretur ad A. Atque cum non simul motibus vtrisque feratur, moueatur autem dicto motu ex A pergẽdo ad B, prius in ipso B quiescat necesse est. Hæc .n. est ea quies quæ opponitur ei motui quo itur ex B ad A. Patet igitur ex hisce quæ diximus motum nullum rectum continuum esse posse.*

ANTL. T.c. 71. *Amplius autẽ, & ex his manifestũ vniuersaliter magis de omni motu. Si.n. omne quod mouetur mouetur ali-*

qua dictorum motuũ, & quiescit aliqua dictarum oppositarum quietum: nõ erat.n. alius præter istos, quod autem non semper mouetur secundum hunc motum, dico autem quicunq; sunt alteri specie, & non si aliqua pars est totius, necesse est prius quiescere secundum oppositam quietem, quies enim priuatio est motus. Si igitur contrarij quidem motus sunt qui secundum rectitudinem fiunt, simul autẽ non contingit moueri contrarios, quod ab A ad C fertur, non vtique feretur simul ab ipso C ad A. Quoniam autẽ non simul fertur, mouetur autem secũdum hunc motum, necesse est prius quiescere apud C. Hæc enim opposita quies, ei qui est C motui. Manifestum igitur ex his quæ dicta sunt, quoniam non est continuus motus.

Probat idem vniuersalius in quolibet genere motus tribus rationibus. Quarum prima talis est, Omne quod mouetur, mouetur aliqua specierum motus supra assignatarum, & similiter omne quod quiescit oportet qđ quiescat aliqua quiete oppositarum prædictis motib. ostensum est enim supra in Quinto, quod non potest esse alius motus præter assignatos. Accipiamus ergo aliquem motum distinctum ab aliis motibus hoc modo, quod sit differens specie ab aliis, sicut dealbatio differt a denigratione, non autẽ sic, quod motus qui accipitur, distinguatur ab aliis, sicut vna pars motus ab aliis partibus eiusdem motus, vt vna pars dealbationis distinguitur ab aliis partib. dealbationis eiusdem. Accepto ergo vno tali motu sicut dictum est, verum est dicere, qđ illud quod non sp mouetur hoc motu, ex necessitate prius quiescebat opposita quiete, sicut quod non semper dealbatur, aliquãdo quiescebat quiete opposita dealbationi. Et hæc ppositio nõ esset vera, si aliqua pars determinata motus acciperetur, non.n. est necesse vt qđ non semper mouebatur hac parte dealbationis, quod antea quiesceret quiete opposita, quia ante ẽt dealbatur alia parte dealbationis. Et propter hoc signãter dixit. Et non si aliqua pars est totius. Hanc autem propositionem sic probat, Duorum priuatiue oppositorum necesse est, cum vnum nõ inest, alterum inesse susceptibili, quies autẽ opponitur motui priuatiue, ergo si mobile erat quando sibi motus non inerat, ex necessitate sequitur quod tũc quies sibi inesset. Hac igitur propositione probata ex ratione suprapposita, sumit minorẽ dicens, qđ si motus recti contrarij sunt, qui est ab A ad C, & qui est a C ad A, & non cõtingit simul esse motus contrarios, manifestum est, quod qñ mouebatur ab A ad C, non mouebatur tũc a C ad A, & sic isto motu, q est a C ad A, non semper mouebatur. Vnde secundum

T.c.54. propositionẽ præmissam, necesse est qđ mobile prius quiesceret quiete opposita. Ostensũ est autem in Quinto, quod motui qui est a C, opponitur quies, quæ est in C, ergo quiescebat in C. Non ergo motus reflexus erat vnus & continuus, cum distinguatur per interpositionem quietis. Secundam rationem ponit ibi.

ARGL. *Insuper hoc etiam modo ratio magis erit accommoda tũ, Simul.n. corruptum est non album, & ortum est albũ. Si igitur alteratio, qua itur ad album, atque ex albo continua sit, & nullo in tempore maneat, simul profecto corruptum est non album, & factum est album, atque nõ album. Horum enim trium idem tempus erit, vt patet.*

ANTI. T.c.74. *Amplius autem & hæc rõ magis propria est his, quæ dicta sunt; simul enim corruptum est quod non album & quod factum est album. Si igitur continua alteratio ad album & ex non albo, & non manet aliquo tempore, simul corruptum est non album, & factum est non album. Triũ enim erit idem tempus.*

Secũda r6. Quæ talis est. Simul corrumpitur non album, & generatur album, & econtrario simul corrumpitur albũ, & fit nõ album, sed si motus reflexus in quolibet genere sit continuus, sequetur, quod continue alteratio terminetur ad album, & incipiat ex albo recedere, & quod non quiescet ibi ab aliquo tpe, alioquin non esset cõtinua alteratio, si interponeret quies, sed, sicut dictũ est, cũ fit albũ, corrumpitur non albũ, sequitur ergo, quod simul corrumpatur non album & fiat non album, quia ista tria sunt in eodem tempore. s. fieri album, & corrũpi non album, & iterum fieri nõ album, si sit continue reflexio absq; interpositione quietis. Hoc autẽ est manifeste impossibile, quod simul fiat non album, & corrumpatur non album, nõ ergo est possibile qđ motus reflexus sit continuus. Hæc autem ratio ad generationẽ & corruptionẽ pertinere videtur. Et propter hoc, hanc rationem dr̃ esse magis propriam quam præmissas, quia in contradictorijs magis apparet quod nõ possunt esse simul natura. Et tamen quod dr̃ in generatione, & corruptione extenditur ad omnes motus, quia in quolibet motu est quædam generatio & corruptio, sicut enim in alteratione generatur, & corrumpitur album, vel non album, ita in quolibet alio motu.

Tertiam rationem ponit ibi.

Præterea, non si tempus continuum est, & motus continuus est, sed deinceps, quo nanque pacto contrariorũ motuum, vt dealbationis, ac denigrationis idem fuerit finis? Patet igitur motum rectum cõtinuum perpetuo esse non posse. ARGY.

Amplius non si continuum est tempus, & motus sed consequenter, quomodo igitur erit vltimum idem contrariorum, vt albedinis, & nigredinis? ANTI.

Quæ talis est, Sicut supra in Quinto habitum est, nõ est necessarium, si cõtinuum est tempus, quod propter hoc motus sit continuus. Motus.n. diuersarum specierum, & si succedant sibi in tpe continuo, non tñ sunt continui, sed consequenter se habentes, eo quod oportet continuorum esse vnum communem terminum, cõtrariorum autem in specie differẽtium, vt albedinis & nigredinis, non potest esse vnus communis terminus. Cum igitur motus, qui est ab A in C, sit contrarius motui, qui est a C in A, in quocunque genere motus, vt supra in Quinto ostensum est, impossibile est qđ isti duo motus sint continui adinuicem, etiam si tempus eorum sit continuum nulla interposita quiete. Relinquitur ergo, quod motus † reflexus nullo modo potest esse cõtinuus. Est autem considerandum, quod rationes præmissæ dicuntur logicæ, quia procedunt ex quibusdam cõmunibus scilicet ex proprietate contrariorum. Tertia ratio. T.c.48. † rectus.

LECTIO XIX.

Solum circularem motum Continuum esse demonstratur, ac Primum.

Motus autem hisce, qui super circularẽ lineã fit, vnus atque continuus erit, nullum.enim impossibile accidit. Et enim id quod ex A mouetur, simul ad ipsũ mouebitur A, eandem nimirũ ad positionẽ. Ad quod.n. perueniet, ad id & mouetur, sed non simul contrarijs aut oppositis motib. neq; oppositis sane. Non enim omnis motus quo pergitur ad hoc, contrarius ei, quo itur ex hoc, aut oppositus est. Sed contrarius quidem est rectus, huic enim motus loco accomodatus contrarius est, vt is qui per diametrum fit, termini enim plurimum distant, oppositus autem est qui per eandem fit longitudinem. Quare nihil vetat, vt talis motus cõtinuus sit nullasque prorsus intercapedines habeat, & enim conuersio quidem a seipso in seipsum. Rectus autẽ motus a seipso in aliud transitio est. ARGL.

Qui autem in circulari fit, erit vnus & cõtinuus, nullũ.n. impossibile contingit. Quod.n. ex A mouetur, simul mouebitur in A, secundum eandem positionem, in quod.n. veniet, & mouetur in hoc, sed non simul mouebitur contrarijs, neque oppositis. Non enim omnis, qui est in hoc ei qui est ex hoc contrarius est, neque oppositus. Sed cõtrarius quidem est qui super recta fit, hic.n. est contrarius ANTI. T.c.75.


secun-

secundum locum, vt qui secundum Diametrum. Distat.n. plurimum. Oppositus autem qui est secundum eandē longitudinem Quare nihil prohibet moueri continue & nullo tempore deficere. Circularis enim motus est ab eodem in idem. Rectus autem ab eodem in aliud.

Postquam Philosophus ostēdit, quod nullus motus localis pōt esse continuus præter circularem, hic ostendit quod motus circuiaris pōt esse cōtinuus & primus.
Tec 76. Et primo ostēdit hoc per proprias rōnes, secundo per
T.c.95. rationes logicas, & cōes.ibi. Rationabiliter autem accidit. Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod motus circularis sit, secundo quod sit primus.ibi. Quod autem lationum. Circa primū duo facit. Primo ponit duas rationes ad ostendēdum, quod motus circularis potest
T.c.74. esse continuus, secundo ex eisdem rōnibus cōcludit, ꝙ nullus alius motus potest esse continuus.ibi. Manifestū autem ex hac diuisione. Quod autem motus circularis possit esse vnus continuus, prima ratione sic probatur. Illud dr̄ esse possibile, ad quod nullum sequitur impossibile, nullum autem sequitur impossibile si dicamus, quod motus circularis sit in perpetuum cōtinuus: quod patet ex hoc, quod in motu circulari illud quod mouetur ex aliquo, puta A, simul moueť in idem signum (secundum eandem positionem).i. secundum eundē processum mobilis, eodem ordine partium seruato, qđ in motu reflexo non contingit, quia, cum aliquid retrocedit, disponitur secundum contrarium ordinem partium in mouendo, quia vel oportet quod pars mobilis, quæ in primo motu erat prior, ex reflexione fiat posterior, vel oportet quod illa pars mobilis, quæ in primo motu aspiciebat ad vnam dñam loci, puta dextrum vel sursū, in reflexione aspiciat ad contrariū. Sed in motu circulari seruať eadē positio, dū aliquid moueť ad id a quo recedit. Sic ergo poterat dici, qđ ėt a principio sui motus, dum recedebat ab A, mouebatur ad hoc, ad quod tandem perueniet, s. ad ipsum A. Nec propter hoc sequitur hoc impossibile, quod simul moueatur motibus cōtrariis, aut oppositis, sicut sequebať in motu recto. Nō enim omnis motus, qui est ad aliquem terminū, est cōtrarius, aut oppositus motui, qui est ex illo eodem termino, sed ista cōtrarietas inuenitur in linea recta scd̄m quā attenditur cōtrarietas in loco. Non enim attēditur contrarietas inter duos terminos secundum lineam circularem, quæcunque pars sit circunferentiæ, sed secundum diametrum. Contraria.n. sunt quæ maxime distāt, maxima autem distantia inter duos terminos non mēsuratur secundum lineam circularem, sed secundū lineā rectam. Possunt enim inter duo puncta infinitæ lineæ curuæ describi, sed non nisi vna linea recta. Id autem quod est vnum, est mensura in quolibet genere. Sic igiť patet, quod si sit aliquis circulus, & diuidatur per medium, & sit diameter eius AB, motus, qui est per A diametrum, ab A in B, est contrarius motui, qui est per eūdem diametrum, a B in A, sed motus qui est per semicirculum ab A in B, non est contrarius motui, qui est ꝑ alium semicirculum a B in A. Contrarietas autem erat quæ impediebat, quod motus reflexus non posset esse continuus, vt ex superioribus rōnibus apparet. Nihil ergo prohibet contrarietate sublata, motum circularem esse continuum, & tamen nullo tempore deficere. Et huius ratio est, quia motus circularis habet suum complementum, per hoc quod est ab eodem in idem, & sic ꝑ hoc non impeditur eius continuatio. Sed motus rectus hēt suum complementum per hoc, qđ est ab eodem in aliud. Vnde, si ab illo alio reuertatur in idem, a quo inceperat moueri, non erit vnus motus continuus, sed duo.

Deinde cum dicit.

Ostensio, quod motus, qui sunt per diametrum circuli sunt contrarij, non autem qui sunt per semicirculos.



Et hisce quidem motus, qui fit in circulo, nūquam fit in eisdem: rectus autem sæpe fit in eisdem, is igitur motus, qui ꝑ in alio, atq; alio fit, continue fieri pōt, at hisce cōtinue fieri non pōt qui sæpe fit in eisdem. Motib.n. oppositis, id quod mouetur, simul moueatur necesse est. Quare fieri non pōt, vt aut in semicirculo quicquā, aut in alia vlla circūferētia continue moueatur. Sæpe.n. in iisdem moueatur, et contrarijs mutationibus mutetur necesse est, non enim coniungūtur, hic principium atque finis. Circuli autem coniungitur, & hic est solus motus perfectus. ARGI.

Et qui quidem in circulo, nequaquam in eisdem est, qui vero secundum rectitudinem multoties in eisdem est. Eo igitur, qui ꝑ in alio, & alio fit, contingit moueri continue, qui vero in eisdem multoties non contingit. Necesse enim esset simul moueri contrarijs. Quare neque in semicirculo, neq; in alia circulatione, neq; vna contingit moueri cōtinue. Multoties.n. necesse est eadem moueri, et contrarijs mutationibus mutari, non.n. copulat principio finem. Qui autem circuli copulant, & solus est perfectus. ANTI.

Ponit secundam rōnem dicēs, quod motus circularis non est in eisdem, sed motus rectus multoties est in eisdem. Quod sic intelligēdum est, si.n. aliquid moueatur ab A in B per diametrum, & iterū a B in A per eundē diametrum, necesse est ꝙ per eadem media redeat, per quę prius transierat: & sic pluries per eadem fertur. Sed si aliquid moueatur ab A in B per semicirculum, & iterum a B in A ꝑ semicirculū aliū, qđ est circulariter moueri, manifestū est, qđ non redit ad idē ꝑ eadē media. Est aūt de rōne oppositorū, ꝙ circa idē considereně, & sic manifestū est, ꝙ moueri ab eodē in idem scd̄m motū circularē, est absq. oppositione: sed moueri ab eodē in idē scd̄m motū reflexū est cum oppositione. Sic igiť patet, ꝙ motus circularis, qui non redit ad idem per eadē media, sed ꝑ ptrāsitū aliud & aliud, pōt esse vnus & continuus, qa non hēt oppositionē. Sed ille motus reflexus. s. q dū redit in idē pluries in eisdē mediis sit per transeundo, non pōt esse in perpetuum cōtinuus, qa necesse esset ꝙ aliquid sic moueretur contrariis motibus, vt supra ostensum est. Et ex eadē rōne concludi pōt, ꝙ neq; motus qui est in semicirculo, neque in quacunque alia circuli portione, pōt esse in perpetuum continuus, quia in his motibus necesse est, ꝙ multoties pertranseatur eadem media, & ꝙ moueantur contrariis motibus, quasi debeat fieri reditus ad principiū, & hoc ideo, q neq; in linea recta neq; in semicirculo, neque in quacunque circuli portione, copulať finis principio, sed distant abinuicem principium & finis. Sed in solo circulo finis copulatur principio, & ideo solus motus circularis est perfectus. Vnumquodque enim perfectum est ex hoc, quod attingit suum principium. Secundo ibi.
Secunda rō.
Te.c.84.

Ex hac aūt diuisione patet fieri non posse quod cætero rū motuū quispiā continuus sit. Accidit.n. in vniuersis, vt per eadē quispiā fiat, vt in alteratione, per medium ipsum & in motū, qui quātitati accōmodatur, per magnitudines medias, & in generatione, corruptioneve similiter. Nihil enim interest pauca quispiam, an plura faciat ea media in quibus est ipsa mutatio, & addat quid an auferat, fit enim vtroque modo, vt per eadem sæpe motus efficiatur. ARGI.

ANTI Cum.73. *Manifestum autem & ex hac diuisione, quoniam non contingit motus esse continuos; in omnibus enim accidit eadem moueri multoties, vt in alteratione per media & in eo qui est quantitatis, secũdum medium magnitudinis, & in generatione & corruptione similiter. Nihil enim differt pauca, aut multa facere, in quibus est mutatio, neq. medium ponere aliquid, aut auferre; vtrobique enim accidit eadem moueri multoties.*

Infra, Ostendit ex eadem ratione, quod in nullo alio genere potest esse aliquis motus continuus. Et primo ostendit propositum, secundo infert quoddam corollarium ex dictis. ibi. Manifestum igitur ex his. Dicit ergo primo, quod ẽt ex ista distinctione, quã ponit inter motũ circularem, & alios motus locales, manifestũ est, quod nec in alijs generibus motus, cõtingit esse aliquos motus in infinitum continuos, quia in omnib. aliis generibus motus, si debeat aliquid moueri ab eodem in idẽ, sequitur quod multoties pertrãseat eodem, sicut in alteratione oportet quod pertranseat medias qualitates, ex calido enim transitur in frigidũ per tepidum, & si debeat rediri ex frigido in calidũ, oportet quod per tepidum transeatur. Et idem apparet in motu, qui est secundum quantitatem, quia, si quod mouetur de magno in paruum, & iterum redeat ad magnũ, oportet quod bis sit in media q̃titate. Et simile est ẽt in g̃natione & corruptione, si. n. ex igne fiat aer, & iterũ ex aere fiat ignis, oportet qđ medias dispositiones bis transeat. Sic. n. medium potest poni in generatione, & corruptione, secundum quod accipitur cum trãsmutatione dispositionũ. Et, quia media transire contingit in diuersis mutationibus diuersimode, subiũgit quod nihil differũt, vel pauca, vel multa media facere, per quæ aliquid moueatur de extremo in extremum, neque accipere aliquod medium positiue, vt pallidum inter album & nigrum, vel remotiue, vt inter bonũ & malũ qđ neq; bonũ neque malũ est, quia qualitercunque media se habeant, semper accidit, qđ eadẽ multoties pertranseãtur. Scđo ibi.

ARGY. *Ex his igitur patet, nec eos naturales bene sensisse, qui res vniuersas sensibiles inquiunt semper moueri. Nã motuum iam dictorum aliquo moueant, maximeq; secũdum illos alteretur necesse est. Fluere. n. inquiunt eas semper, decrementaq; suscipere. Præterea generationem atq; corruptionem, alterationem esse dicunt. Ratio vero nostra tunc dixit, nullo quicquam omnino motu præter conuersionem continue moueri posse. Quare nec alteratione nec accretione, decretioneve. Hæc igitur satis sint dicta ad demonstrandum nullam infinitam esse mutationem, aut continuam, præter ipsam solam conuersionem.*

ANTI. Vt in Timæo Plato testatur. *Manifestum igitur ex his, quoniam neque physiologi bene dicunt, omnia sensibilia moueri semper dicentes, moueri enim necesse est aliquo modo horũ motuũ, & maxime secũdũ illos est alterari. Fluere. n. dicunt semper, atq; corrũpi. Adhuc autem & generationem, & corruptionẽ alterationem esse dicunt. Ratio autem nunc dixit, vel de omni motu, quod secundum nullum motum contingit moueri continue extra quem circulo. Quare neque secũdum alterationem, neque secundum augmentum. Quod igitur neque infinita sit mutatio, neque vna, neque continua extra circuli motum, nobis dicta sint tanta.*

Concludit ex præmissis, qđ antiqui naturales nõ bene dixerunt, ponẽtes omnia sensibilia semper moueri, Idem quia oportet ꝙ mouerẽtur scđm aliquem prædictorũ motuum, de quibus ostẽdimus, qđ nõ possunt esse in perpetuum continui. Et maxime, quia scđm quod illi dñt, motus sp continuus est alteratio, dicunt. n. qđ omnia semper defluunt & corrumpuntur. Et adhuc dicunt, ꝙ g̃natio & corruptio nihil est aliud quã alteratio: & sic dum dicunt omnia semper corrumpi, dicunt omnia sp alterari, probatum est autem per rationem supra inductam, qđ nullo motu contingit semper moueri nisi circulari, & sic relinquitur quod neque scđm alterationẽ neque secundum augmentum possunt omnia sp moueri, vt illi dicebant. Vltimo autem principale intentum epilogando concludit. s. ꝙ nulla mutatio possit esse infinita & continua, nisi circularis. Deinde cum dicit.

Ipsam autem conuersionem lationum omnium esse primam, perspicuum inde fieri potest. Omnis enim latio, aut circularis est aut recta mixta, sicut & antea diximus. At hac quidem illas priores esse necesse est, ex illis enim constat, vt patet. Recta vero circularis est prior, est. n. simplex perfectaque magis. Fieri igitur nõ potest, vt super infinita linea recta quicquã feratur, non est. n. id rõne rerum, quod hoc pacto dicitur infinitum, atq; neq; si esset moueretur quicquã omnino. Non. n. id fit, quod impossibile est. Impossibile est autem, vt patet transire quippiam infinitũ, Ea vero latio, quæ super finita recta linea fit, si reflectatur composita erit profecto, duoque motus si non reflectãtur, imperfecta ac corruptibilia. At imperfecto perfectum, & incorruptibile, corruptibili natura prius esse & ratione atque tempore constat. ARGI.

Quod aũt lationum, circularis prima sit, manifestũ est. Omnis enim secundum locum motus (sicut & prius diximus) aut in circulo, aut in recto, aut mixtus est. Hoc autẽ necesse est priores esse illos, ex illis enim constitutus est. Recto autem circularis, simplex enim, & perfectus magis est. In infinitum. n. non est secundum rectum ferri, sic n. infinitum non est, sed neque si esset, moueretur vtiq; aliquid, non. n. fit impossibile, transire autem infinitum impossibile est. Infinito autem recto, reflectens quidem cõpositus est: & duo sunt motus, non reflexus autem imperfectus & corruptus. Prius autem & natura & ratione, & tempore est perfectum quidem imperfecto, corruptibili autem incorruptibile. ARGI. T.c.75.

Probat ꝙ motus circularis sit primus motuum duabus rationibus, quarũ prima talis est. Omnis motus localis, vt prius dictũ est, aut est circularis, aut rectus, aut commixtus. Circularis autem & rectus sunt priores cõmixto, qui ex illis cõstituitur, inter illos aũt duos, circularis est prior recto, circularis. n. est simplicior, & perfectior recto. Quod sic probat, motus. n. rectus nõ potest procedere in infinitum, hoc. n. esset dupliciter, vno mõ sic, ꝙ esset magnitudo, per quam transit motus rectus, infinita, quod est impossibile, sed etiam si esset aliqua magnitudo infinita, nihil moueretur ad infinitũ. Quod. n. impossibile est esse, nunquam fit aut generatur, impossibile est autem transire infinitum, nihil ergo mouetur ad hoc, ꝙ infinita pertranseat, non ergo potest esse motus rectus infinitus super magnitudinem infinitam. Alio mõ posset intelligi motus rectus infinitus super magnitudinem finitam per reflexionem, sed motus q est reflexus, non est vnus, vt supra probatum est, sed est cõpositus ex duob. motib. Si autem super linea recta finita nõ fiat reflexio, erit motus imperfectus & corruptus, imperfectus quidẽ, quia possibile est ei fieri additionẽ, corruptus aũt, quia cum peruenit ad terminũ magnitudinis cessabit motus. Sic ergo patet, quod motus circularis, qui non est cõpositus ex duobus, & qui non corrumpitur, cũ venit ad terminum, cum sit idem eius principium & finis, est simplicior & perfectior, quã motus rectus. Perfectum autem est prius imperfecto, & similiter incorruptibile corruptibili, & natura, rõne, & tẽpore, sicut supra ostensum est, cum probatur loci mutationem esse priorẽ aliis motibus. Necesse est ergo motum circularem esse priorem recto. Deinde cum dicit. Te.c.64. T.c.155.

Hisce præterea motus, qui perpetuus esse põt, prior est eo, qui perpetuus esse nequit. At conuersio quidem perpetua esse potest, cæterorum autem motuum nullus perpetuus, ARGI.

tuus esse potest, status enim fit oportet, qui cum est, corruptus est iam ipse motus, atque euanuit.

ANTL. *Amplius, prior est quem contingit perpetuum esse non contingenti. Circularem igitur contingit perpetuum esse, aliorum autem, neque loci mutationem, neque alium, neque vnum contingit esse perpetuum. statum enim oportet fieri, si autem status est, corruptus est motus prior.*

Secunda rō. Ponit secundam rōnem, quæ talis est, Motus qui potest esse perpetuus, est prior eo, qui perpetuus esse non potest, quia perpetuum est prius non perpetuo, & tempore, & natura. Circularis autem motus potest esse perpetuus, & nullus aliorum motuum, cū oporteat eis succedere quietem. Vbi autem quies superuenerit, corrumpitur motus. Relinquitur ergo, quod motus circularis sit prior omnibus aliis motib. Hæc autem, quæ in hac ratione supponit, ex superioribus patent.

LECTIO XX.

Motum circularem quibusdam communibus rationibus, & ex Antiquorum sententiis, primum, continuum, ac regularem esse comprobatur.

ARGI. *Atqui recte cum rōneq; accidit, conuersionem vnū esse motum, atq. continuum, & non eam lationem qua supra recta linea pergitur. Huius .n. principium & finis & medium definitum est, & vniuersale hæc sunt in ipsa, quo fit vt id sit, vnde incipiat quod mouetur, & itē ad quod perueniet desinetq. moueri, in ipsis nanque finibus quiescit id oē quod motu recto cietur, aut in eo ex quo incipit motu cieri, aut in eo ad quem accedit. Sed in circunferentia sunt hæc, vt patet, indefinita. Quod .n. ipsius punctū finis potius rōnem, quam principij subit? Aeque .n. quoduis punctorū principium est, & medium, atque finis, vt semper id quod mouetur in principio sit, & medio atq; fine, & nunquam in vno tantum. Quapropter ipsa sphæra mouetur, & aliquo modo quiescit, eundem enim occupat locum, causa autem hæc omnia accidisse ipsi centro. Nam principium est & magnitudinis atque finis. Quare fit, vt quia hoc extra circunferentiam est, non sit id, in quo quiescit id quod fertur, quasi transierit, semper enim circa medium, sed nō ad vltimum fertur. Quia vero semper hoc manet, ideo totū ipsum continue partim quiescit, partim mouetur.*

ANTL. Com. 76. *Rationabiliter autem accidit, & circularem vnū esse, & continuum, & non rectum. Eius .n. qui in recto determinatum est principium, & finis, & mediū, & omnia hæc habet in seipso. Quare est vnde incipiet qd mouetur, & vbi finiet, apud terminos .n. quiescit omne, aut vnde, aut vbi. Circularis autē indeterminati sunt, quid .n. magis quicunque terminus eorum qui sunt in linea? Similiter, .n. vnumquodque principium, & medium est, & finis, quare semper quædam sunt in principio, & fine & nunquam in vno tantum sunt. Vnde mouetur, & quiescit quodammodo sphæra; eundem enim obtinet locum, causa autē est, quod omnia hæc accidunt centro. Principium enim & medium magnitudinis & finis est. Quare propter id quod extra circularem est, non est vbi quod fertur, quiescat, sic .n. semper fertur circa medium, sed non ad vltimū. Propter hoc autem manet, & semper quiescat quodammodo totū, & mouetur continue.*

Postquam Philosophus ostendit per proprias rōnes ꝙ motus circularis est continuus & primus, hic ostendit idem per quasdam logicas, & communes rationes. Et ponit tres rationes. Circa quarum primam dicit, qđ rationabiliter accidit, quod motus circularis sit vnus & continuus in perpetuum, non autem motus rectus, quia in recto determinatur principium, medium & finis, & omnia hæc tria est assignare in ipsa linea recta, & ideo
Te.c.45. est in ipsa linea vnde incipit motus, & vbi finiatur, quia omnis motus quiescit apud terminos, .s. vel a quo, vel ad quē. Has enim duas quietes supra in Quinto distinxerat, sed in linea circulari termini non sunt distincti, nulla enim est ratio, quare vnum pūctum signatum in linea circulari sit magis terminus, quam alius, quia vnūquodque est similiter, & principium, & medium, & finis, & sic quodammodo qđ mouetur circulariter semper est in principio & in fine, in quantum .s. quodlibet pūctum signatum in circulo potest accipi, vt principio vel fine, in quantum, .s. nullum punctum circuli est principium vel finis in actu. Vnde sequitur quod sphæra quodammodo mouetur, & quodāmodo quiescit, quia, sicut in Sexto dictum est, sphæra dum mouetur semper obtinet eundem locum secundum subiectum, & quantum ad hoc quiescit, alium tamen & alium secundū rationem, & quantum ad hoc mouetur. T.c.84. Ideo autem in ipsa linea circulari non distinguitur principium, mediū, & finis, quia hæc tria pertinent ad centrum, a quo sicut a principio procedunt lineæ ad circunferentiam, & ad ipsum terminantur lineæ a circunferentia protractæ, & est etiam medium totius magnitudinis secundum æquidistantiam ad omnia signa circunferentiæ. Et ideo, qa principiū & finis circularis magnitudinis est extra circulationem, .s. in centro, ad qđ nō pertingit quod circulariter mouetur, nō est assignare in motu circulari, vbi quiescat illud quod fertur, cum peruenerit ad ipsū, quia quod circulariter mouetur, semper fertur circa mediū, sed non fertur ad vltimum, quia nō fertur ad medium, quod est principium & vltimum. Et propter hoc totū quod sphærice mouetur, quodammodo semper quiescit, & quodammodo continue mouetur, vt dictum est. Ex his ergo quæ dicta sunt, sic rō extrahi potest. Omnis motus qui nūquam est in principio, & fine, est continuus, sed motus circularis est huiusmodi, ergo &c. Et per idem medium probatur, quod motus rectus nō possit esse continuus. Deinde cum dicit.

Accidit aūt hæc conuersio, vt ē contra conuersio motuū sit prima atq; mensura, quia nāq; motuum est mensura ipsa conuersio, ideo primus sit ipse motus necesse est, ipso enim primo omnia mēsurantur, & quia rursus primus est, & omnium motus, ideo ipsa mensura est cęterorum. ARGY.

Accidit aūt conuersim, & nanque quoniam mensura motuū est circulatio prima, necesse est ipsam esse, omnia .n. mēsurantur primo, & quia primū est, mensura aliorū est. ANTL.

Ponit secundam rationem dicens, ꝙ hæc duo cōuersim se sequentur, .s. quod motus circularis sit mensura omnium motuum, & quod sit primus motuū. Omnia enim mensurantur primo sui generis, vt in 10. Metap. ostenditur. Et sic ista propositio conuertibilis est, omne quod est mensura est primum sui generis, & omne quod est primum est mensura. Sed motus circularis est mēsura omnium aliorum motuum, vt patet ex his quæ in fine Quarti sunt dicta, ergo motus circularis est primus motuum. Vel si supponatur, quod motus circularis sit primus motuum propter supradictas rationes, cōcludetur quod sit mensura aliorum motuum. Secunda rō. Lect. 2. Quæcūque mensurātur aliquo primo sui generis mensurātur, & cōuertitur, quod primum in genere est eorum, quæ in ipso sunt mensura.

Tertiam rationem ponit ibi.

Præterea vniformis et motus sola conuersio esse posset. Quæ namque recto motu cientur, difformiter sane feruntur, discrepant .n. partes motus propinqua principio, ab hisce partib. quæ propinquæ sunt fini. Etenim vniuersa, quæ suapte natura feruntur, quo magis ab eo loco recedūt, ex quo moueri cœperint, eo celerius moueri videntur. At sola in conuersione, neque principiū est, neq; finis, quippe cū non sit in ipsa circūferentia quicquam tale, sed extra. ARGI.

Amplius aūt, & regularem contingit circularem esse solum. Quæ .n. in recto, a principio irregulariter feruntur ad finem. Omnia .n. quanto distant plus a quiescente, ferūtur velocius. Circularis autem solius, neque principium in ipso aptum natum est esse, sed extra. ANTI.

Di-

LECTIO XXI.

Potentiam finitam tempore infinito non posse mouere, neque infinitam potentiam in magnitudine reperiri. ... pro primi motoris veritate, ac natura probanda, demonstratur.

ARGY. *Nunc autem partibus hoc vacare, magnitudinemque nullam prorsus habere necessarium esse dicamus, ac demõstremus oportet, prius hisce definitis, quæ hanc sententiã antecedunt.*

ANTI. T.c. 78. *QVod autem hoc necesse est impartibile esse, & nullã habere magnitudinem, nunc dicamus, determinãtes primum de prioribus ipso.*

Postquam Philosophus ostẽdit qualis sit primus motus, hic ostendit quale sit primum mouẽs. Et diuiditur in partes duas. Primo dicit, de quo est Intentio. Secũdo exequitur propositum. ibi. Horum autem vnum. Dicit (Infra.) autem primo, ꝙ cum dictum sit supra, ꝙ primum mouens est immobile, nunc dicendum est ꝙ primum mouens est indiuisibile, & nullam habẽs magnitudinem, sicut omnino incorporeum. Sed antequam hoc ostẽdamus, oportet prædeterminare quædam, quæ exigũtur ad huiusmodi probationem. Secundo ibi.

ARGY. *Atque horum vnũ est hoc, fieri inquam nõ posse, quòd finitũ quicquam tẽpore moueat infinito. Tria nãq. esse in omni motu constat, id quod mouetur, id quod mouet, & tertium ipsum tempus. Atque aut hęc omnia infinita sũt, aut finita, aut harum aliqua, vt duo aut ẽt vnum. Sit igitur A quidem mouens, B autem id quod mouetur, & tẽpus infinitũ sit C. Pars itaq. ipsius A, quæ quidem sit D moueat partẽ aliquam ipsius B, sitq. illa pars E: atque patet non toto C tempore ipsam mouere, in maiore namque maius nimirũ mouet, quare fit, vt tẽpus illud infinitũ non sit, designetur, atque sit F. Hoc igitur pacto addens ipsi D, atque E parti partẽ totiũ A tandem, & B similiter totum consumam, tempus autem nũquam æqualem F, partẽ semper auferens partem, quippe cum sit, vt est suppositum, infinitum. Quare totum A mouẽs, totum B ipsum finito in tẽpore C mouebit. Fieri ergo non põt, vt a finito quicquam infinito in tẽpore moueatur. Perspicuum igitur est fieri non posse, quòd finitum quicquã tempore moueat infinito.*

ANTI. *Horum aũt vnũ quidem est, quòd impossibile est nullũ finitum mouere secundum infinitum tempus. Tria enim sunt, quod mouetur, mouens, in quo tertium tempus. Hæc aũt aut finita sunt omnia, aut infinita omnia, aut quedã, aut duo, aut vnũ. Sit igitur A mouens, quod autẽ mouetur B, tempus infinitum in quo C: ipsum D igitur moueat aliquam partem ipsius B, quæ est in quo E. Non igitur in æquali ipsi C, in pluri.n.maius. Quare non est infinitum tẽpus, quod est ipsum Z. Sic itaque ipsi D apponens, auferã ipsum A, et ipsi E ipsum B, tempus autem non auferam, semper remouens æquale, infinitum enim est. Quare omne A, totum B mouebit, infinito tẽpore ipsius C. Non ergo possibile est a finito moueri aliquid secundum infinitũ motum. Quod quidem igitur non contingit finitum in infinito tempore mouere, manifestum est.*


Exequitur propositum. Et primo præmittit quædã, quę sunt necessaria ad principalis propositi ostẽsionẽ, secundo ostendit principale propositum. ibi. Determi (T.c. 86.) natis aũt his. Circa primum tria facit. Primo ostendit ꝙ ad motum infinitum requiritur potentia infinita, secundo ꝙ potentia infinita non potest esse in magnitu (T.com. 79.) dine finita. ibi: Quod autem omnino infinita magnitudine. Tertio, ꝙ primum motorem oportet esse vnum, qui moueat motum continuum & sempiternũ. ibi. De (T.c. 81.) his autem quæ feruntur. Dicit ergo primo, quod inter ea quæ prædeterminanda sunt ante principale propositum, vnum est, quod est impossibile aliquod finitum secundum potentiam mouere per tempus infinitum.

Quod sic ostendit. Tria sunt in quolibet motu, quorum vnum est, quod mouetur: aliud est ipsum mouens, tertiũ aũt est tps, in quo fit motus. Oportet aũt, ꝙ aut oĩa ista sint infinita, aut oĩa sint finita, aut ꝙ quædam sint finita, & quędam infinita, vel duo tm̃, vel vnũ. Ponatur ergo primo, qđ A sit mouẽs, B, quod mouetur, tps vero in quo fit motus, sit C. Et ponatur, quod aliqua pars ipsius A, quæ est D, moueat aliq̃ partẽ B, quæ est E. His ergo positionib. factis, cõcludi põt qđ D, mouet E in tpe non æquali ipsi C, in quo A mouebat B, sed in tpe minori. Probatum est.n.in Sexto, quod totum mobile in maiori tpe pertransit aliqđ signum, quam pars eius: (T.c.37.) Cum ergo tps quod est C, sit infinitum, relinquitur, qđ tps in quo D mouet E, non erit infinitum, sed finitũ, & sit illud tps, vt sicut A mouet B, in tpe C infinito, ita D moueat E, in tpe Z finito. Cũ aũt D sit pars ipsius A, si subtrahẽdo ab A, addatur ipsi D, totaliter ipsum A, auferetur, vel cõsumetur, cum sit finitum. Omne.n.finitũ consumitur per subtractionem, si eadem quantitas semper sumatur, vt in Tertio dictum est. Et similiter cõsumetur ipsum B, si cõtinuẽ subtrahatur aliquid ab ipso, (T.c.54.) & apponatur ipsi E, quia B ẽt ponebatur esse finitũ, & quantumcunque auferatur a tpe, quod est C, etiam secundum eandem quantitatem auferendo, non consumitur totum C, quia ponitur esse infinitum. Ex hoc cõcludit quod totum A mouet totum B, in tempore aliquo finito, quod est pars ipsius C. Quod quidem sic sequitur ex præmissis, quia secũdum proportionem, qua additur ad mobile & ad motorem, additur etiam ad tẽpus. Cum ergo subtrahendo a toto mobili, & motore, & addendo ad partes ipsorum, cõsumatur quandoque totum mobile & totum mouens, ita quod totum quod erat in toto, addetur parti, sequitur quod proportionabiliter addendo ad tempus, resultabit tempus finitum, in quo totum mouens mouebit totum mobile. Et sic oportet, quod si totum mouens est finitum, & mobile finitum, quod tempus sit finitum. Sic ergo non est possibile, ꝙ a finito mouente moueatur aliquid motu infinito, i. secundum tempus infinitum. Et sic patet, quòd primo ponebatur, quod non contingit quod finitũ mouens moueat in tempore infinito. Mouet autem Auic. (Obiicit Auicen.) dubitationem circa hanc Arist. demonstrationem. Videtur enim non esse vniuersalis. Est enim aliquod finitum mouens & mobile, a quo non potest aliquid auferri, vel subtrahi, sicut est corpus cœleste, quod tamen in hac demõstratione non excipitur. Vnde videtur quod vel demonstratio sit particularis, vel procedat ex falsa (Soluit. Auer.) suppositione. Huic autem obiectioni respondet Auerroes in commento, quod quamuis a cœlo nihil possit subtrahi, hæc tamen conditionalis est vera, si a cœlo aliqua pars auferatur, pars illa mouebit, aut mouebitur in minori tempore quam totum. Nihil enim prohibet cõditionalem esse veram, cuius antecedens est impossibile. Sicut patet in hac conditionali, si homo volat, habet alas: Quicquid autem tollit veritatem conditionalis veræ, falsum est, licet antecedens conditionalis sit falsum. Veritas autem prędictæ conditionalis non potest stare cum hoc, quod finitum moueat tempore infinito, vt patet per deductionem Aristotelis. Sic igitur ex veritate præmissę conditionalis, concludit Aristot. impossibile esse, quod finitum moueat tempore infinito, potest autem breuius dici, quod Arist. quando in demonstrationib. suis vtitur ablatione, vel subtractione, non semper per ablationẽ intelligenda est solutio cõtinuitatis, quã impossibile est esse in corpore cælesti, sed ablatio intelligi põt, secundum quamcunq. designationem. Sicut in ligno cõtinuo manẽte, possum designare, vel tactu, vel cogitatione aliquod punctum, quasi diuidens totũ, per hunc modum auferre aliquam partem a toto. Et per

hunc

hunc etiam modum potest dici q virtus ad mouendū in parte corporis cęlestis per designationem ablata minor est, quam in toto. Alia aūt dubitatio est difficilior. Non.n.vī esse contra rationem mouentis finiti, qđ mo ueat t pe infinito:quia, si illud finitum sit incorruptibile,vel impassibile sm suā naturā, quod non recedens a sua natura, semper eodem modo se hēt ad mouendum, quia idem semper eodem modo se hñs, sp facit idē. Vn de non est magis rō,quare non pōt mouere post, quam ante, & hoc sensibiliter apparet. Videmus.n.q Sol pōt in infinito tempore mouere corpora inferiora. Ad huius autem dubitationis solutionē, inuestigandus est processus demonstrationis inductę. Certum enim esse dēt, quod sic intelligenda est conclusio, quemadmodum se quitur ex præmissis. Considerandum est igitur, q tempus motus potest accipi dupliciter, præcipue in motu cæli. Vno modo secundum partes mobilis, alio modo secundum partes magnitudinis, supra q̄ fit motus, manifestum est enim quod prius vna pars mobilis pertransit aliquod signum magnitudinis, quam totum mobile. Similiter etiam totum mobile prius pertransit vnam partem magnitudinis, quā totam. Apparet autem manifeste ex processu Aristotelis, quod hic loquitur de tēpore motus, secundum quod tempus motus accipitur secundum partes mobilis, & non secundum quod accipitur secundum partes magnitudinis. Accipit enim in sua demonstratione, quòd pars mouentis moueat partem mobilis in minori tempore, quam totum moueat totū, quod non esset verum, si acciperemus tempus motus secundum partes magnitudinis, quæ motu pertransitur. Eadē enim est proportio partis motoris ad partes mobilis, quæ est proportio totius motoris ad totū mobile. Vnde æquali velocitate semper pars mouebit partem, qua totum mouet totum, & sic in æquali tempore pertransibit pars mobilis aliquam magnitudinem, quam a parte motoris, & totum mobile motum a toto motore. Vel forte in minori tempore mouebitur totū, quam pars, quia potentia vnita maior est, quam potentia diuisa, & quanto maior est potentia mouentis, velocior est motus, & tempus minus. Oportet ergo quod hoc intelligatur, secundum quod accipitur tempus motus secundum partes mobilis: quia vna pars mobilis in minori tēpore pertransit aliquod signum, quam totum mobile. Et secundum hoc est impossibile, quod tempore infinito moueatur, nisi sit mobile infinitū. Impossibile est autem, quod mobile infinitum moueatur a motore finito, quia semper virtus motoris est maior quam virtus mobilis. Vnde necesse est quod mobile infinitum moueatur a motore infinito. Et sic sicut impossibile sequitur ex hoc, quod ponitur, q motor finitus moueat mobile finitum motu qui sit infinitus secundum partes mobilis, ita remoto hoc inconuenienti, oportet vlterius hoc concludere, quod motus infinitus sit mobilis infiniti a motore infinito. Sed contra hoc potest aliquis obijcere quod Arist. supra non probauit motum esse infinitū secundum partes mobilis, sicut motus corporis infiniti dī infinitus, quia totum vniuersum corporeum finitum est, vt probatum est in Tertio huius & probabitur in Primo de cœlo. Vnde non videtur esse demonstratio Aristotelis sic verificata ad propositum concludendū, vt, s. primus motor, qui mouet motum infinitum, sit infinitus. Sed dicēdum, quod id, quod est causa prima motus infiniti, oportet quod sit per se causa infinitatis motus, quia semper causa, quæ est per se, est prior ea quæ est per aliud, vt supra dictum est. Virtus autem causæ per se determinatur ad effectum per se, & non ad effectum per accidens. Sic.n. supra docuit Arist. in Secundo comparare causas effectibus. Cum autem contingat motum esse infinitum dupliciter, sicut dictum est scilicet secundum partes mobilis, & secundum partes magnitudinis, supra quam transit motus, per se infinitum est in motu ex partibus mobilis, per accidens autem secundum partes longitudinis, quia quantitas motus, quæ attenditur secundum partes mobilis, competit ei secundū proprium subiectum, & ita inest ei per se. Quantitas autem motus non accipitur secūdum partes longitudinis, sed secundum reiterationem motus ipsius mobilis, prout. s. mobile totum, quod compleuit motum suum per vnā partem longitudinis, iterato pertransit aliam. Id ergo, quod est causa prima infinitatis motus, habet virtutem super infinitatem motus, quæ est per se, vt scilicet possit mouere mobile infinitum, si contingat, & ideo necesse est, q sit infinitum. Et quamuis primum mobile sit finitum, tamen habet quandam similitudinem cum infinito, vt dictum est in Tertio. Ad hoc autē, quod aliquid sit causa motus infiniti per reiterationem motus, quæ est per accidens, non oportet quòd habeat virtutē infinitam, sed sufficit si habet virtutē immobilē finitā, quia semper manente eadem virtute poterit reiterare eundem effectum. Sicut sol habet virtutem finitam, & tamen posset mouere inferiora elementa tempore infinito, si motus esset sempiternus secundum positionem Aristo. Non enim est prima causa infinitatis motus, sed quasi ab alio mota ad mouendum, tempore infinito secundum positionem prædictam. Secundo ibi.

Demonstratio, qua probatur quod finitum mouens non potest mouere aliquid in tempore infinito.



Fieri vero non posse, vt finita in magnitudine vires sint infinita, ex hisce fane fuerit notum. Sint.n. maiores ha ∫p vires, quæ æquale quod minori in tempore faciunt seu calefaciunt, aut dulcedine afficiunt, aut proijciunt, omninoq. mouent. Quod cum ita sit, ab eo quoque profecto quod minitum quidem est, infinitas aūt vires habet, patiens quippiam patiatur, & magis quam ab alio patiatur; necesse est, infinita nāq. vires viribus sunt maiores finitis. At nullum esse tēpus omnino potest, quo vires illæ mouerent. Nā si sit A tēpus quo vires infinitæ calefecerunt, vel pepulerunt, A B vero sit tēpus id, in quo finita quędā vires mouerunt, hisce viribus, si maiores finitas vires semper addi-

addidero ad eas tandem vires peruenient, quæ mouere in A tempore possunt. Finito nanque cuius si finitum semper addidero, omni, quouis illud definito faciam maius, & si abstulero minus, identidem faciam. Ergo tempore in eodem aut æquali finitæ vires mouebunt: hoc autem est impossibile. Fieri ergo non potest, vt magnitudo finita vires habeat infinitas.

ANTI. T.c. 39. *Quod autem omnino in finita magnitudine non contingit infinitam esse potentiam, ex his manifestum est. Sit.n. plus potentia semper æquali in minori faciens tempore, vt calefaciens, aut dulce faciens, aut proiciens, & omnino mouens. Necesse est ergo, & a finito quidem, infinitā aūt habente potentiam pati aliquid patiens, & plusquam ab alio, plus enim est infinita potentia. At vero tēpus non cōtingit esse vllum. Sit.n. est in quo A tempus, in quo infinita vis calefacit, aut depellit, in quo autem AB, finita quędā ad hanc maiorem semper accipiens finitam, veniam aliquando ad id, quod in A tempore motum erat. Ad finitum.n. semper addens, excellam omne determinatum, & auferens & deficiens, similiter. In æquali ergo tēpore mouebit finita ipsi infinita. Hoc autem est impossibile. Nullum itaq; finitum contingit infinitam potentiam habere.*

Ostendit quod necesse est virtutem, quæ est in magnitudine proportionari magnitudini in qua est. Et primo ostendit quod in magnitudine finita, non pōt esse potentia infinita, quod principalius intendit. Secundo, Infra. ꝙ nec in magnitudine infinita, potest esse potentia finita. ibi. Neque igitur finitum. Quod aūt in magnitudine finita, non contingat esse potentiam infinitam, probat, duas suppositiones pręmittēdo, quarum prima est, ꝙ maior potentia æqualem effectum perficit in minore tempore quam minor, sicut maior potentia calefacti ad æqualem caliditatem perducit id, in quo agit in minori tempore, & simile est de potentia dulcorantis vel proiicientis, vel cuiuscunque mouentis. Et ex hac suppositione concludit, quod, cum potentia infinita sit maior quam potentia finita, necesse est, quod si sit aliqua finita magnitudo habens potentiam infinitam, quod a tali agente, siue vnum patiens, siue plura patiātur in eodem tpe maiorem mutationem, quam ab alio habente potentiam finitam. Vel econuarso, quod æqualem mutationem patiens ab eo patiatur, in minori tempore, vtrunq; .n. potest intelligi in eo quod dicit, & plusquam ab alio. Secunda suppositio est. Cum omne quod mouetur moueatur in tempore, vt in Sexto probatum est, nō potest esse, quod patiens immutetur ab agente infinitæ potentię in non tempore: immutatur ergo in tempore. Ex hoc sic procedit. Sit tempus, in quo virtus infinita mouet calefaciendo vel impellendo A, tps aūt, in quo aliqua virtus finita mouet, sit AB, quod est maius quā A. quælibet autem potentia finita potest accipi alia maior. Si ergo accipiamus aliam maiorem potentiam finitam quam primam, quæ mouebat in tempore AB, sequitur quod hæc secūda potentia mouebit in tempore minori, & iterum tertia potētia finita maior, in tempore adhuc minori, & sic semper accipiendo finita maior, in tempore adhuc minori, & sic semper accipiendo finitā potentiam, veniam aliquando ad hoc, quod aliqua potentia finita moueat in tempore A. Cum.n. semper fiat additio ad potentiam finitam, excedetur omnis determinata proportio. Similiter autem additur ad potentiā motiuam, & subtrahitur a tempore motus, quia maior potētia in minori tpe mouere pōt. Sic ergo sequitur, ꝙ finita potentia perficiat motum in æquali tempore cū potentia infinita, quæ ponebatur mouere in A, hoc aūt est impossibile, ergo nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam. Dubitatur aūt circa hanc rationem multipliciter. Primo namque videtur, quod hæc ratio nullo modo concludat, quod.n. conuenit alicui per se, per nullam potentiam potest ab eo remoueri quātumcunque sit magna, non.n. est ex defectu potētiæ, vel infinitati potentiæ repugnat, si dicatur fieri nō posse, qđ homo non sit animal. Esse autem in tempore per se cōuenit motui, ponitur.n. motus in definitione temporis, vt supra in Quarto habitum est, ergo si ponatur etiam potentia infinita mouens. non sequitur quod motus sit in non tempore, vt Arist. hic concludit. Item si cōsideretur processus Philosophi, ex hoc concludit, quod motus sit in non tempore, quia potentia mouens est infinita, sed potentia infinita mouēs potest etiam non esse in corpore; ergo eadem rōne sequitur, quod talis potentia si sit infinita, mouebit in non tempore. Nō solum ergo per hoc, quod est impossibile moueri in non tempore, potest concludi quod nulla virtus infinita est in magnitudine, sed ꝙ simpliciter nulla virtus mouens sit infinita. Item. Ad magnitudinem potentiæ duo pertinere videtur. s. velocitas motus, & diuturnitas temporis. Et secundum excessum potentiæ fieri videmus excessum in vtroque dictorum. Sed sm excessum potentiæ infinitę, supra ostendit, quod motus perpetuus est ab aliqua potentia infinita, non aūt quod aliqua potētia infinita nō sit in magnitudine, ergo similiter & hic secūdum excessum in velocitate non debet concludere, quod nulla virtus infinita sit in magnitudine, sed quod virtus, quæ mouet tempore infinito propter sui infinitatē, moueat ēt in non tempore. Item videtur ꝙ cōclusio est falsa. Quāto enim est maior virtus alicuius corporis, tanto diuti9 potest conseruari in esse. Si ergo nullius corporis potentia esset infinita, nullum corpus posset in infinitum durare, quod patet esse falsum, iam sm opinionem ipsius, quam sm sententiam Fidei Christianæ, quæ ponit substantiam mundi in infinitum duraturam. Posset etiam moueri obiectio de diuisione & additione, quibus vtitur, quæ non conueniunt rerum naturæ. Sed quia superius satis dictum est, prætermittitur ad præsens. His ergo dubitationibus per ordinem respondentes, dicendū est ad primam, quod Philosophus non intendit hic facere demonstrationem ostensiuam, sed demonstrationem ad impossibile ducētem, in qua, quia ex aliquo dato aliquid sequitur, quod est impossibile, concluditur primum datum impossibile esse. Nō autem est verum, quod primum datum simul cum cōclusione esse, sit possibile, sicut, si daretur quod esset aliqua potentia, quæ posset remouere genus a specie, sequeretur ꝙ illa potētia posset facere, quod homo non esset animal. Sed, quia hoc est impossibile, impossibile est & primum, non autem ex hoc potest concludi esse possibile, quod sit aliqua potētia quæ faciat hominem non esse animal. Ita ex hoc quod est aliquam potētiam infinitam esse in magnitudine, ex necessitate sequitur motum esse in nō tēpore, sed quia hoc est impossibile, impossibile est infinitam potentiam esse in magnitudine. Nec potest ex hoc concludi esse possibile, quod potentia infinita moueat in non tempore. Ad secundam autem dubitationem respondet Auer. in comm. huius loci dicens, ꝙ ratio Aristot. hic procedit de potentia ratione suæ infinitatis, finitum autem & infinitum conuenit quātitati, vt supra habitum est. Vnde potentia, quę nō est in magnitudine, non proprie competit, quod sit finita, vel infinita. Sed hæc responsio est & contra Aristotelis intentionem, & contra veritatem. Contra intētionem quidem Aristotelis est, quia Aristoteles in præcedenti demonstratione, probauit, quòd potentia mouens tempore infinito, sit infinita, & ex hoc infra concludit, quod potētia mouens cœlum non est potentia in magnitudine. Et etiam contra veritatem, quia cum omnis potentia actiua sit secundum aliquam formam, eo modo conuenit magnitudo potentiæ, & per consequens finito & infi-

T.com.101.

Ex ordinē diluuntur obiectiones.

Ad secundā

T.c. 54.

infinitum, ſicut conuenit formæ, formæ autem cõuenit magnitudo per ſe, & per accidens. Per ſe quidem ſm̃ ꝑfectionem ipſius formæ, ſicut dr̃ magna albedo ẽt paruæ niuis, ſm̃ perfectionem propriæ rõnis. Per accidens autem ſm̃ quod aliqua alia forma habet extẽſionem in ſubiecto, ſicut dr̃ magna albedo ꝑꝑ magnitudinem ſuperficiei. Hæc autem ſecunda magnitudo non põt competere potentiæ, quæ non eſt in magnitudine, ſed prima magnitudo maxime ei competit, quia potentiæ immateriales quanto ſunt minus cõtractæ per applicationẽ ad materiam, tanto ſunt perfectiores & vniuerſaliores. Velocitas autem motus non ſequitur magnitudinẽ virtutis, quæ eſt per accidens per extenſionem ad magnitudinem ſubiecti, ſed magis eã, quæ eſt per ſe ſecundũ propriam perfectionem, quia quanto aliquod ens actu eſt perfectius, tanto eſt vehementius actiuum. Vnde nõ põt dici ꝙ potentia, quæ non eſt in magnitudine, qa non eſt infinita infinitate magnitudinis, quæ eſt ex magnitudine ſubiecti, ꝑꝑ hoc non cauſet augmentum velocitatis in infinitum, quod eſt moueri in non tempora. Vnde & idem Commentator hãc dubitationem aliter ſoluit in 11. Met. vbi dicit, quod corpus cœleſte mouetur a duplici motore. ſ. a motore coniuncto, q̃ eſt anima cœli, & a motore ſeparato, qui mouetur neque per ſe, neque per accĩdẽs. Et quia ille motor ſeparatus eſt infinitæ virtutis, motus cœli acquirit ab eo perpetuam durationem, quia vero motor coniunctus eſt finitæ virtutis, ideo motus cęli acquirit ab eo velocitatem determinatam. Sed nec iſta reſponſio ſufficiens eſt, cũ. n. vtrumque videatur conſequi potentiam infinitam. ſ. quod moueat tempore infinito, vt præcedens demonſtratio concludit, & quod moueat in non tempore, vt videtur concludere hæc demonſtratio, iterum reſtat dubitatio, quare anima cœli, quæ mouet in virtute motoris ſeparati infiniti, magis ab eo ſortiatur vt poſſit mouere tempore infinito, quam vt moueat velocitate infinita. i. non tẽpore. Ad hanc igitur dubitationem dicẽdum eſt, quòd oĩs potentia quę non eſt in magnitudine, mouet per intellectum, ſic. n. Philoſophus probat cœlũ moueri a motore in 11. Met. nulla autem potentia, quæ eſt in magnitudine, mouet quaſi intelligẽs. Probatum eſt. n. in 3. de Anima, ꝙ intellectus non eſt virtus alicuius corporis. Hæc autem eſt differentia inter agens per intellectum, & agens materiale, quia actio agẽtis materialis proportionatur naturæ agentis, tanta. n. procedit calefactio, q̃tus eſt calor: ſed actio agentis per intellectum, non proportionatur naturæ ipſius, ſed formæ apprehenſæ, non. n. ædificator tantum ędificat, quantum poteſt, ſed quãtum exigit rõ formæ conceptæ. Sic igitur, ſi aliqua eſſet virtus infinita in magnitudine, ſequeretur quod motus ab ipſa procedens eſſet ſecundum proportionem eius, & ita procedit demõſtratio præſens, ſi autem ſit virtus infinita non in magnitudine, motus ab ipſa non procedit ſecundum proportionem virtutis, ſed ſecundum rationem formæ apprehenſæ. i. ſecundum quod cõuenit fini & naturæ ſubiecti. Eſt etiam aliud attendẽdum, ꝙ ſicut probatũ eſt in Sexto huius nihil mouetur niſi magnitudinem habẽs, vnde velocitas motus eſt effectus receptus a mouente in aliquo habente magnitudinẽ. Manifeſtum eſt autem, ꝙ nihil habens magnitudinem poteſt recipere æqualem effectum proportionatum potẽtię, quę non eſt in magnitudine, quia omnis natura corporea comparatur ad naturam incorporeã, ſicut quoddam particulare ad abſolutum & vniuerſale. Vnde nõ poteſt concludi, ſi virtus infinita non ſit in magnitudine, quod ex ea conſequatur infinita velocitas in aliquo corpore, quæ eſt effectus proportionatus tali potentię, vt dictum eſt. Sed nihil prohibet in aliqua magnitudine recipi effectum virtutis, quę eſt in magnitudine qa

Vel 12. com. 41.

Vel 12. Te c. 38. T. b. & 46. Lect. 10. T c. 19. T. c. 34.

cã proportionatur effectui. Vnde ſi ponetur qđ aliqua virtus infinita eſſet in magnitudine, ſequeretur, quod effectus correſpondens eſſet in magnitudine, ſ. velocitas infinita, & hoc eſt impoſſibile, ergo & primum. Ex his autem patet ſolutio tertiæ dubitationis, nam moueri tempore infinito nõ repugnat rationi magnitudinis motæ, conuenit. n. magnitudini circulari, vt ſupra oſtẽſum eſt. Vnde a primo mouente infinitæ virtutis cauſatur motus diuturnitatis infinitæ, non autem motus velocitatis infinitæ. Quartã vero dubitationem ſoluit Alexander, vt Auerroes dicit hic in commento, quod corpus cœleſte acquirit æternitatem a motore ſeparato, qđ eſt infinitæ virtutis, ſicut & perpetuitatem motus. Vñ ſicut non eſt ex infinitate cęleſtis corporis, quod in perpetuum moueatur, ita non eſt ex infinitate corporis cęleſtis, quod in perpetuum duret, ſed vtrumque eſt ex infinitate motoris ſeparati. Hanc aũt reſpõſionẽ Auer. improbare nititur in hoc commento, & in Vndecimo Metaph. dicens, quod impoſſibile eſt, quod aliquid acquirat perpetuitatem eſſendi ab aliquo, quia ſequeretur, quod id quod in ſe eſt corruptibile, fieret æternũ. Sed perpetuitatẽ motus poteſt aliquis acquirere ab altero, eo quod motus eſt actus mobilis a mouente. Dicit ergo, quod in corpore cæleſti quantum eſt de ſe nõ eſt aliqua potentia ad non eſſe, quia eius ſubſtantiæ nõ eſt aliquid contrarium, ſed in ipſo eſt aliqua potentia ad quietem, quia motui eius cõtrariatur quies. Et inde eſt, quod non indiget acquirere perpetuitatem eſſendi ab alio, ſed perpetuitatẽ motus ab alio acquirere indiget. Quod autem in corpore cæleſti non ſit aliqua potentia ad non eſſe, ex hoc contingere dicit, ꝙ corpus cœleſte dicit non eſſe compoſitum ex materia & forma, quaſi ex potentia & actu, ſed dicit ipſum eſſe materiam actu exiſtentem, & formam eius dicit animam ipſius, ita tamen ꝙ non conſtituatur in eſſe per formam, ſed ſolum in moueri. Et ſic dicit in eo eſſe non potentiam ad eſſe, ſed ſolum ad vbi, ſicut Philoſophus dicit in Vndecimo Metaphy. Sed hæc ſolutio, & veritati repugnat, & intẽtioni Ariſtotelis. Veritati quidem repugnat multipliciter. Et primo, quia dicit, quod corpus cœleſte non componitur ex materia & forma, hoc enim eſt omnino impoſſibile. Manifeſtum eſt enim corpus cœleſte eſſe aliquid actu, alioquin non moueretur. Quod enim eſt in potentia tantum, non eſt ſubiectum motus, ut in Sexto habitum eſt. Oportet autem omne quod eſt actu, vel eſſe formam ſubſiſtentem, ſicut ſubſtãtiæ ſeparatæ, vel habere formam in alio, quod quidem ſe habet ad formam, ſicut materia, & ſicut potentia ad actum. Non autem poteſt dici, quod corpus cęleſte ſit forma ſubſiſtẽs, quia ſic eſſet intellectum in actu nõ cadens ſub ſenſu, neque ſub quantitate. Relinquitur ergo, quod eſt compoſitum ex materia & forma, & potentia & actu, & ſic eſt in ipſo potentia quodammodo ad non eſſe. Sed dato, quod corpus cęleſte non ſit compoſitum ex materia, & forma, adhuc oportet ponere in ipſo quodammodo potentiam eſſendi. Neceſſe eſt enim quod omnis ſubſtantia ſimplex ſubſiſtens, vel ipſa ſit ſuum eſſe, vel participet eſſe, ſubſtantia autem ſimplex, quæ eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, non poteſt eſſe niſi vna, ſicut neq; albedo, ſi eſſet ſubſiſtẽs, poſſet eſſe niſi una, omnis ergo ſubſtantia, quæ eſt poſt primam ſubſtantiam ſimplicẽ, participat eſſe. Omne autẽ participans componitur ex participante, & participato, & participans eſt in potentia ad participatum, ergo ſubſtantia quantumcunque ſimplex, poſt primam ſubſtantiã ſimplicem, eſt in potẽtia eſſendi. Deceptus autem fuit per æquiuocationẽ potentię, nam potentia quandoque ſe habet ad oppoſita, & hæc excludit a corpore cæleſti, & a ſubſtantiis ſimplicibus ſeparatis, quia non eſt in eis potẽtia ad nõ eſſe

ſecun-

Ad quartã ſolutionem.

Vel. 12. Com. 41.

Vel. 12. Lect. 2.

Simile primo cœli cõtra Com. de cœlo, ſi componitur ex materia & forma primo Cœli. Com. 20.

secundum intentionem Aristotelis, eo quòd substantię simplices sunt formæ tantum, formæ autem per se conuenit esse. Materia aũt corporis cœlestis non est in potentia ad aliam formam, sicut.n. corpus cœleste comparatur ad suam figuram, cuius est subiectum, vt potẽtia ad actum, & tamen non potest non habere talem figuram, ita materia corporis cœlestis comparatur ad talẽ formam, vt potentia ad actum, & nõ est in potentia ad priuationem huius formæ, vel ad non esse. Non.n. omnis potẽtia est oppositorum, alioquin possibile non sequeretur ad necesse, sicut dr in Secũdo Perihermenias. Est &t eius positio contra intentionem Aristotelis, qui in Primo de Cælo in quadam demonstratione vtitur, ꝙ corpus cœleste habeat potẽtiam, vel virtutẽ, ad hoc quod sit semper: non potest ergo euadere inconueniẽs, per hoc, quod dicit, quod corpus cœleste non est in potentia essendi, hoc.n. est manifeste falsum, & contra intentionem Aristotelis. Videamus ergo vtrũ conuenienter impugnet solutionem Alexandri, qui dicit, ꝙ corpꝰ cœleste acquirit æternitatem ab alio. Esset siquidem cõueniens eius improbatio, si Alexander posuisset, qđ corpus cœleste de se haberet potentiam ad esse & nõ esse, & ab alio acquireret esse semper. Et hoc dico supposita intentione ipsius, vt non excludamus omnipotentiã Dei, per quam corruptibile hoc potest induere incorruptionem, quod nũc discutere ad propositum nõ pertinet. Sed tamen Auerroes etiam sua intentione supposita concludere non potest contra Alexandrum, qui posuit quod corpus cœleste acquirat æternitatem ab alio: quasi de se habens potentiã ad esse, & nõ esse, sed quasi non habens ex se esse. Omne.n. quod non est suũ esse, participat esse a causa prima, quæ est suum esse. Vnde & ipse confitetur in libro de substantia orbis, qđ Deꝰ est causa cœli non solum quantum ad motum eius, sed etiam quantum ad substantiam ipsius: quod non est nisi quia ab eo habet esse, nõ autem habet ab eo esse, nisi perpetuũ, habet ergo perpetuitatem ab alio. Et in hoc etiam consonant verba eius, qui dicit in Quinto Metaphy. & supra in principio huius Octaui, quod quædam sunt necessaria, quę habent causam suę necessitatis: hoc ergo supposito, plana est solutio secundum intentionẽ Alexandri, quod sicut corpus cęleste habet moueri ab alio, ita & esse, vnde sicut motus perpetuus demonstrat infinitam virtutem motoris, non autem ipsius mobilis, ita & perpetua eius donatio demõstrat infinitam virtutem causæ, a qua habet esse. Non tamen omnino eodem modo se habet potentia corporis cęlestis ad esse, & ad moueri perpetuo, non quidem secundum differentiam, quam ipse assignat, quod in corpore cęlesti sit quantum ad moueri potentia ad opposita, quæ sunt quies, & motus, sed ad opposita, quæ sunt diuersa vbi. Sed differunt quantum ad aliud: nam motus secundum se cadit in tempore, esse uero non cadit in tempore, sed solum secundum quòd subiacet motui. Si ergo sit aliquod esse, quod nõ subiacet motui, illud esse nullo modo cadit sub tempore. Potentia ergo, quæ est ad moueri in tempore infinito, respicit infinitatem temporis directè, & per se. Sed potentia, quæ est ad esse tempore infinito, siquidem illud esse sit trãsmutabile, respicit quãtitatem tẽporis, & ideo maior virtus requiritur ad hoc quòd aliquid duret in esse transmutabili maiori tempore, sed potentia, quę est respectu esse intransmutabilis, nullo modo respicit quantitatem temporis. Vnde magnitudo, vel infinitas temporis nihil facit ad infinitatẽ, vel magnitudinem potentiæ respectu talis esse. Dato ergo per impossibile, quod corpus cœleste non haberet esse ab alio, adhuc non potest ex perpetuitate ipsius concludi, quod in eo esset virtus infinita.

Deinde cum dicit.

Com. 100.

Com. 6.
Com. 15.

Quod nam esse tempori subiacere dicatur.

Demonstratio, quòd nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam.



Neque igitur fieri potest ut infinita in magnitudine sint uires. ARGY.

Nullum itaque finitum contingit infinitam potentiam habere. ANTI.

Comm. 80.

Probat quod in magnitudine infinita non potest esse potentia finita. Et hoc duabus rationibus. Circa quarum primam tria facit. Primo ponit conclusionẽm principaliter intentam, dicens, quod sicut in magnitudine finita non potest esse potentia infinita, ita nec in aliquo quanto infinito potest esse potẽtia finita secundum totum, nam pars infiniti, si accipiatur finita, habebit potẽtiam finitam. Hoc autem inducit non quasi necessariũ ad principale propositum ostendendum, sed quasi adhærens & affine conclusioni prius demonstratæ.

Secundo ibi.

At quamquam sit, ut minore in magnitudine plus uirium insit, multo tamen maiores sunt in maiore. ARGY

Et tamen contingit in minori magnitudine, ampliorem potentiam esse, sed adhuc magis in maiori plurimam. ANTI.

Ponit quoddam, per quod alicui videri posset, quod in magnitudine infinita sit potentia finita. Videmus.n. quòd aliqua minor magnitudo habet maiorem virtutem, quam maior magnitudo, sicut paruus ignis habet maiorem uirtutem actiuam, quam multus aer. Sed per hoc non potest haberi, quod quantũ infinitum habeat potentiam finitam, quia, si accipiatur aliqua, adhuc magis excedens magnitudo, habebit maiorem uirtutem, sicut si aer maior secundum aliquam quantitatem habet minus de virtute quam paruus ignis, si multum augeatur aeris quantitas, habebit maiorem virtutem, quam paruus ignis.

Tertio ibi.

Sit itaque magnitudo infinita AB, atque pars eius CB, uires aliquas habet, quibus D mouit aliquo in tempore quod EF, literis designetur. Si igitur ipsius CB, duplam cepero magnitudinem, hoc enim nunc ratione utamur, illa temporis in dimidio, quod est EG idem profecto mouebit. Quod si hoc pacto sumpsero partes, AB quidem magnitudinem nunquam transibo. Tempore vero dato semper accipiam minus. Erunt ergo uires ipsius AB magnitudinis ARGY.

nis infinitæ, omnes. n. finitas exuperant uires; omnium autẽ finitarum uirium tempus etiam finitum esse necesse est. Nam si aliquo in tempore moueant tanta, maiores minore in tempore quidem, at definito mouebunt conuersione contraria rationis, sunt autem infinita uires, perinde atq; multitudo, magnitudoq; infinita est ea, quę multitudinem omnem magnitudinemque, exuperat definitam.


ANTI. *Sit igitur in quo est A B infinitum, sed BC habet potentiam quandam, quæ in aliquo tempore mouet ipsum D, in tempore, in quo est EF. Si igitur ipsi BC duplum accipiam, in medio mouebit tempore ipsius EF, sit enim hæc proportio. Quare in F et H mouebit, ergo sic accipiens semper ipsum A B nequaquam transibo. Tempore autem dato semper minus accipiam. Infinita ergo potentia erit, omnem enim finitam potentiam excellit. Omnis autem finitæ potentiæ necesse est finitum esse & tempus. Si enim in quodam tanta, maior in minori quidem, sed determinato, mouebit tempore secundum conuersionem proportionis, Infinita enim omnis potentia est, sicut multitudo & magnitudo excellens omne finitum.*


Ponit demonstrationem intentam, quæ talis est. Sit quantum infinitum AB, & sit BC magnitudo finita alterius generis, quæ habet quandam potẽtiam finitam, & sit quoddam mobile D, quod moueatur a magnitudine BC, in tempore, quod est EF. Et quia BC, est magnitudo finita, poteris accipi maior magnitudo. Accipiatur igitur maior secundum duplam proportionem. Quanto autem est maior potentia mouentis, tanto in minori tempore mouet, vt habitum est in Septimo, ergo duplum ipsius BC mouebit idẽ mobile. s. D in medio tempore, quod sit FH, ita quòd intelligatur tẽpus EF diuidi per medium in puncto H. Semper autem sic
7.c.30. addendo ad BC minuetur tempus motus, sed quantumcunque addatur ad BC, nunquam poterit transire AB, quod improportionabiliter excedit BC, licet infinitũ finitum, & cum AB, habeat potentiam infinitam mouet in tempore finito D, Et sic diuidendo tempore de tempore, quo mouebat BC, perueniemus ad aliquod tempus minus, quàm sit tempus, in quo mouebat AB, quia omne finitum transcenditur per diuisionem. Sequitur ergo, quòd minor potentia moueat in minori tempore, quod est impossibile. Relinquitur ergo, quod in magnitudine infinita erat potentia infinita, quia; s. potentia magnitudinis infinitæ excedit omnem potentiam finitam. Et hoc probatum est per subtractionem temporis, quia omnis potẽtiæ finitæ necesse est ponere quoddam determinatum tempus, in quo mouet. Quod ex hoc apparet, quia, si tanta potentia mouet in tanto tẽpore, minor mouebit in minori tempore, sed tamen determinato, id est finito secundum conuersam proportionem, vt. s. quantum additur ad potentiam, tantum diminuatur de tempore. Et sic quantumcunque addas ad potentiam finitam, dummodo remaneat potentia finita, semper habebit tempus finitum, quia erit accipere aliquod tempus, quod erit tanto minus tempore prius dato, quanto potentia superexcrescens ex additione est maior potentia prius data. Sed potentia infinita excellit in mouendo omne determinatum tempus, sicut in omnibus alijs infinitis contingit, quia omne infinitum, sicut multitudo & magnitudo, excedit omne determinatum sui generis. Et sic manifestum est quod potentia infinita excedit omnem potentiam finitam, ex quo excessus potentiæ super potentiam, est sicut minoratio temporis a tempore, vt dictum est. Vnde patet quod conclusio prædicta. s. quòd magnitudinis infinitæ sit potentia infinita, ex necessitate sequitur ex præmissis.


Deinde cum dicit.

Demonstratio, quòd nullum quantum infinitum habet potentiam finitam.

Tempus minimum, in quo quantum infinitum potentiæ finitæ mouet D.







ARGU. *Licet aũt hoc idem sic etiam demonstrare. Accipiemus enim magnitudinis finitæ cuiuspiam potentiam aliquam generis eius potentiæ, quæ in magnitudine est infinita, quæ finitam potentiam infinitæ magnitudinis metietur. Ex his igitur, quæ dicta sunt, patet fieri non posse, ut finita in magnitudine uires sint infinitæ, aut in infinita finitæ.*

ANTI. *Est autem hoc demonstrare, & sic, accipiens enim quandam potentiam eandem genere ei, quæ est in infinita magnitudine, infinita magnitudine existentem, quæ mensurabit eam quæ est in infinita magnitudine, finitam potentiam. Quod igitur non contingit infinitam esse potentiam, in finita magnitudine, neque finitam in infinita ex his palam est.*

Ponit ad idem aliam demonstrationem, quæ nõ differt a prima, nisi in hoc, quòd prima concludebat accipiendo potentiam finitam existẽtem in magnitudine finita alterius generis, hæc autẽ secunda demonstratio procedit accipiendo quandam aliã potentiam finitam existentem in aliqua magnitudine finita eiusdem generis, cuius est magnitudo infinita. Puta, si sit aer magnitudinis infinitæ, habens potentiam finitã, accipiemus quãdam potentiam finitam existentem in aliqua magnitudine finita eiusdem generis. Hac positione facta manifestum, quòd potentia finita magnitudinis finitæ aliquoties multiplicata, mensurabit potentiam finitam, quæ est in infinita magnitudine, quia omne finitum mensuratur ab aliquo finito minori aliquoties sumpto, vel etiam exceditur. Cum ergo in magnitudine eiusdem gene-

generis oporteat ꝙ maior magnitudo habeat maiorẽ potentiá, ſicut maior aer habet maiorẽ potentiá ꝗ minor, neceſſe erit, ꝙ illa magnitudo finita, quæ habebit eádẽ proportionẽ ad magnitudinẽ finitá prius acceptá, quá hẽt potẽtia finita infinitæ magnitudinis ad potẽtiá magnitudinis finitæ prius acceptæ, habeat æqualẽ potẽtiá potẽtiæ magnitudinis infinitæ. Sicut, ſi potẽtia finita magnitudinis infinitæ ſit centupla, potẽtiæ finitæ cuiuſdá magnitudinis finitæ datæ, oportebit ꝙ magnitudo, ꝗ eſt centupla illius magnitudinis potentiæ finitæ, hẽat æqualẽ potentiá magnitudinis infinitæ: ex quo ꝓportionabiliter in re eiuſdẽ generis augetur magnitudo & potentia. Hoc aũt eſt impoſsibile ꝙ cõcluſũ eſt, quia oportet vel ꝙ magnitudo finita eſſet æqualis infinitæ, vel ꝙ minor magnitudo eiuſdẽ generis habeat æqualẽ potẽtiá maiori. Eſt ergo impoſsibile & primũ, ex quo ſeqtur, ſ. ꝙ magnitudo infinita habeat potentiam finitam. Sic ergo epilogando concludit duas concluſiones demonſtratas. ſ. quod in magnitudine finita non poſsit eſſe potentia infinita, & ꝙ in magnitudine infinita, non poſsit eſſe potentia finita.

LECTIO XXII.

An proiectorum motus continui eſſe ualeant.

ARGY. *Sed de his quæ feruntur bene ſeſe habet aliquam primo dubitationem afferre. Nam ſi omne quod mouetur ab aliquo moueatur, quo pacto eorum, quæ ſeipſa mouent, continue nonnulla mouentur eo quod mouerat non tangente, vt corporum ea, quæ proijciuntur.*

ANTI. Comm. 82. De proiectorum motu. *DE his autem quæ feruntur bene ſe habet dubitare quandam dubitationem primum. Si enim omne quod mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunque non ipſa ſeipſa mouent, quomodo mouentur aliqua continue non tangente eo quod mouet, vt proiecta.*

Poſtquam Philoſophus oſtendit duo, quæ ſunt neceſſaria ad principale propoſitum oſtẽdendum, ſ. quod potẽtia finita non poſsit mouere tẽpe infinito, & ꝙ potentia infinita nõ poſsit eſſe in magnitudine finita, nũc accedit ad probandum tertium, i. vnitatem primi motoris. T.c.83. Et circa hoc duo facit: primo .n. oſtendit, ꝙ propter diuerſitatem motorum deficit continuitas vel vnitas motus in quibuſdam mobilibus, quæ videtur cõtinue moueri, ſecundo oſtendit ex hoc, quod primum motorem neceſſa eſt eſſe vnum. ibi: Quoniam autem in his. Tertia 82. Circa primum tria facit. Primo enim mouet dubitationem de his, quæ proijciuntur, ſecundo ſoluit dubitationem: ibi. Neceſſe eſt autem. Tertio oſtendit ex hoc ꝙ motus corporis proiecti, non eſt continuus. ibi. Hic igitur. Infra. Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationẽ, ſecundo excludit quandam ſolutionem. ibi. Si autem ſimul. Proponit ergo dubitationem primo de his, quæ feruntur proiecta, quæ talis eſt. Oſtentum eſt ſupra in T.c.26. principio huius Octaui, quod omne quod mouetur ab alio mouetur, dummodo non ſint de illis, quæ mouẽt ſe ipſa, ſicut ſunt animalia, de quorum numero non eſt lapis proiectus: mouet autem corporale per contactum. Eſt ergo dubitatio quomodo proiecti continue mouẽtur etiam poſtquam tanguntur a mouente. Videtur .n. quod moueantur nullo mouente ipſa. Secundo ibi.

ARGY. *Quod ſi hiſce qui mouit, & aliquid aliud ſimul mouet aut aerem qui quidem mouet ſubiens motum ſimili modo profecto, fieri nequit, vt illa moueantur ipſo primo non tãgente, neque mouente. ſed ſimul omnia moueãtur, rurſusque moueri tum deſinant, cum id, quod primo mouet, deſinit mouere neceſſe eſt, & ſi perinde facit, ut magnes, veluti ſi mouet quod mouet.*

ANTI. *Si autem ſimul mouet, & aliud quid quod mouet, ut aerem, qui motus mouet, ſimiliter impoſſibile primo non tangẽte, neque mouẽte moueri, ſed ſimul omnia moueri, & quieſcere, cum primum mouens quieſcet. Et ſi facit ſicut lapis, vt mouere quod mouet aliud.*

Excludit quandam ſolutionẽ, quæ dicitur fuiſſe Platonis: qui dicebat quod proijciens, qui primo mouit lapidem, ſimul etiam mouet cum lapide aliquid. ſ. aerem, & aer motus mouet lapidem, & poſt contactum proiectoris. Sed hanc ſolutionem excludit: quia ſimiliter vẽ poſsibile quod moueatur aer, non tangente, neque mouente primo, ſ. proiectore, ſicut erat impoſsibile de lapide, ſed videtur eſſe neceſſarium, ꝙ ſimul dum primũ mouens mouet, omnia moueantur, & dum primũ mouens quieſcit, ideſt ceſſat a mouendo, omnia quieſcant: quamuis etiam aliquid motum a primo quod mouente, ſicut lapis, faciat aliquid moueri, ſicut id quod primo mouit mouebat. Deinde cum dicit.

ARGY. *Aut enim hoc dicatur neceſſe eſt, id quod primũ mouit facere vt mouere etiam poſſit aut aer, aut aqua, aut aliquid tale, quod quidem eſt aptum mouere, motumque ſubire, ſed non deſinit mouere atq; moueri, ſed deſinit quidẽ moueri cũ is, qui mouet moueri deſinit. Eſt autem adhuc mouens. Quapropter mouetur alij hærens. Et in hoc eadẽ ratio eſt. Deſinit autem cum mouendi potentia minor ſit in eo quod hæret: penitus autem deſinit cum antecedẽs non vlterius mouens fecerit, ſed motum ſubiens ſolũ. Hæc autem ſimul deſinere alterum mouere, alterum moueri, totumque motum neceſſe eſt.*

ANTI. *Neceſſe aũt eſt hoc quidẽ dicere quod primum mouens facit ut poſſit mouere, aut aer huiuſmodi aut aqua, aut aliud aliquid tale, quod aptum natum eſt mouere, & moueri, ſed non ſimul pauſat mouens, & quod mouetur, ſed quod mouetur quidem ſimul cum mouens quieuit, mouens aũt adhuc eſt: Vnde mouetur cũ alio habitũ. Et in hoc eadem ratio eſt. Pauſat autem cum minor virtus mouendi ſit in habito, tandem autem quieſcit cum non amplius faciat quod prius mouens ſed motum ſolum. Hoc autem neceſſe eſt ſimul pauſare, hoc quidem mouens, hoc autem motum, & totum motum.*

Ponit ſuam ſolutionem, & dicit, quod ſi ſm mouens mouet motum a primo mouente, neceſſe eſt hoc dicere, quod primum mouens. ſ. proijciens, det ſecundo mouẽti, ſ. aeri, vel aquæ, vel cuicunq. tali corpori, quod eſt natũ mouere corpus proiectum, vt poſsit mouere, & vt poſsit moueri, vtrunq. enim habet aer vel aqua a proijciẽte, & ꝙ moueat, & ꝙ moueatur. Sed quia mouere & moueri nõ de neceſsitate ſunt in eodem, cum inueniatur aliquod mouens non motum, non ſimul pauſat mouens, & quod mouetur. Id eſt aer motus a proijciente non ſimul ceſſauit mouere, & moueri, ſed ſtatim, cum primum mouens. i. proijciens ceſſauerit mouere, & aer ceſſat moueri, ſed adhuc mouet. Et hoc manifeſtũ eſt ad ſenſum: quia, quando aliquod mobile iam peruenerit ad terminum motus, in ipſo vltimo peruẽtionis põt mouere, ſed tunc non mouetur, ſed eſt in motum eſſe, dum autem ſm mouens mouet, mouetur illud ꝙ eſt habitũ. i. conſequenter ſe habens ad ipſũ. Et de hoc etiá tertio eſt eadẽ rõ, quia remanet mouens ẽt, quando nõ mouetur. Et quia ſm mouens habet minus de potentia mouendi ꝗ primũ, & tertiũ, quam ſcd̃m, oportet quod ceſſet motus proiectionis, ex hoc, ſ. ꝙ minor eſt virtus mouendi in habito. i. cõſequẽti, ꝗ in eo in quo fuit primo. Et ſic tandẽ, ꝑ ꝑ minorationẽ virtutis mouendi, venietur ad hoc, ꝙ id, ꝙ ẽ primũ & prius reſpectu ſui cõſequentis nõ faciet ipſũ conſequens hr̃e potentiá mouẽdi, ſed faciet ipſum ſolũmodo moueri. Et tunc neceſſe eſt ꝙ ſimul dum illud vltimum mouens pauſat mouendo, & motum ab ipſo pauſet a moueri, & per conſequẽs pauſabit totus motus, quia vltimum motum non põt mouere aliquid aliud. Deinde cum dicit.

Is igitur motus in hiſce fit, quæ nonnunquam moueri nonnunquã quieſcere poſſunt, & nõ eſt continuus, ſed ap-

paret,

paret. Nam aut deinceps collocatorũ aut tãgentium est, non est.n.vnũ mouens, sed plura, quorũ aliud alij hæret. Quocirca talis motus in aere fit, & in aqua, quem quidã antiperistasin esse dicunt. Impossibile autem est alio modo soluere ea quæ dubitata sunt quam dicto mõ. Ipsa autem antiperistasis, cuncta simul mouere moueríque facit, quare & desinunt simul. Nunc autem vnum, quod continue ab aliquo moueri videtur, non enim ab eodem mouetur.

ANTI. *Hic igitur in cõtingentibus aliquando quidem moueri, aliquãdo quidẽ quiescere fit motus, & non continuus, sed videtur. Aut.n. consequenter entiũ est, aut tangentium, nõ.n. vnũ mouens est, sed habita adinuicẽ sunt. Vnde & in aere & in aqua fit huiusmodi motus, quem dicunt quidã antiperistasin esse, impossibile autem aliter opposita soluere, nisi dicto modo, Antiperistasis autem, simul omnia moueri facit & mouere, quare & quiescunt. Nunc autẽ videtur vnum aliquid, quod continue mouetur a quocunque, non enim ab eodem.*

Concludit ex præmissis, ꝙ iste motus proiectionis non sit continuus. Dicit ergo, hic motus. s. proiectionis fit in corporibus, quæ contingit aliquando moueri, & aliquando quiescere, si qua vere sunt quibus cõueniat. Quod patet ex dictis. Quiescit.n. proiectionis motus p defectum virtutis mouendi, vt dictum est. Patet etiam ex præmissis, ꝙ ille motus non est continuus, & si continuus videatur. Videtur.n. continuus propter mobilis vnitatem, non tñ est continuus, quia sunt diuersa mouẽtia, vt dictum est. Aut.n. ille motus est a pluribus mouẽtibus consequenter se habentibus, aut etiam a pluribus mouentibus se tangentibus. Qũo autem differant consequenter se habere, & tangere, supra dictũ est in Quinto & in Sexto. Et manifestũ est ad sensum, quod vtroq. modo se habentibus mouentibus diuersis, possunt mouere vnum mobile secundum quod ipsa mouentur ab aliquo primo mouente: In his enim quæ mouentur motu proiectionis, motus fit per medium facile diuisibile, s. per aerem & aquam, in quibus propter diuisionem non est vnum mouens tantum, sed multa habita adinuicem, & consequenter se habentia, & contacta. Et quia diuersitas non est absque diuisione, ideo prædictus proiectionis motus fit per medium facile diuisibile, i. per aerem & aquam, in quibus propter diuisionem de facili contingit diuersitas mouentium. Quem quidẽ
T.c.68. motum proiectionis aliqui dicunt esse antiperistasin, & econtra resistentiam, ex eo. s. quod aer circumstans motus aliquo modo mouet corpus proiectum, sicut supra dictum est In Quarto. Sed non potest prædicta dubitatio solui nisi eo modo qui positus est: quia, si ponatur causa proiectionis antiperistasis aeris, sequitur ꝙ omnia simul moueant. s. quòd totus aer simul moueat & moueatur, & per consequens quòd simul quiescant omnia, quod patet esse falsum. Videmus enim vnum aliqd esse, quod continue mouetur a quocunque moueatur. Quod ideo dico, quia non habet vnum, & idem determinatum mouens, sed mouentia diuersa.

LECTIO XXIIII.

Primum Motorem indiuisibilem esse & impartibilem, nullãque prorsus habere magnitudinem, demonstratur.

ARGY. *Quod autem in hisce, quæ fiunt, continuum esse motum necesse est, hic vero est vnus, atque vnum motũ magnitudinis cuiuspiam esse necesse est, nõ enim id mouetur, quod magnitudinis est expers, & vnius esse atque ab vno, alioquin continuus non erit, sed hærens alius alij atque diuisus. Id itaque quod mouet, si vnum est, aut subiens motũ mouet, aut immobile est.*

ANTI. T.c.83. *Quoniam autem in his, quæ fiunt, necesse est semper esse motum continuum, hic autem vnus est, necesse autem vnum magnitudinis alicuius esse, non enim mouetur impartibile, & vnus ab vno, non.n. erit continuus sed habitus alteri alteri & diuisus. Mouens igitur, si est vnũ aut motum mouet, aut immobile existens.*

Soluta dubitatione, quam mouerat de motu proiectionis, ex cuius solutione accipit, ꝙ non est vnus motus continuus, qui est a pluribus mouentibus, hic accedit ad principale propositum, vt. s. ostẽdit vnitatem primi motoris. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum, secundo mouet quãdam dubitationem & soluit. ibi. Habet autem dubitationem. Circa primũ tria facit. Primo ostendit vnitatem primi motoris per continuitatem motus, secundo quomodo ab vno motore procedit motus continuus. ibi. Si igitur motum. Tertio vbi sit principium motus continui. ibi. Necesse est autem. Quod autem necesse sit esse vnum motorem, probat per continuitatem motus, accipiẽs quod supra probauerat, quod necesse est aliquem motum continuum semper esse. Motus autem continuus est vnus, vt dictũ est in Quinto: ergo necesse est semper accipere aliquẽ motum esse vnum. Ad hoc autem quod motus sit vnus, necesse est quod sit vnius magnitudinis motæ, quia nõ potest moueri aliquod impartibile, vt probatum est in Sexto, & etiam oportet, quod sit ab vno motore, siue enim sint diuersa mobilia, siue diuersi motores, nõ erit vnus motus diuisus ab alio diuisione mobilis, vel motoris, & consequenter se habentes. Necesse est igitur mouens esse vnum, quod vel moueat motum, vel moueat immobile existens. Secundo ibi. T.c.25. Infra. T.c.84. T.c.29.

ARGY. *Si igitur mouetur simul sequatur ipsum atq; mutetur, & insuper ab aliquo moueatur oportet. Quare stabitur atq; ad id accedetur, quod mouet & est immobile. Hoc.n. non simul mutari necesse est, sed poterit semper mouere; nam hoc pacto mouere sine labore profecto est.*

ANTI. *Si igitur motum consequi oportebit, & mutari ipsum, simul autem moueri ab aliquo. Quare stabitur, et venietur in ipsum moueri ab immobili. Hoc autem non necesse est simul mutari, sed semper poterit aliquid mouere: infatigabile enim est sic mouere.*

Ostendit qũo ab vno motore possit esse motus continuus. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo ab vno motore possit esse vnus motus cõtinuus semper, secundo quomodo sit irregularis. ibi. Et regularis, dicit ergo Primo, ꝙ motus est vnus qui est ab vno motore sicut dictum est. Aut ergo est a motore moto, aut a motore non moto, si igitur sit mouẽs motum, sequitur ꝙ mouetur ab aliquo, secundum ea quæ supra probata sunt, sed hoc nõ põt procedere in ĩfinitũ, vt supra probatũ est. Quare stabit iste processus motorũ & mobiliũ, & perueniet ad aliqđ primũ mobile, ꝙ mouet̃ ab immobili motore, ꝙ quidẽ nõ habet necesitatẽ vt moueat: qa nõ mouet̃ ab alio. Quod.n. ab alio mouetur ex necesitate mouet, s̃m ꝙ imponitur ei necessitas a suo motore. Et quia mutat̃ a sua dispositione, nõ põt sẽper mouere vniformiter, quia variat̃ dispõ eius. Sed mouenti nõ moto nõ imponit̃ necessitas ab alio, nec mutatur dispositio eius, vñ nõ ex necessitate mouet, sed põt sp mouere, s. absque sui mutatione, quia sic mouere. s. absque sui mutatione est infatigabile. Ex hoc enim accidit fatigatio in mouẽdo aliquib. motoribus: quia simul & ipsi mouentur, & ea fatigatione contingit, ꝙ nõ semper possunt mouere. Vnde relinquitur, ꝙ mouens non motum potest mouere motu continuo sempiterno. Et quia ad perfectam motus cõtinuitatem & vnitatem requiritur, quod motus sit irregularis & vniformis, vt in quinto habitum est, ideo consequenter cum dicit. Infra. T.c.85.

Et hic motus, aut solus, aut maxime est vniformis. Id enim quod mouet, nullam subit mutationem. Id etiam, quod ab illo mouetur, vt motus sit similis, non subeat mutationem, oportet.

ANTI. *Et regularis hic motus est, aut solus aut maxime. Non enim habet mutationem vllam mouens. Oportet autem, neque quod mouetur iuxta illud habere mutationem, qua tenus similis sit motus.*

Ostēdit ꝙ motus, qui est a motore immobili, sit regularis: & dicit, ꝙ iste solus motus est regularis, qui est a motore immobili, vel, si aliqui alij sunt, regularis iste est maxime regularis. Vtitur autem hac disiunctione, quia dispositio mouentis quãq; per aliquod tps manet eadem, non variata ad minus sm sensum, & sm hoc videtur per aliquod tps mouere motum uniformem, quia tale mouens non habet nisi vnam mutationem. Quod dicit ad ostendendum, ꝙ quædam mouentia sunt, quæ non mouentur eo motu quo mouent, sicut corpus cœleste non mouetur motu alterationis, sed mouetur quodam alio motu. s. motu locali. Sed primum mouens oīno immobile nulla mutatione mouetur. Nec solum requiritur ad hoc ꝙ motus sit regularis & vniformis, qđ mouēs sit oīno immobile: sed etiam oportet ad hoc qđ sit motus similis. i. vniformis, ꝙ id, quod mouetur, non habeat aliquam mutationem iuxta hanc, qua mouetur a motore immobili. Sicut corpus cœleste mouetur a motore immobili localiter, & iuxta illam mutationem non habet aliquam alterationem. Si. n. alteraretur nō sp remaneret eadem dispositio ad motum, & sic non esset motus eius vniformis. Deinde cum dicit.

ARGY. *Atqui illud aut in medio, aut in orbe esse necesse est. Hæc enim principia sunt. at ea, quæ propinquissima sunt mouenti summa cū celeritate mouentur. Talis autem est ipsius totius motus. Illic igitur est id quod mouet.*

ANTI. *Necesse est autem aut in medio, aut in circulo esse. Hęc enim principia sunt, sed citius mouētur quæ sunt proxima mouenti. Huiusmodi autem est totius motus. Ibi ergo est motus.*

Commen. 84. Ostendit vbi sit principium motus continui primi. Et qa ostensum est, ꝙ primus motus est circularis, qui quidem motus competit magnitudini circulari, necesse est primum principium huius motus sit aut in medio. i. in centro, aut in circulo, quia illa sunt principia magnitudinis circularis: Lineæ. n. in magnitudine circulari a cētro ad circunferentiam ducūtur, vnde necesse est quod alterum illorum accipiatur sicut principium, & alterum sicut terminus. Ostendit autem consequenter, ꝙ pricipium primum motus est in circulo, tali ratione. Omnis motus quanto est propinquior primo mouēti, tanto est velocior, & magis recipit impressionem mouentis, sed ita videmus in motu totius firmamenti, qui est a primo motore immobili, ꝙ quāto aliquod mobile magis appropinquat supremæ circunferentiæ, tanto citius mouetur, ergo mouens est in circulo, & non in cētro. Huius igitur rationis Maior manifesta est. Sed ad euidentiam Minoris propositionis, considerandum ꝙ in corporibus cœlestibus inuenitur duplex motus: vnus, qui est totius firmamenti, quo. s. totum firmamentum reuoluitur ab oriente in occidentem motu diurno, & ille est primus motus, alius motus est, quo stellæ mouentur econuerso, ab occidente in orientem, in hoc autem secundo motu tanto vnumquodque cœlestium corporum velocius mouetur, quanto propinquius est centro, vt patet secūdum computationem Astrologorum, qui motui Lunæ, deputant tps vnius mēsis, Soli vero, Mercurio, & Veneri vnum annum, Marti vero duos, Ioui duodecim, Saturno triginta, & stellis fixis trigintasex millia annorum. Sed secundum motum totius firmamēti est econuerso. Nam quanto aliquod cęlestium corporum est remotius a terra, tanto velocius mouetur, quia pertransit maiorem magnitudinem in eodem tempore. Maiores. n. sunt circunferentiæ circulorū magis a cētro distantes, & tamen omnia corpora cœlestia sm motum totius eodem tpe reuoluuntur, & sic oportet superiora esse velociora. Vnde relinquitur, quod principiū primi motus non sit in centro, sed in circunferētia. Sed tunc oritur dubitatio de conclusione. Primum. n. mouens, vt infra cōcludet, est indiuisibile, & nullam habēs magnitudinem, nec eius potētia est potentia in magnitudine. Quod autem est hmōi, non videtur habere determinatum situm in corpore, non ergo contingit primo motori esse magis in una parte primi mobilis q̃ in alia. Sed dicendum est, quod dr, primum mouēs esse in aliqua parte sui mobilis, non per determinationem suæ substantiæ, sed per efficientem motus: quia ex aliqua parte sui mobilis mouere incepit, ideo potius dr esse in cœlo quam in terra, & potius in oriente vnde incipit: quod non potest intelligi secundum aliquem affixionem motoris ad partem determinatam mobilis, cū non sit aliqua pars determinata mobilis semper in oriēte, sed quæ nunc est in oriente, postmodum est in occidente. Et sic patet quod dr esse virtus mouens in oriente per influentiam motus, & non per determinationem suæ substantiæ. Est etiam considerandū in motu sphæræ, ꝙ finis in motu habet quādam immobilitatem, partes enim mouentur mutando locum subiecto & ratione, sed totum mouetur mutando locum ratione & non subiecto, vt in Sexto habitum est. Et hæc duo attribuū tur duobus principijs magnitudinis sphæricæ, de quib. hic fit mentio. Nam principium motus est ex parte circunferentiæ, principium autem immobilitatis est ex fixione centri. Deinde cum dicit. T.c.85.

ARGY. *Existit autem dubitatio an fieri possit vt quippiam motum subiens continue moueat, sed non vt id quod iterum iterumque pellit, ea eo continue mouet, quia motus deinceps sunt.*

ANTI. T.c.85. *Habet autem dubitationem. si contingat aliquod quod mouetur mouere cōtinue, sed non sicut impellens iterum, & iterum consequenter esse continue.*

Mouet quandam dubitationem circa prædicta. Et primo mouet eam, scđo soluit. ibi. Aut enim ipsum. Dixerunt enim supra, quod mouens immobile potest causare motum continuum, & ideo hic cōsequenter inquirit, vtrum aliquod mouens motum possit causare aliquem motum continuum, ita, s. quod sit vere continuus absque aliqua intercessione, sicut accidit intercisio, cū aliquis impellit aliquod corpus, & iterum impellit alia vice. Manifestum est enim quod ille motus, qui sic continuatur ex parte mobilis, non est uere continuus eo ꝙ motiones non sunt continuæ, sed vna se habet consequenter ad aliam. Non enim continua impellitur, sed intercise, ita quod impulsio consequanter se habet ad impulsionem. Secundo ibi.

ARGY. *Aut. n. ipsum pellere, uel trahere, vel utrumq; facere oportet, aut aliud aliudque succedēs, perinde atq; fit in his que proijciuntur, ut antea diximus, si cū facile diuisibilis sit vel aqua vel aer, alios semper mouet subiens motū, at neutro modo motus vnus esse potest, sed plures hærentes erunt. Solus igitur is est continuus motus, quo id quod est immobile, mouet. Semper enim similiter sese habens et ad quod mouetur, similiter & continue sese habebit.*

ANTI. *Aut. n. ipsū oportet impellere aut trahere, aut utrumq; aut aliquid aliud contingens aliud ab alio, sicut olim dictū est in his quæ proijciūtur, si cū diuisibilis sit aer, aut aqua, mouet, sed sicut semper motus, utrobiq; autē non possibile est motū vnū esse, sed habitū. Solus itaque continuus est quo mouet immobile. Semper enim similiter se habens & ad id quod mouetur similiter se habebit & continue.*

Soluit prædictam dubitationem, & dicit, quod nullū mouens motum potest causare cōtinuum motum, ne-

Motus duplex inuenitur in corporib. inuenitur.

cesse est.n.dicere, ꝙ mobile, quod cõtinue videtur moueri, aut moueatur immediate per totum motum ab ipso mouente moto, aut per multa media: quorum vnum contingatur ab alio, sicut dictum est in motu proiectionis. Et ista diuisio habet æqualiter locum: siue mouens motum moueat impellendo, siue trahendo, siue vtroq. modo, vt accidit in motu vertiginis, vt supra in Septimo habitum est. Nec contingit pluribus modis aliquid localiter moueri a mouente moto per se & non per accidens. Et quia dixerat ꝙ in his quæ proijciuntur est aliud & aliud mouẽs: & hoc videtur esse falsum propter hoc, ꝙ proiectum cõtinue videtur moueri ab aere vno existente. Ideo ad hoc excludendum subiungit, ꝙ cum aer aut aqua sit facile diuisibilis, ex hoc mouet quasi aliud & aliud mouens, sed tamẽ mouet sicut sp motus q̈ diu durat motus corporis proiecti. Et quamuis videatur esse vnus aer, tamẽ est alius & alius per diuisionem. Vtrobique autem. i. siue mouens motum moueat impellendo, siue trahendo, nõ potest esse vnus motus, sed oportet ꝙ sit habitus. i. consequenter se habens per rationem quæ supraposita est in motu proiectionis. s. ex diuersitate mouentium. Relinquitur ergo ꝙ solus motus, qui est a motore immobili, possit esse semper continuus: quia mouens se habet semper similiter secũdum eandem dispositionem in seipso, & ideo semper continue potest se similiter habere ad mobile, vt. s. semper vniformiter moueat ipsum. Est aũt hoc attendendum: ꝙ sempiternitatem continui motus, attribuit hic Philosophus immobilitati motoris, supra autem infinitæ potentiæ eius. Nam sempiternitas motus continui, si attẽdatur sm reiterationem motus, respicit immobilitatẽ

Vol. 12. mouentis: quia si semper similiter se habet, poterit sp reiterare eodem modo. Sed infinita virtus mouentis respicit ad totam motus sempiternitatem vel infinitatem sicut supra dictum est. Est etiam attendendum, ꝙ quia nullum mouẽs motum põt causare motum continuum sempiternum, ideo in Vndecimo Metaphy. probare intendit multitudinem motorum immobilium, secundũ multitudinem cœlestium motuum: quasi illa consideratio sequatur ad istam. Deinde cum dicit.

ARGY. *His hoc pacto determinatis, patet impossibile esse primũ mouens atq; immobile magnitudinem vllam habere. Nam si habet aut finitam aut infinitã ipsam esse necesse est. At demonstratũ est prius in naturalibus fieri nõ posse vt magnitudo sit infinita, & nunc demonstrauimus finitam magnitudinẽ infinitas vires habere non posse, et impossibile insuper esse infinito in tẽpore quicquã a magnitudine finita moueri. Primum aũt mouens æterno motu infinitoque tempore mouet. Patet igitur ipsum indiuisibile ac vacare partib. ac magnitudinẽ nullam prorsus habere.*

ANTI. T.c. 86. *Determinatis autem his, manifestum est quoniam impossibile est primũ mouens & immobile habere aliquam magnitudinem. Si enim magnitudinem habet, necesse est aut finitam ipsam esse, aut infinitã. Infinitam igitur, quod nõ contingit magnitudinẽ esse, ostensũ est prius in Physicis. Quod autem impossibile est finitam habere infinitam potentiam, & quod impossibile est a finito moueri aliquid secundum infinitum tempus, demonstratũ est nunc. Primum autẽ mouens perpetuo mouet motu, & infinito tempore. Manifestum itaque est, quod indiuisibile est & impartibile, & nullam habens magnitudinem.*

Ex præmissis demonstratis concludit principale intentũ: & dicit, ꝙ impossibile est primum mouens immobile habere aliquã magnitudinem, vel ita ꝙ ipsum sit corpus, vel ꝙ sit virtus in corpore, quia si haberet aliquam magnitudinem aut esset finita, aut infinita. Ostẽsum est aũt supra in Tertio in cõibus naturæ, ꝙ non est possibile esse aliquam magnitudinem infinitam: relinquitur ergo si habet magnitudinem, ꝙ habeat magnitudinẽ finitam. Et ex hoc probatur ꝙ impossibile est finitam magnitudinem habere potentiam infinitam. Quod autem primum mouẽs immobile necesse sit habere potentiam infinitam probat per id quod supra demonstratum est, ꝙ impossibile est a potẽtia finita moueri aliquid sm infinitum tpũs. Primum autem mouens causat perpetuum motum, & continuum, & tpe infinito vnus & idẽ existens, alioquin motus ille non esset cõtinuus, ergo habet potentiam infinitam, & sic non habet magnitudinem finitam nec infinitam. Manifestum est itaq. ꝙ primum mouens est indiuisibile, & ꝙ nullã partem habet, sicut etiam est indiuisibile punctum, & etiam sicut omnino nullam magnitudinem habẽs quasi extra genus magnitudinis existẽs. Et sic terminat Philosophus considerationem communem de rebus naturalibus in primo principio totius naturæ, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Commentariorum Diui Thomæ, in Octo libros Physicorum, finis.

R O B E R T I
LINCONIENSIS
PHILOSOPHI LIBRI PRIMI PHYSICORVM
S V M M A.

IN primo libro Physicorum cuius subiectum est corpus mobile simpliciter, non contractum determinat Philosophus de principijs corporis mobilis ipsum constituentib. Et sunt principia naturæ siue corporis mobilis, tria. s. materia, forma, & priuatio. Materia est illud quod se habet ad formam, sicut æs ad statuam, & lignũ ad lectũ: & vniuersaliter sicut informe se habet ad formam antequam ipsam recipiat. Vel materia est illud ex quo fit res, & manet in re. Semper materia est, in quam vnumquodq. compositum naturale resoluitur. Proprietates materiæ sunt tres. Prima. Materia non est scibilis, nisi per comparationẽ ad formam, cum omne qđ intelligitur, per formam intelligatur: materia autem de se formam non habet, cum sit potentia pura. Ideo de se non scitur nec intelligitur, sed per comparationem ad formam. Secunda, materia est vnum principium cõmune omnib. transmutationib. & est vnum non per aliquam formam vnam, sed per priuationẽ cuiuslibet formæ, est enim in potentia ad quamlibet, nullam habens infra sui naturam secundum Philosophum & Commẽtatorem. Tertia. Materia est ingenita & incorruptibilis, quia si materia generaretur oporteret aliquid subijci, ex quo generaretur, sed hoc non potest esse aliud ab ipsa materia: quia materia est primum subiectũ, ex quo fit vnumquodque, si igitur generaretur materia, sequeretur materiam esse antequam generaretur, quod est falsum, cum generatio sit progressio de nõ esse ad esse. Et propter eandem rationem materia non corrumpitur, quia omne quod corrumpitur, in materiam primã resoluitur, nam ipsa manet in tota transmutatione secũdum Philosophũ. Si igitur corrũpatur, ipsa resoluitur in seipsã, & per cõsequẽs postquã corrũpitur est talis qualis prius fuit, consequens est falsum, cum corruptio sit progressio ab esse ad nõ esse, & sic patet quod materia non est generabilis nec corruptibilis. Et hoc est verum per se, per accidẽs autem bene põt esse. Forma est illud

Quænam sint materiæ proprietates.

Secunda.

Tertia.

quod

quod dat esse rei. Est autem forma triplex. Vna est, quę secundum esse & considerationem est in materia, & est de qua considerat Philosophus naturalis. Secunda est de qua cōsiderat Mathematicus, quæ abstrahitur a mo tu & a materia non fm esse, sed secundum cōsideratio nem: & quia Geometria non intēdit de linea vel de cir culo in quantum auri vel æris, sed simpliciter de illis cō siderat, & sic fm intellectum abstrahit a materia, & tñ si sint, sunt in materia. Tertia est illa, de qua considerat Metaphysicus, quæ abstrahitur a materia & a motu secundum se, & fm cōsiderationem, cuiusmodi sunt intelligentiæ, & aliæ substātiæ separatæ, s. Deus & anima & huiusmodi. Priuatio est carentia formæ in subiecto apto nato. Sciendum, q̄ duo sunt principia per se, s. materia & forma, quia ex illis fit vnumquodque compositum naturale. Tertium vero est principiū per accidēs, .s. priuatio, quæ non est principium ipsius rei, sed fieri. Conditiones principiorū sunt tres. Prima q̄ principia non fiūt ex alijs. Secūda. Omnia fiunt ex ipsis. Tertia. Ipsa non fiunt ex alterutris, i. vnum non fit ex alio altero, sicut materia non fit ex forma, nec econuerso. Dubitatur an sint tria principia tm̄, ita q̄ non plura nec pauciora tribus. Et q̄ non sunt tria principia, probatur, quia principium & primum sunt idem: sed tātum est vnum primum: igitur tantum est vnum principium, ergo non sunt tria. Item. Illa sunt sufficientia principia cuiuslibet rei, ex quibus fit res, sed ex duob. principijs, sicut ex materia & forma fit res, igitur illa sufficiunt, igitur nō sunt tria. Item, cuiuslibet principiati sunt duo principia per se, sed infinita sunt principiata, cuiusmodi sunt indiuidua: igitur infinita sunt principia, non igitur tantū tria. Huic dubio respōdetur, quòd principia vera sint tria, sicut dictum est, sed non tria nec genere nec spē, nec numero, non genere, cum decem sint genera prima, & cuiuslibet generis sint tria principia, & sic non forent tria principia fm genus. Non specie propter eandē rōnem, cum multo plures sint species quam genera. Non numero, quia principiata sunt infinita, & sic forent infinita principia numero. Sed sunt tria principia fm proportionē. i. secundū mensuram, quia sicut sunt tria principia huius cōpositi: eadem proportione sunt tria principia huius compositi, & sic de alijs. Ad primum respō detur, q̄ principium est duplex, s. in genere, & extra genus. Nam tātum est vnum principium extra genus, sed in genere multa possunt esse principia. Ad secūdum dicendum, q̄ tantum duo sunt principia per se, & tertiū per accidēs. Ad tertium dr̄ concedendo, quod infinita sunt principia secundum numerum, sicut dictum est, & tria secundum proportionem. Dubitatur de hoc, quod dicit, qđ contraria non fiunt ex alterutris. Nam Arist. in lib. prædicamentorum dicit, quod in contrariis & in alterutris, possibile est fieri mutationem, & per cōsequēs contraria fiunt ex alterutris. Item secundum Philosophum ex albo fit nigrum, & ista sunt contraria, igitur contraria fiunt ex alterutris. Ad primum respondetur & dr̄, q̄ tex. Arist. habet sic intelligi, quòd subiectū, ut existens sub vno contrariorum, iam potest fieri sub altero, quia subiectum nunc existens calidum potest iam suscipere frigiditatem, & non sequitur, quod ex forma vnius contrarii fiat alterum, sicut ex albedine nigredo. Ad secundum patet per idem. Habet enim sic intelligi, ex albo fit nigrum, hoc est ex re alba fit res nigra, ex non albedine fit nigredo. Contra. Hæc est vera per Philosophū, ex nocte fit dies, & tamen sunt formæ contrariæ, similiter forma unius fit ex altera. Huic dr̄, quod hoc sic debet intelligi, quod ex nocte, hoc est, post noctam fit dies, ita quod ly ex, dicit circunstantiam ordinis, & non circunstantiam naturalem.

Triplex formæ confideratio altera ad Naturalem, altera ad Math. al tera ad Metap. spectat.

De priuatione.

Tria de principiis dicuntur.

ROBERTI LINCONIENSIS IN SECVNDVM LIBRVM PHYSICORVM

SVMMA.

IN secūdo libro Physicorum determinat Philosoph. de causis corporis mobilis, s. causa materiali, formali, efficiente, & finali. Et, quia natura dr̄ de causis vniuersaliter, ideo definit primo naturam. Et primo dat istā diuisionem. De numero entium quædam sunt naturalia, quædam non naturalia. Naturalia sunt illa, quæ habent in se principium sui motus, & quietis. Non naturalia sunt illa quæ non habent huiusmodi principium, cuiusmodi sunt artificialia, sicut lectus & indumentum & huiusmodi, quia talia nō mouentur per se, sed per naturam materię. Habens est illud quod habet huiusmodi principium. Secundum naturam sunt passiones rerum naturalium, sicut ignis sursum secundum naturam mouetur, terra vero deorsum, nam moueri sursum est passio ignis, moueri deorsum est passio terræ. Definitio naturæ est ista. Natura est principium motus & quietis eius, in quo est primo & per se, & non secundum accidens. Dicit motus & quietis, quia ea, quę naturaliter mouentur ad locum, naturaliter quiescunt in loco, & hoc est verum de corpore naturali corruptibili. Sed non cuiuslibet corporis mobilis, quod mouetur naturaliter, est natura principium quietis, quia corporis cœlestis natura est principium motus, & nō quietis, sed pro tanto dicit quod sicut natura est principium motus, sic est natura principium quietis. Sed ista particula, eius in quo est, ponitur ad differentiam artificialium, in quibus non est natura, quia quæ fiunt ab arte, non fiunt a natura. Dicit primo, ad differentiam compositorum, in quibus natura est principium motus, nō tamen primo, quia non mouentur a natura, quæ cōpositā sunt, sed per naturam elementi prædominantis. Dicit per se, secundum Commētatorem, quia illud, quod est per se, est magis vniuersale quam illud quod est primum: omne enim, quod est primum, est per se, & non conuertitur. Vel dicit per se, quia non per aliud, nam in quibus est motus per aliud, non naturaliter mouentur, sed per accidens. Dicit non secundum accidens, ad differentiam eorum, in quibus aliquid conuenit esse principium motus, non tamen per se, sed secūdum accidēs. Sicut medicina in medico est principium sanandi seipsum per accidens, & non per se, in quantum Medicus. Similiter omnis ars nata est agere in aliud subiectum ab eo in quo est, & hoc per se, sed per accidens potest agere in quo est, sicut ars medicinæ in Medico. Et ideo natura non est principium, cum natura sit principium per se, & non per accidens, sicut dictum est. Natura dicitur duobus modis. Vno modo natura est materia vel substantia subiecta vnicuique habentium in se principium motus & quietis. Alio modo dicitur natura, forma seu species, quæ non est separata a materia secundū esse & secundum rem. Sed veriori modo dr̄ natura forma, quam materia, quia per formam est res in actu, per materiam in potentia. Dubitatur de diffinitione naturæ. Vr̄ quòd non sit principium, quia principium est in genere relationis, cum principium cuiusdam, aut quorundam sit principium, sed natura cum sit substantia, non est in genere relationis, quia substantia est ab

Explanatio definitionis naturæ.

solutum, ergo natura nõ est principiũ. Itẽ ꝙ nõ sit principium motus videtur, quia aliqua sunt, quæ semper quiescunt, sicut partes cẽtrales terræ, igitur &c. Item ꝙ natura non sit principium quietis, videtur, quia aliqua sunt, quæ semper mouentur, s. corpora cœlestia: igitur &c. & tñ in talibus natura nõ est principium. Itẽ ꝙ nõ sit principium motus eius in quo est, probatur. Nã corpora cœlestia mouentur a principio extrinseco, sicut ab intelligentia, sicut dicit Cõmẽtator: igitur natura non est principium motus eius, in quo est. Item vř ꝙ definitio sit male data, quia in illa definitione ponũtur opposita, cum motus & quies opponãtur priuatiue. Itẽ videtur ꝙ sit superflua, quia si sit princium per se, non est ſm accidens: ergo superflue ponitur hæc particula, & non ſm accidens. Huic dř, quod definitio naturæ bene datur, sicut patet ex prædictis. Ad primam rationem dř, quod licet substantia non sit in genere relationis per se, potest tamen esse per accidens, cum sit illud in quo fundatur relatio. Ad ſm dř, quod in quibusdam natura est principium motus tantum, sicut in corporibus cœlestibus: in quibusdam quietis tantum, sicut in partibus centralib. terræ, in quibusdã vtriusque, sicut in generabilibus & corruptibilibus. Ad tertiam patet per idem. Ad quartã dř, quòd in Cœlo est motus duplex, actiuus, & talis est extrinsecus: & passiuus, & talis est intrinsecus. Est enim natura principium motus actiuũ vel passiuum. Ad quintam dř quòd motus & quies respectu eiusdẽ tm̃, sunt opposita, & sic non ponuntur hic, sed a termino, & in terminum, non sunt opposita, & sic ponuntur hic. Ad sextam dř quod licet sequatur, est per se: ergo non est per accidens: non tamen propter hoc sequitur, quod illa definitio sit superflua: quia non ponuntur respectu eiusdem. quod requiritur ad hoc quod sit nugatio, vel superfluitas in definitione, & etiam, qđ idem significant, quod non est verum in proposito, quia aliquid potest esse per se aliquale, & per accidens tale, sicut terra grauis est per se, & per accidens aliquid tale.

Causæ sunt quatuor, scilicet materialis, formalis, efficiens, & finalis. Causa materialis est illa ex qua fit res & manet in re: sicut æs causa statuæ: ligna, lapides, & huiusmodi sunt causa materialis domus, lana & linum, indumenti, & sic de alijs. Causa formalis est ista causa, quæ dat esse rei, & hoc siue sit causa formalis substantialis, siue accidentalis, quia per formam est res in actu, verbi gratia, anima, quæ est forma substantialis dat esse substantiale corpori animato. Albedo, nigredo, & huiusmodi, quæ sunt formæ accidentales dant esse accidentale rebus, quibus insunt, & ita quælibet forma dat esse rei. Causa finalis est illa, propter quam ista fiunt, cum finis sit illud gratia cuius omnia alia fiunt. Causa efficiens est illa, quæ est principium motus in his quæ fiunt, sicut patet. Carpentator enim, quia est causa efficiens domus, primo mouetur ad formam domus, & sic de alijs. Modi causarum sunt octo, scilicet duo primi sunt secundum prius & posterius, causa prior est ars, siue scientia, causa posterior est Medicus, siue habens artem. Nam Medicus non sanat, nisi quia habet primo artẽ medẽdi. Alii duo modi sunt per se, & per accidens, causa per se alicuius rei est faciens rem, sicut faciens vel factor statuæ vel domus est causa per se statuæ vel domus. Causa vero per accidens alicuius rei duplex est, quædam tantum per accidens, sic accidit facienti statuam, quod sit Sor. vel Plato; quædam autem accidit per accidens, sicut album vel musicum, siue grammaticum, & huiusmodi. Alii duo modi sunt secundum potentiam, & actum, causa secundum actum est ædificator, qui actu ædificat, scriptor qui actu scribit, & huiusmodi. Causa secundum potentiam est ædificator, cum

De causa.

Causa finalis.

Modi causarum.

non actu ædificat. Alii duo vltimi modi sunt secũdum compositionem & simplicitatem, vt Polycletus faciens statuam, est causa statuæ. Ista causa est composita ex cã per se, quia dicitur causa faciens statuam: & causa per accidens, quæ est Polycletus, siue Sortes, ideo dicitur composita. Causa simplex, vt Polycletus siue Sortes cã statuæ vel vt faciens statuam. Tres sunt proprietates causarum, prima est, quòd in omni genere causæ quærenda est causa vltima quæ est vltima in consideratione, & prima in esse, vt si quæratur, quare homo scribit, dicendum, ꝙ quia est scriptor: quare est scriptor, quia habet artem scribendi, & hęc est vltima causa. Secunda proprietas est hæc, effectuũ vniuersaliũ sunt causæ vniuersales, & particularium particulares, quæ tertia est. Causatorum in potentia sunt causæ in potentia, sicut domus in potentia est ædificator in potentia, causatorũ in actu sunt causæ in actu, sicut domus, vel ædificia in actu, dř ædificator in actu. Nota quod vnum & idẽ potest esse causa contrariorum, sed diuersimode secundũ Philosophum, sicut præsentia nautę est causa salutis nauis, & eius absentia est causa submersionis eiusdem, & illa sunt contraria. Dubitatur de eo ꝙ dicit, quòd causa materialis est causa, videtur quòd non, quia illud qđ de se est indifferẽs ad multa, nullius est causa, sed materia est huiusmodi, cum sit indifferens ad omnes formas secundum Philosophum, igitur nullius effectus est causa. Huic dř, quòd materia secũdum quòd est indifferẽs ad omnes formas, nullius effectus particularis est causa, sed secũdum quod determinatur ad vnam formam, sic est causa. Item videtur quod causa formalis non sit cã, quia causa est illud ad cuius esse sequitur aliud, sed ad formam sequitur quidditas rei, quæ non est aliud à forma, cum quidditas sit simul eadem cũ forma, cuius est, igitur forma non est causa. Huic dř, quod quidditas in rebus compositis est materia & forma, & est aliud a forma, quæ est altera pars compositi: quia in talibus quidditas includit totum, s. materiam & formam. In reb. aũt simplicibus, sicut in substantiis separatis, idem est forma & quidditas: quia in talibus non est compositio materiæ cum forma, sed esse cum essentia. Item videtur quod causa efficiens non sit causa, quia effectus non potest esse sine sua causa, sed effectus potest esse sine cã efficiente, sicut patet, ꝙ domus vel cultellus est, licet nullus ædificator vel fabricator sit, igitur &c. Huic dř, qđ causa efficiens duplex est, quædam tantum efficiens, & quædam efficiens & conseruans effectum, sicut Sol est causa radii solaris, siue illuminationis medii. Primo mõ loquendo de cã, est prima falsa, & secundo modo, prima vera est & secunda falsa. Item videtur quod causa finalis vel finis non habeat rationem causę, quia finis habet rationem vltimi, sed causa habet rationẽ primi, siue principij, & principium, & primũ sunt idem, sed primum & vltimum sunt opposita, igitur finis non est causa. Item, si finis sit causa alicuius, igitur vel secũdum qđ est, aut secundum quod non est, non secundum quod est, quia finis & terminus sunt idem, sed habito termino, vel acquisito, cessat motus: igitur finis, secundum quod est, non habet rationem causæ respectu motus. igitur nec secundum quod non est, quia illud quod non est, nullius est causa. Item, finis est effectus omnium illarum causarum, cum sit illud gratia cuius fiunt omnia alia, igitur non est Causa. Ad primum dicitur, quod finis potest dupliciter considerari, vel quantum ad intentionem agentis, & sic est in re principium, vel quantum ad executionem intenti, & sic habet rationem vltimi. Nam finis est primum in intentione, & vltimum in executione, sed cum hoc stat quòd sit causa, quia finis est causa causarum secundum Philosophum. Ad secundum

Proprietates causarum.

dum dicitur, quod finis secundum quod non est actu ens, est causa, & secundum quod est in intentione agentis, mouet ipsum agentem, & sic habet rationem causæ. Tunc ad formam, quando dicitur, illud quod nõ est nullius causa est, verum est de eo, quod nõ est in re, nec in intentione agentis, sed finis, licet non sit in re, tamẽ potest esse, & est in intentione agentis, & sic habet rationem causæ. Ad tertium dicitur, quod licet finis sit effectus omnium aliarum causarum quantum ad esse, tamen nulla est causa nisi per finem, quia quantum ad rationem causalitatis, finis est causa aliarũ causarum. Casus est causa per accidens in illis, quæ fiunt in minori parte ab agente propter aliquid, verbi gratia, si aliquis iret ad forum causa emendi, & ibi inueniat debitorem, a quo recepit pecuniam, tunc inuentio debitoris & receptio pecuniæ forent a casu, quia fuit in minori parte, quia debitor non fuerat consuetus in tali loco inueniri. Fortuna est causa per accidens in his quæ fiunt ab agente propter aliquid, & in minori parte secundũ propositum. Proprietates fortunæ sunt duæ. Prima, Fortuna est infinita, quia res fortunata potest esse ex causis accidentalibus infinitis. Secunda, Fortuna est duplex, quia quædam fortuna dicitur bona, & quędam mala. Bona, quando aliquod bonum eueait, mala, quando aliquod malum euenit. Casus & fortuna differunt dupliciter. Vno modo, quia casus est in habentibus propositũ, & non habentibus, fortuna vero solum in habentibus propositum. Alio modo, quia casus est in his, quæ inueniuntur extra cursum naturæ, fortuna autem non. Vnde si generaretur homo cum sex digitis vel tribus manibus, hoc est a casu, & non a fortuna. Tertio modo, quia illa quæ fiunt a casu in naturalibus, fiunt a causa intrinseca ipsius rei, sicut hominem generari cum sex digitis est ex superfluitate causæ materialis, quæ dicitur causa intrinseca rei: sed quæ fiunt a fortuna fiunt ex causa extrinseca, sicut a causa efficiente, cum causa efficiens rei non sit de natura rei, sicut ædificator non est de natura domus, & sic de aliis. Sciendum, quod casus, & fortuna reducuntur ad causam efficientem. Ratio est ista. Illa, quæ fiunt a casu & a fortuna, fiunt a natura vel intellectu, sed natura & intellectus sunt causæ efficiẽtes per se, sequitur igitur quod casus & fortuna sunt causæ efficientes per accidens. Dubitatur vtrum aliqua eueniant a casu & fortuna. Videtur quòd non, quia quæcunque habent causam determinatam sui euentus de necessitate eueniunt, sed omnia quæ eueniunt, habent causam determinatam sui euentus, ergo omnia quæ eueniunt, de necessitate eueniunt, & per consequens nõ eueniũt aliqua a casu, & a fortuna. Probatio minoris. Omnia, quæ eueniunt, eueniunt ita ab vna causa, quod non ab alia, & sic habent causam determinatam. Item, si aliquid sit futurum, Deus scit illud fore, & per consequẽs non potest non fore, & vltra, igitur de necessitate erit, & ita non erit a casu. Istud confirmatur. Nam Deus scit omnia, cuius scientia est infallibilis. Ad primum dicitur, quod causa determinata potest esse dupliciter. Vno modo, quia ita habet ordinem ad effectum quod effectus ille ab alia causa non potest produci, & talis effectus de necessitate producitur. Alio modo, quia est causa assignata ad producendum, non tamen habet ordinem ad effectum determinatum producendi, & talis effectus casualiter producitur. Ad secundum dicendũ, quod si aliquid sit futurum, Deus scit illud fore sicut erit, quia si futurum sit necessarium, Deus scit illud fore necessarium, sicut solem oriri cras, vel Lunam eclipsari, & sic de aliis, si autem futurum sit contingens ad vtrumlibet, Deus scit illud fore contingenter.

De casu ac fortuna.

An aliqua a casu vel a Fortuna eueniant.

ROBERTI LINCONIENSIS IN TERTIVM LIBRVM PHYSICORVM

SVMMA.

IN tertio libro Physicorum determinat Philosophus de motu & infinito. Et primo dat definitionem motus duplicẽ. Prima est hæc. Motus est, actus entis in potentia secundum quod in potentia est, verbi gratia. Rei alterabilis in quantum alterabilis, est, & non inquantũ alteratur actu, est alteratio actus, & sic de aliis speciebus motus, & hæc definitio est formalis. Alia definitio est illa, & est nobis manifestior cũ sit materialis. Motus est actus mobilis secũdum quod mobile, verbi gratia. Res dum est in motu, tunc dicitur esse motus, & non quando est in motus termino ad quem, quia tunc cessat motus acquisito termino, & sic de aliis speciebus motus. Et est sciendum, quod motus est in mobili vt in subiecto, & in mouente vt in causa efficiente, cum motus sit actus mobilis in quantũ mobile, & idem est actus quo mouẽs mouet, & mobile mouetur, Sicut eadem est via ab Athenis ad Thebas, & econuerso secundum subiectum, est tamen alia secundum rationem. Nam motus in mouente est actio, in mobili passio est, & tamen idẽ est motus realiter, licet non formaliter. Sciendum est etiam, quod motus in communi, reperitur in quatuor generibus, scilicet substantia, qualitate, quantitate, & vbi, quia motus non est præter res motas, sed est in ipsis. Sed res motæ aut sunt in genere substantiæ, aut in qualitate, aut in quantitate, aut vbi, & non extra hæc genera, igitur motus reperitur in istis quatuor generibus & non extra, ita quod in quolibet istorum quatuor generum reperitur motus, quia in vnoquoque istorũ quatuor generum sunt duæ formæ, quarum vna nobilior, & alia vilior. Sicut in substantia, cum fiat transmutatio in formam substantialem, quæ est nobilior forma, erit sic vna species motus, quæ dicitur generatio. Cum igitur fit transmutatio in formam viliorem quæ est priuatio formæ substantialis, tunc dicitur fieri alia species motus, vt corruptio, & sic in aliis tribus generibus. Ex quo sequitur, quod tot sunt species motus, quot sunt species entis acquisiti per motum, sed octo sunt species entis cum in vnoquoque generum sint duæ: igitur species motus erunt octo. Dubitatur de prima definitione motus, & videtur quod non sit actus entis in potentia secundum quod in potentia. Nam, si sic, sequetur quod entis in potentia esset maxime motus, quod est contra Philosophum dicentem, quod ens in potentia non mouetur. Item actus & potentia sunt differentiæ oppositę, ergo non debent poni in definitione vna, igitur ad primum dicitur quod ens in potentia dupliciter accipitur. Vno modo pro eo quod est in potentia pura, id est in potentia non permixta cum actu, & tale non mouetur, quia nullum actum includit. Alio modo pro eo quod in potentia immixta aliquo modo cum actu & tale mouetur. Vnde motus est actus entis in potentia, accipiendo potentiam secundo modo, & non primo modo.

De motu.

Vel 12. Com. 48.

Genera motus sunt quatuor.

Qõ. An Motus sit entis actus in potentia.

Ad secundum dicitur, quod duplex est actus scilicet perfectus & imperfectus. Vnde motus est actus imperfectus, & talis actus non opponitur potentiæ positæ in definitione motus, cum non sit pura potentia, sicut di-

ctum est. Item dubitatur de hoc quod dicit, quod motus est in quatuor generibus. Quia in Quinto dicit, quod motus non reperitur, nisi in tribus generibus, s. qualitate, quantitate, & vbi. Item, Omnis motus est a contrario in contrarium, sed substantiæ nihil est contrarium, igitur in substantia nō est motus. Ad primum dr, quod motus propriè dictus est tantum in tribus generibus, s. qualitate, quantitate, & vbi: secundum quod est acquisitio partis post partem illius termini ad quem vadit, sed motus impropriè dictus siue contractus, prout est egressio de potentia ad actum, hic est in quatuor generibus siue etiam in omnibus, cum in quolibet genere sit propria potentia & proprius actus. Ad aliud dicitur, quod in substantia non est motus propriè dictus primo modo, sed scd'o modo, licet ad substantiam sit motus primo modo dictus.

Infra.

Infinitum dicitur quinq; modis. Vno modo quod nullam habet magnitudinem, & sic dicitur punctus infinitus, & quodlibet indiuisibile. Alio modo quod habet magnitudinem & diminutionem in determinatam tantum, & hoc modo loquitur Philosophus de infinito. Alio modo, quod habet magnitudinem, quæ pertransiri potest, sed non faciliter, vt via lōga dicitur infinita, quia cum difficultate est pertransibilis. Alio modo, quod habet magnitudinem de facili pertransibilem, quantum est de se, sed impeditur per aliquod extrinsecum, sicut profunditas maris. Quinto, in quo actus seruat potentiam, & nunquam est in vltimo actu, sed semper in potentia, vt appositio numeri, & diuisio continui. Vnde notandum est; quod magnitudo infinitæ quantitatis esse non potest in actu, quia si foret talis, magnitudo esset maior cœlo, & occuparet totum etiam totum vniuersum. Infinitum est, cuius cum aliquid fuerit acceptum, semper contingit accipere aliquod extra, secundum quantitatem, & est semper in potentia & nunquam in actu. Dubitatur de infinito vtrum sit scientia, & arguitur quòd non. Nam omnis scientia est per demonstrationem, sed de infinito non est demonstratio, igitur de eo non est scientia. Minor patet, quia de subiecto demonstrationis oportet præcognoscere quid est, sed infinitum non habet quid, cum non sit, ergo de infinito non est demonstratio. Item, Omne quod scitur, per formam scitur, sed infinitum non habet formam, igitur non scitur. Minor patet quia omne formarum est terminatum & nō infinitum. Ad primum dicitur, quod minor est falsa. Et ad probationem dico quod duplex est quid, scilicet rei & nominis. Vnde licet infinitum non habeat quid rei, cum nulla talis res sit, habet tamen quid nominis, id est definitionem communiter dictam, quid rei, est definitio vera & propria. Ad secundum dicitur, quod infinitum de se non cognoscitur, cum sit potentiæ priuatum, sed cognoscitur per suum habitum, quia secundum Philosophum primo de Anima, rectum, est iudex sui & obliqui.

Quæstio. An sit magnitudo infinita actu.

Dubitatur an aliqua magnitudo possit esse actu infinita, videtur quod sic, diuisio & appositio sunt opposita, & diuisio habet fieri circa magnitudinem & infinitum igitur & appositio. Minor patet, quia quælibet magnitudo sensibilis est diuisibilis in infinitum. Et maior patet. Cum opposita nata sint fieri circa idem, si magnitudo sit diuisibilis in infinitum, potest crescere, in infinitum apponendo. Item secundum Philosophum motus potest velocitari in infinitum, sed motus non est sine magnitudine, si igitur motus velocitatur in infinitum, igitur magnitudo super quam est motus, erit in infinitum. Item, Linea mathematica est magnitudo etiam in infinitum secundum Mathematicos, igitur magnitudo est infinita. Item, Quod cōgruit quantitati potest esse in magnitudine, sed finitum & infinitum quantitati congruunt secūdum Philosophum supra in Primo, igitur potest esse in actu magnitudine. Item, Opposita nata sunt fieri circa idem, sed finitum & infinitum sunt opposita, igitur, si quantitas sic finita, potest esse infinita. Huic dubio dicitur, quod nulla magnitudo naturalis potest esse infinita actu, quia si sic, occuparet totum vniuersum. Et amplius quia careret terminis. Ad primum df quod appositio in infinitum, quæ resultat ex diuisione in infinitum, potest addi in infinitum, sed alia appositio non potest addi in infinitum. Ad secundum df, quod motus secundum rationē generalem potest velocitari in infinitum, sed non secūdum rationem specialem, ideo non sequitur conclusio. Ad tertium dicitur, quod Mathematici non ponunt lineam simpliciter esse infinitam, sed dicunt lineam sic esse infinitam, quod protrahent lineam secundum magnitudinem vltra quamtamcunque quantitatem naturalem. Ad quartum dicitur, quod infinitum non repugnat magnitudini simpliciter sed naturaliter. Ad quintum dicitur, quod finitum & infinitum habent fieri circa quantitatem siue magnitudinem, secundū quod magnitudo est, & non secundum quod naturalis est, sicut dictum est prius.

ROBERTI LINCONIENSIS IN QVARTVM LIBRVM PHYSICORVM SVMMA.

IN Quarto libro Physicorum determinat Philosophus de Loco, & Vacuo & de Tempore. Et primo de loco, cuius sunt quinque proprietates. Prima, Locus continet locatum, & nihil est ipsius locati. Per hoc patet quod non est materia nec forma, sicut dixerunt antiqui. Quælibet enim forma continet formatum: est tamen aliquid ipsius formati. Materia non continet, sed continetur, & est aliquid ipsius rei. Secunda, Locus nō est maior nec minor locato, cuius est locus proprius alicuius. Locus communis est, qui habet locata multa, sicut Cœlum aer &c. Tertia, Locus non deficit locato, separabile est tamen ab ipso. Quarta, omnis locus habet sursum & deorsum. Quinta, Omne corpus mouetur naturaliter ad locum sibi proprium, cum fuerit extra ipsum, nisi impediatur, & cum fuerit ibi, quiescit in illo naturaliter. Locus sic definitur. Locus est vltima superficies corporis continentis terminum immobilem primum. Dubitatur vtrum locus sit. Et videtur quod non, quia locus non est elementatum, nec est natura corporea, nec incorporea: igitur locus non est. Probo assumptum. Non est elementatum, quia elementatum non est corpus, neque est elementum, quia sic etiam foret corpus, nec est natura corporea, quia tunc forent duo corpora in eodem loco, nec est natura incorporea, quia habet magnitudinem. Item, Omne quod est, est in loco per se vel per accidens. Si igitur locus est, erit in loco, & per consequens loci erit locus in infinitum, quod est falsum, igitur illud ex quo sequitur. Item locus non continet, probo, continere est agere vel pati, sed loco nō conuenit actio neque passio, igitur locus non continet locata. Maior patet. Minor ostenditur. Locus est quantitas, sed ipsius quantitas non est actio neque passio. Item videtur quod locus sit mobilis. Locus est accidēs corporis, igitur mouetur ad motum corporis cuius est, quia per Philosophū motis nobis, mouentur ea quæ sunt in nobis, sed locus est in loco

De loco.

to,

tempus accidens commune sit in eo. Item locus est æqualis locato, & econuerso, sed corpus locatum aliquando est maius, aliquando minus. Minor patet, quia corpus augetur, & diminuitur, ergo patet locatum augeri & diminui. Ad primum dicitur quod diuisio est insufficiens. Nam locus est vltimum siue terminus corporis, & tale non est corpus, nec pars integralis corporis. Ad secundum dicitur, quod maior est vera sic intellecta. Omne quod est corpus vel pars corporis integralis, siue accidens in compositione corporis, omne tale est in loco, vel sicut terminus in terminato. Ad tertium dicitur, quod locus habet potentiam actiuam, siue passiuam secundum quod est accidens naturale, sed non secundum quod quantitas naturalis, licet hoc non sit perfecte. Ad quartum dicitur quod naturaliter est mobilis, formaliter immobilis. Ad quintum dicitur, quod si locatum augetur, non sequitur quod locus sit auctus, sed quod locum maiorem locata obtinent, quam prius obtinuerunt.

De vacuo.

Vacuum dicitur tribus modis. Vno modo indiuisibile, & sic non est aliquod corpus, nec potest esse, sicut punctus dicitur vacuus a quibusdam. Secundo modo dicitur vacuum a quibusdam antiquis, in quo nullum corpus sensibile grossum reperitur, vnde planum aeris dixerunt vacuum. Tertio dicitur vacuum priuatum omni corpore, susceptiuum tamen eiusdem sicut dixerunt Democritus & Leucipus: primo & secundo modo vacuum possibile est, sed non tertio modo. Dubitatur an vacuum tertio modo dictum possit esse in natura. Et videtur quod sic. Nam, si vnum contrariorum, siue priuatiue oppositorum sit in natura, possibile est reliquum esse in natura, sed vacuum & plenum sunt priuatiue opposita: est enim vacuum priuatio pleni, igitur si plenum sit in natura, possibile est vacuum esse. Item. De non ente non est scientia, sed de vacuo est scientia, ergo vacuum est ens. Item, Vacuum habet definitionem, ergo vacuum est ens. Item. Mobile aut recipitur in pleno aut in vacuo: Non in pleno, quia tunc essent duo corpora in eodem simul, igitur recipitur in vacuo, & per consequens vacuum est. Ad primum dicitur quod maior sic habet intelligi: Si vnum priuatiue oppositorum fuerit in natura, reliquum potest esse, hoc est si habitus alicuius priuationis sit in natura, ita quod potest esse, & non esse, & sua priuatio potest esse in natura, sicut patet de visu & de cæcitate. Sed plenum ita se habet in natura quod non potest non esse, igitur vacuum non potest esse. Ad secundum dicitur, quod de vacuo est scientia per accidens non per se aliquo modo. Ad tertium dicitur, quod vacuum non habet veram definitionem, cuiusmodi est definitio speciei, sed definitionem nominis tantum, ideo non sequitur quod sit ens nisi secundum vocem tantum. Ad quartum dicitur, quod hoc verbum, recipitur, potest denominare duo, scilicet receptum esse vel ipsum recipi & vtroque modo mobile recipitur in pleno, non tamen ex hoc sequitur duo corpora esse simul in vno loco.

Quomodo intelligitur si unum oppositorum est in natura & reliquum.

De tempore.

Tempus sic definitur: Tempus est numerus motus secundum prius & posterius. Sed numerus secundum Philosophum dicitur dupliciter. Quo numeramus, sicut duo, tres, & quem numeramus, sicut res numeratæ, sicut duo homines vel tres. Secundo modo accipitur in definitione temporis. Dubitatur an tempus sit. Et videtur quod non, quia quod est compositum ex non entibus, est non ens, sed tempus componitur ex præterito & futuro, quæ non sunt: igitur ipsum non est. Item. Omne habens partes, si ipsum sit, necesse est omnes eius partes, esse simul cum eo, sed tempus habet partes, quarum nulla est in actu, igitur tempus non est. Minor probatur, quia nihil stat de tempore, nisi ipsum nunc, quod est indiuisibile, & tale non est tempus, nec pars temporis, cum diuisibile non fiat ex indiuisibilibus.

Propter istas rationes sciendum, quod totum & pars dupliciter possunt considerari. Quoddam est enim totum permanens, cuius omnes partes simul sunt, sicut domus, lapis &c. Aliud est totum successiuum, sicut dies, annus, cuius vna pars præcedit aliam, & alia subsequitur, sicut præteritum & futurum. Ad primum igitur dicitur, quod omne permanens compositum ex non ente permanente, est non ens, sed de successiuis non est verum. Ad secundum dicitur, quod hæc maior sic intelligitur, de toto & partibus permanentibus & non successiuis.

Totum & pars dupliciter.

Proprietates temporis sunt sex. Prima. Vno modo conuenit accipere numerum in tempore, & alio modo non, prout enim est numerus, conuenit accipere numerum, sed prout est numerus motus, non, cum sit continuum, & omne continuum est diuisibile in infinitum. Secunda, Tempus nec est velox, nec tardum, sed multum & paucum, breue, & longum. Tertia, vnum & idem instans est in toto tempore. Quarta Tempus resoluitur in se secundum circulum vt annus, quia tempus est mensura motus circularis, sicut motus primi mobilis, & non recti. Quinta, Motus non solum mensuratur a tempore, sed tempus a motu. Sexta, In vnoquoque genere est reperire vnum primum, per quod mensurantur, & numerantur omnia illius generis, vt in numero vnitas, in genere ponderum vncia: consimiliter esset accipere in tempore aliquod primum, quod erit mensura ipsius, cuius est ipsum instans. Dubitatur an vnum & idem instans maneat in toto tempore. Et videtur quod non. Nam cuiuslibet temporis determinati sunt duo instantia: s. principium & finis, sicut diei, & horæ, non igitur est vnum instans in toto tempore. Item. Illa, quæ fuerunt in vno anno præterito, fuerunt in aliquo instanti, & illa quæ erunt in vno anno futuro, erunt in aliquo instanti, & illa quæ modo sunt, sunt in aliquo instanti. Si igitur idem instans sit in toto tempore, sequitur quod omnia illa, quæ fuerunt in medio anno præterito, & quæ erunt in medio anno futuro, modo sunt, quod videtur impossibile. Ad primum dicitur, quod cuiuslibet temporis terminati sunt duo instantia secundum esse accidentale, licet sit vnum per se, & secundum suam substantiam. Ad aliud dicitur negando consequentiam, quia instans manet vnum & idem in tempore secundum substantiam variatum solum secundum esse accidentale, sicut aliquis homo vnus & idem potest esse aliquando albus, & aliquando niger, sic instans vnum & idem est præsens aliquando, aliquando futurum, aliquando præteritum. Nota secundum Philosophum quod instans se habet ad tempus, sicut punctus ad lineam, quia sicut punctus, non est pars lineæ, sic instans non est pars temporis. Et sicut punctus diuidit duas lineas, & continuat eas adinuicem, sic instans diuidit præteritum tempus a futuro, & continuat ea adinuicem. Sed per hoc differunt instans & punctus, quia punctus quiescit, & manet in linea, instans autem nunquam quiescit in tempore, & hoc quia sequitur ipsum mobile quod non quiescit. Nota differentiam inter illa vocabula nunc, tunc, quando, iam, modo, olim, repente. Nam nunc vno modo dicitur tempus propinquum instanti præteriti, licet impropriè, secundum quod dicitur, venit nunc, quia hodie venit. Tunc, siue quando est tempus determinatum per instans præcedens, & subsequens, qui sunt termini illius facti de quo fit inquisitio, vt tunc destructa est Troia. Tunc erit diluuium. Iam, est tempus propinquum præterito instanti siue fuerit pars præteriti, siue pars futuri, vt quando vidit, iam vidit. Modo est tempus propinquum præteriti instanti, dummodo sit pars præteriti vt modo fuit bellum Troiæ. Repente est illud quod est in nunc tempore insensibili. Siue repente est tempus non sensibile propter eius paruitatem, & subito similiter, secundum quod dicitur generatio & mutatio subita.

ROBERTI LINCONIENSIS IN QVINTO LIBRO PHYSICORVM SVMMA.

IN quinto libro Physicorum determinat Philosophus de diuisione motus in suas species. Et dicit primo quod aliquid transmutari dicitur tribus modis per accidens, vt cum dicitur musicus ambulat. Secundo secundum partes, vt cum dicitur corpus sanatur, quia oculus siue pectus sanatur. Primo & per se, per hoc excludit modum primo modo & secundo modo dictum, ex eo quod ipsum mouetur primo & per se. Et per hoc quod dicit primo, excluditur motus secundum partem: per illud vero quod dicit, per se, siue secundum se, excluditur motus per accidens. Est autem per se mobile aliquid secundum diuersas species motus, sicut alterabile est motus secundum alterationem, & augmentabile secundũ augmentum, & iterum in specie alterationis dicitur sanabile quod mouetur secundum sanationem, & calefactibile quod mouetur secundum calefactionem. Dicit autẽ Philosophus, quod quinque requirũtur ad motum, scilicet mouẽs, & mobile, terminus a quo, & terminus ad quem, & tempus. Et nota quod motus capit denominationem a termino ad quem, quia iste terminus acquiritur per motum, terminus vero a quo deperditur. Et sciendum quod motus per se non est nisi in contrarijs extremis, vel medijs, vel contradictorijs. Mutatio per se quadruplex est. scilicet a subiecto in subiectum vt alteratio: a non subiecto in subiectum vt generatio: a subiecto in non subiectum vt corruptio. Sed quartus modus a non subiecto in non subiectũ est impossibilis. Et vocatur hic subiectum omne quod affirmatiue dicitur, & non subiectum id quod dicitur negatiue, quod non suscipit formam. Postea dicit Philosophus quod motus proprie dictus est tantum in tribus generibus, scilicet quantitate, & qualitate, & vbi. Sed quod sit in dictis tribus probatur. Nam in istis est sufficiens contrarietas requisita ad motum, igitur in istis proprie est motus, probatur consequentia. Nam omnis motus est a contrario in contrarium. Quod autem in pluribus quam in istis, probatur. Nam si in aliquibus aliis esset, hoc maxime videretur de substantia, & relatione, & de actione & passione. Sed in substantia non est motus. Nam omnis motus est a contrario in contrarium, sed substãtiæ nihil est contrarium, ergo in substantia non est motus. Nec ad relationem est motus, quia ad illam formam quæ potest acquiri alicui sine aliqua mutatione reali facta in ipsa non est motus, sed sic est de relatione, igitur &c. Maior probatur. Nam dextrum & sinistrũ possunt acquiri alicui nulla facta in ipso mutatione reali. Nec ad actionem nec ad passionem est motus, quia si sic, cũ actio & passio sint motus, ad motum esset motus, consequens est falsum, ergo & antecedẽs. Nec ex hoc sequitur quod actio & passio sint motus, quia Philosophus arguit a simili, nam simile est actionem & passionem esse motum, & ad motum esse motum. Relinquitur igitur quod motus proprie dictus est tantum in tribus generibus, scilicet quantitate, qualitate, & vbi. Motus in qualitate est alteratio a qualitate imperfecta ad qualitatem perfectam, & econuerso, ad quantitatem perfectam est augmentatio, econuerso est diminutio. Motus ad vbi dicitur loci mutatio. Immobile dicitur tripliciter. Vno modo quod non est aptum natum moueri. Alio modo quod est de difficile mobili, sicut lapis senex [?] ꝑ(?) cellens magnus. Tertio modo quod est aptum natum moueri, impeditur tamen per suum contrarium. Similiter dicendum de illis quæ sunt necessaria ad cognoscendum motum, scilicet quid sit esse simul, & quid sit esse separatum, & quid tangere, & quid contiguum, & quid medium, & quid consequenter ens, & quid habitum & quid continuũ. Similiter autem sunt ea quæ sũt in eodem loco, sed propriè secundum se, & non secundum aliud. Separatim sunt quæ non sunt in eodem loco. Tãgere dicuntur siue contigua, quorum vltima sunt simul. Medium est illud in quo continuè mutatur secũdum naturam quod natum est mutari, prius quam in extremis. Continue mutatum aliquod dicitur quod non deficit rei super quam mouetur aut pausat. Consequenter sunt ea, inter quæ nihil cadit eiusdem generis, vt linea lineæ, vnitas vnitati, & huiusmodi. Habitum est quod aliquid alteri consequenter est, & tangit ipsum. Continua sunt, quorũ vltima sunt vnũ, id est terminus vnus. Motus dicitur vnus tripliciter, scilicet genere, specie, numero. Vnus genere dicitur ab vnitate formæ generalis, a quo dicitur mutatio vnum, sicut omnis loci mutatio dicitur motus vnus secundum genus omni loci mutationi. Vnus specie dicitur ille motus qui est vnus ab vnitate specificæ formæ, sicut dealbatio est omni dealbationi eadem specie & similiter denigratio. Sed motus de albedine in nigredinem & de nigredine in albedinem, non est eadẽ specie, sed genere. Et nota quod non sufficit ad vnitatem motus specifici, quod termini sint idem specie, sed oportet quod spatium sit idem super quo fit motus, quia aliter motus circularis, & rectus forent idem specie. Motus vnus numero est qui habet vnum subiectum numero, & vnam speciem specialissimam, in qua fit, & vnum tempus cõtinuum sine interruptione. Ideo ad hoc quod motus dicatur vnus simpliciter numero, requiritur, quod idẽ in quo fit motus, sit simpliciter vnum, & oportet quod tẽpus sit vnum & interruptum, insuper oportet quod spaciũ vel forma sit vnum & continuum, oportet etiam, quòd mobile sit vnum simpliciter per se. Sequitur de contrarietate motus ad motum, qui est in quinque modis. Primus est, qui est ex eodem in idem. Secundus qui fit ex contrarijs terminis. Tertius est qui fit in contrarios terminos. Quartus qui est a contrario in cõtrarium. Quintus est, qui est secundum contrarietatem vtriusque termini, vt qui est ex vno contrario in aliud contrariũ contrarius ei est, & econuerso, & nota quod quies contrariatur motui secundum principium, cum sit principiũ motus. Secundum quod non quælibet quies contrariatur cuilibet motui, sed quies secũdum locum motui secundum locum, quies secundum alterationem motui secundum alterationem, & sic de augmentatione & de alijs motib. Motus qui est ex vno contrario in reliquũ, contrariatur quieti quæ est in alio, vt ea quæ in sanitate ei quæ est in ægritudine. Dubitatur vtrum motus sit in qualitate, & quãtitate & vbi. Et primo probatur quod nõ in qualitate. Nã motus est acquisitio partis post partem illius termini ad quem tendit, sed in qualitate non est pars post partẽ, ideo in qualitate nõ est motus. Maior patet per Philosophũ. Minor ostenditur per auctorem sex principiorum, qui dicit quòd forma accidentalis est compõni, contingens quæ simplici & inuariabili natura cõsistit. Sed illud quod in tali natura consistit, nõ habet partem post partẽ, igitur forma accidentalis non acquiritur per motum, igitur in qualitate non est motus. Item quòd in quantitate non sit motus, probo. Nam omnis motus est per contrarietatem, sed in quantitate nõ est contrarietas, igitur motus non est in quantitate. Item quòd motus non sic in vbi, videtur. Nã vbicunque non est reperiri magis & minus, nec contrariũ. Sed in vbi non est reperire magis

&

& minus per auctorẽ ſex principiorum, ergo in vbi nõ eſt motus. Item. Si in vbi eſſet motus, eum talis motus ſit motus localis, contingeret pertranſire medietatem, ſpacij ſuper quod ſit motus in medietatẽ illius motus, & ſic in infinitum, ſed talis diuiſio quę eſt in infinitum non eſt pertranſibilis, igitur in ſpacio ſiue in vbi non eſt motus. Ad primum dr̃ concedendo maiorem. Ad minorem dr̃ quod qualitas ſiue forma accidentalis poteſt dupliciter conſiderari. Vel ſecũdum eſſentiam, vel ſecundum eſſe in ſubiecto. Primo modo eſt indiuiſibilis. ſ. ſecundum eſſentiam, nec habet partem poſt partem ſecundum eſſentiam. Secundo modo eſt diuiſibilis. ſ. ſecundum eſſe in ſubiecto, & habet partem poſt partem. Sicut patet quod vnum ſubiectum habet plus de albedine quam aliud, & ſimiliter de colore, & ſic de aliis quæ ſunt qualitates, ſiue formæ accidentales. Ad ſecundum dr̃ concedendo maiorem. Ad minorem dr̃, quod quantitas poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum ſuam eſſentiam, ſecundum quod quantitas eſt, & ſic non habet contrarium. Alio modo ſecundum eſſe naturale, quod habet in rebus naturalibus, & ſic habet contrarium. Nam ſecundum eſſe naturale cõuenit dare quantitatem perfectam & imperfectam. Minimum & maximum, & infra, & extra ſunt contraria quantitati ſecundum eſſe naturale, ergo poteſt ineſſe contrarietas, licet non per ſe. Ad tertium dr̃ concedendo maiorem. Ad minorem dicitur, quod ſuſcipere magis & minus eſt dupliciter, vel intenſiue & ſecundum eſſentiam, & ſic vbi non ſuſcipit magis & minus nec habet contrarietatem. Alio modo extenſiue, ſic ſuſcipit magis & minus & habet cõtrarietatem. Ad quartum dr̃ concedendo totum argumẽtum vſque ibi, talis diuiſio procedit in infinitum. Vbi dicendum eſt, quod ire in infinitum dupliciter eſt, vel ſecundum actum vel ſecundum potentiam. Primo modo non poteſt pertrãſiri, ſecundo modo poteſt. Et argumentum procedit ac ſi contingeret actualiter diuidi in infinitum.

ROBERTI LINCONIENSIS IN SEXTVM LIBRVM PHYSICORVM

SVMMA.

IN ſexto libro Phyſicorum determinat Philoſophus de motu, diuidendo ipſum in partes quantitatiuas, & hoc ſecundum quod motus eſt quoddam continuũ. Dat igitur quattuor proprietates. Prima eſt quod nullũ continuum componitur ex indiuiſibilibus, vt linea ex punctis, quia indiuiſibilia ſiue puncta non ſunt contigua, nec conſequenter entia, quia vltima eorum nõ ſũt ſimul entia, nec ſunt vnũ, cũ indiuiſibile nõ habeat partes, quarũ vna poteſt eſſe terminata, & altera eius vltimum: ſimiliter indiuiſibile additum alicui, nõ facit maius, igitur nec compoſitum, nec indiuiſibile erit conſequenter ſe habens indiuiſibili, ſicut punctus pũcto vel inſtans inſtanti, quia inter quælibet duo puncta cadit tempus medium, ſicut linea & inter quælibet duo inſtãtia cadit ipſs mediũ & per conſequẽs inſtãtia non ſunt conſequenter entia, inter quæ non cadit medium eiuſdem generis, ſicut duæ domus ſunt conſequẽter entia, inter quas non cadit domus media, & ſic ſequitur, quod non eſt immediatus inſtanti, vt punctus pũcto, nec aliquod indiuiſibile ſimpliciter alteri. Item ſi continuum componeretur ex indiuiſibilibus, igitur eſſet diuiſibile in indiuiſibilia, conſequens falſum, cum continuum ſecundum Philoſophum ſit diuiſibile in ſemper diuiſibilia, igitur nec motus, nec magnitudo, nec tempus, nec aliquid continuum poteſt componi ex indiuiſibilibus ſimpliciter, cum vnumquodque diuidatur in illa ex quibus componitur. Secunda proprietas eſt illius in quo fit motus. ſ. ipſius temporis, & hoc eſt quod in inſtanti non eſt motus, neque quies, ſed in tempore, accipiendo inſtans ſecundum quod eſt ſimuliciter indiuiſibile, & non pro tẽpore, quia ſi in inſtanti foret motus vel qes, ſequeretur quod inſtans eſſet diuiſibile. Tertia proprietas eſt illius in quo aliquid mutatur, & hoc eſt quod oẽ q̧ mutatur, quando mutatum eſt in illo, in quo primo mutatum eſt, v. g. poſito quod aliquid mutetur a nõ eſſe, in eſſe, tunc deficit ab eo ex quo mutatum eſt, igitur illud quod mutatum eſt a non eſſe in eſſe deficit a non eſſe, igitur de neceſſitate erit in eſſe, cum inter eſſe & non eſſe cadat medium. Et ſciẽdum, quod in nulla mutatione eſt accipere primum in quo cœpit aliquid mutari, nec mutatum eſſe, ſed ante quodlibet mutatum eſſe, præcedit mutari, & econuerſo in infinitum, & non ſecundum actum, ſicut nec in motu eſt dare primum, quia omne quod mouetur, prius mouebatur per Philoſophum. Cuius cauſa hæc eſt, quia tẽpus in quo fit motus & magnitudo, ſiue ſpatium ſuper quod fit motus & ipſum quod mouetur, quodlibet iſtorum eſt continuũ, & etiam ipſe motus, & per conſequens ſunt diuiſibilia in infinitum. Vnde nec in tempore, nec in aliquo continuo ſucceſſiuo eſt ſumere primum, quare nec in motu vltimum contingit ſumere, vnde in permanentibus cõtingit ſumere primum, ſed non vltimum, quia per philoſophum non eſt dare vltimum rei permanentis in eſſe, ſed in ſucceſſiuis eſt dare vltimum, ſed non primũ, ſicut dictum eſt. Sed videtur per rationem Zenonis, qđ nihil poſſit moueri localiter & per conſequens motus localis nihil eſt. Nam ſi aliquid determinate ſecundum locum mouetur, oportet quod primo pertranſeat medietatem ſpacii antequam ad terminum perueniat, & medietatem illius medietatis, & ſic in infinitum, ſicut argum. eſt in dictis præcedẽtibus. Item. Si aliquid moueretur localiter velociſſime, motum nunquam attingeret tardiſſimũ, conſequens eſt impoſſibile, igitur ex quo ſequitur. Cõſequẽtia oſtenduntur ſic. Præcedat tardũ ipſũ velox per aliqđ ſpaciũ; & moueatur vtrunq. cõtinue, igitur antequam attingat terminum a quo ipſius tardi ipſum tardũ aliqd ptrãſibit de ſpatio, qa nõ quieſcit, ſed cõtinue mouetur. Et vltra antequam velox pertranſeat illud quod pertranſiuit tardum, tardum aliquod pertranſibit de ſpacio, ſicut prius in infinitum, ergo velox nunquam attinget tardum vtriſq. cõtinue motis. Itẽ qđ eſt in ſpacio ſibi æquali, aut mouetur in eo, aut qeſcit in eo, eum igitur non conuenit moueri in tali ſpacio & in quolibet inſtanti mobile eſt in ſpacio ſibi æquali, igitur in quolibet inſtanti quieſcit, & per conſequens nunquã mouetur. Ad primũ dr̃, ſicut prius dictũ eſt in dubitatione præcedenti. ſ. quod continuum eſt infinitum ſm potentiam, & tale poteſt tranſiri. Et ſic patet ad ſecũdam rationẽ. Ad tertiam dr̃ quod Zeno dixit ipſum tempus cõponi ex inſtantibus, quod non eſt verum: ideo nec motus nec quies eſt in inſtanti, ſed in tempore, ſicut dixit Philoſophus, ideo mobile non eſt in ſpacio ſibi æquali niſi tantum in inſtanti. Et cum dicitur. Aut mouetur, aut quieſcit, negatur propoſitio, quia habet veritatem de eo quod eſt in aliquo, in quo eſt aptum natum moueri aut quieſcere pro tali mẽſura temporis. Nota quod iſta ſunt proportionabilia, magnitudo, motus, & tempus, & ideo ſi vnum iſtorum ſit infinitum, quodlibet erit tale. Dubitatur vtrum aliquod

quod

quod continuum componatur ex indiuisibilibus. Et videtur quod sic. Nam punctus est vbicunque in linea, quod non esset verum nisi componatur ex punctis. Itẽ Aristotel. in Primo Poster. dicit, quod substantia lineę est ex punctis, igitur linea componitur ex punctis. Itẽ si sphæra mouetur super planum, non tangit ipsum nisi in punctis, per Philosophum, cum sphærico, & plano non sit aliquod commune nisi punctus, igitur causat superficiem descriptam punctis, & per consequens continuum potest componi ex indiuisibilibus. Item per commentatorem instans fluens, causat tempus, sed instans est indiuisibile: ergo indiuisibile causat diuisibile, & hoc non nisi componendo. Item corpus naturale ex minimis componitur, igitur continuum ex indiuisibilibus. Antecedens est verum, ergo conclusio, consequens patet, cum sit dare corpus minimum naturale secundum Philosophum in libro Physicorum. Ad primum dr, quod punctus est vbique in linea potentialiter, non actualiter. Ad secundum dicitur quod Philosophus intelligit quod in formali definitione lineæ cadit punctus & non aliter. Ad tertium dicitur quod non est dare aliquod sphæricum simpliciter hic inferius naturaliter. Ad quartum videtur, quod Commentator intelligit sic, quod instans fluit secundum quod est diuersum, & diuersum aliquo modo est causa temporis, sed non instans proprie fluit, ita quod moueatur. Ad quintum dicitur quod corpus potest dupliciter considerari & eisdem modis minimum scilicet vt est quoddam naturale, & vt est quoddam quantum, & ex talibus minimis potest considerari maximum. Secundo igitur modo potest dari minimum nõ autem primo modo, quia corpus naturale secundum quod est quantum, est continuum, & per consequens diuisibile in infinitum. Dubitatur an motus possit esse in instanti accipiendo motũ proprie, & instans simpliciter. Et videtur quod sic, per Philosophum in 7. Physicorum. Si aliqua virtus moueat aliquod mobile in aliquo tempore, potentia duplicis virtutis mouebit in medietate temporis, igitur prima causa causabit motum in instanti. Huic dicitur quod regula Philosophi habet intelligi de agentib. per motum & transmutationem. Prima autem causa agit sine motu & transmutatione.

ROBERTI LINCONIENSIS

IN SEPTIMVM LIBRVM PHYSICORVM

SVMMA.

IN septimo libro Physicorum determinat Philosophus de motibus, & de motoribus, & mobilibus eorum dicẽs quod in omni motu violento & naturali motor differt secundum substãtiam ab eo quod mouetur. Postea ostendit quod in mouentibus & motis non est procedere in infinitum, quia sic in tempore finito foret motus infinitus, quod est inconueniens, cum motus & tempus in quo est motus sint proportionabilia, idẽ est dare motum primum & motorem primũ. Item in omni motu tam violento quam naturali, mouens & motũ sunt simul. Sed quod hoc sit falsum, probo. Nam in motu proiectionis non est mouens simul cum moto, sed distat ab eo, igitur non in omni motu sunt simul. Huic dr, quod non requiritur quod sint simul secundum vltima eorum, sed sufficit quod secundum virtutem, vnde quandiu proiectum mouetur, virtus proiicientis manet in eo siue fuerit ille motus, secundum rectum, siue secũdum reflexionem, sicut pila proiecta contra parietem reflectitur. Item sciendum, quod violentum est cuius principium est ab extrinseco non conferente vim passo. Species motus violenti sunt quatuor, scilicet impulsio, tractio, vectio, & vertigo, & in his quatuor modis reducuntur omnes motus qui sunt a principio extrinseco. Postea agit de comparatione motuum adinuicem, & dicit quod ad hoc quod aliqua sint adinuicem comparabilia tria requiruntur. Primo quod sint vniuoca, idẽ stilus & vinum, & chorda, nõ sunt comparabilia in acutie æquiuoce dicta de istis, in stilo enim pertinet ad tactum, in vino ad gustũ, in chorda ad audiendum, ideo per aliam rationem & aliam est acuties in illis. Secundo requiritur, quod sint in aliquo subiecto proximo recipiente; ideo equus est comparabilis secundum albedinem cuicunque habenti albedinem, quia subiectũ proximum albedinis est idem, sicut superficies est idem secundum recipiens albedinem. Tertio requiritur, quod sit vna natura specialis, & non generalis ipsorum comparabilium, quia in genere multæ latent æquiuocationes diuersæ naturę, ideo album & nigrum licet conueniant in natura generali, sicut in colore, non tamen in natura speciali, ideo nõ sunt comparabilia. Nec motus circularis est comparabilis motui recto, quia non sunt in eodem subiecto proximo, nec in eadem natura speciali. Contra videtur quod secundum æquiuocum fiat comparatio, quia bene dr substantia est prius ens quam accidens, sed prius & posterius dicunt comparationem, & ens est æquiuocum, ergo secundum æquiuocum est comparatio. Huic dr quod comparatio proprie dicta, non fit secundum ęquiuocum. Extendendo tamen vim comparationis ad vnitatem ordinis vel analogiæ secũdum æquiuocum fit comparatio. Consequenter ponit pro comparatione motuum regulas quæ sunt septem. Prima est si aliqua potẽtia moueat aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, æqualis potentia mouebit medietatem illius mobilis per duplum spatiũ in eodem tempore. Secunda est hæc. Retenta priori potentia, æqualis potentia mouebit medietatem mobilis per totum idem spacium in medietate temporis. Tertia est. Retenta priori potentia, potentia duplicis virtutis mouebit mobile per idem spacium medietate tẽporis. Quarta. Medietas illius potentiæ mouebit medietatem mobilis per idem spacium in toto tempore. Quinta. Retenta priori potentia non est necesse, quod eadem potentia moueat duplum mobile in æquali tpe per medietatem illius spatij. Sexta nõ est necesse quod media virtus moueat idem mobile per aliquam partẽ spatij in toto tempore. Septima, dupla virtus mouebit duplex mobile per æquale spacium in æquali tempore. Est autem sciendum, quod istę comparationes habent intelligi de motore corporeo naturali & non de motore supracœlesti. Et similiter habet intelligi quantum ad rationem ipsius motus, & non quantum ad rationẽ specialem, multa enim possunt alicui conuenire secundum rationem generalem quæ sibi repugnant secundũ rationem specialem, verbi gratia, non repugnat homini in quantum animal habere alas, sed in quantum homo sibi repugnat. Similiter istæ conditiones possunt inesse motui inquantum motus, non tamen inquantum iste motus.

ROBERTI LINCONIENSIS IN OCTAVVM LIBRVM PHYSICORVM

SVMMA.

IN octauo libro Physicorum ostendit Philosophus primo, quod aliquis motus est æternus, & aliquis motor est æternus, secundo quis motus est æternus, & qui motor est æternus. Quod motus sit æternus, ostendit tali ratione. Omnis motus præsupponit mobile. Posito igitur aliquo motu, quæro de illo mobili, aut est factũ: aut est æternum. Si sit factum, cum illa factio sit mutatio, præcedit primum motum. Si sit æternum prius igitur quieuit, sed impossibile fuit ab illa quiete deducere mobile ad motum, sine dispositione aliqua in mobili, vel in moto, quæ in ipso esse non potest, si nõ sit aliqua mutatio: posito igitur illo mobili disposito, sequitur qđ aliqua mutatio est prior mutatione prima. Hoc autem est impossibile, igitur ex quo sequitur. Item. Vbicunq. est ponere tempus, ibi est ponere instans, cum instans sit tota substantia temporis, est enim finis præteriti, & initium futuri: igitur vbicunque est vel conuenit reperiri instans, conuenit reperiri tempus præteritum, sed in omni tempore conuenit reperiri instans, igitur in omni tempore conuenit reperiri tempus pręteritum, & per consequens ad nullum tempus conuenit deuenire, ante quod non sit aliquod tempus, & sic tẽpus est æternum ex parte ante. Et si tempus sit ęternum, motus erit ęternus. Item quod motus sit incorruptibilis, probo, quia cum corrumpitur motus, non necesse est mobile corrũpi, cum mobile sit prius motu, igitur post corruptionẽ vltimi motus, facta est corruptio mobilis, & sic post vltimam mutationem est mutatio. Et rationes procedũt de motu primi mobilis qui est circularis, & non de aliquo alio motu recto nec circulari. Postea probat Philosophus, quòd motus non sit æternus. Primo sic. Omne quod fit a quodam in quoddam, tanquã a termino contrario in terminum contrarium, est finitum: omnis motus est huiusmodi ergo &c. Secundo sic: Videmus in animalis quod habent principium motiuum ab extrinseco, & aliquando mouentur, aliquando quiescunt, sic igitur motus habet esse post non esse. Et sic perpetuo non conuenit semper moueri, aut nũquam. Tertio sic. Animalia quæ habent principium sui motus intrinsecum, aliquando mouentur, aliquando vero quiescunt, igitur sicut est in minori mundo, sic est in maiori, quòd aliquando motus cęssabit, vel cesset, & sic non est perpetuus. Ad primum dr, quod aliquis est motus, qui fit de contrario in contrarium: & talis non est perpetuus sicut argumentatum est, alius motus de termino in terminum & econtra, sicut quando aliquis percutit chordam lyræ, talis motus non est verè continuus nec perpetuus, quia suus motus quiescit in minimo. Tertio modo est motus circularis, & hic est continuus & perpetuus. Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens motum inanimatorum deficere, quia suus motus non est perpetuus, & ideo deficit, & propterea sic sumere nõ est ad propositum. Ad tertium dicitur, quod aliquis est motus animalis qui non est continuus, vt ille, qui est a principio extrinseco, alius est motus animalis, qui est continuus ad similitudinem huius motus, secundum ꝙ dr motus primi mobilis perpetuus & continuus. Et sciẽdum est, quod causa motus non fit sine motore. Et motus sit æternus, igitur motor est æternus. Corollarie arguit Philosophus, ꝙ est vnũ immobile primum, quod non mouetur ab aliquo alio sed a seipso. i. a principio intrinseco, & ad quod omnia mota reducuntur. Probo, quia si moueatur a principio extrinseco, erit processus in infinitum in mobilibus & mouentibus, quod est impossibile, si igitur moueatur a seipso, mouetur a principio intrinseco. Secundo dicit, ꝙ omne mouẽs seipsum diuiditur in duas partes, quarum vna est mouens, & alia mota. Sed si verum esset motorem & motũm vnum esse idem penitus, indiuisibile ferret & ferretur secũdum loci mutationem, & idem alterabit & alterabitur, infirmabitur & sanabitur secundum idem, quod est impossibile. Item. Omne mobile inquantum tale, est in potentia, & omne mouens in quantum tale, est ens actu & non in potentia. Si igitur aliquod mouens sit penitus idem motu, & mobili, tunc idem secundum idem est in actu, & non in actu, in potentia, & nõ in potẽtia, qđ est impossibile, igitur aliqua pars, quæ est mouens, est omnino immobilis, ad quem motorem immobilem omnia mota reducuntur. Tertio dicit quod motus circularis est primus & perpetuus. Et quod sit primus arguitur sic, motus localis est prior omnibus alijs motibus, sed circularis motus est prior inter alios motus locales, igitur motus circularis est prior aliis, & hoc tam prioritate naturæ quam prioritate temporis, & definitione secundum Philosophum. Quarto dicit, ꝙ omnes alii motus reducuntur ad motum localem, & non econuerso, igitur est prior, assumptum patet inductiue in omnibus motibus, qui requirunt ipsum. Secundum ostẽditur sic. Omnis motus localis aut est rectus aut est circularis, aut mixtus ex recto & circulari. Sed motus rectus & circularis sunt priores motu mixto, sicut componentia præcedũt compositum. Similiter motus circularis est prior motu recto, sicut perfectum prius est imperfecto, & incorporale corporali, & regulare irregulari. Manifestũ est igitur motum localem circularem esse primum inter omnes motus, & sic æternum, probo, quia est continuus, quia in tali motu non intercedit quies media, sicut accidit in aliis motibus & mutationibus, igitur motus localis circularis primi mobilis est motus æternus, sicut prius est ostensum. Ex hoc sequitur, quod motor est æternus. s. Deus omnino immobilis, & omnino infatigabilis, immortalis, nullam habens magnitudinem. Quod sit immobilis, probat sic Philosophus, quia dato quod sit mobilis, tunc oportet ipsum cum mouente simul moueri ab aliquo, quare, cum non sit processus in infinitum in mouentibus & motis, vt prius ostẽsum est, erit necesse stare ad aliquod mouens immobile. Infatigibilis autem, quia cum moueãtur ista inferiora per superiora mouẽtur ab aliquo primo. Talis autem motor est infatigabilis a sua motione. Causa enim fatigationis nihil aliud est, nisi id quod mouet moueri. Sed primus motor non mouetur ab aliquo, igitur est infatigabilis & ingenerabilis & incorruptibilis, quia cum ostensum sit omnino esse immobilem, ideo non est generabilis, nec corruptibilis. Est etiam indiuisibilis siue impartibilis nullam habens penitus magnitudinem neque finitã, cum moueat per tempus infinitum, igitur non habet finitam magnitudinem. Nec infinitam, ut ostensum est, igitur primum mouens est indiuisibile, impartibile, immobile, infatigabile, nullam habẽs magnitudinem, cui sit honor & gloria per infinita sęcula sæculorum. Amẽ.

Deo gratias.

S.THO-

D. THOM. AQVINATIS

Ordinis Prædicatorum.


DE PRINCIPIIS NATVRAE LIBELLVS.

Summa totius libelli.

Quæ principia, causæ, & elementa, & quot sint rerum naturalium proprietates, & causarum nonnullæ diuisiones afferuntur.

Caput primum. Ex natura generationis quænam principia, causæ, elementa sint rerum naturalium, & quid.

Ad primum librum Physicorum libellus iste spectat.



QVoniam quoddam potest esse licet non sit, quoddam vero iã est, illud quod potest esse, & non est, dicitur esse potentia, illud autem quod iã dicitur esse actu, sed duplex est esse. s. esse essentiale siue esse substantiale rei, vt hominem esse, & hoc est esse simpliciter. Est autem aliud esse accidentale, vt hominem esse album, & hoc est esse secundum quid. Ad vtrunque autem esse est aliquid in potentia, aliquid. n. est in potentia, vt sit homo, vt sperma, & sanguis menstruus, aliquid in potentia, vt sit album, vt homo. Tam autem illud, quod est in potentia ad esse accidentale, quam illud, quod est in potentia ad essentiale potest dici materia, sicut sperma, hominis, & homo, albedinis. Sed in hoc differunt, quia illud, quod est in potentia ad esse substantiale, dicitur materia ex qua, quod autẽ est in potentia ad esse accidentale, dicitur materia in qua. Item proprie loquendo illud quod est in potentia ad esse substantiale, dicitur materia prima, quod autem est in potentia ad esse accidentale, dicitur subiectum. Subiectum enim dat esse accidenti scilicet esse existendi, quia accidens non habet esse, nisi per subiectum. Vnde dicitur, quod accidentia sunt in subiecto, non autem dicitur, quod forma substantialis sit in subiecto, & secundum hoc differt materia a subiecto, quia subiectum est, quod non habet esse ex eo, quòd aliquid ei aduenit, sed quòd est per se, & habet esse completum, vt hõ nõ habet esse per albedinem, sed materia dicitur, quod habet esse ex eo quod sibi aduenit, quia de se est incompletum, immo nullum esse habet, vt dicit Commen. in 2. de anima. Vnde simpliciter loquendo forma dat esse materiæ, accidens autem non dat esse subiecto, sed subiectum accidenti, licet aliquando ponatur vnum pro alio, scilicet materia pro subiecto, & econtrario. Sicut autem omne, quod est in potentia potest dici materia, ita omne, a quo habet aliquid esse, quodcunque esse sit illud, siue substantiale, siue accidentale, potest dici forma, sicut homo, cum sit potentia albus, fit per albedinem actu albus, & sperma, cum sit potentia homo, fit actu homo per animam, & quia forma facit esse in actu, ideo dicitur quod forma est actus. Quod autem facit esse actu substantiale, dicitur forma substantialis, & quod facit actu esse accidentale, dicitur forma accidentalis. Et quia generatio est motus ad formam duplici formæ respondet duplex generatio. Formæ substantiali respondet generatio simpliciter, formæ accidentali respondet generatio secũdum quid. Quãdo enim introducitur forma substantialis, dicitur aliquid fieri simpliciter, sicut dicimus homo fit, vel homo generaretur, quando autem introducitur forma accidentalis, non dr̃ aliquid fieri simpliciter, sed fieri hoc, sicut quando homo fit albus, non dicitur, simpliciter hominem fieri, vel generari, sed fieri vel generari album, & huic duplici generationi opponitur duplex corruptio. s. simplex & secundum quid. Generatio vero & corruptio simpliciter non sun• ni•i in genere substantiæ. Generatio vero & corruptio secundum quid sunt in omnibus alijs generibus, & quia generatio est quædam mutatio de non esse, vel de non ente ad esse vel ad ens, econtrario vero corruptio debet esse de esse vel ente, ad non esse vel nõ ens. Non autem, ex quolibet non esse fit generatio, sed ex non ente, quod est ens in potentia, sicuti dolũ ex cupro, quod est idolum in potentia, & non actu. Ad hoc autem ꝙ fit generatio, tria requirun ur. s. ens in potẽtia, quod est materia, & non esse actu, quod est priuatio, & id per quod fit actu, quod est forma, sicut quando ex cupro fit idolum, cuprum, quod est in potentia ad formam idoli, est materia, hoc autem quod est infiguratũ, siue incompositum est priuatio, figura autem a qua dr̃ idolum est forma, non autem forma substantialis, quia cuprum ante aduentum figuræ habet esse actu, & eius esse non dependet ab illa figura, sed est forma accidentalis, omnes enim formæ artificiales sunt accidentales, ars enim non operatur nisi circa id, quod iam constitutum est in esse perfecto a natura. Sunt igitur tria principia naturæ. s. materia, forma, & priuatio, quorũ. s. forma est id, propter quod fit generatio, alia duo sunt ex parte eius, ex quo est generatio. Vnde materia & priuatio sunt idem subiecto, sed differũt ratione, idem enim est æs & infiguratum ante aduentum formæ, sed ex alia ratione dr̃ æs, & ex alia infiguratum. Vnde priuatio dr̃ principium non per se, sed per accidens, quia. s. coincidit cum materia, sicut dicimus, quod est per accidens ꝙ Medicus ædificat. Non enim ex eo quòd Medicus, sed ex eo quod domificator est, quod coincidit Medico in eodem subiecto. Sed duplex est accidẽs. s. necessarium, quod non separatur a re, sicut risibile homini, & non necessarium, quod separatur sicut albũ ab homine, vnde licet priuatio sit principium per accidens, non tamẽ sequitur, quod non sit necessarium ad generationem, quia materia a priuatione nunquam denudatur, inquantum enim est sub vna forma habet priuationem alterius, & econtrario, sicut in igne est priuatio aeris, & in aere est priuatio ignis. Et sciendum, quod cum generatio fit ex non esse, nõ dicimus ꝙ negatio sit principiũ, sed priuatio, quia negatio non determinat subiectum. Non videre enim potest dici etiam de non entibus, vt chimera non videt, & iterum de entibus, quæ non sunt nata habere visum, sicut de lapidibus, sed priuatio non dicitur nisi de determinato subiecto, in quo. s. natus est fieri habitus, sicut cæcitas non dr̃, nisi de his, quæ sunt nata videre, & quia generatio non fit ex non ente simpliciter, sed ex non ente quod est in aliquo subiecto, & non in quolibet, sed in determinato, non enim ex quolibet nõ igne fit ignis, sed ex tali non igne, circa quem nata sit fieri forma ignis, ideo dicitur, quòd priuatio est principium & non negatio, sed in hoc differt ab alijs, quia alia sunt principia & in esse & in fieri, ad hoc enim quod fiat idolum, oportet quod sit æs, & ꝙ vlterius sit figura idoli, & iterum, quando est iam idolum, oportet hæc duo esse, sed priuatio est principium in fieri, & nõ in esse, quia dum fit idolum, oportet quòd non sit idolum, si enim esset, non fieret, quia quicquid fit, non est nisi in successiuis, vt in tempore, & motu. Sed ex quo iam idolum est, non est ibi priuatio idoli, quia affirmatio, & negatio nõ sunt simul. Similiter nec priuatio, & habitus, item priuatio est principium per ac-

Materia prima quomodo distinguatur a subiecto.

Generatio secundũ qd in alijs generibus a substantia inuenitur.

Magis priuatio principium est naturæ, quam negatio.

cidẽs, vt ſupra eſt expoſitũ. Alia vero ſunt principiã per ſe. Ex dictis ergo patet, ꝙ materia ꝑ ſe differt a forma, & priuatione ſm rõnẽ. Materia.n. eſt id in quo intelligitur forma, & priuatio, ſicut in cupro intelligit̃ forma & infiguratũ. Qñq. tñ materia denominatur cũ priuatione, qñque ſine priuatione, ſicut æs, cũ ſit materia idoli nõ importat priuationẽ, qa ex hoc ꝙ dico æs, non intelligitur incõpoſitũ, ſiue infiguratũ. Sed farina, cum ſit materia reſpũ panis, importat in ſe priuationẽ formæ panis, quia ex hoc ꝙ dico farina, ſignificat̃ incõpoſitio ſiue inordinatio oppoſita formæ panis. Et qa in gñatione materia ſiue ſubiectũ pmanet, priuatio vero non, nec cõpoſitũ ex materia & priuatione, iõ materia quæ nõ importat priuationẽ, eſt pmanẽs, q̃ aũt importat, ẽ tráſiẽs. Et ſciẽdum ꝙ q̃dã materia hẽt cõpoſitionẽ formæ ſicut æs, cũ ſit materia reſpũ idoli, ipsũ tñ æs eſt cõpoſitũ ex materia & forma, & ideo æs non dr̃ materia prima, quia habet formam. Illa autem materia quæ intelligitur ſine qualibet forma & priuatione, ſed eſt ſubiecta formæ & priuationi, dr̃ materia prima propter hoc, quod ante ipſam non eſt materia alia, & hæc etiam dr̃ hyle, hoc eſt chaos, vel cõfuſio Græce. Et quia, omnis definitio & omnis cognitio eſt per formam, iõ materia prima non poteſt per ſe definiri nec cognoſci, ſed per comparationem ad formã, vt dicatur, ꝙ illud eſt materia prima, quòd hoc modo ſe habet ad omnes formas & priuationes, ſicut eſt idolum & infiguratum, & hæc dr̃ ſimpliciter prima. Poteſt etiam aliquid dici materia prima reſpectu alicuius generis, ſicut aqua reſpectu liquabiliũ, quæ tamẽ non eſt prima ſimpliciter, qa eſt compoſitum ex materia & forma, vnde habet materiam priorem. Et ſciendũ eſt quod materia prima & etiam forma nõ generatur, neque corrumpitur, qa omnis generatio eſt ex aliquo ad aliquid. Id autem ex quo eſt generatio, eſt materia, id autem, ad quod eſt generatio, eſt forma. Si ergo materia & forma generarentur, materiæ eſſet materia, & formæ eſſet forma, & ſic in infinitũ, vnde generatio non eſt niſi cõpoſiti proprie loquendo. Sciendum eſt etiam, quod materia prima dr̃ vna numero in omnibus, ſed vnum numero dr̃ duobus modis. ſ. quod habet vnam formam determinatam in numero, ſicut Socra. & hoc modo materia prima non dr̃ vna numero, cum in ſe non habeat aliquam formã. Dr̃ etiam aliquid vnum numero, quia eſt ſine diſpoſitionibus, quæ faciunt differre ſecundum numerum: & hoc modo dr̃ materia prima vnum numero, quia intelligitur ſine omnibus diſpoſitionibus, quæ faciunt differre numero, vel a quibus eſt differentia in numero. Sciendum etiam, ꝙ licet materia prima nõ habeat in ſua rõne aliquam formam vel priuationem, ſicut in ratione æris non eſt figuratum vel infiguratum, materia tamen nunquam denudatur a forma & priuatione, quandoq. enim eſt ſub vna forma, quandoque ſub alia, per ſe aũt nunquam poteſt eſſe, quia, cum in rõne ſua non habeat aliquam formam, nõ poteſt eſſe in actu, cum eſſe actu non ſit niſi a forma, ſed ſolum in potentia, & ideo quicquid eſt in actu, non põt dici materia prima. Ex dictis ergo patet, tria eſſe principia naturæ. ſ. materiam, formã & priuationem. Sed non ſunt hęc ſufficiẽtia ad gñationem, quod enim eſt in potentia non poteſt ſe reducere ad actum, ſicut cuprum, qd̃ eſt in potẽtia ad idolũ non facit ſe idolum, ſed indiget operante, ad hoc quod forma idoli exeat de potẽtia in actum. Forma etiã non poteſt ſe extrahere de potentia in actum, & loquor de forma generati, quam dicimus eſſe terminũ generationis. Forma enim non eſt niſi in facto eſſe, qd̃ autẽ operatur eſt in fieri. i. dum res fit, oportet ergo præter materiam & formam aliqd̃ principium eſſe, quod agat. Et hoc dr̃ cauſa efficiens, vel mouens, vel agens, vel vnde eſt principium motus, & quia vt dicit Ariſt. in Secundo Met. omne quod agit non agit niſi intendẽdo aliquid, oportet eſſe aliud quartum, id. ſ. quod intẽditur ab operante & hoc dr̃ finis. Et ſciẽdum quod licet oẽ agens tã naturale quam voluntarium intendat finem, non tamẽ ſequitur quod omne, agens cognoſcat finem vel deliberet de fine. Cognoſcere autem finem eſt neceſſariũ in his, quorum actiones non ſunt determinatæ, ſed ſe habent ad oppoſita, ſicut ſunt agentia voluntaria, & iõ oportet, quod cognoſcant finem, per quem ſuas actiones determinent. Sed in agentibus naturalib. ſunt actiones determinatæ, vnde non eſt neceſſarium eligere ea, quæ ſunt ad finem. Et ponit exemplum Auic. de Cythared; quem non oportet de qualibet percuſſione chordarũ deliberare, cũ percuſſiones ſin determinatæ apud ipſum, alioquin eſſet inter percuſſiones mora, qd̃ eſſet abſonum. Magis aũt vr̃ de operante volũtariè qd̃ deliberet quam de agente naturali. Et ita patet per locum a maiori, ꝙ ſi agẽs voluntarie, de quo magis vr̃, nõ deliberat aliqñ, ergo nec agens naturale, ergo poſſibile eſt agens naturale ſine deliberatione intẽdere finem, et hoc intẽdere nihil aliud eſt quam hr̃e naturalẽ inclinationẽ ad aliqd. Ex dictis patet ꝙ ſunt quatuor cauſæ, ſ. materialis, efficiẽs, formalis, & finalis. Licet autem principiũ & cã dicãtur cõuertibiliter, vt dr̃ Quinto Meta. tñ Ariſt. in lib. Phy. ponit quatuor cauſas & tria principia. Cauſas.n. accipit tã pro extrinſecis, quã pro intrinſecis, materia aũt & forma dr̃r intrinſeca rei, eo ꝙ ſunt partes cõſtituẽtes rẽ: efficiẽs aũt & finalis dr̃r extrinſecæ, quia ſunt extra rem. Sed per principia accipit ſolum cauſas intrinſecas, priuatio autem nõ nominatur inter cauſas, quia eſt principium per accidens, vt dictum eſt. Et cũ dicimus quatuor eſſe cãs, intelligimus de cauſis per ſe, ad quas tamen omnes cauſæ per accidens reducuntur, quia omne quod eſt per accidens, reducitur ad id quod eſt per ſe. Et licet Ari. ponat principia pro cauſis intrinſecis in primo Phyſic. vnde vt dr̃ Quinto Meta. principium proprie dicitur de cauſis extrinſecis, elementum vero de cauſis, quæ ſunt partes rei, ſ. de cauſis intrinſecis, cauſa vero de vtriſq. tamen aliquando ponitur vnum pro alio. Omnis.n. cauſa poteſt dici principium, & omne principium cauſa, ſed tamen cauſa videtur addere ſupra principium communiter dictum, quia id quod eſt principium, ſiue ex eo conſequatur eſſe poſterioris, ſiue non, poteſt eſſe principiũ, ſicut faber dicitur principium cultelli, quia ex eius operatione cultelli eſt eſſe. Sed quando aliquid mouetur de albedine in nigredinẽ, dicitur quod albedo eſt principium illius motus, & vniuerſaliter omne id, a quo incipit motus, dicit̃ principium, tamen albedo non eſt id, ex cuius eſſe conſequitur eſſe poſterioris. ſ. nigredinis, ſed cauſa ſolum dicitur de illo principio, ex quo conſequitur eſſe poſterioris. Vnde dr̃ quod cauſa eſt id, ex cuius eſſe conſequitur aliud, & ideo illud principiũ, a quo incipit motus, non poteſt dici per ſe cauſa, & ſi dicatur principium, & propter hoc priuatio ponitur inter principia, & nõ inter cauſas, quia priuatio eſt id, a quo incipit generatio, ſed poteſt dici etiam cauſa per accidens in quantũ coincidit cum materia, ſicut ſupra dictum eſt. Elementum autem non proprie dr̃ niſi de cauſis, ex quib. eſt cõpoſitio rei, q̃ proprie sũt materiales, & iterũ nõ de qualibet cã materiali, ſed de illa, ex qua ẽ prima cõpoſitio, ſicut nõ dicimus ꝙ mẽbra ſint elemẽta hoĩs, quia membra ẽt cõponuntur ex aliis. Sed dicimus ꝙ terra, & aqua sũt elementa, qa nõ cõponuntur ex aliis corporibus, ſed ex ipſis eſt prima cõpoſitio corporũ naturaliũ. Vnde Ari. Quinto Meta. dicit quod elementum eſt, ex quo componitur

Materia prima ex ſe incognoſcibilis eſt, ſed analogicè ad formam cognoſci põt.

Præter materiã, & formam, ac priuationem ſunt alia & rerum naturalium principia.

Cauſæ quatuor ſunt, & quæ principia de quibus etiã lege primum Phyſi.

Elementa naturaliu m quæ.

ponitur

ponitur res primo, & est in ea, & nõ diuiditur secundũ formam. Expositio primæ particulæ, s. id ex quo cõponitur res primo, patet per ante dicta. Secunda particula, s. & est in ea, ponitur ad differentiam illius materiæ, quę ex toto corrumpitur per generationem, sicut panis est materia sanguinis, sed nõ generatur sanguis nisi corrũpatur panis. Vnde panis nõ remanet in sanguine, vnde non potest dici panis elemẽtum sanguinis, sed elemẽta oportet aliquo modo manere, cum non omnino corrũpantur, vt dr̃ in lib. de Generatione. Tertia particula. s. & non diuiditur secundũ formã idest speciem, ponit̃ ad drĩam eorũ, quæ habent partes diuersas in forma. i. in specie, sicut manus, cuius partes sunt caro, & ossa, quæ differũt sm̃ speciem, sed elemẽtum non diuiditur in partes diuersas secundum speciem, sicut aqua, cuius quælibet pars est aqua. Non enim oportet ad esse elementi vt non diuidatur per quantitatem, sed sufficit si non diuidatur secũdum formam. Et si etiam nullo modo diuidatur dicitur elementum, sicut literę sunt elemẽta dictionum. Patet ergo ex dictis, quod principium aliquo modo est plus quam causa, & causa plus quam elementum. Et hoc est quod dicit Commenta. in Quinto Metaphy.

Caput secundum. Quorundam, quæ de causis dici solent, redditur ratio.

Viso autem quod sunt quatuor genera causarũ, sciẽdum est, q̃ non est possibile quod idem habeat plures causas, vt idolum, cuius causa est cuprum, & artifex. Artifex vt efficiens, cuprum autem vt materia. Nec est impossibile, vt idem sit causa contrariorum, sicut gubernator est causa salutis nauis, & submersionis, sed huius per suam absentiam, illius per suam præsentiam, vt dicit Philosophus Secundo Phy. Sciendum est etiam q̃ non est impossibile, vt aliquid idem sit causa & causatum, nõ quidem respectu eiusdem, sed diuersimode, vt ambulatio est aliqñ causa sanitatis vt efficiens, sed sanitas est cã deambulationis, vt finis, deambulatio. n. est aliqñ causa sanitatis, & propter sanitatem: & etiam corpus est materia animæ, anima vero forma corporis. Efficiens vero dr̃ causa respectu finis, cum finis non sit in actu, nisi per operationem agentis, sed finis dr̃ causa efficientis, cum efficiens non operetur, nisi per intentionem finis, vnde efficiẽs est causa illius quod est finis, vt puta deambulatio, vt sit sanitas, non tamen facit finẽ esse finem, & ideo nõ est causalitatis finis. i. non facit finẽ esse cãm finalem, sicut Medicus facit sanitatem esse in actu, non tñ facit quod sanitas sit finis. Finis etiam non est causa illius, q̃ est efficiens, sed est causa vt efficiens sit efficiens. Sanitas. n. nõ facit Medicũ esse medicũ, & dico de sanitate, quæ fit operante Medico, sed facit qđ Medicus sit efficiens. Vnde finis est causa causalitatis efficiẽtis, quia facit efficientem esse efficiens. Et similiter facit materiam esse materiam, & formam esse formam, cum materia non suscipiat formam nisi propter finem, & forma non perficiat materiam nisi per finem, vnde dr̃, quod finis est causa causarum, quia est causa causalitatis in omnib. causis, materia etiã dr̃ cã formæ, inquantũ forma non est nisi in materia, & similiter forma est cã materiæ, inquantum materia nõ habet esse in actu, nisi per formam. Materia. n. & forma dicuntur relatiue ad inuicem, vt dr̃ Secundo Physic. Dicuntur etiã relatiue ad compositum, sicut pars ad totũ, & sicut simplex ad compositum, similiter compositum dr̃ ad partes. Sed quia omnis causa, inquantum causa, est naturaliter prior suo causato, sciendum est, q̃ prius dr̃ duobus modis, vt dicit Arist. in Tertio de animali. per quorum diuersitatem potest dici aliquid prius, & posterius respectu eiusdem, & causa & causatum. Dr̃ enim aliquid prius altero gñatione, & tẽpore, & iterum substantia, & complemento. Cum enim operatio naturæ procedat ab imperfecto ad perfectum, & ab incompleto ad completum, imperfectum est prius perfecto. i. generatione, & tempore, sed perfectum est prius imperfecto substãtia, sicut potest dici quod vir est ante puerum secundũ substantiam & complementum, sed puer est ante virũ generatione & tempore. Sed licet in rebus generabilibus imperfectum sit prius perfecto, & potentia actu, cõsiderando q̃ in vno, & eodem prius est imperfectum quam perfectum, & potentia quam actus, simpliciter tñ loquendo oportet actum & perfectum prius esse, quia quod reducit potentiam ad actum, actus est, & quod pficit imperfectum perfectũ est. Materia quidẽ est prior forma generatione & tpe: prius est. n. id, cui aliquid aduenit, quam id quod aduenit. Sed forma est prior materia substantia, & complemento, quia materia nõ habet esse completum nisi per formam. Similiter & efficiens est prius fine gñatione & tpe, cũ ab efficiente fiat motus ad finẽ. Sed finis est prior efficiente, inquantum est efficiens & substantia & complemẽto: cũ actio efficientis non compleat̃ nisi p finẽ. Ergo istæ duæ causæ, s. materialis & efficiẽs. sunt prius per viam gñationis, sed forma & finis sunt prius per viam perfectionis. Et notãdũ q̃ duplex est necessitas absoluta, & conditionalis. Necessitas quidem absoluta est, quæ procedit a causis prioribus in uiam generationis, quæ sunt materia & efficiẽs sicut necessitas mortis, q̃ prouenit ex materia & dispositione contrariorum componentium, & hæc dr̃ absoluta quæ non hẽt impedimẽtum, dr̃ etiam necessitas materię. Necessitas autem condõnalis procedit a causis posterioribus in gñatione, s. forma, & fine, sicut dicimus, quod necessarium est esse conceptionẽ, si debeat gñari homo, & ista dr̃ condõnalis, quia hanc mulierem concipere non est necessarium simpliciter, sed sub condõne. s. si debeat generari homo, & hæc dr̃ necessitas finis. Et notandum q̃ tres causæ possunt incidere in vnum. s. forma, finis, & efficiens, sicut patet in generatione ignis. Ignis. n. gñat ignẽ, ergo ignis est cã efficiẽs inquantum generat, & iterum ignis est cã formalis, inquantum facit esse actu quod prius erat in potentia, & iterũ finis est, inquantum terminantur ad ipsum operationes agẽtis, & inquantum est intentus ab agẽte, sed duplex est finis. i. generationis & rei gñatæ, sicut patet in gñatione cultelli. Forma. n. cultelli est finis gñationis. Sed incidere, q̃ est operatio ipsius cultelli, est finis gñati. s. cultelli. Finis aũt gñationis coincidit cum duab. dictis causis, aliqñ. s. qñ fit gñatio a simili in specie, sicut hõ gñat hoĩẽ, & oliua oliuam, quod non põt intelligi de fine rei gñatæ. Sciendum tñ, quod finis incidit cum forma in idem numero, quia est idem numero, quod est forma generati, & finis generationis, sed cum efficiente nõ incidit in idem numero, sed in idem specie. Impossibile est. n. vt faciens & factũ sint idẽ numero, sed possunt esse idem specie. Vnde quando hõ generat hominem, hõ gñans & generatus sũt in numero diuersi, sed idem specie. Materia aũt non coincidit cũ aliis, quia materia, ex eo qđ est ens in potentia, habet rõnem imperfecti, perfectum autem & imperfectum non coincidunt in idem.

Quomodo causæ semp effectu priores.

Necessitatis absoluta, & conditionatæ natura.

Caput Tertium. Causarum nonnullæ afferuntur diuisiones, earum etiam proprietates quædam enarrantur.

Perfectũ & imperfectũ in idem nõquam coincidunt.

Viso ergo quòd quatuor sunt causæ. s. efficiens, formalis, materialis, & finalis, sciẽdum est, quòd quælibet ipsarum causarum dicitur multis modis. Dicitur

tur.n.aliquid causa per prius,aliquid causa per posteri' sicut dicimus quod ars,& Medicus sunt causa sanitatis, sed ars est causa per prius, & Medicus per posterius,& similiter in causa formali & in aliis causis. Et nota qđ semper debemus ducere quęstionem ad causam primā, vt si quęratur,quare iste sanus.Respondendum est,qđ Medicus sanauit eum,& iterum quare Medicus sanauit eum,propter artem sanandi quam habet.Sciendum est etiam,quod idem est dictu causa propinquior,qđ causa posterior,& causa remota,qđ causa prior. Vnde istæ duæ diuisiones causarū,aliqua per prius, aliqua per posterius,& causarum aliqua propinqua,aliqua remota, idem significant.Hoc autem obseruandum est,qđ semper illud quod vniuersalius est,causa remota dr̄, quod autem specialius causa propinqua,sicut dicimus, quod forma hominis propinqua est sua definitio.s.animal rationale,sed animal est magis remotum, & iterum substantia remotior. Omnia enim superiora sunt formæ inferiorum,& similiter materia idoli propinqua est cuprum,sed remota est metallum,& iterum remotior corpus.Item causarum alia est causa per se, alia per accidens.Causa per se dr̄, quæ est causa alicuius rei in quantum huiusmodi,sicut ædificator est causa domus, & lignum materia scamni. Causa per accidens dr̄ illa,quæ accidit causæ per se, sicut dicimus quod Grammaticus ædificat.Grammaticus enim dicitur causa ædificās per accidens,non inquantum Grammaticus,sed in quantū accidit ædificatori,quod sit Grammaticus, & similiter est in aliis causis.Item causarum quædam est simplex, quædam composita.Simplex causa quando solum causa dicitur illud,quod per se est causa,uel solum id quod per accidens est,ut si dicamus ædificatorem esse causā domus, & similiter si dicamus, Medicum esse causam domus. Composita autem causa est quando utraque dr̄ causa,ut si dicamus ædificator medicus est causa domus,potest etiam dici causa simplex, secundum quod exponit Auic.illud,quod sine adiunctione alterius est causa,sicut cuprum est causa idoli,sine adiunctione alterius materiæ,ex cupro enim fit idolū, & sicut dicitur quod Medicus facit sanitatem,uel quod ignis calefacit. Composita autem causa est quando oportet plura advenire ad hoc quod sit causa, sicut vnus homo non est causa motus nauis,sed multi,& sicut unus lapis non est materia domus,sed multi. Item causarum quędam est actu,quædam potentia.Causa in actu est quæ causat actu rem,vt ędificator,dum ędificat,vel cuprum cum ex eo fit idolum.Causa in potentia est,quæ licet non causet rem in actu,potest tamē causare,sicut ędificator,nō quod ædificet,sed quia potest ædificare,& cuprum dū non est idolum. Et sciendum,quod loquendo de causis in actu,necessarium est causam, & causatum simul esse,ita qđ si unum sit,& alterum.Si.n.sit ædificator in actu,oportet qđ ædificet,& si sit ædificatio in actu, oportet,qđ sit ædificator in actu,sed hoc non est necessarium in causis quæ solum sunt in potentia.Sciendum est autem,quod cā vniuersalis comparatur causato vniuersali, & causa singularis comparatur causato singulari sicut dicimus,quod ędificator est causa domus,& hic ædificator huius domus.Sciendum est etiam,quod loquendo de principiis intrinsecis.s.materia & forma secundum conuenientiam, & differentiam principiatorum, & conuenientiam & differentiam principiorum, quædam sunt idem numero, vt Socra.& hic homo,demonstrato Socra.quædam sunt diuersa numero, & idē specie,sicut Socra.& Plato,qui licet differant,numero, conueniunt tamen in specie humana. Quædam vero differunt in specie,sed sunt idem genere,sicut homo,& asinus conueniunt in genere animalis. Quædam vero non sunt diuersa in genere,sed sunt idem solum secundum analogiam,sicut substantia & quantitas,quæ non conueniunt in aliquo genere,sed conueniunt solum secundum analogiam.Conueniunt enim solum in eo,qđ ens,ens autem non est genus, quia non prædicatur vniuocè,sed analogicè. Et ad huius intelligentiam sciendum est, quod tripliciter aliquid prædicatur de pluribus.s.vniuocè,æquiuocè,& analogicè.vniuocè quidē prædicatur aliquid secundum idem nomen, & secundum rationem eandem,i.definitionem, sicut animal prædicatur de homine,& asino, vtrunque enim dr̄ animal,& est substantia animata sensibilis,quod est definitio animalis.Aequiuocè prædicatur,quod prædicatur de aliquibus secundum idem nomen, & secundum diuersam rationem,sicut canis dr̄ de latrabili,& sydere cœlesti,qui conueniunt in nomine,& non in definitione neque significatione,sed enim,quod significatur per nomē,est definitio,sicut dr̄ Quarto Meta.Analogicè dr̄ prædicari,quod prædicatur de pluribus quorum rationes & definitiones sunt diuersæ,sed attribuuntur vni alicui eidē, sicut sanum dr̄ de corpore animalis,& de vrina,& potione,sed non ex toto idem significat in omnibus trib. Dr̄ enim de vrina,vt de signo sanitatis, de corpore,vt de subiecto,de potione,vt de causa,sed tamen omnes istæ rationes attribuuntur vni fini.s.sanitati. Aliquādo enim ea,quæ conueniunt,secundum analogiam,& proportionem,& comparationem,attribuuntur vni fini,sicut patuit in prædicto exemplo sanitatis. Aliquando vni agenti,sicut Medicus dr̄ de eo, qui operatur per artem,& de eo qui operatur sine arte, vt vetula,& etiam de instrumentis,sed per attributionem ad vnum genus, quod est medicina. Aliquando autem per attributionē ad vnum subiectum,vt ens dr̄ de substantia, quantitate,qualitate,& aliis prædicamentis. Non enim ex toto est eadem ratio,quia substantia est ens, & qualitas,& omnia alia. Sed omnia dicuntur ens ex eo quod attribuuntur substantiæ,quæ est aliorum subiectum,& ideo ens dr̄ per prius de substantia, & per posterius de aliis, & ideo ens non est genus substantiæ & aliorum prædicamentorum,quia nullum genus prædicatur secundum prius & posterius de suis speciebus,sed ens prædicatur analogicè,& hoc est quod dicimus,quod substantia,& quantitas differunt genere, sed sunt idem secundum analogiam.Eorum ergo, quæ sunt idem numero,etiam forma & materia sunt idem numero,sicut Tulli,& Ciceronis. Eorum autem quæ sunt idem specie diuersa numero,materia , & forma,non sunt eadem numero, sed specie,sicut Socratis,& Platonis,& similiter eorum quæ sunt idem genere, principia sunt idem genere,vt anima,& corpus asini,& equi differunt specie, sed sunt idem genere,& similiter eorum,quæ conueniunt secundum analogiam,siue proportionem tantum, principia quidem sunt eadem secundum analogiam tantum,siue proportionem.Materia enim & forma, & priuatio,siue potentia & actus sunt principia substantiæ, & aliorum generum,tamen materia substantiæ,& quātitatis, & forma similiter & priuatio differunt genere,sed conueniunt secundum proportionem solum in hoc, quod sicut materia substantiæ se habet ad substantiam in ratione materiæ, ita se habet materia quantitatis ad quātitatem:sicut tamen substantia est cæterorum causa,ita principia substantiæ sunt principia omnium aliorum.

Libelli de principijs rerum natura
luam,finis.

Propinqua, ac remota causa, quo dicatur.

Causa per se & per accidens.

Causarum alia simplex, alia composita.

Causarum quędā actu, quædam potentia dicit, positaque cū in actu, ponitur esse in actu.

Tripliciter aliquid, de aliquib. prædicatur, vniuoce, æquiuoce, & analogice.

D. THOM. AQVINATIS DE NATVRA MATERIAE LIBER VNVS.

Caput Primum. Quod materia prima non potest, nisi per creationem in esse produci, & quod ipsa est primum subiectum in generatione Physica.

POstquam de principiis sermo habitus est, remansit plenius naturam materiæ consideeare. Sciẽdum est ergo, ꝙ ad materiam causalitas creaturæ non se extendit, quia actio creaturæ super aliud fundatur, materia autem non habet subiectum aliquod, de quo per actionem educi possit, quia materiæ non est materia, vnde materia non est generabilis, nec corruptibilis, quia omne quod generatur ex materia generatur, & quod corrũpitur in materiam corrumpitur, quia materia est principium primum, ex quo aliquid fit, & vltimum, in ꝙ abit quod corrumpitur, secundum Phil. I. Phy. Vnde ipsa non nisi ex nihilo producitur, & nõ nisi in nihilum definere potest. Sicut autem ex nihilo creatura nõ potest aliud producere, ita ex subtractione virtutis creatæ corrumpitur aliquid in nihilum. Creatura ergo materiam causare non potest. Et quia omne agens physicum mediante instrumento corporeo agit, actio autem quæ ꝑ corpus exercetur, motus est, ideo omnis actio agentis Physici in motu est, motus autem in mobile est, vt in subiecto, sicut dr̃ 3. Phy. Materia autem mobilis nõ est, quia in omni eo quod mouetur, necesse est materiam imaginari, vt dr̃ 2. Met. Omne enim mobile habet partem & partem, materia autem non habet partem, nisi sub quantitate. Subiectum ergo actionis Physicæ erit mobile in quantum actu existens. Vnumquodque vero mobile mouetur motu proprio per qualitatem sibi inhærentem, quæ est sibi principium passiuum sui motus, cuiusmodi sunt grauitas & leuitas in motu locali, his enim qualitatibus inest virtus generantis ad motũ localem in istis inferioribus. Inde est, quòd quandoque hæ qualitates dicuntur principia actiua motus, inquantum sunt instrumenta generantis, quod est mouẽs principale grauium & leuium, quandoque vero passiua, inquantum sunt effectus generantis. Effectus enim rationem passiui habet, quia per passionem subiecti efficit, de quo educitur. Quædam enim agentia nõ solum proprios effectus causant, sed etiam simul sua instrumẽta, vt generans ignem, non solum causat motum eius, sed ad motum eius facit leue in igne. Vnde quandoque actiuum, quandoque passiuum principium motus dicitur. Hæ autem qualitates mobilium, non possunt esse qualitates primæ, quia solum ordinantur ad ea, quæ sũt extranea rei ad motum, scilicet localem, per quem non acquiritur rei aliqua forma substantialis, & ideo necesse est aliquas formas præcedere in re, quæ sunt instrumenta generantis in acquisitione formæ substantialis. Hãc. n. necesse est præcedere omnem motum localem ipsius, quia motus localis requirit quantitatem in mobili, & partem & partẽ. Forma aũt substantialis oẽm quãtitatem præcedit, actio autem generantis in productione formæ substantialis est alteratio, cuius terminus est spoliatio materiæ a forma priori, & inductio nouæ formæ, & sic corruptio vnius est generatio alterius. Quoniam vero alteratio est actio Physica, actio autem Physica per instrumẽtum corporeum perficitur, vt dictum est, & omnis talis actio per motum exercetur, ideo alteratio, cuius terminus est generatio, requirit subiectum actu existẽs vt mobile, graue, vel leue. Alteratio autem motus est, vt dr̃ 5. Physi. Quia ergo in termino cuiuslibet motus quædam quies inuenitur secũdum naturam ipsius motus, vt in motu locali est quies secundum locũ terminans ipsum motum, in motu autem dealbationis quies est ipsa albedo terminans ipsam dealbationem, ideo in fine dealbationis quies est inductio formæ substantialis. Alteratio ergo per quam spoliatur materia priori forma, in se requirit subiectum actu existens, quia ipsa motus est, vt dictum est. In suo autem termino non requirit subiectum actu existens, terminus autẽ eius est generatio. Vnde generatio non requirit subiectum, nisi in potentia tm̃. Hoc autem solum manet in generatione, quia subiectum necessario manet cum eo, cuius est subiectum. Quoniam ergo generatio non est motus, sed mutatio, vt dr̃ 5. Phy. cum generatio sit terminus actionis physicæ, s. alterationis, quæ propter naturam motus requirit semper subiectum actu existens, materia quæ est subiectum generationis, nunquam est sine forma, ideo agens, in cuius actione non oportet ꝑcedere aliquem terminum actionis, potest ex materia aliquid educere sine alteratione aliqua siue ex nihilo, siue aliquo motu præsupposito. Actio nanque sua, cum non sit motus, neque terminus motus ens, in potentia tantum, transmutare potest subito sine vlla alteratione præcedente, quia tempus non requiritur, quod mensuret actionem rei naturalis, nisi propter motum adiunctum. Vnde non foret necessarium materiam vniri formæ per actionem diuinam, cui subijceretur forma vnita, sed per actionem physicam, quæ non attingit ens in potentia tantum, sed in suo termino, vbi cessat motus. Ex termino ergo actionis physicæ, sumi potest via ad naturam materiæ inquirẽdam, sicut facit Philosophus in primo Physico.

Caput Secundum. Qualiter per mutationem formarum deuenitur in cognitionem materiæ, & secundum quam rationem materia est principium indiuiduationis.

COnsiderandum est ergo, quod terminus actionis physicæ est duplex. s. primus & secundus. Primus est generatio, quæ est terminus alterationis physicæ. Secundus vero est forma, quæ est finis generationis, licet non semper vi generationis inducatur forma, quæ est finis generationis, sicut patet de anima humana, quæ non introducitur per agẽs physicum, vnde primus terminus actionis physicæ in generatione humana est dispositio sufficiẽs ad introductionem animę, quæ a Philosopho dr̃ generatio in 2. Phy. quia homo generat hominem & Sol. Proprie vero generatio est, quando forma ex natura generantis generato adiũgitur, quod fit, quando principium actionis non excedit modum agendi in nulla sua virtute, sicut patet de omnibus formis materiæ immersis. Tales enim formæ non secundum aliquid sunt principium agendi, quasi aliquid sui sit nõ immersum materiæ, aliquid vero immersum, sed omnino sunt principium actionis rerum, quarum sunt forma, ideo ex ui actionis fit aliquid simile in specie in genere talium rerum. Sed anima hominis excedit modũ actionis suæ, & generationis, quia anima hominis non est forma materiæ penitus immersa. Generatiua enim potentia hominis non est tota virtus animæ humanæ, sed una pars eius, quæ conditiones materiæ non excedit, & ideo in generatione hominis non attingitur ad idem specie ex vi generationis, sicut in aliis. Quantumcunque enim materia secundum naturam disponatur ad animam humanam, Deus tamẽ posset eam nõ creare. Ex generatione ergo, quæ est primus termin' actionis physicæ, accipi potest, quæ sit natura materiæ.

Cum.n.non requiratur aliud subiectum actu in actione physica, nisi propter motum, sicut de alteratione dictum est: & subiectum necesse sit manere in toto motu, sequitur necessario, q quandiu est aliquid de natura alterationis & motus, subiectũ esset in actu. Cum vero mot' alterationis deficit, deficit subiecti actualitas, hęc aũt est in eius termino qui est gñatio. Vñ in gñatione necessario tota actualitas subiecti alterati peribit. Solũ ergo ens in potentia manet in gñatione. Eius aũt in potentia est materia solũ, & ideo materia nuda est subiectum generationis. Cum ergo materia impediat cognitionem, & vnumquodque non cognoscatur, nisi secũdũ q est actu, vt dr̃ 9. Meta. ideo materia non est scibilis, nisi in ordine ad formam, vt dicit Philoso. 1. Phy. ideo formam per prius oportet cognoscere, & per eam requirere naturam materiæ. Forma.n.est terminus actionis physicæ, vt dictum est. Sciendum est ergo, q in termino cuiuslibet motus nihil est in isto quod per motum derelinquitur, sicut in termino motus localis nihil est de loco a quo incipit motus localis, & in termino dealbationis nihil est de nigro, ex quo incipit dealbatio. Cum ergo alteratio ab actu formæ substantialis incipiat, & ipsum cõpositum alteretur alteratione materiæ ad denudandam ipsam ab omni actu quem prius habebat, vt dictum est, in termino eius necessario denudabatur ab actu primo quem habebat. Primum.n.in cõstõne est vltimum in resolutione. Hoc aũt est actus formæ substãtialis. Quod ergo manet derelictum a forma substãtiali, hoc est materia, quia per actionem creaturæ nõ deuenimus in nihil, vt dictum est. Sic ergo per formam cognoscibilis est materia.

Caput tertium. Quod tria sunt genera formarum.

SCiendum autem, q tria sunt genera formarũ, quædam.n.est forma, quæ est ipsum suum esse, & non recipitur ab aliquo priori nec cõicatur alicui posteriori, & talis forma est Deus, & ideo ipse solus est infinitus absolute. Aliæ vero sunt formæ, quæ licet non sint receptæ in materia, tñ non sunt ipsum suum esse, cũ in eis cadat cõpositio essentiæ & esse, & iõ ex vna parte sunt finitæ, & ex alia infinitæ. Finiuntur.n.secundum suum esse sursum terminatum ab alio, sed non deorsum cum non recipiantur in aliquo inferiori. Et hæc est doctrina Comm. in li. de Causis. Aliæ aũt sunt formæ, quæ vndique sunt finitæ, quæ & esse aliunde hñt quod est cõmune oĩ creaturæ, & nihilominus recipiũtur in aliqua materia. Inter quas tñ est magna dr̃ia, quia quanto minus in materia immerguntur, tanto minus finiuntur, & iõ aĩa humana quodammodo est oĩa, vt dr̃ Tertio de Anima. Eo.n.quod non immergitur materiæ, sicut alię formæ, remanet in ea quædam infinitas. Vnde intellectus ad plura se extendit, sensus vero ad pauciora, nec pp hanc maiorem eius extẽsionem spargitur ad multa, sed magis vnitus remanet in acceptione plurium intelligibilium quam sensus in paucis sensibilib. & hoc est pp vnitatem maiorem medij, per qđ ipsa cognoscit, qđ est magis vnũ, quã mediũ quo perficitur sensus cognitio. Ex his ergo constat, & manifestum est, q formæ in se acceptæ vnitæ sunt, & non dispersæ. Cum vero in materia recipiuntur, & ei immerguntur, patiuntur diuisionẽ in sui natura, & iõ cum species formam sequatur in formis separatis a materia non est dr̃ia suppositorum, vel multitudo in eadem specie, seu ratione formali, sed qđlibet suppositum vnite colligit in se totam suam spẽm. In formis vero in materia receptis vna spẽs reperitur in multis suppositis, sed non est a natura materiæ qualitercunq. acceptæ, cum materia sit de natura specierum in rebus materialibus, sed hoc est p receptionẽ formæ in materia, secundum quod est subiectum primum, Cum.n.subiectũ in aliqua specie, seu aliqua pars subiectiua sit prima substantia, quæ indiuiduum dr̃, illud quod tenet rõnem primi subiecti est causa indiuiduationis & diuisionis speciei in suppositis, primum aũt subiectum est, q in alio recipi nõ potest, & iõ formæ separatæ, eo ipso q in alio recipi nõ pñt, hñt rõnem primi subiecti, & ideo seipsis indiuiduantur. Et cum in ipsis non sit nisi forma, est in eis forma secundum rõnem formę, & iõ cum in eis sit idem suppositum, & forma, ex quo seipsis indiuiduantur, in quantum habent rõnem primi subiecti, ad multiplicationem suppositorum multiplicatẽ in eis forma secundum rõnem formæ secundum se, & non per aliud, quia non recipiuntur in alio. Omnis.n.talis multiplicatio multiplicat speciẽ, & ideo in eis tot sũt spẽs, quot sunt indiuidua. In aliis vero formis, vbi est multitudo formæ per receptionem, in alio quod habet rõnem formæ, manet eadem species in diuersis suppositis. Hoc aũt recipiens est materia non qualitercunque accepta, vt dictum est, cum ipsa sit de intellectu physicæ speciei, sed secundum quod habet rõnem primi subiecti, & signatio eius est esse sub certis dimensionibus quæ faciunt esse hoc, & nunc ad sensum demonstrabile. Ad hanc igitur diuisionem formæ non requiritur in materia dimensio aliqua interminata. Materia.n.est principium indiuiduationis, vt est primum subiectum, vt dictum est, & solum sic. Quãdiu.n. manet aliquid vlterius receptibile non inuenitur vltimũ, qđ in nullo natũ est recipi, si aũt sint dimẽsiones interminatæ, necessario erit in materia, ut in subiecto. Materia aũt cũ tribus dimensionib. non est primũ subiectũ, sed secũdum se, & in natura sua, per quem modũ non pertinet ad naturã spẽi, sed prout est in acceptione intellectus, cuius est determinationem, seu intentionẽ speciei percipere. Cũ ergo forma recipitur in materia circunscriptis omnib. per intellectum dimensionib. fit aliquid existẽs in genere substantiæ, & vltimum, completam hñs rõnem indiuidui in substantia, sed non fit hoc, & nunc demõstrabile sine dimẽsionibus determinatis, & certis, quas habere necesse est, eo q forma recipitur in materia, cũ impossibile sit eam recipi in materia, quin constituatur corpus substantiæ, sub cuius propria figura sunt dimensiones ipsæ, & ideo dr̃, quod materia sub certis dimensionibus est causa indiuiduationis, non quòd dimensiones causent indiuiduum, cum accidens nõ causet suum subiectum, sed quia per dimensiones certas demonstratur indiuiduum hoc & nũc, sicut per signum proprium indiuidui, & inseparabile.

Caput Quartum. In quo ponitur opinio Commentatoris de dimensionibus interminatis, & reprobatur.

EX dictis ergo patet, q Auer. errauit in li. de Substãtia orbis, ponendo dimensiones interminatas præesse in materia, & hoc necessario ad productionẽ formarũ substãtialiũ. Cuius rõ potissima est de diuisione, quia diuersæ formæ non pñt recipi in eadẽ parte materiæ, nec materia hẽt partem, & partẽ nisi per quãtitatẽ, nec potest quantitas terminata intelligi, nisi præcesserit forma substantialis, ideo dicit Philosophum posuisse dimensiones interminatas necessarias ad constitutionẽ rerum naturaliũ, & has pręexistere in essentia materię, quæ in aduentu formæ substantialis terminatur. Essentiã vero materię dicit spoliari nõ posse his dimẽsionib. aliter non fieret de corpore corpus, & de dimensionib. dimensiones, quod ipse pro conuenienti habet. Si vero

est aliqua forma, quæ non diuiditur per materiæ receptionem, sicut forma cœli, non est necesse ponere tales dimensiones, & ideo dicit Auic. errasse, quia nõ posuit tales dimensiones, sed voluit primum, quod inest materiæ esse formam substantialem, & ideo multa inconuenientia sequuntur ex dictis Auic. secundum Comm. quia sic non diuideretur forma per materiam, nec reciperetur in materia, nisi forma vna tñ, & illa duraret in perpetuo. Hæc est opinio Auer. de dimensionib. interminatis, cõtra quem rõnes ponere necesse est, vt ver⁹ modus gñationis rerũ inueniat. Posterius vero quõ impossibile, & inconueniens est ponere dimẽsiones interminatas, ostendetur, sic. n. credimus intentionẽ nostram posse impleri. Arguitur itaq. sic. Prædictæ dimensiones, q̃ essentialiter quãtitates sunt, & si nõ actu ad genus quãtitatis pertineant, aut sunt eductæ de potẽtia materię ei subiectæ, aut nõ, si sunt eductæ de potentia materiæ, ergo prius ibi non erant in materia, nisi in potẽtia materiæ, per modum aliquorum, quæ de potentia materiæ educuntur. Spoliari ergo põt materia talib. dimensionibus cuius contrarium ipse dicit, & iterum quod deducit de potentia materiæ educitur per transmutationẽ materiæ. Non aũt est transmutatio in materia, nisi transeũdo de potentia materiæ in actum formæ substantialis, oportet igitur tales dimensiones sequi inductionem alicuius formæ substantialis in materia, sed oẽs dimensiones, quæ sequuntur formam, sunt terminatę ẽm eundẽ, igitur non erunt dimensiones interminatæ eductæ de potentia materiæ. Si vero non sunt eductæ de potentia materiæ, non erunt tñ duo principia in constõne rerũ naturalium, materia. s. & forma, sed etiam tertium. s. dimensiones prædictæ, oẽ. n. quod manet & nõ fit ex aliquo, necesse est esse principium, vt dr̃ Primo Physi. Et iterum accidentia hñt aliqua alia principia a principijs substantiæ. s. dimensiones prædictas, quod ipse Cõmẽ. habet pro se, dicens dimensiones terminatas fieri ex interminatis. Præterea illæ dimẽsiones interminatæ, aut distinguunt partes materiæ ab inuicẽ, aut non. Si distinguunt, cũ omnis distinctio sit ab aliquo actu, materia hñet distinctas partes actu & nõ ab aliqua forma substantiali, quod est impossibile, cum materia nõ habeat esse, nisi a forma substantiali. Si vero non distinguunt, nisi in potentia, ad nihil ponũtur in materia, quia in materia nuda est potentia ad distinctionem partium, quã acquirit introducta forma, quod est totum compositũ ex diuersis partib. Præterea in substantiis prius est intelligere essentias rerũ, quã esse earum, sicut recipiens prius est recepto naturaliter, sed cũ accidentia non habeãt esse in suis essentiis, sed per eorum receptionem in suis subiectis, in quibus hñt esse, naturaliter prius est esse, qđ hñt in suis subiectis, q̃ essentia in consideratione sui generis, impossibile est ergo dimensionum essentias intelligere in materia sine esse. Esse autẽ est primũ omnium actuũ, ergo sine actu non est intelligere dimẽsiones in materia. Pręterea, aut fit vnum ex dimensionibus interminatis, & ex materia, aut non. Si fit vnũ, aut per se, aut per accidens, non per se, quia tunc ex subiecto, & accidente fieret vnũ per se, quod est contra Philosophum. Si per accidẽs, cum omne per accidens ad per se hẽat reduci, ergo oportet præexistere aliqua, ex qb. fiat vnũ per se, hoc aũt nõ est nisi cõpositum ex materia & forma substantiali, necessario ergo præexistit forma substantialis, quibuscunque dimensionib. Si nõ fiat vnum ex materia, & talib. dimensionibus, tunc esse accidentis connumerabitur illi, in quo est, quod est impossibile, nisi essent duo distincta ab inuicem, non ergo erũt dimensiones interminatæ in materia ante formam substantialem. Præterea omne quod pertinet ad genus aliquod, aut est cõtentum in illo genere, vt est species vel genus, vel indiuiduum, vel est reducibile in illud genus, vt principium reducitur ad genus principiati, & priuatio ad genus sui habitus, & pars ad genus sui totius. Prędictæ aũt dimensiones nõ sunt in gñe quãtitatis, vt species, vel indiuiduum, cũ oĩs spẽs sit denominata, seu determinata respectu sui gñis, & indiuiduũ respectu speciei, nec sunt in gñe quantitatis, vt principium est in genere sui principiati, principiũ. n. dimensionũ non est dimẽsio. Prima. n. dimẽsio est linea, cuius principium est punctus, qui omni dimensione caret, cũ partem & partẽ non hẽat. Cum ergo quædam indiuisibilia sint principia oĩũ dimensionũ terminatarũ, impossibile est ponere dimensiones interminatas in materia, vt principia dimensionum terminatarum, nec sunt reducibiles in genere quantitatis, vt priuationes, quia priuationes nõ habent essentias, illæ aũt dimensiones essentiæ quædã dicuntur. Non reducuntur et, sicut partes ad totum. Totũ . n. in quãtitate habet partes determinatas per certas dimensiones, quantitates aũt interminatæ nõ sunt partes alicuius quantitatis terminatæ. Præterea quod hẽt essentiam, definiri põt. & si esse non hẽat, quia definitio indicat essentiam rei, sed in accidentib. impossibile est definitionem assignare nisi per subiectum, in quo esse hñt, quia esse eorum non sequitur eorum essentias in proprio genere. Impossibile est ergo ponere essentias accidentium sine esse sui subiecti, materia autem nõ habet esse sine forma, impossibile est ergo ponere dimensiones in materia sine forma substantiali. Pręterea interminatum aufert certitudinem a quantitate, sed in qualibet re naturali est certitudo quantitatis posita, vltra quã & circa quam non extenditur consideratio physica, secundum Philo. 2. de Anima, vnde nec de materia loquitur Philosophus, cum accipitur aliquid citra minimam carnẽ, vt patet 1. Phy. sed est tñ metaphorica, siue intelligibilis, quia cum de ea loquitur Philosophus accipit eã in ordine ad formam physicam, quæ est semper terminata, de dimensionib. ergo interminatis nihil ad naturalem spectat. Ipse tamen Com. dicit Philosophus eas inuenisse, non considerans, q̃ Philosophus extendit cõsiderationem suam vsque ad mathematicam, tanquam ad terminum non sui generis. Vnde dimensio interminata excluditur a consideratione physica, & non includitur in ea. Præterea secundum Philosop. primo Physi. si generatur homo, de necessitate generatur homo aĩal ex hoc non animali, & non ex non animali simpliciter. Sed si generaret animal simpliciter, de necessitate generaretur ex non animali simpliciter. Et hæc est sufficiens ratio, ad ostendendum res a Deo esse productas ex nihilo, cum sit causa entis absolutè, quod necessario erit ex non ente simpliciter, hoc autem est nihil. Cum ergo dimensiones simpliciter sint dimensiones terminatæ, & perfectæ, necessario erũt ex non dimensionibus simpliciter. Hoc autem est nihil ante dimensiones, & hoc ipse Commenta. pro inconuenienti habet. Præterea principium omnium dimensionum est punctus, vnde in definitione lineæ quæ est prima dimẽsio, pũctus ponitur. Linea enim est cuius extrema sunt duo puncta, vt dicit Euclides. Impossibile est autem ponere rem aliquã, & non rei principium, impossibile est igitur lineam sine puncto poni. Punctus aũt sicut est principium lineæ, sic est eius terminus, vt patet per definitionem lineæ, impossibile est ergo dimensionem interminatam ponere, cũ nulla possit esse sine puncto. Punctus autem interminatus non est, cum ipse sit terminus aliarum dimensionum, ergo Interminatus non est, nec esse potest. Præterea, cum dimensio interminata fiat terminata per introductionem formæ, ipsa autem dimensio interminata, aut est in materia, sicut in subiecto, aut in composito. Sed in materia non potest poni, cum

nihil

nihil sit immediatius materiæ, quam forma substantialis, nec iterum foret hæc dimensio mensura ipsius cōpositi, sed materiæ tantum: quātitas. n. solum est mensura sui subiecti, & hoc est falsum. Nec erit in ipso composito, quia, cum terminatum & interminatum non variēt essentiam dimensionum, idem accidens per essentiam mutaretur de subiecto in subiectum, aliud enim est ipsum cōpositum, & aliud materia nuda. Ex dictis ergo manifestum est, ꝙ dimensiones interminatas in materia ponere, & præcedere omnem formam substantialē est impossibile, nisi intellectu tantum, sicut ponunt mathematici. Sed de hoc posterius erit sermo.

Caput Quintum. Qualiter res naturaliter generantur generatione physica ex materia, & de modo constitutionis rei.

NVnc ergo restat modum constitutionis rei considerare. Vbi primo attēdendum est, ꝙ nihil est cōmune penitus formæ, & priuationi, nisi materia nuda, quia terminus actionis physicę. s. generatio, attingit nudam essentiam materiæ, quia generatio non est motus vt dictum est. Alteratio enim nō attingit nudam essentiā materiæ, cum nullum accidens sit prēter suum subiectum. Subiectum aūt alterationis est ens, q̄ctū habēs diuersas partes, quia alteratio mot' est, q̄ requirit diuersitatē partiū. Nos. n. loquimur de ea, quæ sem per est abiiciens aliquid a re alterata: talis enim alterationis terminus est generatio. Materiam aūt habere diuersas partes secūdum se est impossibile, quia diuersitas partium ꝓprie est ipsius compositi constituti ex partibus diuersis. Vnde materia sicut est in potentia ad formam, cuius acquisitio est generatio compositi ex partibus constituti, ita est in potentia ad diuersitatem partium ipsius compositi ex ea generati. Ex materia. n. non generatur forma per se, scd̄m Philosophum, quia illud ex quo generaṫ aliquid per se est pars eius, materia aūt non est pars formæ sed ipsius cōpositi, ideo cōpositum per se generatur, vt dicitur 7. Meta. Compositum autem dr̄ quod habet diuersas partes. Vnde diuersitas partium non est materiæ, nec formæ, sed compositi. Compositum autē est nihil aliud esse, quam materiam transmutari ad formam, ad quam erat in potētia. Ex quo manifestum est quod non aliunde materia est in potētia ad partes terminatas, & distinctas, quam per id, ꝑ quod est in potētia ad formam, cuius inductio est generatio compositi ex partibus, vt dictum est. Et ex hoc vlterius manifestū est quod nulla potentia ponenda est a parte materiæ, nisi illa quæ perficitur per formam substantialem, cum ad idem genus spectent materia & sua forma, potētia autem, in qua prædictæ dimensiones ponuntur, non informatur forma substantiali, cum ad idem genus substantiæ non pertineant, impossibile est ergo ponere aliquam aliam potentiam ex parte materiæ, respectu formæ substantialis, & respectu diuersarum partiū ipsius cōpositi generati per inductionē formæ in materiam. Et ideo manifestus est error Auerr. qui posuit dimēsiones interminatas in materia, potentiam quādam ad dimensiones terminatas, aliam potentiam materiæ respectu formæ substantialis, & de hoc satis dictum est supra. Quando ergo aliqua forma substātialis perficit materiam, sicut potētia materiæ est reducta ꝑ formam ad actum, ita per illud idem esse permutatur ad distinctionem, & terminationem partium totius compositi. In forma. n. substantiali nō solum est vis perfectiua materiæ, sed etiā distinctiua totius per partes, & huic necesse est respondere a parte materiæ potentiam, quæ respicit ipsam perfectionem suam per formam, & etiā partium sequentium diuersitatem: Ad cuius euidentiā considerandū est, quod si tota materia actiuorum, & passiuorum attēdatur, inuenietur eius potētia in quadam latitudine esse, quæ nihil aliud est, quam amplitudo proportionis suæ ad omnes formas, q̄ in ea simul esse possunt. Si. n. possibile esset ipsam totam spoliari, & denudari ab omni forma, quam modo habet, certum est, ꝙ nihil diuersitatis in ea reperiretur in aliqua partium distantia, cū quantitas sine forma substantiali in materia esse non possit, vt dictum est. Sed non propter hoc aliquid de potentia receptibilitatis formarum, quæ de ea educi possunt, si simul de ea omnes formæ, quæ modo in speciali inueniuntur per agens sufficiens educerentur. Si vero aliqua particularis materia puta ignis, vel aeris, a sua forma spoliaretur, manifestum est in ipsa nō relinqui tam amplam potētiam ad formas de ea educibiles sicut inuenitur in materia in sua vniuersalitate. Vñ nec tot formæ sensibiles, nec tanta quantitas de ea educerētur per qd̄cunq. agens sola sua potētia transmutata ad actū. Patet ergo quod diuersæ formæ simul in materia recipi pñt, vt sunt quattuor formæ elementares & diuersæ formæ mixtorū ex amplitudine proportionis materiæ ad suas formas, & non ex aliqua diuersitate præexistente in materia per aliquā quātitatē. Vñ ad susceptionē diuersarū formarū, si est necesse in materia præexistere aliquā diuersitatē partiū, & subseq necesse est, & hoc iō, quia inductio diuersarū formarū est gñatio diuersorū cōpositorū habentium partes, & formas diuersas, vt dictū est. Præcedit tñ in materia necessario proportio capacitatis, quā scire non possumus, nisi scd̄m qd̄ videmus in ea simul plures formas, sicut in tota materia, vel vnā tm̄, sicut in materia alicuius particularis. Vñ ponere qualēcunq. partitionē a parte materiæ quasi necessariā ad inductionem diuersarū formarū simul, & hanc præexistere sequitur imaginationē, quæ ponit formas dari ab extra, quæ cum in se diuersitatē habeāt per suā naturā, sequi vr̄ materiā diuersitatē partium hr̄e per naturā quantitatis ad suscipiendas diuersas formas, cū in vna parte recipi non possint. Sed cum formæ nō educantur ab extra, sed educantur de potentia materiæ per eius transmutationem secundum Philosophū, materia autem illud quod est in potentia ad formas substātiales, quæ sunt actus eius: impossibile est quamcunque partitionē ante formam substantialem in ea ponere: cū inductio formæ sit gñatio compositi, cuius solū est hr̄e partes per se, materia autem, & forma non habent partes per se, sed tantum per accidens, vnde non diuiditur nisi per accidens ad diuisionem. s. totius. Ex quo manifestum est, quod priusquam cōpositum constitueretur, nulla partibilitas fuit ex parte materiæ, cū hoc nō competat sibi, nisi per accidens. Ex dictis ergo manifestum est, ꝙ ratio Commenta. nō cogit ponere dimensiones interminatas necessario præcedere, vel præesse in materia ad inductionem formarum substantialium diuersarum, cum aliud possit esse ratio sufficiens, vt dictū est. Deceptus autem fuit ex consideratione materiæ particularis, ad cuius similitudinē locutus est de tota materia. Videmus enim quod in materia in re particulari habet reperiri duplex totum, scilicet totum essentiæ, & totum quantitatis, & istud totum non debetur materiæ nisi per accidens: & similiter est de forma rei particularis. Materia autem secundum totalitatem suæ essentiæ est in qualibet parte rei, non autem secundum totalitatem quantitatis, & similiter est de forma rei particularis. Tota enim forma ignis secundum totalitatem suæ essentiæ est in qualibet parte suæ materiæ, cum tota definitio ignis, cuilibet parti eius conueniat, nō autem respiciendo totum quantitatis suæ. Quantum autem ad formas particulares, sciendum est, quod anima humana non est quanta secundum se, nec secundū accidens. Per hūc ergo modū opinatus est Auerro. ipsam materiam, in sua vniuersalitate, secundum totum essentiæ suæ in

qualibet re particulari esse, quæ est pars totius ex materia generari, & ideo posuit in ea quantitatem, secundum se totam, vt per quantitatem diuersificetur per accidẽs: & non est tota totalitate quantitatis, in qualibet re particulari, in qua tñ esset tota totalitate essentiæ. Sed cum de materia non sit loquendum, nisi in ordine ad formã suam ſm Philosophum, manifestum est non esse simile de materia vniuersali, & de materia particulari, sicut nõ est simile de forma in vniuersali, & in particulari. Forma .n. in vniuersali est, quicquid in materia, vel de materiæ potentiis põt educi. Manifesta ergo dñia, quia forma particularis tota, ſm suam essentiam est in qualibet parte materiæ, & materia similiter sub qualibet parte formæ, vt dictũ est. Tota autem forma in vniuersali, et ſm totalitatem essentiæ non est in qualibet parte materiæ, alioquin in materia, quæ est sub forma aeris esset essentia formæ ignis, & omnium aliorum, quæ de materia generantur. Vnde necessario pp proportionem materiæ ad formam tota materia in cõi, ſcd̃m totã essentiæ suæ, non erit sub forma vnius eorum, quæ generantur de materia. Hæc ergo totalitas materiæ est ipsa proportio capacitatis suæ essentiæ ad formam, & nõ aliqua diuersitas introducta per vllam quantitatem. Sicut .n. forma, in quadam amplitudine essentiæ consistit, in qua comprehenditur quicquid de materia deduci põt, ita ſcd̃m propriam rationem materiæ corruptibilium inuenitur amplitudo capacitatis eius correspondens, vt dictũ est. Aliter enim ex materia in qualibet re particulari totum posset generari, quod generatur ex tota materia, quod manifestũ est falsum esse, cum ex minimo quod potest esse in genere, nulla alia forma educi possit.

Caput Sextum, Quid sunt dimensiones interminatæ secundum veritatem.

NVnc ergo restat ostendere, quo possibile sit dimẽsiones ponere, & quo possunt dici interminatæ. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod quidam alio modo, & rationabilius eas posuerunt quam Auer. dixerunt .n. quod forma secũdi generis .s. corporis adueniẽs materiæ, dat materiæ quoddam esse incompletum, ordinabile ad esse actu completum, quod aduenit materiæ per vnam aliam formam perfectiorem. Per istam ergo formam incompletam dicunt in re esse tres dimensiones interminatas, quæ postea terminantur ad aduentum alterius formæ perfectioris. Et pro tanto rationabilius dixerunt isti, quam Auer. quia non posuerunt materiã nudam subiectũ aliquarum dimẽsionũ, sed cõpositum ex materia & forma substantiali. Sed isti iterum errauerunt, quia impossibile est ponere plures formas substantiales ordinabiles adinuicem in materia, quia materia est in potentia ad formas, quæ de ea educuntur. Si ergo essent plures formæ substantiales ordinabiles adinuicẽ in materia, forma completior, aut educeretur de potentia nudæ materiæ, aut de potentia totius compositi ex materia & tali forma incompleta. Sed non educitur de potẽtia totius compositi ex materia & tali forma, quia sicut dictum est, terminus actionis physicæ .s. generatio attingit nudam essentiam materiæ. Cum ergo forma, quæ est terminus actionis sit tantum illius subiecti, quod attingitur per generationem simpliciter, impossibile est, quod talis forma completa educatur de potẽtia talis compositi ex materia, & forma incõpleta. Vnde necesse est, ponentes plures formas ordinatas adinuicem destruere generationem simpliciter, & cõsequenter necesse est ponere omnes formas præter vnam, .s. primam esse accidentia. Si aũt forma posterior educitur de potentia nudæ materiæ, omnis autem forma substantialis solum illã potentiã informat, de qua educitur, ergo forma, quam dicunt posteriorem, nõ erit perfectio talis cõpositi, sed materiæ nudæ tantummodo, & sic non erit ordo in formis substantialibus in eadem materia commanẽtibus, & hoc idem dicitur 7. Metaph. Sciendũ est ergo, quod oẽs dimensiones sunt accidentia, quæ sequuntur materiam in ordine ad formã, quam primo materia nata est induere, hęc aũt est forma corporis, quia totam materiam necesse est sub formæ corporis contineri. Quod nõ est intelligendũ, quod sit vna creata, vel increata formæ corporis, qua prima materia primo informetur, quia ſcd̃m Cõmentatorem materia prima primam habilitatẽ hẽt ad formas elemẽtares, & postea ad formas mixtorum. Ex quo manifestũ est, quod eadem est forma corporis simplicis cũ forma elementi, & mixti corporis, sed oportet primo, quod per has formas cõstituatur genus corporis, deinde specierũ perfectiuum. Materia nãq; in quidditate sua indiuisibilis est penitus, ablata .n. quantitate substantia manet indiuisibilis, vt dr̃ 1. Physico. Sed ex corporeitate, quam sequuntur dimensiones quantitatis in actu, sequitur diuisio materiæ, per quam materia ponit sub diuersis situb. & ſcd̃m hoc acquirũt in ea diuersæ formæ. Ordo .n. in situ corporũ ostendit nobilitatẽ eorũ, sicut ignis est supra aerem. Hæc aũt acquisitio formarũ non ostendit ordinem tpis, sed naturæ. Patet ergo quod dimẽsiones interminatæ non trahunt originem a quocunque gradu, quẽ facit forma ignis in igne, sed solum a primo, nihilominus ignis ſcd̃m totum est subiectũ dimensionum, & ſcd̃m totum et mensuratur, & idem necessario inuenitur in formis corporũ mixtorum. Sed considerãdum est, quod in mixtis corporibus quædam formæ trahũtur de potentia materiæ, quędam non, vt hominum animæ, quæ diuisionem nullo modo patiuntur, cum non sint dimẽsionatæ, nec per se nec per accidẽs. Formæ .n. quæ nullo modo sunt eductæ de potentia materiæ, nullo modo diuisionem recipiũt et in materia existentes. Vnde animæ humanæ aliter terminant ordinem materiæ ad dimensiones quam formæ, quæ de materia educuntur. Cum .n. accidentia inseparabilia oriantur a principijs rei, in ipsa re constituta in actu erunt accidentia, vt in subiecto. Si aũt forma rei sit educta de materia ipsa, quam sequuntur dimensiones, ipsa forma erit, nõ tñ sp, sed vt in pluribus dimensionata, & diuisibilis per accidens, sicut est in lapide: & in ligno, in quibus dimensiones redeunt sp super formam ipsarum rerum. Si vero forma non sit educta de materia, non redeunt dimensiones super formam, & ideo anima hominis omnino indiuisibilis est. Patet ergo, quod anima hominis nõ terminat ordinẽ materiæ ad formã in acquirendo dimensiones actu, nisi altero modo tm̃ .s. constituendo eas in actu, & hoc est in hoc homine, in quo sunt accidentia in subiecto. Ordo vero materiæ in acquirendo dimensiones, non redeuntes super formam solum terminatur per formã, quæ de ea educitur. Nec pp hoc minus põt aĩa humana, quã alia forma, quia hoc accidit illi formæ, in quantũ educta est de materia, quod non est de rõne formæ, vt forma est, aliter omnis forma educeretur de materia, quod est falsum, quicquid enim potest forma imperfectior, vt forma est, potest anima humana & amplius. Quia ergo dimensionalitas formæ potentiam sonat, & non actum, possibile est ponere ordinem materiæ ad talem formam terminari in potentia, & dimẽsiones in potẽtia sequi ordinem materiæ ad ipsã formam. Et quia dimensio dicit formã propinquã actui, siue ipsi esse, quod per dimensionem acquiritur, ideo dimẽsiones sequuntur materiam in ordine ad formam, quæ est in maxima propinquitate ad actum qui est esse. Nec propter hoc erunt diuersæ essentiæ dimẽsionum in eadem re, quia vnum & idem potest simul esse in actu in vno ordine, & in potentia in alio ordine.

Caput Septimum. Quomodo dimensiones possunt dici interminatæ, & quomodo eædem manent in generato, & corrupto.

EX his ergo facile est scire, quomodo dimensiones possunt dici interminatæ. Sicut enim essentiæ rerum terminantur per sua esse, quæ sunt in reb. maxime formalia, ante vero quã essentiæ dicantur, non cõsiderantur in actu, nec terminatæ, sic dimẽsiones prædictæ sũt interminatæ, antequam dicantur esse in actu. Et licet actu sint in homine, vt in subiecto, in quo habet rõnẽ mensurandi, quod est ejus propriũ cum esse actu habẽt, tamen habent esse in potentia, & non sunt actu in illo, ad quod dependent secũdum originem in subiecto, & vt redeuntes super formas vtroque mõ, antequã ipsum actu fuerit, mẽsurant illud, qa nihil habet ꝓpriam mẽsurã, quod nondum habet proprium esse. Cum autem corrũpitur homo, succedit forma dans nouum esse, & hoc erat forma in ordine ad quam dimensiones ipsæ sequebantur, vt ad materiam, vel formam redeuntes. Vnde eædem dimensiones sunt in viuo, & in mortuo per essentiam, quia idem ordo manet in materia, & ad eandem formam, sed secundum esse actu non manenti, nisi in quadam æqualitate. Et idem est de aliis accidentibus, quæ sequuntur mixtionem elementorum, vt albũ, & nigrum, quæ non remanent in mortuo, ad ipsum esse actu, nisi eorum similitudo quædam. Essentiæ vero huiusmodi accidentium non aliter auferuntur, nisi destructa origine ipsa, cui immobiliter inhærent, & contrahũtur ad esse actu cum materia quam sequuntur in ordine prædicto ad formam, vnde homo est homo; & ideo hæc accidentia non migrant derelinquendo suum subiectum, quia quod a subiecto acceperunt, in subiecti corruptione corrumpitur. Et ideo respectu esse actu posterioris subiecti, a quo etiam ordinem seu originẽ habent, indeterminatæ erant dimensiones in vno, terminantur autem, cum acquirunt esse actu talis subiecti, ad quod pendent secundum radicem, vnde sunt propria eius mensura etiam homine mortuo. Ex dictis ergo manifestum est necesse esse ponere essentiam alicuius formæ in homine sine esse, per cuius naturam dictæ dimensiones manent prædicto modo, de quo in sequentibus agetur. Manifestum est etiam subiecto eodem manente, dimensiones easdem manere, & ipso corrupto redigi in materiam eandem, de qua iterum eædem numero educi non possunt per naturam. Vnde si per naturam eædẽ specie eductæ essent, non forent aptæ trahi ad esse actu eiusdem animæ, si tamen per miraculum educantur eædem numero, natæ erunt ad eundem actum animæ recipi. Ex quo patet, quod idem homo numero resurget, & non alius, cum omnia sua principia redeant ad inuicem eadem numero. Anima enim humana simpliciter eadẽ numero manet post mortem cum plenitudine virtutũ suarum ad perficiendum materiam in omni gradu eodem, quo prius eam perficit. Etiã materia manet eadẽ numero, cum ipsa sit incorruptibilis. Easdẽ etiã dimẽsiones necesse est manere in materia, licet non nisi in potentia. Aliter agens Physicum easdem numero produceret, quod falsum est. Manẽt ergo in potentia materiæ eædem numero, respectu agentis diuini, quia aliter nõ foret idẽ numero indiuiduum, cum dimensiones agant ad indiuidationem, vt supra dictum est. Et ideo ex eadem materia, eisdem dimensionibus, cum anima eadẽ resurget idem homo numero, & non alius.

Caput Octauum. Quomodo in homine sunt plures formæ secundum essentiam, sed una tantum secundum esse.

NVnc restat ostendere, quomodo possibile sit essẽtiam alicuius formæ ponere in homine, sic quod ad eam non sequatur aliquod esse substantiale. Hoc.n. posuimus superius. Ad huius ergo euidentiam considerandum est, quod proprium est substãtiæ esse simpliciter, vñ gñatio quæ terminatur ad formam, siue esse substantiæ, est gñatio simpliciter, propriũ vero per accidẽs, est esse sm quid, sicut gñatio rei, quæ terminatur ad esse rei sub forma accidentali est gñatio secũdum quid. Esse aũt simpliciter, est esse absolutum, nõ dependens ab esse alterius, sicut ei inhærens, licet omnia dependeant a Deo sicut a cã prima. Sic autem aliquid continet perfectam rationem essendi, secũdum quod perfecta ratio essendi reperitur in eo, vt substantia, vt dr̃ 6. Meta. Ad istud ergo esse absolutum participandum accedũt partes substantiæ, per quod trahuntur ad genus sui totius. Esse vero accidentis dependens est per modum inhærentis. Vñ accidentia non trahuntur ad genus illius cui inhærent. Ex quo patet differentia inter esse partis alicuius totius, & esse accidentis. Esse item alicuius totius absolutum aliquando est proprium effectus Dei. s. qñ tota res secundum omnia principia sua deducitur ex nihilo ad esse perfectum, sicut fuit in prima productione rerum, in qua causalitas Dei extendebatur vsque ad ipsam materiam, qñque vero esse est effectus creaturæ. s. qñ agens physicum agit ex suppositione subiecti nõ producẽs totum illud, quod pertinet ad esse rei, sed formam tm̃, transmutando materiam ad talem, vel talem formam, ad materiam enim actio creaturæ non se extẽdit vt supra dictum est. In hoc enim conuenit agens diuinũ cũ agente Physico, qa vtrunq. ad esse absolutum terminat actionẽ suã, quod est vltimũ trãsmutationis, siue simplicis emanationis, licet in simplici emanatione non sit prius & posterius, nisi sm intellectũ tm̃. Cũ ergo tale esse absolutũ, sit terminus vtriusq. actionis, vt dictũ est. Materia aũt nõ est esse, vt subiecti, quod est esse absolutum, nec etiam formæ materialis cũ ipsa non sit habens esse, licet sit quo aliqd est, sicut materia est in quo aliqd est, & neutra actio terminatur ad materiam, vel formã materialẽ, sed ad esse cõpositi, cuius est ꝑ se absolute subsistere. De intellectu.n. eius est hr̃e esse, qđ non est de rõne & intellectu essentiæ. In tali.n. cõposito necessario est cõpositio duplex, suppositi.s. & essentiæ q̃ in re materiali differunt necessario, cũ indiuiduũ in materialib. multa addat supra naturã speciei, q̃ essẽtiam tm̃ cõplectitur, & iõ alia est compositio totius rei, & sui esse. In reb. vero immaterialibus, creatis tñ, altera cõpositio inuenitur, rei.s. & esse. In ipsis ergo non est essentia hñs esse per aliquid, qđ realiter a se differat. Cũ idẽ sit essentia, & res quæ significatur, vt habẽs esse. Iõ essentia in eis est, non tanquam principiũ tm̃, quo aliquid dr̃ esse, sed sicut hñs esse absolutum non inhærẽs. In substantiis vero compositis, & materialib. in quibus essentia realiter differt a supposito, essentia non habet esse, nisi per suppositum, cuius est esse simpliciter & absolutum, vnde essentia in eis non est, vt habens esse, sed vt reductũ ad esse per suppositũ aliquod, & indiuiduũ cuiꝰ est habere esse absolutum, ad quod terminatur actio producẽtis. Cum ergo forma materialis sit ad quã non sequitur aliquod suppositum, vel indiuiduum, cuiꝰ est habere esse absolutũ, ad quod terminetur actio producentis, vt dictum est, possibile erit ponere formã aliquam substantialem sine esse, sicut possibile est ponere id, quod est principium sine relatione principii, & sine principiato. In immaterialibus vero non est hoc inuenire, cũ in eis non sit essentia, quæ non sit suppositum, vñ posita essẽtia in eis necessario ponitur esse, quod est suppositum. Ad constitutionem autem suppositi materialis, siue indiuidui, quantitas terminata requiritur, quæ vbicunque fuerit, tale indiuiduũ necessario erit suppositum, cuius est habere esse completum & terminatã quãtitatẽ. Vnde formæ elementares nõ possunt in essentiis

suis simul esse in vna re, vt patet in libro de generatione & corruptione. In mixtis autem rebus, in quibus forma non educitur de materia quantitatis, non sequitur materia in ordine ad talem formam, licet esse actu, per eã in re habeat, vt dictũ est, cũ quantitas sp respõdeat illi principio, vel redeat in principium a quo originem sumpsit. Anima autem hominis non est quãta nec per se, nec per accidens, vt dictum est, vnde nõ repugnat in tali ponere essentiam formæ, a qua dependeat quantitas sm originem, siue cum esse, ꝙ se habeat ad illã formam vt principium ad principiatũ. Vñ tali essentiæ formæ, ratio actus nõ cõuenit, sicut nec materiæ; cum esse sit actus cõis, & primus, nõ solum materiarum, sed etiã formarũ. Vñ sine esse forma nõ dr actus. Solũ.n. naturę substantialis esse in substãtijs, impedit duas formas substantiales simul esse in eadẽ materia, quia esse substantiæ est esse simpliciter. Vnde qđ aduenit tali esse est accidens necessario. Esse etiã substantiæ hẽt se, sicut vnitas rei, quia vnũ & ens conuertuntur. Vñ vna res nõ potest hr̃e duo esse substantialia, nisi amittat vnitatẽ suã. Vñ in re composita ex substantia, & accidente non est vnitas, nisi sm qd. Nihil ergo cõtradictionis substinebimus si posuerimus in re aliquas formas, ad quas tñ non sequatur esse simpliciter. Solum enim per naturam ipsius esse simpliciter, ꝙ in substantia reperitur simpliciter, impeditur pluralitas formarũ substantialiũ eiusdẽ rei. Vnde certum est, & a Philosophis ostensum, ꝙ impossibile est plura esse substantialia in vna re ponere, sed solũ forma, ad q̃ esse seqtur, in re ipsa ponitur, aliæ vero ei non connumerãtur. Qũo antẽ hoc intelligi possit, diligenter considerãdum est in rerũ progressu. Sciẽdum est igitur, quod materia est in potentia ad oẽs formas, quæ de ea educi põt. Vnde quanto ad plures earũ simul accedit, tanto plus perficitur eius potẽtia, & ideo in elementis materia est minime perfecta, quia solum vnica forma vnius elementi perficitur simul, & si qñq. virtus formæ alterius elementi sibi adsit, hoc non est per modum manentis, sed per modum alterantis, sicut patet, qñ calor ignis agit in aerem, ad inductionem formæ ignis. In corporibus vero mixtis magis perfecta est materia. Ibi enim cum vna forma mixti, quæ dat esse, sunt omnes formæ elementorum, virtute tamen, & nõ in essentia, quia quælibet illarum requirit debitã quantitatem & terminatam, vt dictum est. Vnde cũ unũ sit suppositum mixti, & esse vnum, vna est forma eius: supposita autem mixta quædam sunt animata, & præcipue homo, cuius forma non producitur ex materia disposita per qualitatem mixti, vnde conueniens est, vt in animatis sint essentiæ aliquarum formarum sine esse. Hoc enim est propinquissimum in quo animata possunt trãscendere simpliciter mixta. s. perficiendo suam materiam in acquisitione plurium formarum simul, sicut videmus quod alio modo fit simplex ex mistis, & alio modo ex materia prima, in qua nihil est de actu formę educendæ, antequam fiat, sicut in ære non est aliquid de forma phialæ, antequam phiala fiat, & in ligno similiter nihil est de lecto antequam fiat. Sic enim se habet materia prima ad ea quæ ex ea fiunt, sicut se habet argentum ad statuam, & lignum ad lectum, vt dr Primo Physicorum, in mixto vero manent formæ miscibiliũ secundum virtutem, secundum Philosophum. Virtus autem ad actum pertinet, & ideo in mixto est vnde agatur ad generationem alterius miscibilium, secundum quod virtus vnius miscibilium vincit proportionem, in qua saluatur forma mixti, vnde corrupto mixto generatur corpus simplex. In hac namque transmutatione fit spoliatio omnium, quæ erant ipsius mixti, nec aliquid manet, nisi materia prima tãtum, sed in generatione ipsius mixti nõ fit spoliatio simpliciũ, vsq. ad materiã primã, aliter virtutes simplicium non manerent in mixto, nunc aũt manent, vñ non est corruptio simpliciter. per quam fit gñatio compositi, cum elementa non corrumpant penitus, sicut dr Primo Meteororum, quia eorũ est mixtio, quorum est separatio, non.n. miscentur nisi ea quæ apta sunt per se existere. Idẽ.n. est de materia disposita per aliquã alterationem factã circa ipsam, & de mixto, tunc.n. virtus formę inducenda est in potentia. Vñ potentia sua nõ est iã adeo remota ab actu formæ, sicut ante alterationem. Ante namque alterationẽ ipsa materia erat in potentia remota ab actu. Inchoata vero alteratione, incipit potentia appropinquare actui, sicut vincente altero miscibiliũ appropinquatur ad actũ simplicis elementi. Cũ vero alteratio magis, ac magis intẽditur plus, & plus ad actũ accedit, vñ completa alteratione materia est in actu constituta. Alia igitur est potentia materiæ nudæ, & nondũ alteratę a potentia mixti, in qua est virtus alteratiua. Vñ hæc est propinquior actui quã illa, & perfectior, quia magis procedit ad suũ actũ. Si igitur foret in mixto forma elementi simplicis, ꝙ est impossibile, sicut supra ostẽsum, statim unico virtutis suæ actu foret per se existens. Esse.n. est propinquissimũ essentiæ formæ, licet ab inuicẽ differant in materialib. Iõ licet propinquior sit potentia materiæ, in qua sunt miscibilia in mixto actui suo, quã potentia materiæ nudę, in qua nihil actu est, alteratione tñ indiget, ad hoc, ꝙ hæc potentia actui suo cõiungat. Vñ miscibilia in mixto tũc sunt in potentia maxime appropinquata actui, qñ mixtũ est in optima sui proportione. Sed tunc maxime elongata sunt ab actu suo in tali genere, nõ tñ tm̃ distant, sicut potentia materiæ nudæ. Potentia aũt in qua sunt partes organicæ ad esse per se, est in maiori propinquitate ad esse seorsum, quam sit potentia ipsius mixti, qa sicut dr 7. Met. partes animatorũ sunt in potentia propinqua actui eorũ proprio p separationem a toto, ꝙ verũ est de toto ẽt in impfectissimo gradu suo manente. Vñ qñq. virtus alteratiua, q̃ in reb. inuenitur animatis in quantũ mixtæ sunt ex quatuor primis corporib. minime agit. s. qñ elemẽta maxime ducta sunt ad mediũ, vt est in hoĩe, in quo inter oĩa mixta, maxima ẽ elongatio a contrarietate, adhuc tñ partes aĩatorũ sunt in potẽtia maxime propinqua actui, alteratione tñ maxime distãte a suo termino. Ex quo concluditur ꝙ hæc propinquitas nõ est per dispõnẽ materię, p alterationẽ aliq̃ cuius terminus sit inductio nouę formę per essẽtiã. Essentia vero formæ nouiter induci non põt, nisi recedẽte alteratione, cuius termin⁹ est productio formæ de nouo. Constat tñ ꝙ in parte a toto separata sit forma substantialis. Vñ cũ impossibile sit duo esse substãtialia in eadẽ re ponere, vt supra dictũ est, nec per aliquam alterationem præcedentem, pars est potentia in suo toto maxime propinqua actui, nec forma de nouo inducit, nisi per alterationem. Vñ nec cęlum ꝙ est agens vniuersale respectu istorũ inferiorũ, nec aliquod particulariũ agentium aget, nisi alteret, & iõ cęlũ est primũ alterãs, scdm Philosoph. Necessario ergo sequi vr aliquam formam in parte rei sine esse ponere, & ideo partẽ esse in potentia maxime propinqua actui. Esse.n. est maxime propinquum formæ, vt dictum est, quia non requiritur ad hoc, quod esse substantię propriam sequatur formã, nisi quod res per se ponatur, qđ vnica actione fieri põt.

Caput Nonum. Quomodo impossibile est duo esse substantialia simpliciter esse in eodem composito materiali.

EX dictis ergo manifestum est triplicem esse potentiæ differentiam, in qua aliquid dr esse. s. potentia materiæ, in qua nihil est de illo, quod de potentia educitur. Secunda est potentia mixti, vel materiæ quæ est in alteratione, in qua licet non sit essentia formæ inducendæ,

cendæ, est tamen virtus. Tertia est potentia totius, per quam partes sunt in toto, quæ est maxime actui proprio propinqua, secundum Philosophum. Vnde in eis nihil est, sicut agens ad propriũ actũ. Sicut est qñ harmonia est perfecta, necessario erunt essentię formarum prope sua esse. Hoc aũt facilius scietur, si gradus, & ordo rerũ naturaliũ diligenter discutiatur. Sciẽdũ igitur, qđ cõissimus vnitatis modus reperitur in reb. materialibus, quæ est vnitas cõtinuitatis. In oĩb. n. reb. materialibus hæc vnitas reperitur. Primũ namq. accidens qđ sequitur materiam est quantitas. Super hanc vnitatem reperitur in diuersis reb. vnitas suæ propriæ formę: in quibusdam quidẽ magis, in quibusdã vero minus perfectè, vt hr̃ Quarto Meta. Vnitas continuitatis in re reperta, maximè potentialis inuenitur, quia oẽ cõtinuũ est vnũ actu; & multiplex in potentia, sicut partes lineæ nõ sũt aliqua duo actu, sed vnum, ipsa vero linea est duo in potentia, & facta diuisione fit duo actu. Sola. n. diuisio cõtinui facit esse actu. Vnde in diuisione lineæ non inducitur aliquid noui in ipsis diuisis, sed eadem essentia lineæ, quæ prius erat actu vna, & multiplex in potentia, per diuisionẽ facta est multa in actu. Est tñ hic similitudo cuiusdam corruptionis, quia actus prior qui erat totius, ablatus est, & potentia ducta est ad actũ posteriorem per diuisionem solam. Cõsimile penitus reperitur in lapide & in igne, & in omnibus corruptibilib. & generabilib. inanimatis. Forma. n. totius in eis, per quam habent quandam vnitatẽ suæ naturæ super vnitatẽ quãtitatis scđm totã rõnẽ formæ, est in qualibet parte taliũ rerum. Vñ facta diuisione manet essentia eiusdẽ formæ in partibus abinuicẽ diuersis, quælibet. n. pars ignis est ignis, & quælibet pars lapidis est lapis. Est tñ in istis diuisionib. quædã similitudo corruptionis, & gñationis, non qđ nouæ formæ, per diuisionem talium inducantur, sed quia esse, siue actus prior aufertur per diuisionẽ ipsam, & potentia ducitur ad actũ propriũ. Super hæc aũt sunt animata imperfecta, vt plantæ, & quædam animalia imperfecta, vt sunt animalia anulosa, & in ipsis idem inuenitur, quia cum auellitur ramus ab arbore non aduenit noua essentia vegetabilis, sed eadẽ essentia vegetabilis, quæ vna erat in arbore tota, ẽt actu vno simul erat multiplex in potentia, & per diuisionem nouum esse ꝑdit, & actus alius & alius secutus est. Similiter est in animalib. anulosis vna aĩa in actu, & unum esse, sed multiplex in potentia accidentali. Vñ facta diuisione, remoto actu priori, & vnitate actus, sũt multa in actu, Et sic facile est videre, qũo essentia alicuius formæ est in potẽtia accidentali ad esse, quod tñ nondũ hẽt. Et hoc totũ contingit ꝑꝑ imperfectionem aliam formarum, quia cũ sint sub uno actu simul, sunt sub potẽtia simplici, respectu esse diuersorũ, quæ acquiruntur eis sine aliqua corruptione in suis essentiis, sed sola diuisione. In animalib. vero perfectis, præcipue in hoĩe, forma, quæ est vna in actu non est multiplex in potẽtia, vt per diuisionem constituatur eadem essentia formæ sub diuersis esse, & sub diuersis actib. cum aĩa hoĩs non diuidatur, nec per se, nec per accidens, vt dictum est. Vñ cũ in hoĩe sit vnitas cuiusdã continuitatis, quæ manifestior est in carne sua, & ossib. quam in aliis mẽbris, q̃ sibi coniunguntur per naturam ipsam continuitatis, necessario erit alia essentia formæ in eo, quæ per solam diuisionẽ a toto habeat esse actu, hoc. n. in oĩb. cõtinuis inuenitur. Hæc. n. est forma, respũ cuius quantitas sequitur materiam super ipsam formam rediens, vt supra dictum est, Semper namq. forma, a qua quãtitas scđm originem pẽdet, est diuisibilis per accidens. Et hoc satis manifestum est, q͞a cum partes hominis sint in eadem propinquitate ad ꝑ se esse, sicut partes aliarum rerum perfectarum, sicut dictum est, ideo nulla noua esse essentiæ formæ introducuntur per diuisionem, sed esse nouũ acquiritur, forma vero hoĩs diuidi non põt, vt in ea acquirãtur multa noua & diuersa esse, iõ necessario erit in eo alia essẽtia formæ suæ ab essentia formæ, quæ per diuisionem solũ esse acquirit. Sed in hoc est dr̃ia inter animalia perfecta & imperfecta, quia in imperfectis non erat illa essentia sine esse simpliciter, licet esset sine esse acquisito per diuisionem. In perfectis vero erat sine esse simpliciter, sibi debito, quia duo esse substantialia, impossibile est simul ponere in una re, vt dictũ est. Est ẽt alia dr̃ia a parte diuisionis ipsius, quia cum diuidi non possit, nisi qđ est actu quantũ, quantitas aũt in hoĩe non est actu per formã, respũ cuius sequatur materiã, vt rediens sup formã per solã aĩam, a qua est totus actus, qui est in hoĩe, ĩ igne vero & lapide quantitas est actu per formam, quã ipsa quãtitas sequitur in materia, Inde est quod diuisio in hoĩe est in quãtitate actu per aĩam. Sed quod efficitur per diuisionẽ in esse acquisito, non est aliquid de essentia aĩæ sm̃ aliquid esse, sed est aliquid de essentia formæ originalis ipsius quantitatis, cui datur esse actu ꝑ diuisionẽ. In reb. uero imperfectis diuisio est in quanto actu, & hoc per formã, ad quam sequitur ipsa quãtitas, cui per diuisionem aufertur unũ esse actu prius habitũ, & acquiruntur duo, vel plura, sub quib. essentia ipsa diuiditur, quæ prius erat vna scđm quã erat unum esse in re ante diuisionẽ. Licet aũt esset uunm esse ante diuisionẽ in reb. nihilominus illa eadẽ essẽtia formę erat in potẽtia actuali ad multa esse simul cum vno esse actu, qđ habebat, & eius subiectum erat materia vna, & eadem numero. Et tñ cõstat, ꝙ alium respectũ hẽt materia ad esse actu primum: & alios respectus ad alia esse actu ꝑ diuisionẽ acquisita, quib. tñ respectib. materia rñdebat eadem essentia formæ, ante ipsa esse actu. Licet. n. potẽtia materiæ non differat ab eius essentia, scđm qđ potẽtia dicit principium receptiuum, differt tñ scđm quod dicit relationẽ materiæ ad formam, & isto modo pñt esse in materia multi respectus, essentia tñ eius manente vna. Sicut ergo materia per vnũ respectum tm̃, hẽt unũ esse, cum aliis tñ respectib. multa hẽt, essentia ẽt formæ sine esse per diuisionem acquisito respondente, ita sub forma perfecta, cuiusmodi est anima humana, reperitur in materia hoĩs unum esse tm̃, licet in eadẽ materia sint essentiæ aliarum formarum sine esse, quod tamẽ eis sola diuisione acquiritur. Huius exemplũ est reperire in linea, & puncto. Protracta. n. una linea, pũctus qui eam terminat esse habet, secundum quod illam lineam terminat, in ipso autem pũcto sunt multi, & diuersi respectus, secundum quod potest esse terminus multarum linearum, sed per vnum respectum impossibile est, nisi vnam linam recipi in pũcto. Vnde per alias lineas, quæ in eo recipiuntur, simul cum linea prima protracta, non acquiritur puncto aliquod esse in earum terminatione, nec illis non protractis minus haberet punctus esse in terminatione primæ lineæ, per quem modum de materia & eius respectibus imaginari possumus, cum ipsa in sui natura indiuisibilis, & sine partibus sit omnino, vt punctus, licet in multis sint dissimilia. Secundum ergo unum respectum eius esse, quasi per vnam lineã, impossibile est sibi inesse nisi unam formam, quæ det sibi esse, vnde cum prædictæ substãriæ accipiantur, quasi in uno respectu, veluti cum ea una parte linea accipitur in puncto, impossibile est ut prædicta contenta in linea ꝑdicamentali substantiæ per diuersas formas prædicentur de Socrate, sed per vnam & eandem. Secundũ alios vero respectus, quos habet de prope ad esse per se, sine tamen esse poterit essentias formarum recipere. Mirabilis enim est potentia materiæ, nec sciri potest, nisi cognoscendo ea, quę in ea esse habent. s. cõferendo da formis, quæ in ea esse habẽt, vt patet primo Physicorum,

D. THOM. AQVINATIS Ordinis Prædicatorum.

DE NATVRA LOCI TRACTATVS.

Summa Tractatus.

De loci natura ac Quidditate, quisque naturalium corporum locus sit: Quomodo item & quibus locus conueniat, tum ex propria, tum ex aliorum sententijs inquiritur.

Caput Primum, Locum non esse formam, nec materiam, nec spatium, sed immobile primum continentis. Quisque proprius sit locus naturalium corporum, tam mixtorum, quam simplicium.



D sciendum naturam loci considerare oportet, quod nō quæreretur locus, nisi esset aliquis motus secūdum locum. Sic enim ex transmutatione diuersarum formarum, circa materiam, scimus materiam esse, aliud ab omnibus formis. Sic ex transmutatione diuersorum corporum, circa eundem locum scimus locum aliquid esse tanquam receptaculū corporum aliud ab omnibus corporibus. Locus autem naturalis non nominat solum aliquid continens, & conseruans, & formans locata; propter quod vnumquodq; corpus naturaliter mouetur ad locum suum, tanquam ad conseruatiuum esse sui. Locus vero secundum id, quod est, nec materia est, nec forma locati, quia materia & forma non separantur a re, locus autem separabilis est a locato. Nec etiam est spatium dimensionatum infra terminos corporis continentis existēs, quia nihil est infra terminos corporis continentis, circunscripta magnitudine corporis contenti. Cuius ratio est, quia si circunscripta magnitudine corporis contenti esset aliquod spatium infra terminos corporis continentis, tale esset dimensionatum longitudine, latitudine, & profunditate, dimensiones autem sunt accidentia cum sint quantitates: ergo non possunt esse in subiecto, nisi in corpore, si ergo esset aliquod spatiū infra terminos corporis continentis præter magnitudinem corporis contenti, sequitur quod esset aliquod accidens sine subiecto quod est impossibile, locus ergo neque est materia, neq. forma, neque spatium infra terminos corporis continentis contentum. Quod non sit spatiū probatur aliter, sic, quia si locus esset spatiū infra terminos corporis continentis, sequitur quod infinita loca essent simul, sicut deducit Philosophus: quia, cum aer, & aqua, & quodlibet corpus; & quælibet partes corporis habeant proprias dimensiones, & proprias distantias, idē faciunt omnes partes in toto, quod tota aqua in vase, quia secundum positionem eorum, qui tenent sententiam de spatio, quod sit locus, cum aqua est in vase præter dimensiones aquæ, sunt ibi aliæ dimensiones spatii penetrantes dimensiones aquæ. Constat autem quod eodem modo pars continetur in toto, sicut aqua in vase, nisi quod locatum est diuisum a loco; pars autem nō est actu diuisa a toto, si ergo diuidatur pars a toto, præter dimensiones partis essent ibi aliæ dimensiones totius penetrantes dimensiones partium, manifestum est autem quod diuisio non facit de nouo esse ibi dimensiones, sed præexistentes diuidit, sicut aūt post diuisionem sunt ibi aliæ dimensiones totius penetrantes dimensiones partium, sic erūt ante diuisionem, quot ergo partes conueniit accipere in aliquo toto, quarū vna continet aliam, tot erunt dimensiones se inuicem penetrātes, sed in aliquo toto cōtinuo est accipere infinitas partes, quarum vna continet aliā, eo quod quolibet totum continuum diuisibile est in infinitū, ergo in aliquo toto continuo erunt infinitæ dimensiones se inuicem penetrantes, si ergo dimensiones sunt locus, sequitur q̄ infinita loca sunt simul, q̄ est impossibile. Ex quo ergo locus non est materia, nec forma, nec spatium, sequitur quod sit quartū. s. terminus corporis cōtinētis, locus aūt non solū est terminus corporis continentis, sed et est immobilis, & hanc immobilitatem quidam intelligūt esse respectu locati, locus. n. licet moueatur in motu cōtinētis, quia eius vltimū est, non tn̄ mouetur motu locali. Istud est insufficiēter dictū, nec est s̄m mētē Philosophi, qui vult, q̄ sicut vas est locus mobilis, ita locus est vas immobile. Maiorē ergo immobilitatē oportes dare loco naturali, quam vasi, cum ergo vas sit immobile motum eius, qd est in vase, & locus sit magis immobilis, q̄ vas, sequitur q̄ locus non sit immobilis motu contenti, sed et continentis. Et confirmatur q̄ circa aliquod contentū manens immobile, puta circa domum, vel arborem, contingit mutationem fieri continentis, puta aeris, si ergo locus moueretur motu continentis, sequitur q̄ idem manens immobile fieret in diuersis locis, quod est impossibile. Locus ergo nō solum est immobilis motu locali, sed et motu continentis. Propter quod dicit Philosophus, quod si nauis sit in aqua fluuii, quæ mouet, magis vtitur ea tanquam vase, q̄ sicut loco continente, de natura. n. loci est q̄ sit immobilis, vnde totus fluuius, q̄ s̄m se totum est immobilis, magis dēt dici locus nauis, quā hæc aqua, quæ fluit, & mouetur. Tot⁹. n. fluuius nō ast locus proprius nauis sed cōis, & iō locum proprium nauis in fluuio oportet accipere per comparationē ad totum fluuium, q̄ est immobilis. Est ergo accipere locum proprium in fluuio, non secundum hanc aquā, quę fluit, & mouetur, sed secundum ordinē & situm, quem habet ad totum fluuium, qui quidem ordo & situs manet in aqua succedente, qui erat in aqua recedēte respectu totius fluuii. Quamuis. n. aqua materialiter fluat, tñ quia manet idē ordo & situs respectu totius fluuii, manet etiam idem locus. Et secundum hunc modum debemus intelligere, quod extremitates corporum naturalium sint locus. s. per comparationem, & ordinem, & situm, quem habent ad totum corpus ipsius cœli, quod ast primum continens & conseruans, & locans. Quamuis. n. moueatur superficies aeris, vel aquæ, secūdum qd est vltimum huius corporis, vel illius, succedit tamen aliud corpus, quod eundem situm, & ordinem secundū naturam habet ad primum ordinans, siue locans, quod est cœlum, propter quod manet idem locus numero. Vnde cessat obiectio quam faciunt aliqui sic. Locus est vltimum continentis, sed continens mouetur, ergo locus mouetur; hæc enim bene procederet, si vltimum cōtinentis, secundum quod hoc continens est, esset locus. Hoc autem non est verum, quia nihil habet rationem, loci, vel locātis, nisi per comparationē ad primū locās. Quòd autem diuersitas superficierum non impediat vnitatem loci, patet, quia uni locato secundum numerum correspondet vnus locus secundum numerum simul & semel, sed bacul⁹ vnus dimidius existēs in aqua, & dimidius in aere est aliquod vnum locatum sc. unum numerum, ergo est in aliquo vno loco secundum numerū, sed est in diuersis superficiebus aeris, & aquæ,

Queritur locus, pp motum qui in loco.

4. Phy. text. com 66.

Immobilitatem loci, q̄ intelligere oporteat, & cuiusnā respectu, nam immobilem censendum est ipsum esse, ne dum ex contento sed ex ratione continentis.

Extremitates naturalium corporum sunt locus, extra ordinem situs, quē sortiuntur a cęlo, quod est primum continens immobile.

ergo

ergo diuersitas superficierum non impedit veritatē loci. Vnitas ergo loci accipienda est secundum ordinem & situm ad primum locans. Et causa omnium istorum est, quia sicut dictum est prius, locus non solum est cōtinēs sed est cōtinens, & conseruans, nihil autem hēt rōnem conseruantis aliud, nisi per virtutem & influentiā corporis cœlestis, quam recipit secundum quod est in determinato situ, & in determinata distātia. Et hæc est causa quare aliquid habet rationem loci. s. p cōparationem ad primum locās. Quia vero locus immobilis est, propter hoc mediū cœli, quod est centrum, & vltima superficies corporis circularis, quæ est cęlum, sic se hēt ꝙ hoc dr̄ sursum, illud vero deorsum, quæ sunt duæ loci differentiæ, hæc enim maxime manent immobilia, Centrum sp̄ est immobile, cœlum aūt, licet sp̄ moueat̄, tñ sp̄ est in eadem distantia ad nos. Hoc autem quod dictum est de loco, intelligimus de loco naturali, qui est conseruatiuus corporum naturalium. Et iste locus naturalis, primo debetur elementis elementatis per elementa, locus.n.naturalis ignis, est superficies concaua orbis Lunæ, quæ manet semper in eadem distātia ad ignem, & ideo dr̄ esse immobilis, locus autem aeris est superficies concaua ignis, & sic de alijs suo modo, locus autem omnium elemētatorum est locus deorsum, quia in omni elementato dominatur terra secundum quantitatē. Contra ea quæ dicta sunt, pōt obiici, quod.l. locus terræ non sit vltimum aquæ, nec locus aquæ sit vltimum aeris, quia vnumquodque corpus naturale mouetur ad locum suum, terra autem non mouetur ad superficiem aquæ, sed mouetur ad centrum, ergo superficies aquæ non est locus terræ, sed potius centrum. Præterea si terra moueretur a loco suo, aqua descenderet, vt vult Philosophus Quarto Cœli & Mundi, & similiter aer in locū aquæ, si amoueretur aqua, ergo locus aquæ non est superficies concaua aeris, nec locus aeris est superficies concaua ignis, quod est contra prius determinata. Pro solutione horum intelligendum est, quod in loco non est tm̄ continentia locati, sed est ibi virtus conseruās & formans locatum. Et propter hoc dicit Alpharabius, ꝙ si x ā, quare ex hac parte materię generatur terra & ex alia aqua, vel aer vel ignis, non est nisi locus cum virtute cœlesti. Quia.n.frigiditas tanta quanta causatur ex distantia, quæ est ex orbe vsq. ad centrum, inuenit hāc partem materiæ, in loco terræ, propter hoc inspissat eā inspissatione vehementi, ita quod exprimit ex ea humidum, & facit elementum siccum, & frigidum, quod est terra. Frigiditas vero inspissans materiam, sic tñ qđ nō est ex ea exprimens humidum, sed faciens ad se fluere, generat aquam, & hęc frigiditas est solum in tanta distantia quāta est locus aquæ ab orbe, caliditas.n.nō cōsumens humidū, sed secū cōpatiēs, generat aerē, q̄ qdē caliditas causat̄ ab orbe in tāta distantia, quæ est eius ad locū aeris. Ignis.n.cū sit summe calidus generat̄ in loco immediato sphæræ Lunæ ex motu disgregante & calefaciēte materiā. Hoc supposito intelligendū est, ꝙ motus locati nō est ad ipsam superficiē locātis p p superficiem sed p p virtutem conseruatiuam, & formatiuā locati, & ideo, cum virtus formatiua terræ sit frigiditas, q̄ causatur ex tanta distantia ad primum calefaciēs, quod est cœlum, & inchoatio huius virtutis est in concauo aquę, perfectio autem eius est in centro, ideo terra mouetur ad centrum, & non ad superficiem aquæ, & inde est quod terra est simpliciter grauis, virtus autem formatiua ignis est caliditas perfecta, quæ est completa in concauo orbis Lunæ, propter quod ignis est simpliciter leuis. Virtus autē formatiua aeris incipit in cōcauo ignis, & deficit in conuexo aquæ, perfecta autem est in medio, & sic est de aqua suo modo, & ideo mot⁹ aquæ est a terra, & ab aere, ad medium eius, & motus aeris scđm naturam est ab aqua & igne ad medium locū, propter quod aqua, & aer non sunt simpliciter leues, neq. graues, sed in respectu. Sic igitur patet cā, quare terra mouetur deorsum simpliciter, & non ad concauum aquæ, licet sit loc⁹ eius, quia hoc facit virtus formatiua, quæ est in loco p p quam vnumquodque locatum mouetur ad locum suum. Ad aliam rationem respondet Alpharabius, ꝙ motus aeris ad locum terræ non est motus naturalis aeris, vel aquæ, sed est violentus, quod patet qa est corruptiuus vtriusque. Nam, cum aqua mouetur ad locum terræ, inspissatur a frigiditate ipsius loci maiori inspissatione, quam requiratur ad formā aquæ, vnde conuertitur in terram. Similiter, cum aer descēdit ad locū aquæ, infrigidatur a frigidatione loci illius, & conuertit̄ in aquam. Qualiter autem hoc non obstante, aqua dicatur frigida primo, & terra nō, quamuis causetur ex maiori frigiditate, patet ex 2. de Generatione.

Responsio contra ea, quæ dicta sūt, argumēta Alpharabi intellectus, de elementorum, ex inuicem generatiōe.

Cur terra potius ad cē trum quam ad aquæ superficiem moueat̄, & naturaliter grauis est.

Ad secundū

Caput Secundum, Quænā sint vel non sint in loco. Multorum etiam afferuntur sententiæ, ac diluuntur, quo modo videlicet vltimæ sphæræ locus debeatur. Quomodo demum superficies ac locus vltimi continētis, locus cum sit, duæ sint species quantitatis diuersæ.

EX his, quæ dicta sunt de loco, quod locus est vltimum continentis, concludere possumus, ꝙ corpus cui inest aliquid extra ipsum cōtinens, tale est in loco, cui autem non est corpus extra continens ipsum, tale in loco non est, tale autem est vnum solum.s.vltima sphæra, p p quod vltima sphæra non videt̄ esse in loco. Sed hic est dubitatio, cum nihil videatur moueri in loco, nisi sit in loco, si vltima sphæra nō est in loco, motus eius non erit localis, quod est inconueniens. Propter hanc rationem & quasdam alias Ioānes Grammaticus dixit locum non esse terminū cōtinentis, sed spacium, quod est infra terminos corporis continentis, vnde dixit, cęlū per se esse in loco, & per se moueri in loco, qa per se dixit ipsum esse in tali spatio. Istud non potest habere veritatem secundum ea, quæ determinata sunt de loco, cū ostensum sit, quod locus non est spatium, sed terminus continentis. Est & contra intentionem Philosophi, qui dicit cœlum non esse in loco per se, sed per accidēs. Propter quod dixit Alexan. Cęlum non esse in loco nec p se, nec per accidens, nec moueri in loco, qa nō est de rōne corporis, vt sit in loco, cū locus nō ponatur in definitione corporis. Quia tamen oportet omnem motum contineri sub aliqua specie motus, ideo Auic. secutus eū dixit motum cœli non esse in loco, sed in situ vel ad situm. Hoc est contra intentionem Philosophi Quinto Phy. vbi dicit motum tantum esse in tribus generibus .s. quātitate, qualitate, & ubi, sed qđ illud sit falsum patet, qa ad nullū genus est motus, cuius specierum ratio consistit in indiuisibili, p p quod dicimus, quod ad substantiam non est motus, quia rō substantiæ in indiuisibili consistit, non sic autem ratio albedinis, quia potest participari secundum magis & minus a subiecto, nunc autem ita est, quod rō situs in indiuisibili cōsistit, ergo ad situm non est motus, Præterea situs nominat ordinem partium in loco, locus ergo ponitur in definitione situs, motus ergo qui non potest esse ad locum non potest esse ad situm, sed motus cœli secundum eos nō est ad locum, ergo nō est ad situm. Ideo aliter dixit Auēp. Dixit.n. quod linea recta & corpus rectum vtrumq. indeterminata sunt de se, & indigent aliquo finiente, & terminante, & continente, linea autem circularis per se ipsam finitur, & similiter corpus circulare, & ideo non indigent aliquo finiente, & continente, propter quod dixit nō esse de necessitate corporis circularis, vt sit in loco, ideo dixit, ꝙ cœlū non est in loco, nec habet motum localem. Huius.n. opinionis fuit Alpharabius, quē adducit Auemp. pro testimonio sui dicti. Sed hoc videtur

Ioan. Grammatici snīa.

improbatio.

Opīo Alex.

Auicen. improbatio

Ad quæ natura genera sit motus.

Auempace.

detur inconueniens, quia sicut vult Philosophus Octauo Physicorum, motus localis est primus motuum, sed sicut dicit ibidem, motus cœli est primus motus, ergo est localis. Præterea Philosophus Quarto Physic. vult, qđ cœlū sit in loco saltē p accidēs, pp hoc dixit aliter Themistius, ꝙ cœlū est in loco p partes. Ad cuius intellectū considerādū est, ꝙ nō esset locus nisi esset aliquis motus sm locum. Licet.n. de rōne corporis nō sit locus est tn̄ de rōne corporis moti localiter, vñ sm ꝙ diuersa corpora succedūt sibi eodē loco, sm hoc debet locus alicui moto localiter. Aliqua.n. inueniuntur moueri motu recto, sicut sunt leuia & grauia, & hęc sm se tota mutāt locū, & ideo scdm se tota sunt in loco, qdā aūt sūt, quæ mouentur motu circulari, & hæc scdm se tota nō mutant locum, nisi secundum rationem, sed secundum partes mutant locum, & fiunt in alio loco secundum subiectum, pp quod illud, ꝙ mouetur circulariter, nō de necessitate est in loco secundum se totum, sed solum secundum partes.

Vltia sphæra nō est in loco per se, sed per partes.

Et propter hoc vltima sphæra cū moueatur circulariter, nō est in loco per se, sed per partes suas. Sed hoc videtur esse falsum, quia toti cōuenit moueri, & esse in actu, & non partibus, ergo & toti conuenit esse in loco, & non partibus, quia sicut conuenit alicui motus, sic & locus.

improbatio.

Propter hoc dicendum est, quod partibus sphæræ vltimæ, licet non competat esse in loco actu, sunt tamen in loco potentia, quia pars, si diuidatur a toto, erit in toto, sicut in loco. Sic igitur conuenit cœlo, vel sphæræ quod sit in loco per partes, quib. conuenit solum in potentia esse in loco, & ideo si volumus accipere illud veritatis, quod continet hæc opinio, possumus dicere, quod cœlum simpliciter in loco non est, nisi per accidens, quia est circa locum.

Snia Auerrois.

Ad cuius intellectum sciendum est, quod, sicut vult Auerro. omne naturaliter quiescens de necessitate est in loco, non tamen omne motū de necessitate est in loco. Cuius ratio est: quia omne quod quiescit propter connaturalitatem ad suum continens quiescit, & ideo omne quod quiescit, naturaliter est in continenti sibi connaturali, propter quòd de necessitate est in loco. Illud autem, quod mouetur, non de necessitate est in loco, quia eorū, quæ mouentur quædam indigēt motu ad suum esse, & ad suam perfectionem, & talia sunt, quæ sunt in continente non connaturali, propter quod mouentur ad continens sibi connaturale. & omnia talia de necessitate sunt in loco. Alia sunt, quæ non indigent motu ad suum esse, nec ad sui conseruationem, sicut est corpus cęleste, & tale non mouetur ad continens sibi connaturale, nec in continēte sibi connaturali, sed mouetur ab intelligētia propter explicationem causalitatis causæ primæ, & tale non de necessitate est in loco.

Esse in loco non solū est contineri a loco, sed & conseruari.

Esse enim in loco, nō est solum contineri a loco, sed contineri, & conseruari, & ideo ꝙ non indiget conseruante, cuiusmodi est corpus cęleste, & quodcunque incorruptibile, non de necessitate est in loco. Sed secundum prædeterminata oritur dubitatio. Prima est, quare orbes inferiores sunt in loco. Secunda est, propter quid motus cœli dicatur localis, cum corpus cęleste, saltem prima sphæra non sit in loco. Ad primum dicendum quod accidit orbibus inferioribus, quod sint in loco, nec est de necessitate eorum, cum nō indigeant conseruante, ut dixit Auemp. propter quod dicuntur æquiuoce orbes inferiores esse in loco, & elementa, quia orbes inferiores solum dicuntur esse in loco, quia sunt in aliquo exteriori continente. Elementa autem & elementata sunt in loco, tanquam in continēte, & conseruante. Ad secundum patet solutio, quia motus non dicitur localis eo solum, quod sit in loco, sed ēt dicitur motus localis, eo quod est circa locum. Propter quod dicit Philosophus primo Cœ. & Mun. quod motus localis est triplex scilicet a medio, ad mediū, & circa medium. Mot' a medio est leuium, motus ad mediū est grauium, motus circa medium est corporis cęlestis, & hæc est Intentio Commentatoris Quarto Physicor. Sed iuxta hæc quæ dicta sunt, remanet vnum dubium, cum superficies corporis continentis dicatur locus, quo modo locus & superficies dicantur esse diuersi speciē quantitatis. Respondeo, omissis omnibus aliis opinionibus quæ sunt circa hoc, dicendum est, quod propria ratio quantitatis, quæ competit quantitati, vt quantitas est, est ratio mensuræ, propter quod dicit Auerroes, qđ quantitates sunt differentiæ mēsurarum. Alia est enim ratio mensurandi aliquid extrinsece & intrinsece, & ið vltimū continentis, vt mensura qua est cōtinētis intrinseca dicitur superficies, vt autem mensura contenti, & locati extrinseca, est locus. Et ideo superficies & locus licet sint vnum materialiter, quantum ad id quod quodlibet est vltimum continentis, tamen diuersæ sunt species constitutæ, per diuersas formales rationes. Et hæc de loco dicta sufficiant.

D. THOM. AQVINATIS

DE TEMPORE

Tractatus Primus.

Caput primum. Tempus difficilis esse cognitionis ostenditur. An item tempus sit inquirens, obiicit ad partes, ipsumque esse concluditur. An demum unum, & idem numero sit in toto tempore, determinatur.

Quæ difficilis cognitionis sint.

Sicut vult Philosophus Secundo Metaphysicæ, difficultas in cognoscendo veritatem, causatur ex duobus, quia causatur quandoque ex parte nostra, quandoque ex parte rerum cognoscibilium. Cum enim vnumquodque cognoscatur secundum quod est in actu, quæ secundum se sunt maxime actu, secundum se sunt maxime cognoscibilia. Vnde quod intellectus noster ad eorum cognitionem non attingat, hoc non est ex parte eorum, sed ex parte nostra. Illa vero, quæ minimam entitatem habent secundum se, sunt minime cognoscibilia, vnde, quod ea ignoremus, hoc non solum est ex parte nostra, sed etiam ex parte eorum. Talia autem sunt materia prima, quæ secundum se non est ens in actu, & omnia successiua, quæ secundum se tota non extant, sed secundum aliquid indiuisibile sui, de numero quorum est tempus, ex quo sequitur quod difficile est cognoscere quid sit tempus. Ad cognoscendum tamen quid sit, oportet cognoscere an sit, quia impossibile est cognoscere de aliquo quid sit, ignorato an sit.

An tempus sit.

Dubitatur ergo primo an tempus sit, & videtur quod non, quia illud quòd componitur ex partibus, quæ non sunt, videtur non esse, entitas enim totius videtur consurgere ex entitate partium, tempus autem componitur ex præterito, & futuro, quæ non sunt, præteritum enim fuit, & non est futurum autem nondum est, videtur ergo tempus non esse. Nec potest dici quod aliqua pars temporis sit, s. ipsum nūc, quia nunc pars temporis non est, omnis.n. pars aliquoties accepta mensurat totum, aut saltem oīs pars cadit in compositionem totius. Nunc autem multoties acceptum non mensurat totum tempus, nec iterum ex

ipsis

ipsis componitur tempus, vt probatur 6. Phy. eo ꝙ ex indiuisibilib. nõ põt cõponi aliquod continuũ, vñ manifestũ est, ꝙ nunc nõ est pars tpis, nihil ergo ꝙ sit pars tpis de tpe existit. Respõdeo dicendum, ꝙ necessariũ est tps esse, ꝙ patet, quia omnia generabilia tpe mẽsurãtur, accipiũt.n. principiũ & finẽ sui esse in tpe, vt vult Philosophus Quarto Physic. Si ergo tps nõ esset, nihil esset generabile, vel corruptibile, ꝙ est incõueniẽs, tps ergo est. Fuerũt tñ quidam qui pp rõnẽ superius inductam dixerunt tps non esse, nisi in anima. Qui ad cõfirmandam suam positionem adducũt duas rationes. Prima est, quia, cum tps sit numerus motus, aut erit in materia numerabili, aut in anima numerante, nõ primum quia materia numerabilis tpis non est, nisi prius & posterius in motu, in quib. nihil põt esse, cum ipsa sint non entia, sequitur ergo, ꝙ tps solum sit in anima numerante. Secunda est ratio, quia si tps esset in re extra, tanquã numerus alicuius motus exterioris, tunc sequetur, quod quia non apprehenderet motum exteriorem, nõ apprehenderet tempus, cuius oppositum vult Philo. Quarto Phy. qui dicit, quod si sumus in tenebris, & nihil patiamur per visum ab exterioribus visibilib. nec sentiamus aliquem motum exteriorem corporum, dum tñ fiat aliquis motus in aĩa, per successionem cogitationum, vel imaginationum, sp sentimus tempus. Ex quo sequitur, quod tempus semper sequatur motũ, qui est in anima, & quod solum sit in anima. Huius opinionis fuit Galé, cui etiam in tantum consensit Auerroes, quod dixit tẽpus secundum quid, esse extra animam, sm vero complementum sui esse solum in anima. Istud nõ potest habere veritatem, quia, cum tps sit numerus motus, & sit numerus numeratus, sic est necesse esse tempus, sicut & motus, cõstat autem, ꝙ motus est in re extra, ergo & tẽpus est in re extra. Item quantitas continua est vera res extra animam, tempus autem est vera quantitas continua, ergo impossibile est quod sit in anima. Et ideo dicendum, quod tempus sit in re extra. Ad cuius intellectum considerandum est, quod, cum numerus sit in rebus numeratis, sicut depẽdet esse rerum numeratarum ab intellectu numerante, ita & numerus, esse autem rerum numeratarum non depẽdet ab intellectu nostro, sed ab intellectu, qui est cã rerum, sicut est intellectus diuinus, ergo nec numerus rerum dependet ab intellectu nostro. Tempus autem numerus motus est, & ideo sicut motus non dependet ab intellectu nostro, ita nec

Tempus nõ dependet ab anima sicut nec motus, cuius non arre stauit, ipsũ esse numerum.

tempus. Sunt tñ quidam, qui dicunt etiam motum depẽdere ab anima, quia, cum motus sit aliquod successiuũ, partes eius, quæ sunt prius & posterius, non habent esse in re extra, sed solum in anima comparante priorem dispositionem mobilis ad posteriorem. Et ideo solum habet esse in anima simpliciter, & quantum ad esse suũ perfectum. In re autem extra habet esse solum secũdũ aliqd indiuisibile sui, & istud esse est imperfectum esse, & sm quid. Et idem dicunt ipsi de tempore. Istud non põt stare, quia illud in quo motus est sm esse suum cõpletũ, & perfectum, necessario mouetur, si ergo motus sm esse suum completum esset in aĩa, anima necessario moueretur, quod est inconueniens. Et ideo intelligendum est, quod oẽ esse ab actu est, actus aũt est duplex, vt vult Philosop. 9. Met. est.n. actus quidam totus simul existens, sicut aĩa aut albedo, & est alius actus successiuus, vt dies, & agon, infinitũ, & vacuum de numero quorum sunt & motus, & tempus. Cum ergo esse sequatur actũ, & modus essendi sequetur modum actus. Esse igitur, quod est ab actu primo, est esse simul, & tale est esse complementum, quod debetur rei perfectæ p primum actum. Esse vero, quod est ab actu secundo, s. ab actu successiuo, est esse successiuum, & tale est esse perfectum, quod debetur tali actui, vel rei perfectæ per talem actum. Et ideo esse perfectũ ipsius motus, & temporis, ꝙ debetur vtriq. sm rõnẽ ppriæ speciei nõ est esse simul existens, sicut ipsi dicuntur, sed esse in successione, ꝙ est sm aliquid indiuisibile ipsorũ. Ad rõnes in oppositũ patet solutio. Ad primum dicendum, ꝙ præteri-

Solutio argumentorũ.

tum, & futurũ nõ sunt sic, vt simul sint, nec hoc requiritur ad esse tpis, cum sit successiuum, vt declaratum est, hẽt tñ esse per aliquid indiuisibile sui, ꝙ continuat ea .s. per ipsum nunc. Ad alias rõnes probantes, tps esse in anima, dicẽdũ est, cũ arguitur, tps cum sit numerus, aut hẽt esse in materia numerabili, quæ sunt prius & posterius, dicẽdum, ꝙ tps hẽt esse in priori, & posteriori motus. Et cum dicis, quod hæc nõ sunt, verum est sub esse permanenti, hñt tñ esse successiuum, vt dictum est. Ad aliud dicẽdum, ꝙ tps sequitur motũ exteriorem aliquẽ .s. primũ motũ, nec obstat hoc, quia apprehenso quocũque motu, comprehenditur motus primus, saltem virtualiter, eo qđ ipse est cã omnis transmutationis. Quia vero dictum est, ꝙ tempus, cum sit successiuum, habet esse solum per aliquod indiuisibile sui, quod est nunc, nõ irrationabiliter dubitatur, vtrum sit vnum & idem nũc in eodem tempore, an aliud & aliud. Videtur enim

An vnum & idem nunc in toto tempore sit, vel aliud & aliud.

quod sit vnum & idem, quia sicut impossibile est duas partes tpis simul esse, nisi vna contineat aliam, sicut annus mensem, mensis septimanam, septimana diem, ita impossibile est duo nunc in tempore simul esse, cum vnum non contineat alterum, si ergo primũ nunc non põt simul esse cum posteriori, necesse est primum esse corruptum, oẽ autem quod est corruptum, corruptum est in aliquo nunc. Nunc ergo ꝙ est corruptum, aut est corruptũ in seipso, aut in aliquo posteriori, non in seipso, quia tunc est, nec in aliquo posteriori, quia aut hoc esset in nunc mediato, aut in nunc immediato, non in nunc immediato, quia vnum nunc non est continuum alii nunc, sicut nec punctus puncto, vt probatur 6. Phy. nec põt corrumpi in nunc mediato, quia inter quælibet duo nunc est tempus medium. sicut inter quælibet duo pũcta est linea media, in quolibet aũt tpe sunt infinita nunc, si ergo nunc prius corrumpetur in nunc posteriori mediato, sequitur quod haberet esse cũ infinitis nunc mediis, quod est impossibile, impossibile est ergo duo nunc esse in tempore. Oppositum huius videtur dupliciter, Primo, quia cuiuslibet continui finiti sunt duo termini ad minus, nunc autem terminus temporis est, & est accipere tempus finitum, ergo ad minus sunt duo nunc in tpe. Secundo, quia illa dicuntur simul esse, quæ sunt in eodem nunc tpis. Si ergo non essent plura nunc in tpe, sed vnum tantum, sequitur, quod ea, quæ fient post millesimum annum, simul essent cũ his quæ sunt hodie, hoc aũt est impossibile. Intelligendum, quod sicut dictum est, esse successiuorum cõsistit in hoc, quod

Determinatio quæsiti.

existant secundum aliquid indiuisibile sui, quod manifestari põt, quia quælibet pars cuiuslibet successiui diuisibilis est in diuersas partes, si ergo aliquod successiuũ existeret non solũ secundũ aliquid indiuisibile sui, sed secundum aliquam sui partem, sequitur ꝙ multæ partes alicuius successiui simul essent, quod est contra rõnem successiuorum. Specialiter aũt possumus hoc probare de tpe, quia quælibet pars temporis est tps, si ergo aliqua pars temporis existeret, sequitur ꝙ tẽpus scđm se existeret, quod est falsum, existit ergo tps secundum aliquid sui indiuisibile, illud aũt est nunc. Hoc supposito dicendum est, ꝙ vnum & idem nunc est in toto tempore scđm substantiam, differens secundum esse, & rõnem, cuius ratio est, quia ipsi nunc, quod est in tpe, aut succedit aliud nunc, aut aliqua pars temporis, non aliud nunc, quia vnum nunc non põt continuari alii nunc, nõ aliqua pars temporis, quia nulla pars temporis secũdũ se existere põt, vt probatum est, ergo impossibile est, ꝙ

vnum

vnum nunc succedat alij nunc in tempore. Præterea, sicut se habet illud, quod fertur ad motum, ita nunc ad tempus, quia sicut per illud, ꝙ fertur, cognoscimus motum, & prius, & posterius in motu, in quãtum videmus illud, quod movetur aliter & aliter se habere, ita per nunc determinatur prius, & posterius in tempore, sed quod fertur vnum est & idem scd̃m substantiam in toto motu, aliud & aliud secundum esse, in quãtum est alibi, & alibi, ergo & ipsum nunc vnum, & idem est in toto tempore secundum substantiã, aliud, & aliud, scd̃m esse, inquantum .s. consideratur in alio, & alio successu temporis Nec valent rationes prius adductæ, cum .n. dr̃ ꝙ cuiuslibet finiti sunt duo termini ad minus, dicendũ, ꝙ cuiuslibet continui finiti permanentis sunt duo termini differentes scd̃m rem, continui vero finiti successiui non oportet quod sint duo termini scd̃m subiectũ, sed solum secundũ rationem. Et propterea falsum supponit ratio, in hoc ꝙ ponit quod est dare tp̃s finitum, non est accipere aliquod tp̃s actu finitum, & terminatum per nunc, nisi scd̃m imaginationẽ nostram, vel per lationem ad aliquem motum, qui in tempore terminatur, totum .n. tempus scd̃m se cõtinuũ est, nec est actualiter vna pars diuisa. Ad aliud dicendum, quòd non dñr esse simul scd̃m tempus quæcunq. sunt in nũc eodẽ, secundũ substãtiã, sed quæ sunt in eodẽ nũc scd̃m esse, & scd̃m rõnẽ, q̃ aũt fient post millesimum annum, & quę fiunt hodie, licet sint in eodem nunc secundum substãtiam, non tamen sunt in eodem secundum esse, & ideo non oportet, quod dicantur esse simul.

Ad argumẽta.

Caput secundum. Tempus non esse motum, sed aliquid eius, scilicet numerum eius secundum prius, ac posterius, ipsum insuper, nec uelox, nec tardum dici ostenditur.

VIso ergo quod tp̃s sit, inquirendum est quid sit. Est autem considerandum, ꝙ tp̃s non est motus, sicut quidam opinati sunt tp̃s esse motũ Cęli, qui circulatio dr̃, quia quælibet pars tp̃is est tp̃s. Si ergo tempus esset circulatio, sequeretur, qd̃ quælibet pars circulationis, esset circulatio, quod tñ falsum est. Item oĩs motus est velox, uel tardus, tempus autem nec tardum est nec uelox, ergo tẽpus non est motus. Minor patet, quia velox & tardum determinatur tp̃e, tẽpus aũt non determinatũ tp̃e, nec quantum ad quantitatem suam, nec quantum ad qualitatem. Secundo considerandũ, qd̃ licet tẽpus non sit motus, non tñ est sine motu. Cũ .n. nos non trãsmutamur scd̃m cognitionem nostrã per successionẽ cognoscibilium, tunc non apprehendimus tempus, quia nec apprehẽdimus motum, sicut accidit his, quos fabulantur dormijsse in Sardo apud Heroes: Ibi .n. reddebãtur aliqui insensibiles propter quasdam incantationes, qui excitati dicebant se vidisse quædam mirabilia. Tales aũt qui excitabantur non percipiebant tempus qd̃ fluxerat, eo quod copulabant primum nũc, in quo dormire cœperant, posteriori nunc, in quo excitati fuerãt, ac si nõ fuisset tempus medium. Sicut ergo si nihil fuisset medium inter illa duo nunc, non fuisset tempus, ita quia non percipiebant medium, non percipiebant tempus, sic ergo non percipimus tempus, quia non percipimus motum. Dum autem percipimus motum, & determinamus prius & posterius in ipso, tunc percipimus tẽpus: relinquitur ergo quod licet tempus non sit motus, non tamen est sine motu. Quia ergo simul cognoscim' motum, & tempus, manifestum est, quod tempus est aliquid ipsius motus, motus autem sequitur magnitudinem, quantum ad duo .s. quantum ad continuitatem, & quantum ad prius, & posterius, & similiter tempus motum. Prius aũt & posterius motus, licet sint idem subiecto cum motu, differunt tñ rõne, eo quod in definitione motus assignantur in 4. Phy. Et ideo restat inquirere rõne cuius tempus sequitur motum, vtrum .s. ratione motus absolute, aut rõne prioris & posterioris, dicẽdũ quod hoc est rõne prioris, & posterioris, quia priori & posteriori in motu cognoscitur tempus, ergo tẽpus sequitur motum rõne prioris & posterioris. Iuxta quod intelligendum est, quod prius & posterius in motu possunt cõsiderari dupliciter, vno modo prout sub forma cõtinui absolute, & sic cognoscendo prius, & posterius simul cognoscimus motum, alio modo vt sunt sub forma discreta, in quantum .s. aĩa dicit posterius esse aliud a priori, & ipsa esse duo, & non vnum, & sic tempus nõ est motus absolute, nec prius ac posterius motus absolute, sed est prius & posterius motus, vt numerata sunt.

Tempus nõ est motus, & non est sine motu, sed sequitur motum.

Ex quo possumus concludere definitionem temporis, quod tẽpus est numerus motus, scd̃m prius, & posteri', ꝙ aũt tẽpus sit numerus patet. Numero .n. iudicamus aliquid plus, vel minus, tp̃e aũt iudicamus motum esse minorẽ & maiorẽ, ergo tẽpus est numerus. Numerus ãt est duplex, est .n. numerus absolute, ꝙ numeramus, vt vnum, duo, tria &c. & numerus numeratus, vt numerus decem hoĩum. Tẽpus .n. non est numerus, quo numeramus, sed numeratus. est .n. prius & posterius, vt numerata sũt in motu. Et licet numerus, quo numeram', sit aliquid discretũ, tñ tẽpus est aliquid cõtinuũ, sicut decem vlnæ panni sunt cõtinuæ, licet numerus denarius sit aliquid discretum. Quia ergo tẽpus, & est aliquid discretũ, & aliqd cõtinuũ, relinquitũ ꝙ in tp̃e est dare aliquo mõ numerũ minimũ, & aliquo mõ non. In numero .n. simpliciter est dare minimũ, sicut vnitatẽ, vel minimũ, qd̃ hẽt rationem numeri, sicut est binarius. In numero aũt numerato, sicut in multitudine linearũ, est dare minimũ scd̃m multitudinem, sicut vnam lineã, aut duas, scd̃m magnitudinẽ aũt non est dare minimam lineam, eo quod omnis linea diuisibilis est in alias lineas, sicut ẽt in tp̃e est dare minimum tempus secundum multitudinem, puta vnam diem, vel duos dies, in genere dierũ, minimum aũt tempus scd̃m magnitudinem non est dare eo quod oẽ tempus diuisibile est in infinitum, sicut & quodlibet continuum. Quia aũt tempus & est numerus, & est continuum, inde est, ꝙ dr̃ multum, & paucũ, breue & lõgum, non aũt velox, vel tardum, Multum .n. & paucum sunt passiones numeri, ideo tẽpus, quia est numerus, dr̃ multum & paucum, longum aũt & breue sunt passiones continui, vnde linea dr̃ lõga, vel breuis, & quia tempus est continuum, ideo dr̃ longum, vel breue. Velox autem aũt tardum non dr̃, quia cum tempus sit numerus motus, si diceretur velox aut tardum, aut hoc esset ratione numeri, aut motus, non ratione numeri, quia numerus, neq; velox, neq, tardus dr̃, neque rõne motus, quia licet tempus sit aliquid motus, non est tamen dicere, quod tempus sit motus. Et ideo non oportet passiones motus quæ sunt velox & tardum, dici de tp̃e, quia velox & tardum determinatur tempore, vt dictum est, tempus autem non determinatur tempore, & ideo tempus non dr̃ velox nec tardum. Continuitas autem in tempore est ex continuitate motus non cuiuscũque, sed primi. & ideo quia motus primus vnus est, tempus est vnum mensurans omnes motus simul factos. Prius aũt & posterius temporis altera sunt, sicut prius, & posterius motus, vnde sicut reiteratur eadem circulatio scd̃m speciem, & non secundum numerum, ita tempus reiteratur idem secundum speciem, & non secundum numerum, mẽsuramus autem motum tempore, & tempus motu, in quantum determinamus quantitatem vnius per quãtitatem alterius, motum .n. mensuramus tempore, quia tẽpus scd̃m id quod est, est numerus motus, tẽpus etiam mensuramus, in quantum .s. per quantitatem motus nobis notam determinamus quantitatẽ temporis. Dicimus enim qd̃ tempus est multum, quia

Numer' duplex.

In numerõ simpliciter est inuenire minimum, in numero aũt numerato est minimum dare secundum multitudinem, non autem secundum magnitudinem.

Cõtinuitas tẽporis penes quid sumenda.

motus,

motus, qui factus in tempore est multus, & hoc rationabiliter accidit, motus.n. sequitur magnitudinem, quantum cõtinuitatem, & prius, & posterius, & tẽps similiter motũ. Per magnitudinẽ aũt mensuramus motũ, & ecõuerso, dicimus.n. ꝙ motus est multus, qa magnitudo supra q̃ est motus, est multa, & similiter dicimus ꝙ magnitudo est multa, qa motus supra magnitudinẽ factus est multus. Quare similiter determinauimus quantitatẽ temporis per motum, & quantitatẽ motus per tempus.

Caput Tertium. Quæ sunt illa, quæ mensurantur tempore, & quæ non.

DEterminato de tempore secundum se: considerandum est de ipso secundum relationem ad ea, quæ tempore mensurantur. Est autem considerandum, qđ aliter comparatur tempus ad motũ, & ad alias res. Cũ .n. motus sit continuus, & successiuus essentialiter, ideo non solum mensuratur tempore quantum ad suum esse, & suam successionem, vel durationem, sed ẽt quantũ ad id quod est, qa eius essentia in successione consistit. Mobilia vero quãtum ad id quod sunt, sicut homo, aut lapis, non mensurantur tempore, quia essentia eorũ est in quolibet nunc temporis, nec hẽt prius, nec posterius, siue successionem, vnde his respondet nunc temporis, & non tempus. Mensurantur autem tpe quantum ad suum esse, & suam successionem, vel durationem, quia duratio eorum non est tota simul, sicut ergo motum esse in tempore, est ipsum mensurari tempore, quantũ ad id quod est, & quantum ad suam durationem, ita tales res esse in tẽpore est ipsas mensurari tempore, non quãtum ad id, quod sint, sed quãtum ad suam durationem, & quod hoc sit verum, patet, esse.n. in tempore, aut est esse, dum tempus est, aut est esse, sicut in numero, esse aũt in tpe nõ est esse, qñ tempus est, sicut nec esse in loco, est esse, qñ locus est. Sic.n. sequeretur, quod omnia essent in eodem loco, cum omnia sint, quãdo vnus locus est, sicut etiam sequeretur, quod cœlum esset in grano milii, quia cœlum est, quando granum milii est, sed esse in tempore est mensurari, & contineri a tempore, sicut esse in loco est mensurari, & contineri loco. Propter ꝙ sequitur, quod esse in tempore, est esse, sicut in numero. In numero autem aliquid est dupliciter, aut enim est aliquid ipsi⁹ numeri, sicut vnitas, par, vel impar, aut quia numerus est eius, sicut rei numeratę. Sic ergo, cum tempus sit numerus, aliqua dicuntur esse in tempore, quia sunt aliquid ipsius temporis, vt nunc prius & posterius. Aliqua autem sunt in tempore, non quia sunt aliquid eius, sed quia mensurantur tempore, & continẽtur sub tempore, sicut ea, quę sunt in numero, continentur sub numero, quia ergo esse in tempore, est, sicut esse in numero, omni aũt eo quod est in numero, est dare maiorem numerum, inde est quod est dare tempus maius, omni eo quod est in tempore. Hæc est ergo prima conditio omnium eorum, quæ tempore mensurantur.

Secunda conditio eorum est, quod quæcunque sunt in tempore patiuntur sub tempore, sicut consueuimus dicere, quod tempus tabefacit, & corrumpit ea, quæ sunt in tempore, & quod obliuio fit propter tempus. Huius aũt causa est duplex. Prima est, quia videmus aliqua corrumpi in tempore, dato quod non appareat nobis aliquod exterius corrumpẽs, sicut est in corruptione, quæ fit ex senio, quam maxime attribuimus tpi. Nihil autẽ fit in tempore, nisi appareat aliquid exterius faciens, ꝓp quod nõ dicimus, quod tempus sit cã generationis, sicut corruptionis, aut quod tempus sit cã disciplinæ, sicut est causa obliuionis, quia ex hoc solo, quo aliqs diu viuit, non efficitur sciens. Secunda causa est, quod tempus est numerus motus, motus autem facit distare mobile a dispositione, in qua prius erat, & est magis causa corruptionis & generationis, cuius ratio signatur triplex. Prima ratio est, quia motus facit id, quod mouetur, distare a prima dispositione sua, vt dictum est. Hæc aũt distantia attenditur respectu termini a quo, qui corrumpitur in motu, & ideo motus per se est causa corruptionis. Quod autem per motum generetur aliquis terminus ad quem, hoc non est de ratione motus absolute, sed conuenit ei, vt finitus est. Rationem autem finiti habet ex determinata intentione mouẽtis, cuius est mouere ad aliquem determinatum terminũ. Vnde generatio termini ad quem, magis est attribuenda formæ ipsius mouentis, ratione cuius mouens mouet, quam ipsi motui. Secunda ratio est, quia illud quod mouetur, dũ mouetur, neque est oĩno in termino a quo, neque in termino ad quem, sed deficit ab vtroque, & ideo motus de se est cã, quare mobile sit sub priuatione termini a quo & termini ad quẽ. Cũ autem mobile factum est sub termino ad quẽ, tunc nõ est motus. Et ideo motus magis est causa corruptionis vtriusq. termini, dũ est, quã gñationis termini ad quẽ, quia cũ terminus ad quem gñatus est, tunc motus nõ est. Tertia rõ est, qa vt patet ex 3. Phy. motus trahitur ad rõnẽ actionis, ſm ꝙ cõsideratur vt ab hoc, ad rõnẽ aũt passionis trahitur, vt cõsideratur vt in hoc. Constat autem, qđ oẽ accidens veriorẽ hẽt comparationem ad subiectum quam ad cãm agentem, ideo verior est cõsideratio motus sub rõnẽ passionis, q̃ sub rõne actionis. Passio aũt est cã corruptionis per se. De ratione enim eius ꝙ ipsa magis facta plus & plus abiicit a substãtia. Factio aũt magis attribuitur actioni. Et quia sicut dictum est, verius consideraẽ motus sub rõne passionis, quam sub rõne actionis, inde est quod motus magis est cã corruptionis, quam generationis. Tempus autem vt dictum est, est mẽsura motus, & iõ magis est cã corruptionis, quã gñationis, sicut & motus, neutrius tñ est cã per se. Ex his duobus conditionibus quæ apparent in rebus, quæ sunt in tpe, possumus concludere ꝙ ea, quæ sunt sp, nõ sunt in tẽpore. Primo quia, sicut dicit prima conditio, omni eo, ꝙ est in tpe, est accipere tp̃s maius. Sempiternis aũt non est aliquid maius tẽpus accipere, cum ipsa sp sint, ergo ea quæ sp sunt, non sunt in tpe. Præterea sicut dicit secunda conditio, ea quæ sunt in tempore patiuntur in tpe, corrumpuntur in tempore, ea autem quæ sp sunt, non patiuntur a tpe, nec corrumpuntur, neque senescũt, quare manifestum est, quod non sunt in tpe. Ex his autem quæ dicta sunt, posset aliquis credere, quod ea quę quiescũt, cum semper, dum quiescunt, similiter se habeant, sicut sempiterna, quod non mensurarentur tempore. Hoc autem est falsum. Et ideo dicendum est ꝙ sicut tẽpus est mensura motus per se, ita est mensura quietis per accidens. Non.n. oportet, ꝙ oẽ quod est in tpe actu moueatur, sicut oẽ quod est in motu, necesse est actualiter moueri, quia tẽpus non est motus, licet sit numerus motus. In numero autem motus conuenit esse non solum illud quod mouetur, sed etiam illud qđ quiescit. Quiescens.n. non dr̃ quodcunque, quod non mouetur, sed quod non mouetur, aptum tñ natum moueri, & omne tale est mobile. Esse ergo rei quiescentis est esse rei mobilis, esse autem rei mobilis mẽsuratur tpe, ergo & esse rei quiescentis. Mensuratur autẽ id, quod quiescit & id quod mouetur quãtum ad quantitatem quietis, vel motus, motus tamen per se, quies aũt per accidẽs, dicimus enim ꝙ aliquid quieuit uno die, quia cessauit a motu una die. Iuxta quod intelligẽdum est, ꝙ mobile potest considerari dupliciter, vel quãtum ad suam substantiã, seu essentiam, vel quantum ad suum esse. Si consideraẽ quantum ad suam substantiam, sic non mensuratur tẽpore, eo ꝙ substantia mobilis in quolibet nunc temporis est, nec habet successionẽ, nec prius, nec posterius. Si aũt consideretur quantum ad suum esse, hoc potest esse

duplici

dupliciter, quia autem considerari potest quãtũ ad suũ esse substãtiale, aut quãtũ ad suum esse, ꝙ habet in motu, ꝙ est suum moueri. Si cõsideretur primo modo, sic nõ mensuratur tpe. Secũdo aũt modo mensuratur tpe. Moueri. n. mobilis nõ est totũ simul successiuum. Viso ergo, ꝙ non oĩa entia sunt in tpe, & ꝙ non oĩa nõ entia sunt in tpe, vt hoc breuiter comprehendamus, dicẽdũ est, ꝙ illa non entia, q̃ impossibile est esse, non mẽsurãtur in tpe, & ratio huius est, qa sicut dictũ est, oĩ eo, ꝙ est in tpe est accipere maius tps. Constat aũt, qđ nõ est accipere maius tps entitate eorũ, quæ impossibile est esse. Et iõ non entia talia non sunt in tpe. Ea aũt quæ pñt esse, & non esse sunt in tempore, quia est dare tempus magis entitate eorum, & non entitate.

Caput Quartum. De differentia æternitatis, æui, et temporis, & quid sit vnumquodque eorum.

Viso ergo de tempore secundum se, & per resolutionem ad temporalia, considerandum est de eo per relationem ad alias mensuras, quæ sunt æternitas, & æuum. Primo ergo videndum, an æternitas sit, & quid sit. Dubitant enim aliqui, an æternitas sit. Et probant ipsi, quòd non, quia infiniti in quãtum infinitum est, nõ est mensura. Causa autem prima infinita est, cuius mensura ponitur æternitas, ergo vĩ, ꝙ æternitas non possit esse in genere mensuræ, ergo æternitas nihil est. Item omnis mensura certificat aliquam quantitatem, causa autem prima nullam quãtitatem habet, ergo æternitas non potest esse mensura causæ primæ, nec per consequens aliquid esse, cum non ponatur esse, nisi in genere mensuræ. Item nihil vno modo se habens potest mensurare, æternitas autem est vno modo se habens, ergo non potest habere rationem mensuræ, non potuit autẽ esse æternitas nisi vt mensura quædam, ergo æternitas non est. Intelligendum quod æternitas tripliciter accipitur. Vno modo dĩ æternitas mensura durationis rei semper similiter se habentis, nihil acquirentis in futuro, & nihil amittentis in præterito, & sic propriissime sumitur æternitas. Secundo modo dĩ æternitas mensura durationis rei habentis esse fixum & stabile, recipientis tamen vices in operationibus suis, & æternitas sic accepta proprie dĩ æuum. Aeuum enim est mensura eorum, quorum esse est stabile, quę tamen habet successionem in operibus suis, sicut intelligentiæ. Tertio modo dĩ æternitas mensura durationis successiue habentis prius & posterius, carentis tamen principio & fine, vel carentis fine, & tamen habentis principium, & vtroque modo ponitur mundus æternus, sed secundum veritatẽ sit temporalis, & illo modo impropriissime dĩ æternitas. Rationi enim æternitatis repugnat prius & posterius. Vtroque autem illorum modorum dicta ęternitas verissimam entitatem habet. Nec valet illud quòd arguitur, qđ infiniti tñ quantũ infinitũ est, nõ est mẽsura, quia licet cã prima infinita sit, eo ꝙ careat principio & fine, tñ finitissima est, eo ꝙ in seipsa manens, nihil sui hẽt extra se. Ad aliud cũ dĩ, quod oĩs mẽsura certificat aliquam quantitatem, dicendum, ꝙ non est uniuersaliter verum, nisi accipiatur quantitas valde large pro quãtitate virtutis & magnitudinis. Licet autem prima causa non habeat quantitatem magnitudinis, habet tamẽ quantitatem virtutis, & hoc sufficit. Ad aliud, cum dĩ illud, quod vno modo se habet non mensurat, dicendũ, quod verum est, quod non mensurat vt numerus sed vt vnitas, vnde æternitas magis dicenda est vnitas rei ęternæ, quam numerus. Nunc ergo cõsiderandum est, quid sit æternitas. Ad quod sciendum cõsiderandum est, qđ æternitas dicit interminabilitatem quandam. Dĩ enim æternum, quasi extra terminos existens. Sicut autem dicit Philosophus 8. Physic. In omni motu est aliqua generatio, & aliqua corruptio, inquantum mobile desinit esse in termino, a quo, & incipit esse in termino, ad quem. Ex hoc patet, quod omnis mutabilitas repugnat æternitati. Includit ergo ęternitas non solum interminabilitatem essendi, sed etiam immobilitatem. Ex motu autem causatur prius, & posterius in tempore. Et ideo cum motus repugnet æternitati, ex consequenti repugnat ei habere prius, & posterius. Propter quod Boetius definit æternitatem dicens. Eternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta processio. Quæcunque ergo cum indeficientia essendi habent immobilitatem, & sunt absque successione temporali, ipsa dicuntur esse æternaliter, & mensurantur æternitate. Vnde a quibusdam definitur æternitas, quod est mora, & non mora temporis, sed dicitur mora essendi id est indeficientia. Spatium vero dicitur eo quod ambit totum esse indeficiens. Continuum vero dicitur, non eo quod habet partes, sed quia nũquam deest, nunquam defuit, nunquam deerit, non interfectum vero dĩ, quia nõ habet partes, quæ exeant de potentia ad actum, sicut tempus, cuius pars prior præterit, & pars posterior futura est. Propter quod dicit Boetius, quod nunc stans, & nõ fluens causat æternitatem. Occasione huius dubitatur aliquid, quomodo verba præteriti temporis & futuri verificantur de Deo. Ad quod dicendum est, quod ęternitas est mensura rei indeficientis, sicut dictũ est. Huic tñ accidit, quod comparetur ad præteritum, uel futurũ, & hanc comparationem, vel concomitatiuam ex indeficientia eius causatam dicunt uerba præteriti temporis. Vnde prima causa dĩ fuisse in præterito, quia in toto tempore præterito nunquam defuit, & dĩ fore in futuro, quia nunquam deerit. Ex his quæ dicta sunt, põt assignari differẽtia inter æternitatem, ęuum, & tempus, quia æternitas est mensura rei incommutabilis non recipientis vices in operatione. Aeuum autem est mensura rei, cuius esse est incommutabile, quod tñ recipit uices in suis operationibus. Tempus uero est mensura rei, secundum omnem modum mutabilis, & successiuę. Constat autem quod æternum, quod immutabiliter se habet, causa est æterni, quod incommutabiliter se habet quantum ad esse, recipit tamen uices in suis operationibus & similiter æternum causa est temporalis. Et sicut est in his, sic & in instrumentis eorum, quia æternitas causa est exemplaris ipsius æui. Aeuum enim imitatur æternitatem quantum potest, deficit tamen ab ęternitate. Aeuum aũt est causa exemplaris ipsius temporis, eo ꝙ tempus imitatur æuum quantum potest, deficit tamen ab æuo. Vnde non est dubium, quod sicut tempus est primo mensura unius. s. primi mobilis, quĩ est uelocissimus, & æternitas primo est mensura primĩ esse, quod est essentiæ simplicissimæ, ita æuũ, est primo mensura alicuius unius, quod licet recipiat uices in operationib. suis, est tamen propinquissimum primo actui. Et ideo quicquid dicatur, sicut est unũ tempus, & vna æternitas, ita & vnum æuum. Ex hoc confutatur error quorundam dicentium, quod est idem nunc ęternitatis, & temporis, quod nituntur probare, quia stans, & mouens se, non uidetur differre secundum substãtiam, sed solum secundum rationem, nunc autem æternitatis est stans, & nũc temporis fluens, quare non uidetur differre, nisi ratione sola. Istud non potest habere ueritatem, secundum ea quæ determinata sunt. Visum est enim quod æternitas, & tempus essentialiter differunt, quia nunc æternitatis, & nunc temporis essentialiter differunt. Item quæcunque se habent, ut causa & causatum, essentialiter differunt, nunc autem æternitatis, cum non differat ab æternitate, nisi sola ratione, causa est temporis, & nunc ipsius, vt dictum est. Quare nunc temporis, & nunc æternitatis essentialiter differunt. Præterea nunc temporis, & nunc æternitatis essen-

essentialiter differunt, quia nunc temporis est continuatiuum præteriti cum futuro, vt patet 4. Physi. nunc aũt æternitatis non est cõtinuum præteriti cum futuro, q̃a in æternitate non est prius, nec posterius, nec præteritũ nec futurũ, sed tota æternitas est tota simul. Neq. valet rõ in oppositum cum dr̃ quod stans, & fluens non differunt per essentiam, verum est in omni eo quod cõtingit & stare, & fluens esse, tamen stans quod nullo modo cõtingit fluere, & fluens q̃ nullo mõ contingit stare differunt per essentiam, talia aũt sunt nunc æternitatis, & nunc temporis. Et præterea si nunc t̃pis, & nũc æternitatis essent mensura vnius, & eiusdem rei, quã contingit stare & fluere, tamẽ adhuc differrent essentialiter, eo q̃ vnum, & idem secundum aliam & aliam rõnẽ mẽsurari potest alia, & alia mensura, quia nos videmus in opposito, q̃ diuersa mensurabilia, quæ tamẽ participãt vnam rationem, possunt mẽsurari eadem mẽsura, sicut loci mutatio & alteratio, quæ mensurantur tempore in quantũ conueniunt in rõne successiui habente prius & posterius. Vnde manifestum est, quod quorum mensurabilia differunt in quantum mensurabilia sunt, & ipsa differunt, fluens autem & stans, licet possint esse vnum & idem secundum substantiam, quia non differunt, nisi in eo q̃ stans est aliud a fluente, & fluens in eo quod fluens est aliud a stante, ideo mensurantur alia & alia mensura in eo quòd stans & fluens. Et ideo nunc æternitatis quod est mensura rei vt stans, & nunc temporis, quòd est mensura rei, ut fluens, de necessitate differunt ab inuicem.

D. THOM. AQVINATIS

DE TEMPORE, ET INSTANTIBVS.

Tractatus Secundus.

Caput Primum. Quid sit tempus, & qualiter tempus in istis inferioribus participatur, & quæ sit angelorum & eorum operationum mensura.



QVoniam oẽm durationem, concomitatur instans, ideo ad naturam durationis aperiendam, de natura instantis oportet aliquid dicere, horum enim alterius notitia ad alterius cognitionem valet. Et quia composita sunt nobis notiora simplicibus, & diuisibilia indiuisibilibus ideo a t̃pis notitia incipiendum est, vt per ipsum ad instãtis cognitionem, & itidem ad diuersarum durationum notitiam facilius possit perueniri. Sciendum est ergo primo, q̃ tempus dr̃ 4. Physic. numerus motus, licet. n. nihil sentiamus per aliquẽ sensum exteriorẽ, nisi aliquo motu facto circa corpus, tamen sola cogitationum successione potest anima prius, & posteri' percipere in ipsa successione, & ita necessario in successione apprehẽdit aĩa duo, vel tria, vel plura, & iste numerus apprehẽsus in successione est t̃ps. Sed hoc dubitationẽ habet. Cum. n. tempus sequatur motum primi mobilis, vt eius propria mensura, actio autem animæ primo mobili nõ subiaceat, cum nõ perficiatur organo corporali, sola. n. corpora primo corpori, & eius motui subiacent, videtur secundum actionem animæ t̃ps non posse percipi, nisi aliqua transmutatio circa corpus contingat. Ad huius ergo euidentiam considerandum est, quod est vnus primus motus, qui est causa omnis motus secundi, & iõ quæcunque transmutationes sunt circa ista corpora inferiora, fiunt ab illa prima transmutatione. In actionib. autem animæ, licet non sit transmutatio ex parte ipsius animæ, tamen transmutatio ex parte phantasmatũ per quorum naturam in cogitationib. animæ est continuũ & tempus, sicut dr̃ in 3. li. de Ani. & ideo anima in suis cogitationibus percipit successionem continuam, & apprehendit prius & posterius in ea, & in hoc consistit ratio temporis. Tempus enim est numerus prioris & posterioris in motu, & ab vnitate primi motus habet t̃ps vnitatem. Comparatur. n. tempus ad primum motũ nõ solum vt mensura ad mensuratum, sed & vt accidẽs ad subiectum. Impossibile est aũt in vno subiecto esse plura accidentia eiusdem speciei, sicut in vna parte superficiei non possunt simul esse duæ albedines. Motus autẽ primus est vnus & vniformis, vnde t̃ps oportet esse vnũ. Ad alias autem transmutationes comparatur tẽpus solum vt mensura, vnum. n. põt esse mensura pluriũ, vt vna virga plurium pannorum, & ideo tempus non multiplicatur ad multiplicationem inferiorum trãsmutationũ, sed manet vnum ipsis multiplicatis. Ex quib. patet q̃ in substantiis separatis, quæ non intelligunt, cũ cõtinuo & phantasmate, non est t̃ps, in cuius definitione cadit motus, qui est subiectũ t̃pis, a quo t̃ps hẽt q̃ sit continuũ. In definitione. n. temporis ponitur numerus, vt formale, & vt genus, & motus ponitur oblique, vt eius subiectũ, & loco differentiæ, semper. n. cũ accidẽtia in abstracto definiuntur, ponitur subiectum loco differẽtiæ, sicut simitas dr̃ nasi curuitas, secundo namque loco debet semper differentia in definitione poni. Et inde est, quod tempus non est absolute numerus, sicut duo, vel tria, sed est numerus applicatus rebus, sicut duæ vlnæ panni, & huiusmodi. In substantiis aũt separatis nõ est subiectum temporis sic dicti. Vnde mensura actionis, in eis non habet aliquam continuationem a materia, nec ab aliquo exteriori, sed quia nõ potest ab eis apprehendi simul, nisi vnum, oportet, quod in apprehensione plurium cadat successio prioris & posterioris, sed hoc est discretum, & non continuum, & tempus est in actionibus earum secundum similitudinem eius, quod est formale in eo, non autem secundum eius materiale, a quo habet esse continuum, ideo tempus quo mensuratur successio in actionibus angelorum est ex indiuisibilibus, sicut numerus componitur ex vnitatibus, quæ sunt indiuisibilia quædam. Illa autem indiuisibilia non pertinent ad genus quantitatis sicut vnitates pertinent, & hoc de facili cognoscitur, si natura nostri temporis consideretur. Sciendum est ergo, quod cum rõ mẽsuræ primo inueniatur in quantitate discreta, & per eius naturam in continua, nihil poterit habere rationem mensuræ in quantitate continua, nisi ex adiunctione quantitatis discretæ, & ideo tẽpus quod est mensura motus a quo habet continuitatem, sicut a subiecto, formaliter est numerus, & per hoc est mensura, quamuis esse hẽat per motum, sicut accidens a suo subiecto. Si ergo tempus nostrum consideretur formaliter, est numerus, siue etiam quantitas discreta, sed ratione sui subiecti est quantitas continua, vnde tempus non est numerus absolutus, sed applicatus rebus. Quantitas autem discreta habet originem a quantitate continua, ut dicitur Tertio Physicorum, propter diuisionem enim continui est additio in numero. Nec forent duæ vnitates facientes numerum aliquarum rerum, nisi illæ res essent diuisæ abinuicem, in se tamen retinentes vnitatem. Diuisio aũt rerum singularium eiusdẽ speciei, est per materiã, nõ p formã, cũ spẽs sequat̃ formã. Species aũt vna est. In angelis aũt materia nõ est, & iõ substãtiæ separatæ a Philosoph. vocant̃. Ex quo patet, q̃ mẽsura actionũ,

in angelis cum infinitis, vt in subiecto, non pertinet ad quantitatem discretam, diuisio enim, & numerositas, quæ est in eis, est solutio formalis, & nullo mō materialis, cū totsint in eis species quot indiuidua, & ideo multitudo, quæ est in eis est de transcēdentib. Certū est.n. quod vnum, & multa diuidunt ens, & patet quod illud vnum, & multa non sunt in aliquo genere determinato, puta in quātitate, cū vnitas talis, & multitudo possit reperiri, vbi nulla est quātitas, vt in angelis. Tēpus aūt, qđ mensurat eorum actiones non est cōtinuum, nec numerus, qui est quantitas discreta, cum ista oriatur a continuo, sed est numerus, qui est multitudo quæ est de trāscendentibus, & ex talibus indiuisibilibus componi habet, & ideo non oportet inter duas eius actiones quæ p ficiuntur in diuersis indiuisibilibus illius temporis, aliquod medium cadere. Possunt enim duæ actiones immediate sibi succedere, sicut duę vnitates. Solū.n. inter duo indiuisibilia temporis nostri qđ ex talibus componi non pōt, cum sit continuū, cadit medium. Sed si ex eis componeretur tempus nostrum, nō caderet mediū, quia partes rei immediate coirent, & ideo instantia in tempore nostro non sunt partes, cū sibi inuicē immediate succedere nō possint. Ex dictis ergo manifestum est non esse transitum, cum angelus aliquid morose intelligit, sicut qñ intelligit duo successiue. Apud nos autem successio quædam est, quando intelligimus vnum continue, sicut quādo intelligimus plura successiue. Et huius ratio dicta est, quia tempus quod mēsurat actiones nostras non est in eis, sicut in subiecto, sed est mensura earū tantum. In motu vero primo est sicut in subiecto, & ab illo habet transitum per naturam, quæ subiectū eius est cum essentia motus, si ut in quodam trāsitu. Et ideo quando intelligimus aliquod indiuisibile, puta A. oportet qđ ipsum solum similiter intelligamus, cum nō habeat quid prius & quid posterius intelligatur. Est.n. indiuisibile si morose intelligatur & quiescat intellectus, illud intelligendo & aliud non transeundo, mēsura actionis nostræ nullum transitum habebit cum ipsa sit tota simul. Natura enim mēsuræ mensurateque est nihil accipere a mensurato. Tempus autem est mensura extrinseca omnium præterquam ipsius tātum in quo est, sicut in subiecto, & idē est motus primus. Erit ergo trāsitus, quando intelligimus aliqđ indiuisibile non a parte actionis nostræ, causatus in ipso tempore cum in eo nihil causetur, nisi a subiecto proprio, sed a parte ipsi⁹ temporis applicati actionib. nostris tanquam mensura mensurato, & non tanquā accidēs subiecto. Cū autem angelus aliqđ vnū intelligit morose, nullus trāsitus est, sed est vna particula ipsius tpis indiuisibilis quo mensuratur actio eius, quæcunq. mora fuerit in illud intelligēdo. Non.n. aliqđ continuū vnū uniforme est transitum hsis cuius tps illud sit mensura & accidens vt apud nos. Et ideo particulæ illius temporis non habent transitū nec a parte intelligibilium sibi succedentium, cū vnum aliquid indiuisibile intelligatur, nec a parte alicuius subiecti, cuius existentia est in continuo motu & transitu; Hoc autem imaginationem nostram transcendit, quia imaginatio nostra non trāscendit cōtinuum & temp⁹. Vna ergo particula indiuisibilis illius temporis manere potest cū multo tempore nostro, cuius tamen partes illi particulæ cōmanere nō possunt, nec tamen propter hoc est in illa particula successio vel cōtinuatio aliqua, cum tps illud non sit accides alicuius in successione & continuitate existentis, vt dictum est. Manifestum est ergo quod vniuersaliter omne tempus consistit essentialiter in quadam morosa successione. Accidit autem ei quod illa successio sit continua vel discreta, ratione eorum quibus applicatur. Discretio enim illa quæ est temporis in angelis, nō est eius vt numerus quo numeratum, hoc enim est absolutum a tempore, sed habet eā ab actionibus quæ sibi succedunt sine medio.

Caput Secundum, Qualiter in toto tempore est instans idem re, differens in ratione.

NVnc vero de tpis instantib. superest agere. Sciendum ergo quod sicut punctus se habet ad lineam, ita se habet nunc ad tempus. Geometræ autem imaginantur punctum per motum suum causare lineā. Quorum ratio est, quia linea non habet nisi unam dimēsionem, vnde indiuisibilis est secundum latum & profundum, & ideo non est in linea, vnde pūctum excedat in latum. Cum autem in longum linea excedat punctum, si imaginemur punctum quiescere, non poterimus imaginari ipsum esse causare lineæ. Si vero imaginemur ipsum moueri, licet in ipso nulla sit dimensio, nec aliqua diuisio per consequens, per naturā tñ motus sui relinquitur aliquid diuisibile, & qa punctus non hēt causare lineam, nisi secundum qđ linea caret latitudine & profunditate, non autem secundū qđ hēt lōgitudinē, ideo ex natura motus sui qđ relinquitur, erit dimensionale vna dimensione, & tale necessario erit linea. Ille ergo punctus nihil est de ipsius lineæ essentia, quia nihil vnum & idē realiter omnib. modis indiuisibile pōt simul in diuersis partib. eiusdem continui permanentis esse. Necessario tamen si esset de essentia lineæ constitutæ per suū motum, foret de essentia cuiuslibet partis suæ, quia qua rōne pertineret ad vnam partem eiusdem, eadem rōne pertineret ad omnes, cum æqualiter ad omnes se habeat. Nec pōt esse terminus eius vel continuatio aliqua, cum ille punctus sit aliquid vnum realiter. Vnde nō pōt eē plures puncti realiter du linea tñ sunt plures puncti & realiter abinuicem diuisi, vt duo eius termini, & similiter in eius continuatione. Linea.n. est quantitas positionē habens & manens, nec cum puncto motu transiens. Pūctus ergo mathematicę imaginatus qđ motu suo cāt lineam, necessario nihil lineæ erit, sed erit vnum scđm rem & diuersum scđm rōnem, & hæc diuersitas quæ cōsistit in motu suo realiter, est linea, non identitas sua secundū rem. In hac ergo linea constituta per diuersitatem puncti, erunt puncta quædam duo actu, vt eius termini, qui cadunt in eius definitione, & infinita alia in potentia scđm qđ ipsa est in infinitum diuisibilis potētialiter, per quem modum de instanti tēporis est agendū, nisi quod instans est de substantia tpis. Sciendum est ergo quod mobile est causa motus non efficiens, sed materialis. Motus.n. est in mobili, vt in subiecto, sicut dr̄. in 3. Phys. mensura autem ipsius mobilis est instans; quia instans sequitur id quod fertur, vt dr̄ 4. Phys. & quidam referunt hoc ad instans æui dicētes ipsum esse idē secundum rem cum instanti temporis, differens tamē ratione, dicentes, quod primum mobile cuius mensura est instans, quia essentia sua est tota simul & non in aliqua successione, sicut & essentia instātis est tota simul; ideo est unum & idem realiter in toto motu suo, sed diuersum, & diuersum rōne, & hæc eius diuersitas est totum motus eius cuius ipsum mobile secundum essentiā nihil est, sed est penitus extra genus eius, cum ipsum sit substantia, motus vero accidens, eodem modo vero instans quod est mensura ipsius mobilis sequens ipsum vnum secundum rem, cum nihil perdat de substātia ipsius mobilis cuius instans est mensura inseparabilis, sed diuersum & diuersum secundum rationem, & hæc eius diuersitas est tempus essentialiter, cuius ipsum instans quod est mensura primi mobilis nihil est secundum eos, & ideo aliud in essentia sua est instans, quod est unum in toto tempore, a quolibet instanti quod est in toto tempore, vel ut continuatiuo vel ut terminus. Illud enim instans est mensura essentiæ primi mobilis secundum quod est permanens, nullum autem isto-

rum

rum inſtantium eſt menſura alicuius, quia ipſum tempus, in quo reperiuntur prædicta inſtantia, eſt menſura omnium inferiorum non ſolum ſecundum ſuos motus, ſed etiam ſecundum ſua eſſe, quia inferiora ſunt tranſmutabilia non ſolum ſecundum locum, ſed etiam ſecundum ſuum eſſe, cũ ſint corruptibilia, vnde dicunt quòd multos decipit æquiuocatio inſtantis, quę multipliciter latet in genere ſecundum Philoſophum. Non. n. eſt aliquod inſtans qđ menſuret aliquam rem inferius, quod idem ſit in toto tpe ipſius motus, cum nullum tempus ſit accidens motus rei inferioris, ſed primi mobilis tñ, vnde cum res inferior mouetur, motus eius eſt accidẽs eius, ſed tempus eius non eſt accidens huius motus, ſed menſura tantum. Menſura enim eſt accidens primi mẽſurati tantum in iſto genere, aliorum autem menſura tãtum non autem accidens, & ideo tempus non eſt in aliquo motu alicuius rei corruptibilis, vt in ſubiecto, ſed in motu primi mobilis tantum. Poteſt tamen ratio de iſto tempore cuilibet motui particulari aliquid attribuere, & aſſignare in eo principium & finem per comparationem ad principium, & ad terminũ alicuius motus particularis, ſicut facit in die, cum accipit ortum & occaſũ ſolis tanquam principium & finem temporis.

Caput Tertium. Cuius ſit menſura inſtans temporis & æui.

HIs autem eſt aduerſum quod dicit Philoſophus 4. Phy. dicens ipſum inſtans ſequi rem motam, ſicut tempus ſequitur motum, per hoc quod nos deuenimus in notitiã prioris & poſterioris in motu per ipſum mobile, quia cum ipſum inuenimus in aliqua parte magnitudinis per quam mouetur, ſtatim dicimus motum per quem illuc aduenit præteriiſſe, & motum per quem inde ad aliam partem magnitudinis tranſibit futurum eſſe, & ſic per mobile alteratum apprehendimus numerum motus. Similiter eſt in tẽpore, quia id quod diſtinguit partes temporis abinuicem, eſt nunc quod eſt principium temporis vnius & finis alterius, ergo a commutata proportione, ſicut ſe habet tempus ad motum, ita ſe habet nunc temporis ad mobile, vnde vr̃ Philoſoph' velle nunc temporis ſequi ipſum mobile, ita ꝙ idẽ nũc ſit menſura mobilis, & continuans partes temporis adiuncti. Idem ẽt nunc dr̃ primo menſurare tempus ipſũ, quia vnumquodque menſuratur per id quod eſt notius in ſuo genere. Vnde illud de genere temporis eſt. De eodem ẽt nunc ſubiũgitur, ꝙ nihil temporis eſt ipſum, ſ. nunc, ex quibus patet ꝙ inſtans quod ſequitur mobile ſit de ſubſtantia temporis, cuius oppoſitum dicebatur. Ad huius ergo difficultatis ſolutionem notandum eſt quod inſtans æui non eſt accidẽs primi mobilis, ſed menſura ſm illud eius quod eſt inalterabile. ſ. ſecundũ eſſentiam, accidens vero eſt primi æuiterni, & ſequitur illud ſicut accidens ſubiectum ſuum, alia aũt nõ, vñ manifeſtum eſt, qđ non eſt idem nũc æui & nũc temporis quod ſequitur mobile. Hoc. n. eſt menſura mobilis ſecũdũ ꝙ eſt idẽ in toto motu & accidens eius, vnde Philoſophus quærens naturam inſtantis in 3. Phyſi. docet ꝙ nihil temporis eſt niſi inſtãs, & ad hoc accepit rõnẽ ex habitudine motus ad mobile, dicens ꝙ ſicut loci mutatio & ipſum mobile ſunt ſimul, ſic numerus mobilis ſimul eſt cum numero motus localis, ſed tempus eſt numerus loci mutationis, ergo numerus ipſius mobilis ſẽper erit cum tempore, hoc autẽ nihil aliud eſt quã nũc, ergo nunc & tempus ſunt ſimul. Addit autem quod ipſum comparatur ad id quod fertur, non ſicut numerus, ſed ſicut vnitas, cum nunc ſit indiuiſibile. Ex quibus manifeſtum eſt aliam eſſe naturam inſtantis quod menſurat mobile ſecundum illud quod eſt, & ſecundum id ꝙ eſt idem in toto motu, aliud autem eſt qđ continuat tẽpus: patet. n. ex parte motus & mobilis mobile idẽ eſſe in toto motu realiter, ſed alterũ rõne, ſed hæc eius alteritas cõſiſtit in qbuſdã indiuiſibilib. motus, quæ dicunẽ mutata eſſe, ſine tamẽ interpolatione, & huiuſmodi cõtinuant motum, quando quies in aliquo illorum nõ accidit. Mobile autem nihil eſt eorum, cũ quodlibet horum accidat ſibi, ſimul tamẽ ſunt hæc mutata eſſe cum mobili, quia eius ſunt vt ſubiecti, ſicut aũt a parte mobilis, ita & a parte inſtantis quod ſequitur mobile eſt accipere diuerſa & diuerſa eſſe. Et hæc eius diuerſitas cõſiſtit in ipſis indiuiſibilibus temporis, quæ & dicuntur menſurata eſſe, & iſta menſurata eſſe ſine interpolatione ſunt inſtantia quæ continuant tempus, & hoc nihil aliud ſunt niſi diuerſa, & diuerſa ratio eiuſdem inſtantis, quod idẽ eſt realiter in toto tempore ſequens mobile in quantum eſt idem re in toto motu. Huic aũt adiũgitur inſtans æui qđ menſurat mobile ſm ſe, ſicut aliud nunc eſt menſura eius in quantũ eſſentia eius coniuncta eſt motui, vnde ſicut bene arguitur quòd nihil motus eſt niſi mobile ſit, & tamen non eſt aliquid de ſubſtantia ſeu de eſſentia motus, niſi forte ſicut ſubiectum dr̃ pertinere ad accidens ſuum, cum cadat in eius definitione, ſed hoc eſt quia accidentia definiuntur per ſuppletionẽ ſubiectorũ quæ penitus ſunt extra eſſẽtias eorum, ita bene arguitur, ꝙ nihil tpis ſit niſi inſtãs ſit, nec tamen ideo ſequitur ꝙ illud inſtãs ſit aliquid tẽporis, & iõ Philoſophus ſubtiliſſime cum vellet oſtendere nihil temporis eſſe niſi nunc, non hoc directe cõcluſit qđ intendere videbatur, ſed directe concluſit nunc tempus eſſe ſimiliter, ſicut mobile & motus ſunt ſimul, & conſtat qđ motum eſſe ipſius mobilis eſt continuatio ipſius motus non autem ipſum mobile, ſed ſicut mobile non ſeparatur a moto eſſe nec a motu, ſed ſemper ſunt ſimul, ita ẽt de ipſo nunc, ꝙ ipſa diuerſa eſſe ſunt, eſſentiæ eius cõiuncta, non dico diuerſa eſſe eius, quia diuerſitas non attingit eſſentiam æui, licet ei coniungatur, ſed attingit nunc temporis, vnde hic diuerſa eſſe ei adiuncta erũt aliquid temporis & non ipſum nunc, præter quod tñ nihil temporis eſt. Ipſum vero inſtans qđ in ſe alteratur diuerſa & diuerſa ratione quo ad ſua eſſe eſt aliquid temporis, ſed non tpˢ. Vnde Philoſophus ibidem cum prius vocaſſet ipſum nunc numerum mobilis, ſup hoc. n. ſtabat argumentũ eius, ſubiungit, nunc non cõparari ad mobile ſicut numerum, ſed ſicut vnitatem numeri, quã conſtat non eſſe numerum, ſed eius replicatio quæ eſt ſibi alterum & alterum eſſe, eſt numerus, ipſa antẽ replicatio vnitatis non eſt ipſa vnitas, ſed accidens eius, licet ipſa quoque ſit accidens. Inſtans ergo quod eſt quaſi vnitas ipſius primi mobilis ſm Philoſophum non eſt inſtans æui, quia inſtans æui eſt aliud per eſſentiam ab inſtantibus continuantibus tempus. Ab illo tamen iſta deriuantur & oriuntur, ſed ipſum eſt idẽ in eſſentia ſua in qua nulla cadit alteratio ſicut in eſſentia primi mobilis. Nec alterabitur ẽt conſequenter ad alterationẽ primi mobilis, qđ alteratur ſecũdũ ubi, hoc eſt inſtans qđ nos vocamus æuũ, qđ eſt principiũ tpis, vnde Boetius 3. de Conſo. Qui tempus ab æuo ire iubes, quia ab iſto inſtãti procedit tpˢ, ſicut mot' a mobili non tanq̃ ab aliquo ſui generis ſed exemplariter, ſicut dicimus inferiora procedere a ſuperioribus. Iõ ſubtiliter diſcernendum eſt inter iſta duo nunc, quia primũ nunc eſt menſura tantum, ſecundum uero etiam eſt accidens & ad genus temporis pertinens, ideo dr̃ menſurare tpˢ, unde Philoſo. 4. Phy. per comparationem mobilis ad motum docet quomodo iſtud inſtans menſuratur tẽpore, quia. ſ. vnumquodque menſuratur per id qđ eſt notius ſui generis. Inter ea autẽ quæ ad tempus pertinent notius eſt inſtãs, ſicut & ipſum mobile notius eſt in motu, & per ipſum cognoſcitur ipſe motus. Vbi cõſiderandum eſt, quod duobus modis aliquid poteſt eſſe

mensura alterius, vno modo quando ipsa mẽsura semel vel pluries accepta æquiparatur mensurato, sicut trinarius alium trinarium mẽsurat vel nouenariũ. Alio modo quando vnum est ratio cognoscendi aliud, vnde de isto cognitio non habetur, nisi secundum quod aliud ducit intellectum in cognitionem ipsius: & ideo illud non erit absolute mẽsura alterius, sed mediante sciẽtia, & ideo Philosophus dicit 10. Met. q scịẽtia est mẽsura scibilis, hoc erit per modum illius per qđ intellectũ ducitur in cognitionem talis rei. Isto mõ mobile potest dici mẽsura motus, qa p eius notitiã deuenitur in notitiam motus, vt ibidem dr̃, & quia mobile est permanẽs, motus vero transiens, ideo mobile notius est ipso motu, similiter instans tale notius est tempore simpliciter, quia permanẽs est idem re, tempus vero transiens, licet q̃nque tp̃s sit nobis notius, quia est aliquo modo subiectũ sensui, qa est sensibile commune cum sit numerus motus. Cum aũt dr̃ q nihil est p̃sens de tpe nisi nunc, non significatur aliqđ instans qđ est continuãs partes tpis adinuicẽ, quod cum tpe labitur nec permanet, vt iterum signari possit, sicut põt punctus in linea vnus & idem existens bis sumi, in quantum .s. est principium & finis respectu diuersarũ partiũ lineę, nihilominus idem nunc est principiũ vnius partis & finis alterius in tpe, sicut in linea punctus, sed hoc dr̃ de nunc, qđ sequitur id qđ fertur. Id .n. manet idem fm essentiã in toto tpe variatum tamen per rationẽ, & in ista diuersitate eius inueniuntur multa instãtia, temp' tamen labentia cum tpe. Constat autem nullum talium instantium labentium esse causam tpis, cum nullum ipsorum maneat in toto tpe, sed transeat cum qualibet parte temporis. Ipsa enim sunt diuersæ rationes ipsius instantis, quod est idem in toto tempore, & ideo vocantur instantia. Qđ autem instans permanens patitur aliquam alterationẽ sibi adiungi, quia dictum est ipsum nunc habere diuersum & diuersum esse, hoc accidit quia vnũ & idem natum est hr̃e diuersas mensuras, sicut patet de corpore cœlesti, quod secundum suum esse, quod est intransmutabile, mensuratur æuo quod est instans permanens, sed quia idem corpus habet transmutationem adiunctam motui, mouetur .n. secundum locum, tẽpus aũt est mensura motus, vt dictũ est, ideo hoc instans licet sit intrãsmutabile, est tamen mutationi adiunctum ratione subiecti quod mouetur secũdum locum, vt dictum est, & sic accidentaliter habet mutationem adiũctam siue alterationem, similiter in substantiis separatis reperitur quidam motus affectionum & intellectionum, non aũt secundum suum esse. Vnde vbicunque reperitur natura istius nunc, semper est reperire motum aliquem adiũctum. Ex quo manifestum est, quod æuum nõ est vt in subiecto in primo mobili, sed est mensura eius tantum, vt in subiecto autem est in primo æuiterno, sicut enim tempus respectu primi mobilis est accidens & mensura, respectu autem motuum aliorum inferiorum, mensura tantum, ita æuum respectu primi in genere eorũ quę æuo mensurantur, est accidens & mensura, respectu autem aliorum est mensura tantum, & quia primum, in quolibet genere est vnum tantum, in vno autem subiecto impossibile est plura esse accidentia vnius naturæ ab illius vnitate, erit tantum vnum æuum omnium quę æuo mẽsurantur, sicut tempus est vnum omnium, quia motus primi mobilis est vnus.

Caput Quartum. Quid mensurat operationes angelorum.

Considerandum est autem q nulla actio substãtiæ separatæ mensuratur isto nunc, cũ nulla actio sua sit substantia, solius .n. Dei actio est eius substantia, & ideo substantia & actio eius est æterna, cum autem angelus agit aliquid extra, sicut quando aliquid agit circa illa corpora inferiora, illa transmutando sicut factum est in angelo Thobiæ, tunc actio sua mensuratur tempore nostro, si autem actio sua non fuerit ad extra, cuiusmodi est intelligere, tunc si intelligit in verbo, actio sua mensuratur æternitate participatiue. Sic .n. actio sua naturam suam transcendit, quia per naturam suam non videret res in verbo. Si vero intelligat per species suas, tunc actio sua cum sit successiua, mensurabitur tempore, quod non est cum nostro, nec ẽt cum eo qđ forma se est in ipso, & huius temporis vna particula cum multo tpe nostro esse põt nullo medio intercedente, quamuis in tpe nostro multa media cadant pp eius continuitatem. Cum vero intelligibilia sibi succedunt, erit ibi tempus perfectum ex multis particulis indiuisibilib. In seipsis, & hæ particulæ non sunt instantia, quia nulla istarum est eadem in toto tali tempore, sicut est instans temporis in tempore. Nec aliqua istarum est continuatio temporis, sed quælibet est pars sicut vnitas numeri. Ex his manifestum est, q tempus nostrum non cãtur ab illo tẽpore sed ab æuo, q est idẽ in toto tpe. Aeuo aũt nulla actio mensuratur, sed esse ipsorum æuiternorum, & ita æuiterna. Aeuum aũt non se habet ad tp̃s sicut aliquid eiusdem speciei, sed tãquam causa analoga, per prius enim inuenitur ratio mensuræ in æuo quã in tpe. Vnde a parte æui quod toti tempori nostro coexistit & cuilibet eius instanti inferri potest primum angelum toti tpi nostro coexistere, sed non q mensuretur æuo. Tp̃s .n. nostrum cõcomitanter se habet ad angelũ rõne æui cui tp̃s nostrũ est adiunctum. Vnde si aliquo mõ diceretur angelus cõmetiri, seu mensurari tempori quod est mensura motus, necessario hoc foret per cõcomitantiã, & hoc cõuenienter posset dici si tp̃s nõ haberet finem, sicut est Philosophi opinio. Tunc .n. tẽpus indeficienter sequeretur æuum. Sed quia tempus nõ semper durabit, cessabit namque motus, non est concordia seu concomitantia temporis & æui nisi vt nunc. Tempus vero qđ mensurat actiones angelorum concomitatur simpliciter ipsum æuum. Semper .n. angeli intelligũt per species rerũ proprias quas apud se habent. Quia ergo hoc tp̃s absolute æuum concomitatur tẽpori, tempori, autẽ nostro in nullo proportionatur nisi forte accidẽtaliter, potest enim vna particula indiuisibilis illius temporis toti tempori nostro commanere, & vltra hoc fm moram quam faceret angelus super idem intelligibile, ideo per naturam illius temporis non potest inferri, qđ intelligere angeli mensuratur tempore nostro, nec etiã quod tempus nostrum commetiatur vnicam eius intellectionem vt ostẽsum est, nisi ex suppositione, vt si ponatur vna particula illius tpis in qua intelligit unũ intelligibile coexistere alicui particulari tẽpori apud nos. Tunc enim ex hypothesi sequeretur tempus nostrum commetiri ipsi intelligere angeli, non tãquam propria mensura eius, sed tanquam quid eam cõcomitans, & adhuc remotius, quam æuum, quia tempus nostrum non comparatur illi tẽpori siue illi intelligere, nisi per æuũ a quo effluit vtrumque tempus.

Caput Quintum. Quid sit subiectum æui.

Nunc vero restat ostendere cuius sit æuum vt subiecti. Ad cuius euidentiam considerandum est, quod sicut dicitur 10. Metaph. Vnumquodque mensuratur per simplicius sui generis. Est autem accipere simpliciter simplicissimum secundum multitudinẽ, sed non secundum magnitudinem. Et hoc vel simpliciter sicut vnitas est mẽsura omnis numeri, vel in ipso genere habens rationẽ generis, sicut binarius est numerus simplicissimus minimam habens compositionem, sed non mensura simpliciter, sed tantum numerorum parium. Simplicissimum autem in motibus secundum

mul-

multitudinem est primus motus quo mensurantur alii motus. Secundum vero magnitudinem nõ est accipere simplicissimũ, quia magnitudo est diuisibilis in infinitum. Ex° statuto tñ significatur minimum secundũ magnitudinem ad quod omnia mẽsurantur, vt pedale vel huiusmodi. Et in aliquo istorum semper erit ista mẽsura vt in subiectó. Ad alia autem comparatur vt mẽsura tm̃, iõ tempus est in primo motu vt in subiecto. Quia vero in rebus ordinatis inter se supremũ infiniti attingit infimum supremi, ideo tempus in supremo sui, vbi est sicut in subiecto, coniungitur æuo quasi infimo sui, quia æuum non pertinet ad cœlum nisi sicut mensura tm̃. Oportet ergo æuum esse vt in subiecto, in re tali, cui coniungitur æternitas in rõne mensuræ. Nulla autẽ creatura secundum esse suum est æterna. Potest tamen secundum actionem suam participare æternitatem, sicut angelus qui intuetur res in speculo æternitatis. Hęc .n. est perfectio essentiæ naturę angelicę. s. visio glorię. Aeuum ergo vt in subiecto erit in illo qui magis participat tali visione. Illius. n. essentia est magis perfecta & natura sublimata. Et ideo supposito ꝙ Lucifer fuisset maximus angelorũ, si stetisset in eo, foret æuũ vt in subiecto. Sed quia eius natura non est perfecta perfectione gloriæ æternæ, nõ est in eo aliquid quod sit in aliis mensura, sed in eo qui magis inter oẽs est gloriæ particeps. Manifestũ est. n. ꝙ in corpore perfectissimo qđ est maxime a corruptione remotum, vt puta cœlesti, est vñ alia mensurantur. Eius aũt perfectio sequitur naturam suam, quia nõ est aliquis nixus ad oppositũ suæ pfectionis in eo. In angelis autem non est tota perfectio a natura, quia põt in eis esse motus ad oppositum, sicut patet de illis qui peccauerunt, in quib. aliqui perfectiorẽ naturam habebant multis qui steterunt, quorum natura perfecta est per gloriam. Et ille qui perfectiorem naturã habet in gloria, habet in se vñ alii mensurentur. Et iõ secundum Comm. 10. Meta. dr̃. Deus qui est simplicissimus est mensura omnium simpliciter, non tanquam eiusdem generis, sed quia vnumquodque tãtum habet de esse & bonitate quantum ad illum plus appropinquat qui est ipsa bonitas, & ipsum esse, a quo omnia bona sunt, qui est Benedictus in sæcula. Amen.

subiecto.

D. THOM. AQVINATIS
DE AETERNITATE
MVNDI.

Liber vnus.

SVpposito secundum fidem catholicam mundum ab æterno non fuisse, sicut quidam Philosophi errantes posuerunt, sed ꝙ mundus durationis initiũ habuerit, sicut scriptura sacra, quæ falli non potest, testat̃, dubitatio mota est vtrum potuerit sp fuisse. Cuius dubitationis vt veritas explicetur primo distinguendum est quid est in quo cum dicentibus contrarium conuenimus, & quid est illud in quo ab eis differimus. Si. n. intelligatur ꝙ aliquid præter Deũ potuerit sp fuisse, quasi possit esse aliquid æternum præter eum ab eo non factum, error abominabilis est non solum in fide sed ẽt apud Philosophos, qui confitẽtur, & probant ꝙ oẽ qđ est, quoquo mõ esse non possit, nisi causatũ ab eo qui maxime & verissime habet esse. Si aũt intelligatur aliquid sp fuisse & tñ causatum a Deo fm̃ totum qđ in eo est, videndum est utrum hoc possit stare. Si aũt dicatur hoc esse impossibile, vel hoc dicet, quia Deus non potuit facere aliquid quod sp fuerit, aut quia non potuit fieri, etiam si Deus posset facere. In prima aũt parte oẽs consentiunt. s. in hoc ꝙ Deus potuit facere aliquid qđ sp fuerit, considerando potẽtiam ipsius infinitam. Restat igitur videre vtrum possibile sit aliquid fieri quod sp fuerit. Si aũt dicat̃ ꝙ hoc nõ põt intelligi nisi duobus modis, vel duas cãs veritatis hr̃e. s. vel pp remotionem potentiæ passiuæ, vel propter repugnantiam intellectuum. Primo modo posset dici ꝙ antequam angelus sit factus, non poterat angelus fieri, quia non præcessit ad eius esse aliqua potentia passiua, cum non sit factus ex materia præiacenti, tñ Deus poterat facere angelum, & poterat facere ut angel' fieret, quia fecit & factus est. Sic ergo intelligẽdo simpliciter concedendum est secundum fidem ꝙ non põt cãtum a Deo semper esse, quia hoc ponere esset ponere potẽtiã passiuam semper fuisse, quod hæreticũ est. Tñ ex hoc nõ sequitur ꝙ Deus nõ possit facere vt fiat semper aliquod ens. Secundo modo dr̃ per repugnantiam intellectuum aliquid non posse fieri, sicut non potest fieri qđ affirmatio & negatio sint simul uera, quãuis Deus hoc possit facere vt quidam dicunt. Quidam uero dicũt ꝙ nec Deus potest huiusmodi facere, quia hoc nihil est. Tamen manifestũ quod non potest facere, vt hoc fiat, positio quia ponitur esse destruit seipsam. Si tamen ponatur quod Deus huiusmodi potest facere ut fiat, positio non est hæretica, quamuis vt credo sit falsa, sicut ꝙ præteritum non fuerit, includit in se contradictionem. Vnde Aug. in lib. contra Faustum. Quisquis ita dicit si omnipotens est Deus, faciat vt quæ facta sunt facta nõ fuerint, non videt hoc se dicere, omnipotens est faciat, vt ea quæ vera sunt, eo ipso quod vera sunt, falsa sint. Et tamen quidam magis pie dixerunt Deum posse facere de præterito quod non fuerit præteritum, nec fuisset reputatum hęreticum. Videndum est ergo vtrum in his duob. sit repugnantia intellectuum, quod sit aliquid cãtum a Deo, & tñ semper fuerit. Et quicquid de hoc verum sit, non erit hæreticum dicere, quia hoc põt fieri a Deo vt aliquid cãtũ a Deo sp fuerit. Tamen credo qđ si esset repugnantia intellectuũ, esset falsum. Si aũt non est repugnantia intellectuum, non solum est falsũ sed ẽt est impossibile aliter esse, & erroneum si aliter dicatur. Cum. n. ad omnẽ potentiã Dei pertineat & oẽm intellectum & virtutẽ excedat, expresse omni potentiæ derogat, qui dicit aliquid posse intelligi in creaturis, qđ a Deo fieri non possit. Nec est instãtia de peccatis, quæ inquantum hmõi nihil sunt. In hoc ergo tota consistit qõ, vtrum esse creatum a Deo fm̃ totam substãtiam & non habere durationis principium, repugnent adinuicem, vel non. Quod aũt non repugnent, sic ostenditur. Si. n. repugnant, hoc non est nisi propter alterum duorum, vel propter utrumque. Aut quia oportet vt causa agẽs præcedat duratione, aut quia oportet quod nõ esse præcedat esse duratione, propter hoc dicitur creatũ a Deo ex nihilo fieri. Primo ergo ostendam quod non est necesse, vt causa agẽs. s. Deus pcedat duratione suũ causatum, si ipse voluisset. Primo sic. Nulla causa producens effectum suum subito necessario præcedit effectum suum duratione, sed Deus est causa producens effectum suum, non per motum sed subito, ergo non est necessarium ꝙ duratione præcedat effectum suũ. Primum patet, per inductionem omnibus mutationibus subitis, sicut est illuminatio & huiusmodi. Nihilominus potest probari per rationem sic. In quocunque instanti ponitur res esse, potest poni principium actionis eius, vt patet in omnibus generabilib. quia in illo instãti in quo incipit ignis esse ignis, incipit esse calefactio. Sed in operatione subita simili mõ idẽ est pricipiũ & fi-

nis eius ficut in omnibus indiuifibilibus, ergo in quocũ que inftanti ponitur agens producens effectum fuum fubito, pôt poni terminus actionis fuæ, fed terminus actionis eft fimul cum ipfo facto, ergo non repugnat in intellectui fi ponatur cã producens effectum fubito non præcedere duratione caufatũ fuum, repugnaret autẽ in caufis producentib. effectus fuos per motum, quia oportet qđ principium motus præcedat finẽ eius. Et quia homines confueti funt confiderare hmôi factiones quæ funt per motum, iõ non facile capiunt qđ cã agens, du rõne effectũ fuũ nõ præcedat. Et inde eft ꝙ multorum inexperti ad pauca refpicientes enunciant facile. Nec pôt huic rõni obuiari, qa Deus eft cã agens ꝑ voluntatẽ, qa voluntas nõ eft neceffariũ, ꝙ pcedat durõne effectũ fuũ, nec agens per voluntatem, nifi per hoc agit ex deliberatione, qđ abfit vt in Deo ponamus. Præterea cã producẽs totã rei fubftantiã nõ minus pôt in produ cendo totã fubftantiã q̃ cã producens formã in productione formæ, immo multo magis, quia non producit educendo de potentia materiæ, ficut eft in eo q produ cit formã. Sed aliquid agens qđ producit folum formã pôt in hoc, vt forma ab eo producta fit qñcunq. ipfum eft, vt patet in fole illuminante, ergo multo fortius Deꝰ qui producit totam rei fubftantiã pôt facere vt caufatũ fuum fit qñcũq. ipfe eft. Præterea fi aliqua fit cã qua po fita in aliquo inftanti non poffit poni effectus eius ab ea procedens in eodẽ inftanti, hoc non eft nifi quia illi cãæ deeft aliquid de cõplemẽto. Caufa.n. completa & cãtum funt fimul. Sed Deo nũquã defuit aliquid de cõplemento, ergo caufatum eius ſp poteft poni eo pofito. Et ita nõ eft neceffarium quod duratione præcedat. Præterea voluntas volentis nihil minuit de virtute eius & præcipue in Deo. Sed omnes foluentes rationes Arif. quibus probatur res femper fuiffe a Deo per hoc, qđ idem femper facit idem, dicunt, ꝙ hoc fequeretur fi non effet agens per volũtatem, ergo & fi ponat agẽs per voluntatem, nihilominus fequitur ꝙ pôt facere vt caufatum ab eo nunquã non fit. Et ita patet quod non repugnat intellectui quod dr, caufa agens nõ præcedere effectũ fuum duratione, quia in illis quæ repugnant intellectui, Deus nõ pôt facere vt illud fit. Nunc reftat videre an repugnet intellectui aliquod factum nunquã non fuiffe, propter hoc quod neceffarium fit non effe eius effe duratione præcedere, propter hoc quod dr ex nihilo factum effe. Sed quod hoc in nullo repugnet, oftenditur per dictum Anfelmi in monologion, capitulo octauo, exponentis, quomodo creatura dicatur facta ex nihilo. Tertia inquit interpretatio qua dr aliquid ef fe factum ex nihilo eft, cum intelligimus effe quidẽ factum, fed non effe aliquid vnde fit factum. Per fimilem fignificationem dici videtur, cum homo contriftatur fi ne caufa, dr contriftatus de nihilo. Secũdum igitur hũc fenfum fi intelligatur quod fupra conclufum eft, quia præter fummam effentiam, cuncta quę funt ab eodem, ex nihilo facta funt, ideft non ex aliquo, nihil inconueniens fequetur. Vnde patet quod fecundum hanc expofitionem non ponitur aliquis ordo eius quod factum eft ad nihil, quafi oportuerit prius quod factum eft nihil fuiffe, & poftmodum aliquid effe. Præterea fuppo natur quod ordo ad nihil in propofitione importatus remaneat affirmatꝰ, vt fit fenfus, creatura facta eft ex nihilo, id eft, facta eft poft nihil, hæc dictio, poft, ordinẽ importat abfolute. Sed ordo multiplex eft. f. durationis & naturæ. Si igitur ex communi & vniuerfali non fequitur, proprium & particulare, non erit neceffarium, vt propter hoc quod creatura effe poft nihil dicitur, prius duratione fuerit nihil, & poftea fuerit aliquid, fed fufficit fi prius natura fit nihil quam ens. Prius enim ineft vnicuiq. naturaliter quod conuenit fibi in fe, quam qđ folum ex alio habet. Effe autem nõ habet creatura nifi ab alio, fibi autem relicta in fe confiderata, nihil eft vnde prius naturaliter ineft fibi nihil, quã effe. Nec oportet quod propter hoc fit fimul nihil, & ens, quia duratione non præceffit. Nõ.n. ponitur fi creatura ſp fuit, vt in aliquo tpe nihil fit, fed ponitur quod natura eius eft talis, quod effet nihil fi fibi relinqueretur. Vt fi dicamus aerem ſp fuiffe illuminatũ a fole, oportebit dicere quod aer eft factus lucidus a fole, & quia omne quod fit ex contingenti fit. i. ex eo ꝙ nõ contingit fimul effe, cũ eo qđ dr fieri, oportebit dicere, ꝙ fit factus lucidus ex nõ lucido vel tenebrofo, non ita ꝙ vnquã fuerit nõ lucidus vel tenebrofus, fed qa effet talis, fi fibi foli relinqueret. Et hoc exprefsẽ patet in ftellis & orbib. qui ſp illuminãtur a fole. Sic ergo patet ꝙ in hoc ꝙ dr aliquid factũ effe a Deo, & nũq̃ nõ fuiffe, nõ eft intellectus aliqua repugnantia. Si.n. effet aliqua repugnantia, mirũ eft quo Aug. eã non vidit, quia hoc efficaciffima via effet ad improbandum æternitatẽ mundi, cum tñ ipfe multis rõnib. impugnet æternitatẽ mundi in 11. & 12. de ci. Dei. Hanc autem omnino prætermittit. Quinimmo innuere videtur, quod non fit ibi repugnantia intellectuum. Vñ dicit Decimo de Ci. Dei. 31. c. de Plato. loquens. Id quo intelligatur viderint, non effe hoc videlicet tpis, fed fubftõnis initium. Sicut.n. inquiũt, fi pes ſp ex æternitate fuiffet in puluere, ſp eius fubeffet veftigiũ, quod tamen veftigium ex calcante factum nemo dubitaret, nec alterum altero prius effet, quamuis alterum ab altero factum effet. Sic inquiũt, & mũdus & dij in illo creati femper fuerunt, femper exiftẽte eo qui fecit, & tamẽ facti funt. Nec unquam dicit hoc nõ poffe intelligi, fed alio modo procedit contra eos. Item dicit li. 4. c. Qui autem a Deo quidem factum mundum fatentur, non tamen eum temporis volunt habere, fed fuæ creationis initium, vt modo quodã vix intelligibili femper fit factus, dicunt quidem aliquid, vnde fibi Deum videntur, velut a fortuita temeritate defendere. Caufa autem qua re vix eft intelligibilis, tacta eft prima ratione. Mirum eft etiam, quomodo nobiliffimi philofophorum hãc repugnantiam non viderunt. Dicit enim Aug. in eodem lib. 5. contra illos loquens, de quibus in præcedenti auctoritate facta eft mentio. Cum his enim agimus qui & Deum corporum & omnium naturarum, quæ nõ funt, quod ipfe, creatorem nobifcum fentiunt. De quibus po ftea fubdit. Illi Philofophi cæteros nobilitate atque auctoritate vicerunt. Ex hoc etiam patet diligenter cõfiderantib dictum eorum qui pofuerunt mundum femper fuiffe, quia nihilominus ponunt eum a Deo factũ, nihil de hac repugnantia intellectuum fentientes, ergo illi qui tam fubtiliter eam percipiunt, foli funt homines, & cum eis oritur fapientia. Sed quia quędam auctoritates videntur pro eis facere, ideo oftendendum eft quod præftant eis debile fundamẽtum. Dicit enim Damafcenus in lib. 1. c. 8. Non aptum natum eft quod ex non ente ad effe deducitur, coæternũ effe ei quod fine principio eft & femper eft. Itẽ Hugo de S. Victore in principio libri fui de facramẽtis dicit, ineffabilis omnis potentiæ virtus non potuit aliquod præter fe habere coæternum, quo in faciendo iuuaretur. Sed harũ auctoritatum & fimilium intellectus per hoc patet quod Boetius dicit vltimo de confolatione. Non recte quidam, cum audiunt vifum Platoni mundum hunc nec habuiffe initium temporis nec habiturum effe defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coæternum putant. Aliud enim eft per interminabilem duci vitam quod mundo Plato tribuit, aliud interminabilis vitæ totam pariter cõplexum effe præfentiã, quod diuinæ mẽtis proprium effe manifeftum eft. Vnde patet quod & non fequitur qđ quidam obiiciunt, fcilicet quod creatura

tura æquaretur Deo in duratione. Et quod per hunc modum dicatur, quod nullo modo potest esse aliquid coæternum Deo. Quia nihil, i. pót esse immutabile nisi solus Deus quod patet per hoc quod dicit Aug. 12. de Ciuit. Dei ca 15. Tempus qm mutabiliter transcurrit, æternitati immutabili nó potest esse coæternum. Ac per hoc et si immortalitas angelorum non trásit in tempore, nec præterita est, quasi iam non sit, nec futura, quasi nondú sit, tamen eorum motus quibus tempora peraguntur in futuro, in præteritum transeunt. Et ideo creator in cuius motu dicendum non est vel fuisse quod iam nó sit, vel futurum esse quod nondum sit, coæterni esse non pñt. Similiter etiam dicit 8. super Gen. Quia omnino immutabilis est illa natura trinitatis, ob hoc ita æterna est, vt ei aliquid coæternum esse non possit, & similia verba dicit in 11. lib. Confessionum. Adducunt ét pro se rationes quas etiam Philosophi tetigerunt, & eas soluerunt. Inter quas illa est difficilior quæ est de infinitate animarum, quia si mundus sp fuit, necesse est modo infinitas animas esse, sed hæc tñ non est ad propositú, quia Deus mundum facere potuit sine hominib. & animabus, vel tunc ét potuit hoiem facere quando fecit, si ét totum alium mundum fecisset ab æterno, & sic nó remanerent post corpora aiæ infinitæ, & præterea adhuc non est demonstratú quod Deus non possit facere, vt sint infinita actu. Aliæ etiam rationes sunt, a quarum respósione supersedeo ad præsés, tú quia eis alibi rñsum est, tum quia quædam earum sont ita debiles, quod sua debilitate contrariæ parti videntur probabilitatem afferre.

THOM. DE VIO CAIETANI

CARDINALIS S. SISTI.

De subiecto naturalis philosophiæ Quæsitum.



Queritur an ens mobile sit subiectum in philosophia naturali. Et vr quod non, primo. Quia aut ens mobile significat substantiam mobilem, aut accidens mobile, aut tertium commune vtrique. Si primum cú substátia mobilis, & corpus mobilis sint idem conuertibiliter, sequitur quód poneretur secundú rem corpus mobile subiectum philosophiæ, quod est contra tenentes ens mobile. Si secundum, hoc est manifeste contra omnes, & veritatem. Si tertium, tunc sequeretur, quod ens diceret tertium conceptum abstrahibilem a substantia & accidente, quod est contra Thomistas. Secundo sic. Subiectum scientiæ debet esse vnius rationis formalis, alioquin non haberet quod quid est, & consequenter nec esset principium scientiæ, quia vt dr in 2. de Anima. in textu. 11. principium omnis demóstrationis est quod quid est. Nec haberet aliquam per se primo passionem, quia ei quod non est in se natura vna, quicquid per se vni conuenit, conuenit ratione partium, & consequenter nulla passio conuenit ei primo, ens autem mobile dicit aggregatum ex duabus rationibus formalibus, ergo nó est subiectum. Si dicatur, quod illa duo ponuntur ad circumloquédum vnam rationem formalem, quemadmodum moris est ponere passiones loco differentiarum, cótra. Ratio subiecti in scientia debet esse primo & maxime nota in scientia, eo quod tota scientifica cognitio ex illa dependet, sed si circumlocutione eget, nó esset hmói, implicatio siquidem est in adiecto, dicere quod est ratio formalis in scientia, & quod circumloquimur illam passionis nomine, vel poiè occultam, ergo &c. Tertio. Si ens mobile esset subiectum philosophiæ Naturalis, aut philosophia Naturalis esset pars Meta. aut esset subalternata illi, Vtrumque est falsum, ergo. Tenet consequentia, quia aut ens mobile ad dit supra ens conditionem per se diuidentem ens, aut accidentalem enti, si primo modo, sequitur quód ens mobile a Meta. considerandum est, quia in 1. Poste. c. 22. dr quod eiusdem scientiæ est considerare subiectum aliqd & partes subiectiuas per se, & consequenter esset philosophia Naturalis, cui ascribitur ens mobile, pars Meta. Si secundo modo, sequitur quod philosophia Naturalis Met. subalternaretur, eo quod vt dr in 1. Poste. c. 8. descendere de genere in genus fm quid. i. fm conditioné accidentalem, vt cóiter exponitur, est solius sciétiæ subalternatæ condó ab Arist. tradita. Quarto sic. Subiectú in scientia debet esse illud, ad cuius rationem formalem oés resoluuntur passiones & conclusiones illius sciétiæ, de se patet, sed passiones, & consequenter conclusiones physicæ resoluútur vltimo in phylosophia naturali, ad quod quid est substantiæ, seu corporis naturalis, eo qd omnia accidentia physica causantur ex substantia naturali, ergo substantia naturalis, seu corpus naturale poné dum est subiectú. In hac dubitatione primo distinguá opiniones. Secundo declarabitur opinio S. Tho. Tertio simul ipsa cófirmabitur, & contra alias opponetur, Quarto respondebitur argumentis in oppositum.

Quo ad primum sciendum est de subiecto adæquato Philosophiæ Naturalis (de quo hic est sermo) quosdam loqui in re hac naturaliter, quosdá vero innaturaliter, propter quod hi a nostra resecandi sunt disputatione, quam inter Philosophos agimus. Supponunt. n. intelligétias mobiles esse, & Philosophiam Naturalem infra sensibilia non arctantes, commune aliquid sensibilib. & separatis a materia, quatenus mobilia súnt subiectum Philosophiæ dicunt, operiuntque errorem suum Theologicę pietatis nomine.

Contra hos enim non oportet naturalem disputare, apud quem indubitatum principium est substantias abstractas immobiles esse, & terminum considerationis Philosophicæ esse animam humaná, partim abstractá, partim non, vt dr Secundo Physi. tex. 26. & vltimú qd potest Naturalis de intelligentiis attingere, est declarare quia sunt, vt Auer. dicit 1. Physi. commen. vlt. Quanta tamen sit quorundam horú temeritas, silentio inuoluendum non est, cum præsumát proprium opinionem, Theologiæ sententiam asserere, sicque Theologicæ facultatis expertibus, in Philosophia tamen nutritis, deridendi theologiam occasionem præbent. Non est enim ex Sacra, nec Scriptura, nec ex Theologis Sanctis ab Ecclesia approbatis traditum, quod Angeli sic mouentur, vt motus cómuni subiectum sint, sed potius oppositum, vt in theologia discussum a sanctis est. Vnde, si peripatetici cos arguendos censent, glorientur ex Scotica officina hos se errores deprehendere, non ex Theologia. His ergo omissis, ad naturales transeamus. Quorum opinio non est vna, dum alii mobile, alii ens, alii vtrumque ex subiecto Physicæ resecádum putant. Et illi quidem qui neutrius nomen recipiunt, secúda & quarta róne ad oppositum facta mouentur, & sensibilem seu naturalem substantiam subiectum fore censent. Qui vero ens tm abiiciunt, corpus mobile subiectum Philosophiæ ponunt. Et hi adhuc diuisi sunt, dú quidam ly mobile passionem significare concedunt, quidam autem rationé formalem corporis physici supponere cótendunt. Mobile autem tantum abiicientes, sunt qui ens naturale subiectum dicunt. Sunt ergo quinque opiniones naturaliter loquentium. I. Thomistarum, tenentium ens mobile,

Auerroistæ aliqui.

Alberti, & Egidii sequaces.

bile, & Albertistarum, dicentium corpus mobile, & Modernorum multorum, dicentium substantiam naturalẽ seu sensibilẽ, & quorundam etiam Modernorum asserentium corpus physicum seu naturale, & eorum, qui ens naturale subiectum credunt.

QVo ad secũdum, cum ens mobile complexionem quandam nominum contineat, singula distinguẽda sunt. Et primo quidem circa ly mobile triplici opus est distinctione. Primum est quod cum mobile motum respiciat, sicut motus sumitur dupliciter. s. propriè, vt distinguitur contra mutationem in 5. Physi. & qui ad tria tantum genera esse dr̃ & communiter, vt continet in se & motum propriè dictum, & mutationem. s. generationem, & corruptionem, ita mobile dupliciter sumi potest, in quæstione tamen ista sumitur communiter, prout idem est, quod mutabile Physica mutatione. Secunda est, ꝙ aliquid potest dici mobile dupliciter. s. subiectiuè, quod. s. est subiectũ mot⁹, & terminatiuè, quod . s. est terminus alicuius mutationis. Et quamuis prima facie mobile sonet subiectum motus, si tamen restringendum est in proposito, magis tenendum est terminatiuè quam subiectiuè, vt ex dicendis apparet. Iudicio tñ meo indistinctè tenendum est, non ea ratione vt sit commune ad omnia quomodocunque mobilia contineatque vt partes subiectiuas materiam, & formã &c. quia hoc est contra S. Th. in 1. Physi. super te. com. 6. vbi in diuisione literæ expressè dicit, ꝙ in 1. li. Phy. agitur de principijs intrinsecis entis mobilis. s. de materia & forma, ex hoc apertè insinuans ens mobile quod est subiectum Philosophiæ, non esse totum vniuersale respectu materiæ & formę, seu totũ integrale seu essentiale, sed ea potius ratione, vt. s. illa notissima sui acceptio supponatur, quam ex sensu supponere oportet, perhibent. n. nobis sensus mobilia esse, an autem subiectiuè, an terminatiuè mutentur ea, quę moueri videmus, rõne magis discernitur quã ex sensu habeatur. Tertia est, ꝙ mobile æquiuocum est nomen ad aptitudinem, ad motum & fundamentum illius aptitudinis, sicut si risibile significaret aptitudinem ad ridendum, & rationalitatem, quæ est eius fundamentum. Quid autem mobile in proposito significet, difficile est hac sola quæstione elucidare. Quamuis. n. impossibile sit subiectum & passionen simul accipi pro subiecto in aliqua sciẽtia, sic ꝙ totũ aggregatum subiectum sit, quia oportet subiectũ vnã esse rõnem formalem, & ex quo quid est subiecti, & quid est passionis vna rõ formalis constitui nequit, nil tñ prohibet aggregatum ex subiecto & passione, subiectum sic constitui, vt passionis quod quid est, sit ratio formalis subiecti in illa scientia. Et hoc modo intelligi potest mobile passionem significare in proposito, ita quòd mobilitas, quæ est passio, sit ratio formalis enti vel corpori ꝙ sit subiectum Philosophiæ naturalis, vnde solet fieri reduplicatio supra ly mobile, dicendo ens aut corpus mobile, inquantum mobile est subiectũ Physicæ. Suadetur aũt in proposito sic sumi mobile ex subiecto Mathematicæ, sicut. n. Physica est de entib. in eo quòd mobilia, ita Mathematica est de entibus in eo quòd quanta. Constat autem Mathematicæ sic esse subiectum ens quantum, vt quantitas ipsa quæ substantiæ materialis passio seu proprium accidens est, ratio formalis subiecti Mathematicæ sit. Erit ergo Physicæ subiectum ens aptum moueri, sic quòd aptitudo ad motũ, ratio formalis subiecti sit. Et confirmatur hoc magni Alberti authoritate, qui in 1. Phy. distinguens corpus in Metaphysicum, Mathematicum, & Physicum, mobilitatem, quam rationem formalẽ subiecti dicit, posteriorem corpore quãto naturaliter dicit. Nec obstat quòd eiusdem scientiæ est considerare de passione & subiecto eius, qm̃, hoc intelligitur, quando tractatur de passione vt passio est, non aũt quando passio primum subiecti locum tenet, vt patet de quantitate in Mathematica, quæ de substantialib. principiis subiecti eius a quo fluit, non se impedit. Similiter nõ obstat, ꝙ perfecta cognitio de re non habetur absque ꝙ quid est subiecti, hoc. n. non est sic accipiendum, vt omnis cognitio circa illam sit imperfecta, ita quòd non sit euidens, & scientifica, sed vt absque quod quid est subiecti, consumata, omnimodaque notitia de re haberi non possit. Quod physicæ accidere non inconuenit, qm̃ Mathematicæ hoc conuenire certum est. Mathematicus. n. ignorat, an quantum sit substantia vel accidens, & quãtitatis subiectum &c. & tamen certissimus est omnium, vt dr̃ in 2. Meta. tex. & comm. vlt. Sed contra hanc viam est quòd secundum eam ad Philosophum naturalem non pertineret considerare aliquod prædicatum quiditatiuũ cuiuscunque substantiæ, nisi forte aliqua substantia sit de qua quiditatiuè prædicaretur aptitudo ad motũ, & consequenter Philosophia naturalis non esset de substãtia, sed esset de accidente, quemadmodum Mathematica. Si. n. mobilitas. i. aptitudo ad motum, quæ passio ponit entium naturalium, ratio formalis subiecti physicæ acceptatur, non licebit physico de ratione adæquati subiecti eius disserere, quia illa prior est, ac per hoc descẽdendo a mobilitate in cõi ad talem vel talem mobilitatem in specialibus partibus Philosophiæ naturalis, non licebit ad quod quid est talis vel talis subiecti descendere, sed quemadmodum adæquati subiecti mobilitatis ꝙ quid est omissum fuerat, pari rõne specialia quod qd erat esse, subiectum talium mobilitatum omittẽda sũt, qm̃ nulla pars alicuius scientiæ tractat de aliquo prioris propria rõne formali. Nec video quõ possit huic rõni satisfieri, nisi tenendo ꝙ Metaphysicæ est considerare quod quid est in particulari. Quod quia non credo uerum, idcirco puto melius tenere, ꝙ mobile in proposito non significat ipsam aptitudinem ad motum, si est passio, sed eius fundamentum. Cum enim ista aptitudo quam mobilitatis nomen sonat, quibusdam entibus repugnet. i. separatis a materia, & quibusdam non. s. materialibus, & de entibus materialibus (puta homine & boue) non reputetur prædicari substantialiter, consequẽs est, ꝙ aliquid præcedat in eis, ex quo ipsa aptitudinem hanc sortiantur, & hoc fundamentum mobilitatis est. Notanter autem dixi, non reputetur, quia communi uoci satisfacere volens, distinctionem hanc mobilitatis ꝑ tractaui. In 10. siquidem Meta. tex. vlt. sub dubio relinquitur, an corruptibile sit substãtia, an in substãtia. i. sit de substantia rei, aut eã sequatur, vt exponit Auerrois. Corruptibilitas aũt quędam mobilitatis species est, vel mobilitas ipsa, secundum illud 8. Phy. tex. comm. 25, in omni motu corruptio est. S. Th. etiam ibidem inter substantialia prædicata corruptibile ponere videtur. Arist. quoque in Primo Phy. tex. 8. idem sentire uidetur, dum dicit, ꝙ ad naturalem non spectat probare mobilitatẽ, hoc. n. non esset verum, si mobilitas esset præuenta a formali rõne subiecti Philosophiæ naturalis: posset. n. per illam rationem naturali Philosopho probari. Nisi fortè quis dicat dictum Arist. non esse uerum per se, sed per accidens, quia. s. est passio notissima. Sed hoc non est tutum, tum quia non est sermo per accidens consuetus Arist. tum quia saltem defendere mobilitatem pertineret ad Philosophum naturalem, & non ad Metaphysicum, sicut & quamlibet passionẽ subiecti proprii quilibet artifex defendere debet. Nec obstat, quod sit passio per se nota de adæquato subiecto, quoniam per se notum, & nõ per se notum, faciunt quidem differentiam quo ad probari vel non probari posse aliquid, ut patet in Secundo Phy. tex. comment. 6. non tamen faciunt differentiam quo ad defendere, vel non defende

re,

re, quoniam si occulta tuẽda sunt, manifesta magis sunt tuenda: modo non sint principia, sed ex principiis, qualis est mobilitas, si passio ponitur. Quicquid aũt de hoc sit, mobilitas, quæ est ratio formalis subiecti Physicæ, non passio, sed ꝙ quid erat esse est entium naturaliũ, & præuenit naturalitatem & mobilitatem passionum eorum si concedatur, illam quidem, quia relatiua proprietas est, istam vero, quia passio dicitur.

Circa vero ly ens, hoc tantum distinguere oportet, quod dupliciter entis nomine vti consueuimus. Primo pro omni eo quod habet esse quocunque modo, & sic hic non capitur. Secundo pro eo quod propriè esse dr̃, hoc autem in his, quæ fiunt, est id, quod propriè fit ei', siquidem est esse propriè, cuius est fieri. Id autẽ quod propriè fit, vt 7. Met. tex. comm. 28. patet, est compositũ, siue substantiale, vt homo, siue accidẽtale, vt homo musicus, & sic sumitur in proposito. Vnde colligẽdo dicta, ad hoc quod aliquid sit pars subiectiua entis mobilis, ꝙ subiectum Physicæ dicimus, exigitur, & ꝙ sit ꝓprie ens, & ꝙ sit mutabile Physi. mutatione. Et ꝓpea, nec materia ipsa prima, nec forma substantialis, aut accidentalis ens mobile est, sed entis mobilis principia hæc omnia sunt. Est ergo ens mobile cõius, quã sit corpus mobile, & quam substãtia naturalis siue sensibilis, quia continet sub se omnia materialia composita, quæ sola mutabilia sunt, siue sint substantialia, siue accidẽtalia, siue sm̃ formam absolutam, siue secũdũ vbi. Est & ens mobile abstractius quid quocunque prædictorum, quãto ens aliquem gradum concomitans prius est illo, dato ẽt, quod ad composita accidentalia se non extẽderet. Nec obstat contractio per ly mobile, qm̃ sicut substantia rõnalis abstractius quid est quam animal rõnale, sic ens mobile abstractius & prius quid est quã substantia mobilis, quãuis.n. ex parte ly mobile, æqua sit abstractio, ex parte tñ ly ens, & ly substantia abstractius est ens mobile. Vnde quemadmodum concedens substantiam rationalem, ad huc disputandi locum haberet, an illa rationalis substantia esset corpus, an animal &c. & cõtinue ab abstractiori ad minus abstractũ quæstio descenderet, dum a substãtia rõnali ad corpus rõnale, & a corpore ad corpus animatum, &c. veniret, sic sub ente mobili quæstio remanet, an illud sit substãtia, an corpus &c. Cum igitur in re mutabili considerari possit & quod sit corpus mutabile, & ꝙ sit substãtia mutabilis, & quod sit ens mutabile, Diui Thomæ sententia est, naturalia rationem subiecti Philosophiæ Naturalis induere primo, non quatenus sunt corpora mutabilia, aut substantiæ mutabiles, sed quatenus sunt entia mutabilia, ita quod ens mobile licet complexionem nominum contineat, incomplexum tamẽ & per se vnũ quod quid est significat, sicut ens per se. Quemadmodũ.n. diuiso ente in per se, & in alio, si simplicibus vocabulis careremus substantiam ens per se nominaremus, & accidens ens in alio, & tamen vnam formalem rõnẽ significaremus, non aggregatam ex pluribus, ita diuiso ente in transmutabile, & intransmutabile carentes simplici vocabulo, & ens trãsmutabile seu mobile vocam' alterum membrum, quod vnios est quidditatis, & illud Philosophiæ naturalis subiectum esse adæquatum dicimus. Hæc de secundo.

QVo ad tertium, cum ens mobile duo nomina complectatur & vnum significet, primo ostendendũ est, ꝙ ens significatum est adæquatum Philosophiæ subiecto, deinde, quod his nominibus conuenientissime significatur. Primum probatur tripliciter. Primo sic. Adæquatum subiectum primarum passionum naturalium est adæquatum subiectum Philosophiæ Naturalis, sed ens mobile, & non substantia aut corpus naturale, seu mobile, est adequatum subiectum primarum passionũ naturalium, ergo &c. Maior est per se nota. Minor vero probatur accipiendo transmutabilitatem, seu quod idẽ est mutabilitatem pro prima passione physica, vel saltem vna de primis, aut eis æquiualente, vt ab omnibus supponitur. Tunc sic. Adæquatum subiectum transmutabilitatis habet materiam, formã & priuationem pro adæquatis principiis, sed tantum ens mobile habet hęc pro adæquatis principijs, ergo nihil aliud ab ente mobili est subiectum adæquatum transmutabilitatis, & consequenter primarũ passionum naturaliũ, quod erit probandum. Maior huius prosyllogismi est ex eo euidens, qđ oportet ista tria in omni materia esse adęquata sibi inuicem. s. passionem, & subiectum, & propria passionis principia, vt patet de risibilitate, & homine, & animali rõnali, constat autem ex 1. Physico. per longum processum transmutabilitatis principia prima, esse materiam, & formam & priuationem, oportet igitur eius, ad qđ tanquam ad adæquatum subiectum primo sequitur transmutabilitas, esse adæquata principia, materiã, formam & priuationẽ. Minor patet ex his, quæ in 12. Met. a te. 19. vsq. ad tex. 29. dñr. s. ꝙ materia, forma & priuatio ad genus substantiæ non arctantur, sed materia, forma & priuatio generis substantiæ sunt principia propria substantiæ mutabilis, & materia, forma & priuatio in genere quantitatis, sunt propria principia quãti mutabilis, & materia, forma & priuatio in genere qualitatis sunt principia propria qualis mutabilis. Si dicat ꝙ quemadmodum principia propria substantiæ continent propria cæterorum generum, quia sunt cãæ eorũ, vt ibidẽ docet Ari. sic substantia mutabilis continet oẽ quantum & quale mobile, & transmutabilitas substantiæ omnem aliã, & ꝓpea licet materia, forma & priuatio excedat substantiam mobilem formaliter, nõ tamẽ virtualiter. Hoc licet sit subtiliter dictum, vim tñ rationis non excludit, propter duo. Primo, quia falsum est, ꝙ principia propria substantiæ mutabilis sint principia principiorum cæterorum mutabilium. Quamuis enim sit verum & expressum in 12. Metap. capitulo supradicto, quòd per se principia essendi in genere substantiæ sunt principia principiorum essendi in cæteris generib. id est, quod materia & forma substãtiæ sunt causæ materiæ & formæ in quantitate & qualitate &c. veritati tamen aduersatur, quod per se principia transmutabilitatis substantialis sint principia principiorum transmutabilitatis aliorum generum. Priuatio enim in genere substantiæ, quæ est per se principium non substantiæ, sed transmutationis substantialis, non est vniuersaliter, & consequẽter nec per se principium priuationis, quæ est principium transmutationis accidentalis, vt in corpore cœlesti patet, vbi ens mobile secundum locum hẽt omnia propria principia. s. materiam, formam, & priuationem, cœlum autem substantialiter non habet nisi duo principia, quæ sunt essendi per se principia, siue ibi sit materia, quæ est pura potẽtia, siue simplex corporeitas pro materia, & intelligentia pro forma, nullo enim modo est ens mobile substantialiter. Secundo, quia dato ꝙ esset talis inclusio virtualis, adæquatum tamẽ subiectũ transmutabilitatis, & similiter adæquatum principiatũ ex materia, forma & priuatione, esset non substantia mobilis, sed ens mobile, quoniam quando aliqua proprietas vniuersalis secũdum prædicationem habet subiectum adæquatũ sm̃ ꝓdicationẽ, in quo reperit cã, sm̃ q̃ inest quibuscũq. ꝓprietas illa, illud tale est eius subiectũ scđm ꝙ ipsũ. Nec est requirendum pro primo subiecto illius, illud, ad quod per viã resolutionis ꝓprietas illa & eius principia reducunt, alioquin periret doctrina tradita in lib. Poste. ca. de vniuersali. Docemur.n. ibi sistere, quando adęquatum subiectum secundum prędicationem inuenimus, & causam in eo, per quã sibi cæ-

terisque

terisque illa passio inest, nulla etiã posset poni proprietas cõis alicui analogo ad substantias & accidentia, cũ accidentia, & eorum proprietates & principia in substãtijs virtualiter includantur. Nisi ergo velimus abuti vocabulis & rõnib. eorum, quod in se est subiectũ adæquatũ transmutabilitatis, in seipso adæquatè claudit propria principia transmutabilitatis, sed nec substãtia mobilis, nec corpus mobile claudit in se illa, qm̃ propria principia transmutabilitatis vniuersalis, seu in cõi, sunt materia, forma, & priuatio in communi, quæ genua substantiæ transcendunt, enti autem mobili adæquantur, quicquid enim ex materia, forma, & priuatione cõstat, ens mutabile est, & econuerso, eo quod priuatio machinatur ad malum: Ens igitur mobile est propriũ & primum mobilitatis subiectum.

Secundo probatur propositum, & directè arguitur contra ponentes corpus mobile, sic. Coniunctio omnis mobilis cum rõne corporeitatis, non supponitur in naturali Philosophia, sed in 6. Phy. probatur, ergo nõ corpus mobile, sed ens mobile est subiectũ Philosophiæ naturalis. Antecedens patet in tex. 32. Sexti Physi. vbi probatur, quod oẽ mobile est corpus, Cõsequentia vero patet tum ex eo, quod si corpus mobile ponitur adæquatum subiectũ, oportet supponi mobilitatem cõiunctã esse corpori, aut ut rõnem formalem, aut, vt passionem, tum ex eo, quod oportet supponi corpus coextendi ipsi mobili, alioquin nõ supponeretur subiectum adæquatum scientiæ. Vtrunque aũt horum impossibile est supponi, ignorata vniuersali coniunctione ipsius mobilis cum corpore, vt de se patet, ergo. Et hæc est rõ S. Th. in 1. Phy. nunquam. n. dixit ipse, ꝙ Philosophus naturalis probet corpus mobile esse, vt cõiter sibi imponitur, quia non intelligitur, corpus. n. mobile esse qui dubitant, non egent medio, sed sensu quo vel seipsos moueri percipiant, sed dixit, ꝙ probat oẽ mobile esse corpus. Et ut plenius huius rõnis via percipiatur, aduertendum est primo, ꝙ subiectũ adæquatum scientiæ resoluentis suas conclusiones in principia per se nota, qualis est philosophia naturalis, oportet & quod sit subiectũ primarum passionum, ac per hoc ꝙ sit principium essendi, & consequenter cognoscendi sm̃ naturã cæterorum, & ꝙ sit principium cognitionis in nobis, siue ad latentes proprietates & occulta principia a posteriori, siue a priori procedatur, qm̃ subiecti cognitionib. præsupponitur, & ut dicit Auerr. in 2. phy. comm. 26. nec a priori nec a posteriori probari potest in scientia, & innatum est nobis, ꝙ oportet ꝑ a notiorib. nobis procedere, vt in Primo Phy. com. 4. dr̃. Sicut ergo prima rõ superius facta procedit ex ordine naturæ, sic ista procedit ex nostro ordine cognoscendi. Et ꝓ pea S. Th. dixit ꝙ ad audientes probatur omne mobile esse corpus, insinuans per hoc, cognitionis magis, quam rei ordinẽ. Aduertendum est secundo, ꝙ quamuis aliud sit omnem mobilitatem esse coniunctam corpori, & aliud cognosci oẽm mobilitatem esse coniunctam corpori, ad hoc tamen ꝙ corpus mobile ponatur subiectum adęquatũ, nihil refert quid horum deficiat, quoniam sicut deficiẽte coniunctione illa secundum rem, corpus mobile prohiberetur ex parte rei, esse subiectum, ita deficiente coniũctione illa in esse cognito, ex parte cognitionis quæ præhaberi debet, impeditur. Nõ sufficit autem præsupponi aliqđ mobile corpus, quod ad sensum patet, sed oportet supponere oẽ mobile esse corp'. Tum quia ad hoc quod complexum aliquod vel complexè significatum induat rationem subiecti adæquati in sciẽtia, oportet id quod est vt formale, & sit & supponatur per se cõiunctum alteri vt passio uel ratio formalis, alioquin frustra de materiali parte complexi illius quęstio fieret, cũ ea quæ sunt per accidens variabilia & extra quęstiones scibiles sint, hoc autem sicut impossibile est esse, nisi omne tale illi insit, ita est impossibile supponi, nisi omne tale inesse illi supponatur, quoniam omnia hęc sicut in naturæ ordine præexigũt de omni, ita & in cognitionis odine: vnde si naturalis scientiæ subiectum est corpus mobile, oportet in hac scientia quæ de mobili, sn eo quod mobile tractat, supponere mobile, ꝙ vt formale se habet, cõiunctam esse corpori per se, vel ut passionem, vel vt rõnem formalem, neutrum autem horũ fieri potest, nisi supponatur omne mobile corpori connexum esse, imaginari. n. non potest, vt propria passio aut rõ formalis credatur esse alicuius, id quod cõis illo dubitatur, Tum quia ad hoc, vt aliquod complexum uel complexè significatum, habeat rõnẽ adæquati subiecti alicuius scientiæ, non minus oportet id quod vt formale ponitur adæquari scientiæ, quam id quod vt materiale sumitur coextẽdi illi formali, alioquin si materiale rõnẽ formalis contraheret, sciã quæ adęquatè rõnẽ formalẽ respicit, subiectum suũ excederet, nihil autem refert, vt dictum est, coextensionem talem non esse aut non supponi. Si igitur corpus mobile in eo qđ mobile, adæquatum subiectũ ponatur philosophiæ naturalis, oportet Philosophiã quæ de mobili in eo ꝙ mobile est, supponere corpus euacuare mobile, alioquin adæquatum sibi subiectum quamuis haberet, non tñ supponeret, & consequenter subiecti rationem non haberet. Hoc autem impossibile est supponi quandiu nescitur an omne mobile sit corpus, vt de se patet. Potes autem rõnẽ hanc iuxta Sanctum Thomam, sic colligẽdo formare. Nulla sciã hñs subiectum complexum aut complexe significatum, probat eam coniunctionem partium subiecti, sine qua complexum illud subiecti rõnem induere non põt, alioquin sciã construeret sibiipsi subiectum, ꝙ de nulla scientia ipsi dicere licet. Hæc. n. maior ęquiualet maiori S. Th. breuius assumentis, nulla scientia probat. i. construit vel componit sibi ipsi subiectum, loquẽdo. n. de subiecto cõplexo, æquiualet dicere. Nulla sciã componit aliquid vt sit suum subiectum, & dicere, nulla scientia probat suum subiectum, apud formaliter terminos speculantes. Sed Philos. naturalis, si corpus mobile ponitur subiectum, construeret subiectum suum, ergo &c. Patet minor ex dictis, quia probat uniuersalem coniunctionem mobilitatis cum corpore, sine qua corpus mobile subiecti rõnem habere non potest. Omissa aũt verborum solicitudine, directè syllogizandum est sic. Nullum coniunctum cuius de omni coniunctio probatur in aliqua scientia, est subiectum adæquatum illi'. Corpus mobile est coniunctum, cuius de omni coniunctio probatur in philosophia naturali, ergo corpus mobile nõ est subiectum in Philosophia naturali. Maior iã patet, ex eo quod omne coniunctum quod ponitur adęquatum subiectum, supponitur & per se coniunctum, saltem ex parte formalis, & coextẽsum rationi formali adæquanti scientiam. Sed cuius cõiunctio dubitatur de omni, non supponitur coniunctũ per se, nec coextensũ rationi formali, ergo Minor ex 6. Phy. patet, tex. com. 32. vbi probatur uniuersalis coniunctio mobilis cũ corpore, & processu philosophiæ naturalis, maximè in Secundo Phy. & secundo tractatu Primi de cęlo, vnde habetur uniuersalis coniunctio corporis cum mobili.

An omne Mobile corpus esse probauerit Ari. 6. Phys.

Sed remanent duæ contra rationem hanc obiectiones excludendę, prima est quia non videtur verũ, quod in Sexto Phy. probetur omne mobile esse corpus, eo ꝙ in tex. 32. probatur tantum omne mobile esse diuisibile. Constat aũt, quod si probatur passio alicuius de mobili, non propterea probatur rõ formalis subiecti illius passionis. Sic autem se habent diuisibilitas & corporeitas, vt patet. Secunda est, quia uidetur hæc secunda ratio aduersari primæ, in hac siquidem dicitur omne mobile

bilitesse corpus, in illa vero dr̃ ens mobile communius esse, & corpore & substantia mobili. Ad primum horũ dr̃, quod, quia non cadit in intellectu humano, quod aliquid supponatur esse corp' de quo dubitetur esse diuisibile, nisi apud antiquos attribuitos errores, ponẽtes corpora indiuisibilia, quia diuisibilitas ipsa sic comes est corporeitatis & in esse & in cognosci, vt prius absq; posteriori nunquam cognoscatur, experimur.n.nõ aliter nos cognoscere aut supponere corpus, nisi vt quantum qd-dam quantitate molis, ideo, si in philosophia non supponatur omne mobile esse diuisibile, a fortiori supponi non potest esse corpus, quia coniunctio mobilis cũ corporeitate dum datur cum diuisibilitate, non potest cognosci, nisi rõne aut sensu. Ex sensu autem constat, quod non habetur. Rõ autem ad illam nulla inuenitur. Et si ex demonstratione illa Sexti Physi. non acceptatur probatum, saltem tanquam necessario consequens conclusionem formaliter conclusam, relinquitur magis inconueniens, quod.s. omne mobile esse corpus, longe remotius est a Philosophiæ principio, vtpote 3. Cæli & Primo de Generatione. Peripatetici tamen ibidem vtramque concludi propositionem indistincte intelligunt vnde Auer. in Primo Cœli comm. 5. dicit probatum est in 6. Physi. quod omne mobile est corpus &c. Ad sm̃ vero dr̃, quod licet ens mobile sit cõius corpore, q̃a de multis prædicatur quidditatiuè, de quib. corp' non prædicatur quiditatiuè, non tñ est sic communius, qd̃ alicui insit cui corporeitas coniuncta non sit, oẽ.n. ens mobile est corpus, vel claudit in se corpus. Potest et secundo dici, licet in idem redeat, quod in Sexto Physi. probatur omne mobile esse corpus, id est, corporeum aliquid. Probando.n. mobile esse diuisibile, nihil aliud probat, quã mobile esse ens corporeũ, siue illud sit corpus, siue corporeũ aliquid. Corporeũ aũt conuertit cũ ente mobili dato quod corpus cum eo non conuertat. Et eodem modo potest argui contra ponentes substantiam naturalem aut mobilem, Omne.n. naturale aut mobile esse substantiam cum oporteat supponi, aut haberetur ex sensib. aut ex naturali philosoph. aut ex Metaphy. Ex sensu quidem non habetur. Ex naturali aũt Philosoph. si haberetur concluderet hoc non posse supponi in ipsa. Si autem a Meta. tractatur, vt Auc. dicit 2. Phy. comm. 4. hoc etiam concludit illud non posse esse subiectum in Philosoph. naturali, quæ scientia ex se est euidens absq; Metaph. habet enim subiectum & principia propria sensib. per se nota, & non accipit ea positione, quamuis a Metaph. defendi debeant si impugnẽtur, vt in 1. Phy. tex. comm. 12. dicitur.

Rõ ad Philosophiæ subiectum.

Tertio probatur idem authoritate, & primo Ari. in Tertio Physicorum vbi in definitione motus non posuit corpus aut substantiam, sed ens in potentia &c. Ex quo arguitur sic. Id est subiectum Physicæ, quod ponitur in definitione primorum accidentium naturalium, quia tale est proprium subiectum eorum, vt patet in 7. Metaphysi. tex. 15. Sed non corpus nec substantia, sed ens in potentia secundum quòd in potẽtia, quod idem est quod ens mobile, vt patet in Tertio Physic. text. 6. & 9. ponitur in definitione primorum accidentium naturalium.s. motus &c. ergo ens mobile est subiectũ Philosophiæ naturalis. Et cõfirmatur hoc idem ex Primo Physicor. text. 11. vbi supponendum dr̃ in Philosoph. omnia aut quædam moueri, & nõ omnia aut quædam corpora &c. Secundo auctoritate Auer. qui licet nõ sollicitus de vocabulis in Tertio Metap. comm. 1. ens mobile, & in 12. eiusdem com. 5. corpus mobile, & in proœmio Phy. res sensibiles subiectum Philosophiæ nominauerit, & propterea non verba sua in hac re, sed sensũ ponderari voluerit: in Secundo tamen Physic. expresse docet aliquid prius corpore subiectum esse Philosoph. naturalis dum dicit com. 3. Et sciendum est, quod subiectum istius libri est natura, & principia naturalia, cũ sint communia omnibus rebus naturalibus, & ideo in hoc libro non definiuit corpus, neque alia de quib. considerat naturalis, sicut fecit in Primo cœli & mundi. Ex quo habetur, quod apud ipsum, consideratio de corpore mobili differtur vsque ad librum de cœlo & mũdo, vbi ab eius definitione inchoatur ut patet in text. com. 2. Et rursus habetur subiectum Physicæ esse cõe corpori & alijs de quibus cõsiderat Naturalis, ut in prima, rõne assumpsimus, non ergo corpus mobile, sed aliquid prius eo cõe naturalibus omnibus est subiectum Philosophiæ, quod ens mobile esse ex prima rõne liquet. Est ergo significata ratio per ens mobile subiectum Philosophiæ naturalis, non autem significata per substantiã aut corpus naturale, vel mobile, vel sensibile.

Quod autem illis vocabulis conuenientissime significetur, sic patet. Mobilis vocabulum in primis conuenientius sumitur, quam sensibilis, qm̃ admisso ente sensibili, adhuc non est Naturalis Philosophus liber a parmenidis & Melissi inuectione, concedentes.n. ens sensibile, negabant mobile, supposito autẽ ente mobili, Philosophiæ principia inconcussa manent. Similiter conuenientius est quam naturalis nomen. Tum quia redit idẽ inconueniens, nam supposito ente naturali, adhuc philosophus naturalis liber non incedit, nisi mobile addat, ut ipse Ari. testatur in primo phy. tex. 11. contra Parm. & Meliss. concedentes ens naturale, subdens, Nobis autẽ subijciatur omnia aut quædam naturalia moueri. Tũ quia subiectum notissimè debet supponi, & constat definientia notiora esse definito, vnde cum motus naturã definiat, qd̃ clare significatur per ens mobile, obscurè importatur per ens naturale, hoc.n. si declarandũ est, ad motum oportet venire. Tum quia nominib. vtendũ est vt plures. 2. Topi. vsitatissimum autem est & naturæ nomen ad cuiuscunque rei quod quid est, & naturale ad omne, non artificiale, siue de genere mobilium sint, siue nõ. Et propterea, si ens naturale supponeretur ens non artificiale, intelligeretur subiectum in philosoph. naturali, quod est falsum, & sic infinitioni locũ daret vocabuli æquiuocatio, quod si distinguendum esset, & ens naturale, id est habens in se principium motus supponendum, cur non potius absque glossa, & distinctione ens mobile a principio dixit, clarius exprimẽdo? Præsertim q. 2. Physic. principium anticipendum esset, vt glossa illa intelligeretur. Entis autem nomen clarius propositum, ex dictis patet. Hæc de tertio.

Nunc quarto superest argumentis in oppositum satisfacere. Et ad primum quidem dr̃, quòd ens significare tertium qoid commune secundum analogiã substãtiæ & accidentis, non est contra S. Tho. nisi secundum analogiæ naturam ignorantes. Vnde nullum inconueniens est ens mobile commune esse secundum rationẽ formalem, non vnam simpliciter, sed vnã analogicè entibus mobilibus omnibus.s. substantijs, quantis, & qualibus & cæteris. Quamuis etiam ratio ad oppositũ non concludat contra tenentes ens mobile extra substantiã non inueniri, quia homo ipse in quantum est ens mobile, aliud est a seipso inquantum est substantia mobilis, & propterea non sequeretur, ergo ponendo ens mobile subiectum ponitur substãtia, aut corpus mobile, quoniam differunt formali ratione. Ad secundum dr̃ dupliciter, Primo, q mobilitas communiter sumpta, vt de ea in hac loquimur quæstione, non est passio, sed substantiale prædicatũ, sicut & materiale & possibile iuxta ea quæ supra adducta sunt. Quę possunt etiam ratione cõfirmari, ex eo quod possibile substãtiale prædicatũ est entium a materia sumptum, non.n. homo est ens possibile per aliquam proprietatem ipsum consequentẽ, sed

Ad argumẽta in oppositum responsiones.

per

per intrinseca sua. Mobilitas autem apud naturalē idē sonat quod possibilitas apud Metaphysicum, vt exercitatis in istis scientijs, non authoritatib. notum est. Sed quia hoc nō est a prædecessorib. discussum, & vt nouū nō facile acceptabitur sic debiliter firmatū. Iō secūdo dr, q̄ si mobilitas sit passio, adhuc subiectum Philosophię conceditur esse vnius rōnis formalis circumlocutæ, per ly ens mobile. Et ad instantiam contra hanc rūsionem rñdetur tripliciter. Primo quod quamuis in sciētiis a priori procedentibus subiectū debeat esse primo & maximę notum quo ad quid rei, nō tñ hoc oportet in sciētijs a posteriori doctrinam facientibus, qualis est Naturalis Philosophia, vt Commentator dicit in procemio, & in com. Primi Phy. com. 2. sufficit. n. quod sit primo & maximè notum quo ad an est & quid nominis, vt ex primo Poste. patet. Huic autem nihil obstat talis circūlocutio. Secūdo dr, q̄ notitiam subiecti debere esse maximam, potest dupliciter intelligi. Vno modo respectu cognitionum possibilium haberi de illo pōt, pōt. n. idē cognosci probabiliter & demōstratiuè, per communia & propria &c. & hoc modo de subiecto non oportet supponi a nobis maximam cognitionem, vt patet inductiuè etiam in Mathematicis. Alio modo respectu aliarum cognitionum, quæ in illa scientia acquiruntur: Et hoc modo est verum, & cōceditur, quod cognitio ista, quam habemus de illa ratione formali in isto circumlocutio, est maior omni cognitione quam acquirimus in Philosophia naturali. Et si contra hoc instetur, q̄ multorum notitia acquiritur in Philosophia naturali, quæ per intima eorū cognoscimus & nominam*, perfectior aūt est cognitio per intima quam per passionem, sicut rō illa cognoscitur. Respōdetur, quod perfectio cognitionis de qua est sermo in Primo Post. vnde sequitur q̄ subiecti cognitio debet esse maxima, non attenditur penes aliud quam euidētiam, Vnde maius & minus in cognitione in proposito, penes euidentiæ latitudinem attendere oportet, & p̄pea aliud est cognoscere intimius, & aliud euidentius. Cum. n. omnis cognitio acquisita in scientia, siue p̄tingat ad intima alicuius quæsiti, siue nōn, hēat euidentiam ex cognitione subiecti, sicut ex principio, necesse est cognitionē subiecti esse euidētiorem, & consequenter maiorē cæteris. Et verè sic est in proposito, quia cognitio entis mobilis, quam circum loquendo supponimus, est ex sensibus euidens; quæcunque aūt alia acquisita ex discursu syllogistico, est istius euidentia certa: propter quod autem vnumquodque, illud magis est, vt dicitur in Primo Post. Tertio dicitur, quod si Philosophia haberetur a nobis sub perfecta rōne sciētiæ qua est in se, proculdubio subiectum oportet omnino esse primo & maximè notum, vt arguendo dicitur. Quia autem non sic est, & tantum imperfectionis sciētiæ nostræ admisceretur, quantum subiecti cognitio compatitur, ex hac. n. incompleta cognitione subiecti, minus plena est cognitio consequentiū, difficultasque in soluendis quæstionib. non parua. Ad tertium dr negando consequentiam quæcunque via teneatur. Non. n. eiusdem scientiæ est considerare aliquod subiectum, & per se partes eius subiectiuas, aut per se modos quoscunque, sed eos tantum, qui genus scibile illius subiecti non egrediuntur. Mobile autem extra genus scibile Metaphysicæ est, quoniam a materia sensibili nō abstrahit, accidentalem autem conditionem entis, mobilitatem esse, vt subalternatio requirit, nullo modo est possibile, vt ex his quæ scripsimus super c. 13. primi Poste. patet, quia accidētalitas illa perseitatem & extraneitatē simul respectu illius subiecti exigit, quod respectu entis non est possibile, cum nihil extraneum sit ab ente, vt dr 3. Meta. tex. 11. Nec mihi obijcitur, q̄ S. Tho. in tractatu de Natura generis dicit. Philosophiam naturalem propter accidentalitatem huiusmodi subalternari Metaphysicæ, quia tractatum illum forte nunquā vidit S. Th. Stilus. n. eius non est, & multa ibi sunt, quæ doctrinę eius non consonāt. Ad quartum dr, quod plus requiritur ad hoc quod aliquid sit subiectum, quam q̄ ad ipsum fiat resolutio; alioquin principia subiecti ad quæ vltimo fit resolutio essent subiectum. Oportet ergo, q̄ ad eius rationem formalem fiat resolutio, tanquā ad adæquatum primarum passionū subiectum, ad substantiam autem mobilem non fit mobilium resolutio, sicut ad adæquatum mobilitatis subiectum, sed sicut ad primum clausum in adæquato mobilitatis subiecto, quod est ens mobile; post resolutionem siquidem passionum communium in analogum subiectum, potest subiectum analogum ipsum in se resolui posterius in prius reducendo, vt in tractatu de nominum Analogia diffuse diximus.

Subiectū in scientia per se notum esse quo intelligatur aduerte.

Aliud est subiectū intimius & euidentius cognosci.

Eiusdē sciētiæ est considerare subiectum & partes, nō quascunque sed eas quæ genus scibile nō egrediuntur.

An sola resolutio consideratorē in scia ad aliquod subiectū scitorum confirmat.

Et hic sit finis huius quæstionis in conuentu S. Mariæ Gratiarum in Mediolanēsi suburbio. Anno salutis 1499. die 6. Nouembris. Sume igitur amantissimè mi frater Vincenti sollicitudinis hospitalitatisque tuæ fructum, & quo præstas ingenij acumine discute, dans veniam, minus consentaneis, memor quod nihil in vllo vnquam genere cultum repentinumque sit. Vale.

F I N I S.

De Dei gloriosi infinitate intensiua, Quæstio Thomæ de Vio Caietani reposita est in Tomo Opusculorum eiusdem, vt par erat, cum præter rem fuerit vt (videtur) alias hic adiuncta.